

*Sten*  
I V L I I C L A R I  
A L I X A N D R I N I  
I V R E C O N S V L T I C L A R I S S .

*Et Consiliarij Serenissimi, & Catholici Hispaniarum  
Regis Inuictissimi.*

*R. 13297*

Tractatus Quatuor.

In quibus omnia accuratissime tractantur quae perti-  
nent ad Testamenta, Donationes,  
Emphyteuses, & Ecclia.

*Ac postrema editione infinitis prope erroribus purgati:  
Adiecto sub finem Indice locupletissimo.*



AVGVSTAE TAVRINORVM.

Sumptibus Ioannis Baptistae Ratterij. 1579.

*Sten*  
*Alto*

*Julius*  
I V L I I C L A R I

A L I X A N D R I N I

LVRECONSULTI CLARISS. (1)

*Et Consiliarij Serenissimi, & Catholici Hispaniarum  
Regis Inuictissimi.* R. 13299

Tractatus Quatuor.

In quibus omnia accuratissime tractantur quæ perti-  
nent ad Testamenta, Donationes,  
Emphyteuses, & Ecclia.

*Ac postrema editione infinitis prope erroribus purgati:  
Adiecto sub finem Indice locupletissimo.*



AVGVSTAE TAVRINORVM.

Sumptibus Ioannis Baptista Ratterij. 1579.

*Christophorus*

ILLVSTRISS. ET ORNATISS.

VIRO D. ANTONIO CERVAE

IURISCONSULTISSIMO

TAVRINENSI,

Serenissimi Sabaudiae Ducis Consiliario,  
& in Pedemontium Senatu summo  
fisci patrono meritissimo,

Io. Baptista Raterius. F. P. P.



Perfektissimum, præclarumque  
à sapientibus id opus esse fertur  
traditum, quod ita arte expoli-  
tum esset, ut per seipsum pos-  
set iure laudari; quod in te, vir  
ornatissime, summa opifice na-  
tura operante, structum inue-  
mur, quæ ita animum tuum  
exornavit, ut specie sua ani-  
mos omnium commouens, eosdem ad sui tum admi-  
rationem, tum amorem statim impellar. Tanta enim  
est celebritatis tuæ, & nominis magnitudo, ut inter ci-  
ues clarissimum lumen, apud exteros conspicuum  
exemplar existimeris. perlucent namque in te illæ vir-  
tutes, quibus multitudinis amor commoueri solet, scilicet  
liberalitas, beneficentia, iustitia, fides, & aliæ,  
quæ ad diuinitatem mortales penè trahunt. A ciuibus  
igitur honore, & gloriæ benivolentia honoratus, etc.

rito à Serenissimo Principe nostro summo Fisci patrocínio etiam decoratus es, tanquam iustitiæ (ex qua vna virtute viri boni appellantur) fidei, & probitatis splendore præfulgens, & iuris prudentia præstans, in quo genere perfectus mirificè præcellis. Sapientis præterea officio, & ciuili officij memor naturæ præcepta semper exequutus es, omnium plus, quam tuæ utilitati consulens. Summa itaque, & perfecta illa tua gloria commotus, & communis iudicij, propensique amoris particeps, multorum etiam humanitatis, & beneuolentiæ tuæ officiorum in me collatorum non immemor, Iulij Clari praxim, ceterasque illius lucubrationes in commodiorem iuris prudentiæ professorum, & in foro versantium vsum hac noua forma, & extrema linea polita, in Taurinensi hac nostra vrbe typis mandare cupiens, hanc nouam editionem nominis tui amplitudini dicandam curavi: ne sine comite, & patrono emitteretur, & quò meæ in te obseruantia, ac gratitudinis testimonium præberem. Suscipe igitur serena fronte huius me grati erga te animi munus, nostri que memoriam ea qua soles humanitate conserua. Vale. Idibus Octobris. 1578.

ILLV.

ILLVSTRISSIMO

AC REVERENDISSIMO

D. D. ANTONIO PERENOTO

ATREBATENSI EPISCOPO,

IULIUS CLARUS S. D.



LIBROS Sententiarum Receptorum, primum studiorum meorum fructum, ab ipso penè operis exordio tibi dicare cōstitueram, Reuerendis. Antistes, siue quòd ita officij mei ratio postulare videretur, siue etiam (verum vt dicam) quòd neminem esse arbitrarer, cuius nomini iustius quàm tuo hosce

commentarios inscriptos esse oporteret. Nam si defensor, aut patronus quærendus erat cuius auctoritate tutus liber in publicum prodiret (quod plerique in nuncupandis pluribus obseruare solent) Quis est toto orbe terrarum tibi, aut amplitudine, aut dignitate comparandus? Si verò ille mihi deligendus erat, cui maximè deberem, cuique pro suis meritis erga me, aliquam hoc munere gratiam referrem, Quis mihi te amicio? Quis in me ornando, vel promptior, vel diligentior vquam extitit? Non præteream ne illud quidem in ipso studiorum nostrorum initio, in Ticinensi academia vtriq; nostrum contigisse in eodem auditorio, iuri ciuili operam dare: Quo tempore quanta in me tua fuit humanitas?

quæ

quæ benevolentia ? Quale vicissim n. enim erga te studium ? Quæ patris mei viri Clariss. qui tum fortè Mediolano sè Ticinum contulerat, in te officia fuerunt ? Quibus omnibus accedebat, quòd ex operis quoque ipsius argumento id tibi maximè deberi videbatur. Si enim iurifconsulto, eidemque doctissimo atque integerrimo dicandæ erant iurisperitorum sententiæ, Tu iuris scientia, eruditione, atque integritate adeo excellis, vt iure ac merito essès ceteris omnibus sine controuersia preferendus. Ceterum cum Mantuæ agens, quòd ex illa belli turbulenta tempestate, velut in portum confugeram, extremam operi manum imponere, illudque tuis auspicijs in lucem edere constituissem, repente mihi allatus est nuncius, me in Mediolanensem Senatum, summo Regis nostri beneficio, fuisse cooptatum. Quæ res fecit vt ab incepto desisterem. Permagni enim interesse arbitrabar, vtrum opus ipsum à Iuris tantum perito, an à Iuris perito, eodemque senatore prodiret, à quo propter accessionem dignitatis, nihil nisi summo iudicio atque arte elaboratum proferri oporteret. Sperabam tamen futurum, vt librum aliquando in manus sumere, eumque expolire, atque absoluerè facile possem. Sed me valde mea fefellit opinio, nam cum primum senatorium coepi munus obire, ita sum causarum, negotiorumque multitudine impeditus, vt nihil hactenus spatij surripere potuerim, ad opus ipsum, vti constitueram, diligenter corrigendum, atq; emendandum. Hærebam itaque, nec quid consilij caperè omnino videbam. Hinc enim si liber prorsus supprimeretur, non poteram non molestè ferre, tot annorum à me susceptos labores sine fructu perire: illinc verò si non emendatus ederetur, ve rebar, ne cum magna existimationis meæ iactura, illud mihi iure obijci posset, quòd ipse Iurifconsultus, non

fatis

fatis consulto fecissem. Placuit igitur priusquam deliberarem, amicorum iudicium exquirere, nihil enim apud me vnquam fuit illorum consilij, aut sanctius, aut religiosius. Itaque Paragraphum, qui de feudis erat conscriptus, in lucem editum ad te primum, deinde etiam ad plerosque viros literarum scientia insignes, mihi que summa necessitudine coniunctos, proferendū curavi, vt ex eo quasi totius operis gustum preberem, rogauique vt quid de eo sentirent, quidue mihi faciendum putarēt, amicè monerent. Ii omnes responderunt, non indignum sibi librum videri, qui in lucem prodiret. Tu verò, quem præcipuum omnium consiliorum meorum rectorem, & moderatorem semper constitui, tuis literis, quas proximè ad me amoris, & officij plenas scripsisti, non modo animum confirmasti, sed etiam addidisti. Quò factum est, vt hanc prouinciam, quam antea timens ac viribus meis dissidens subterfugebam, nunc tot clarissimis viris hortatoribus, te verò etiam planè impulsore, alacri, & prompto animo libentissimè susceperim. Sed cum adeo ipsius voluminis creuerit magnitudo, vt non nisi longo temporis intervallo, auctorum voces omnes, qui pene innumerabiles citantur, cum ipsis scriptorum commentarijs cõferri possè existimem, ( hoc autem magni referre arbitror, vt omnia fideliter recitentur ) vereor, ne tardius quam vellem, perfici totum opus possit, & perungi. Vt igitur interea studiosis, quorum multi illius editionem à me per literas efflagitant, aliqua ex parte satisfaciam, aliquot Paragraphos, qui vel vtilitate, vel copia ceteris præstarent, eo tempore quod molestissimis occupationibus meis eripere mihi licebit, corrigendos mihi proposui, eosque in lucem mittere constitui. Habent enim singuli Paragraphi, libelli speciem, ita vt vnusquisque per se satis commode vtiliterque

utiliterque, & legi, & intelligi possit. Quorum cum pri-  
 mus fortè edendus esset Paragraphus, qui TESTA-  
 MENTVM inscribitur. non potui me continere,  
 quin ( quod in toto opere facere decreueram ) illum  
 tuo amplissimo nomini dedicarem. Dij rerum omnium  
 dominatores, qui donis nostris non indigent, non quid  
 detur, sed quamentè quo ve animo datum sit, aestimare  
 solent. id te ANTISTES ILLVSTRIS. qui  
 vitæ ac morum probitate ad eorum similitudinem,  
 quantum humana fert imbecillitas, proximè accedis,  
 hac in re facturum confido, vt scilicet munus hoc, qua-  
 lecunq; sit, ab homine tui amatissimo studiosissimoq;  
 profectum, cuiusque animum iandiu cognitum ac per-  
 spectum habes, benignè ac humaniter accipias. Quod  
 quidem ego in præsentia, maximi atque immortalis be-  
 neficij loco reponam. Quod si postea aliquando inter  
 iuris interpretum controuersias, aliquam tibi laboris,  
 aut molestiæ leuationem attulerit, tum me felicissimum  
 arbitrabor, atque ex ea re omnium laborum, vigilia-  
 rumque mearum amplissimum, & cumulativissimum fru-  
 ctum mihi videbor consecutus. Interea vero DEVM  
 Opt. Max precabor, vt te diu incolumem, florentem,  
 beatum, Reip. Christianæ seruet. Spero enim aliquando  
 futurum, vt maximo sedens in solio, iam pridem tot  
 turbinibus ac tempestatibus fluctuantem CHRISTI  
 nauem, saluam in portu colloces. Vale.

Cal. Maijs. M. D. LIX. Mediolano.

I  
 I V L I I C L A R I  
 S E N T E N T I A R V M,

LIBER QVINTVS.

§. Primus.

S V M M A R I V M.



**D**ELICTA publica que  
 dicantur.  
 Et an delicta commissa in  
 offensam Dei dicantur  
 publica, versic. Item  
 omne.  
 Et an commissa in offensam principis, versic.  
 Præterea etiam.  
 Et an accusatio cuiuslibet falsi instrumen-  
 ti, dicatur publici iudicij, versic. Sed  
 nunquid.  
 Priuata delicta que dicantur, versic. Priuata  
 autem.  
 Et an de iure canonico sit aliquod delictum  
 priuatum, versic. Hæc tamen omnia.  
 Delicta que sint mere Ecclesiastica, mere secu-  
 laria, & que communia, versic. Præ-  
 mittendum.  
 Delicta que sint nominata, & que innomina-  
 ta, versic. Habes etiam.  
 Delicta que sint lesiua, que graua, & que  
 atrocissima, versic. Sunt etiam.  
 Index in atrocioribus potest iura transgredi.  
 ibidem.  
 Delictum, quod committitur faciendo, gra-  
 uissimum est, quam illud, quod committitur  
 omitendo, versic. Est etiam.  
 Delictum, quod committitur verbo, an dica-  
 tur proprie maleficium, versic. Quæro  
 etiam.  
 Bannitus ex contumacia an dicatur bannitus  
 ex maleficio, ibid.

Contumacia habens annexum contemptum iu-  
 dicis, dicitur delictum. & potest crimi-  
 naliter puniri, ibid.



**S**uperiore li-  
 bro dictum  
 est de Con-  
 traclibus, se-  
 quitur nunc,  
 vt de Malefi-  
 cijs uideam-  
 mus. Pro in-  
 telligetiã aut  
 terminorum  
 præmittendū  
 est, delictorum quædã esse publica, quædã  
 autem priuata. Publica sunt, quorum  
 accusatio, vel persecutio permissa est cui-  
 libet de populo, & potest poni exemplum  
 in crimine lætæ Maiestatis, Adulteriij, Ho-  
 micidij, Parricidij, Peculatus, Falsi testa-  
 menti: Vis publicæ, vel priuatæ, Ambi-  
 tus, Repetundarum, Annone, quæ omnia  
 pro publicis delictis connumerantur in l.  
 i. ff. de publ. iud. Et hæc est communis opi-  
 nio doctorum, vt attestatur Ant. Gomez.  
 cap. i. delictorum, postnum. j.  
 Item omne delictum, quod principaliter  
 sit in offensam Dei, dicitur publicum,  
 & quilibet de populo potest accusare. Ita  
 colligitur ex text. in l. Manic. ff. de  
 hæret. & tenet communiter doctores, u.  
 Jul. Clar. A. He.

He Ant. Gomez. in dicto cap. r. nu. r. Il-  
lud enim, qd fit in offensam Dei, ad om-  
nium offensam pertinere videtur, cū ipse  
omnium sit pater, & dominus. Et potest po-  
ni exemplū in blasphemā, deturpatione  
Ecclesiarum, vel imaginum, & similibus.

Præterea etiam, omne delictum cōmis-  
sum in offensam principis, dicitur publi-  
cum, & ita tenet communiter Doctores,  
vt dicit Ant. Gomez. in loco præallegato  
num. 4. Est enim & ipse princeps à Deo  
postūsus vti pater & dominus subditorū,  
merito eius offensā etiam ad omnes eius  
subditos pertinet.

Sed nunquid accusatio falsi, alteri<sup>9</sup> in  
strumenti quam testamenti. dicenda est  
publici iudicij? Respon. Aliq dixerunt  
q non, ex quo in d. l. r. specialiter nomi-  
natur lex Cornelia de reita. Contrariam  
tamen sententiā, q scilicet de quocunq;  
instrumento falso fiat accusatio, dicatur  
publicum iudicium, tenuit Azor. Et hanc  
partem tenent glo. & doctores, vt attestat  
Bart. in d. l. r. num. 2. Et ita communi-  
tenter tenent attestat Arer. in §. Item lex  
Cornelia, ante nu. r. In tit. de publ. iudi.  
Hanc etiam dicit esse communem opin.  
Rubeus conf. 12. nu. 7. quem refert Prac.  
Contr. fol. 401. num. 36.

Priuatā autem delicta sunt ea, quorum  
accusatio, vel persecutio regulariter non  
permittitur nisi parti læsæ, prout est fur-  
tum, damnum, iniuria, arborum furtim  
caesarum, bonorum raptorum, & huius-  
modi, ita tenent communiter doctores,  
teste Anton. Gomez. in d. c. r. num. 9. vbi  
etiam num. 6. allegat satis elegantem ra-  
tionem, cur in delictis priuatis quilibet  
ad accusandum nō admittatur. Et scias,  
quod hæc differentia est maximi effectus  
in multis. Nam regulariter condemnatus  
de crimine publico efficitur infamis,  
non autem condemnatus de crimine pri-  
uato, vt dicit tex. in l. infamem. ff. de  
pub. iudi. præterquam in nonnullis cali-  
bus, vt ibi. Et dixi infra hoc eod. lib.  
§. fin. quæst. 72. versic. Damnatus. Item  
in crimine priuato non admittitur ad ac-  
cusandum, nisi ille, cuius interest, vt sta-  
tim dixi, quod tamē intellige secundam  
eā, quæ dixi infra hoc eod. lib. §. fin. q. 17.

vers. Sed quid si pro aliquo.

Hæc tamen omnia procedunt de iure  
civili, sed de iure canonico scilicet est nam  
secundum ius canonicum, omnia crimi-  
na sunt publica, vt tenet glo. in c. infam-  
es, in verbo Fures. 6. quæst. 1. Et ita di-  
cunt Canonistæ, vt ait Bald. in Rub. C.  
qui accus. non poss. num. 10. in fi. Et di-  
cit Hostien. quem refert Anan. in cap. sta-  
tuimus, post num. 19. de maledic. quod  
ita communiter dicitur. Et ex hoc infer-  
t Prac. Millei fol. 147. num. 32. quod  
hodie titulus de priuatis delictis non est  
in vsu. Et secundum hoc pro quolibet  
crimine priuato potest procedi etiam ex  
officio, & sic per inquisitionem saltem ad  
imponendam pœnam extraordinariam,  
vt dixi in loco præallegato. Sed certè  
hæc materia delictorum adeo est immu-  
tata à statutis & consuetudinibus loco-  
rum, vt hodie vix distinguantur publica  
crimina a priuatis. Nam in Regno Neap-  
ol. non admittitur aliquis ad accusan-  
dum, nisi suam vel suorum iniuriā pro-  
sequatur, vt dicit Maranta in suo speculo  
fol. 43. num. 48. Et sic videtur quod ibi  
omnia crimina delicta possunt priuata. Eon-  
uerso in regno Francia nemo potest crimi-  
naliter accusare, etiam si prosequatur  
suam vel suorum iniuriā, vt dixi infra  
hoc eod. lib. §. fin. quæst. 3. vers. Sed certe.  
Et sic ibi nullum crimen est publicum ne-  
que priuatum quo ad accusandum. pro-  
pterea in hac consuetudine tutius est adhuc  
rere statuto vel consuetudini, quæ viget  
in eo loco, in quo delictum est commissum,  
& secundum illam declarare, quæ di-  
cantur priuata, & quæ publica delicta.

Præmittendum est etiam, delictorum  
aliqua esse mere ecclesiastica, aliqua me-  
re secularia, & aliqua cōiā. Mere ecclesia-  
stica sūt illa, quorū cognitio reservata est  
tantummodo iudicibus ecclesiasticis, etiā  
si commissā sint per laicos, vt est crimen  
heresis & symoniæ, vt dixi infra hoc eod.  
lib. §. Heresis, ver. Hoc crimen, & §. Symo-  
niā, vers. Hoc crimen. Mere secularia  
sunt ea, de quibus si à laicis committantur  
soli iudices seculares cognoscunt, vt  
est homicidium, furum, & huiusmodi.  
Communia autem sunt, ea de quibus si à  
laicis

laicis committantur, vterque index co-  
gnoscere potest, scilicet ecclesiasticus, &  
secularis, prout est adulterium, concubi-  
natus, sodomia &c. de quibus dixi infra  
hoc eod. lib. §. fin. q. 37. per totum.

Habes etiam, quod quædam sunt deli-  
cta nominata, & quædam innominata.  
Delicta nominata sunt quæ à lege ha-  
bent particulare nomen iuris, vt est fur-  
tum, Adulterium, & huiusmodi. nam ex  
contractatione rei alienæ, lex inducit deli-  
ctum, quod appellatur furtum, ex concu-  
bitu vxoris alicui<sup>9</sup> cum alio viro, facit  
oriri delictū, quod vocauit adulterium  
Delicta vero innominata sunt, quæ non  
habent speciale nomen iuris, sed tantum  
modo facti, vt est verberare, percutere, in-  
gredi domum alienam, & similia. quæ  
quidem fieri quandoque possunt sine ma-  
lesicio, quandoque vero sunt cum crimi-  
ne, & ideo dicuntur delicta innominata.  
Sed ea, quæ sunt nominata, non possunt  
fieri sine malesicio. semper enim furtum,  
adulterium, raptus, &c. sunt malesicia. Et  
hæc est distinctio Bart. in l. nunquam plu-  
ra, num. 4. ff. de priuatis delictis. quam  
communiter doctores approbāt, vt dicit  
Blanc. in pract. crimini. fol. 52. num. 111.  
Effectum autem huius differentię vide  
apud Bart. ibi.

Sunt etiam delictorū quædam leuia,  
quædam vero grauiā seu atrocitā, & quæ  
dam atrocissima. In hoc autem non tradi-  
tur à doctores<sup>9</sup> certa regula, sed aliqui  
dicūt standū esse arbitrio iudicis. Et hæc  
dicit esse comunem opin. Alciat. in cap.  
cum non ab homine. post num. 28. de iudi-  
ci. prout illum refert Villalobos in sua  
collecta communium opin. in litera D.  
num. 56. Alij vero dicunt, quod ex quali-  
tate pœnæ, quæ pro delicto imponitur, co-  
gnoscit qualitas, & quantitas delicti. Et  
ideo tanto grauius delictum iudicari de-  
bet, quanto grauior pœna pro eo imposi-  
ta reperitur. Et hæc fuit opin. Bart. in l. le-  
uia. circa princ. ff. de accusat. Et hæc dicit  
esse comunem & regularem Theori-  
cam Socin. conf. 157. num. 5. lib. 2. Circa  
quod tamen vltra illud elegans consi-  
lium Socin. videndum est etiam consil.  
Barb. 48. lib. 2. & Dec. consil. 65. Superio-

ribus diebus Senatus nostro interrogat<sup>9</sup>  
à serenissimo Rege, quæ viderentur deli-  
cta atrocitā. Respondit, sibi videri atrociā  
hæc quæ sequuntur: Rebellionis, Lesæ  
maiestatis, Homicidij ex proposito com-  
missi, falsificationis monetæ, Tertij Ho-  
micidij, scilicet commissi ab eo, q alia duo homi-  
cidia prius commississet, etiam si pro eis cō-  
demnatus non fuisset. Vulneris illari pro-  
ditorie cum sclopo rotato, etiam si mors  
non sequatur, Tertij tonsationis seu di-  
minutionis monetarū: Raptus virginis  
honestis parentibus ortæ, etiam si copula  
non sequatur; Vnus venericus cum sacra  
virgine in habitu intra monasterium de-  
gente, Sodomia, famosorum latronum in  
vijs crassatio, & falsificatio sigilli Principis,  
aut Senatus. Et hæc opinio Senatus  
placuit Regi nostro, & ideo in hac prouin-  
cia seruanda esset pro lege. Ego aut dico,  
q omnia delicta, q quibus a lege, vel sta-  
tuto imponitur simpliciter pœna mortis  
naturalis, vel civilis. scilicet irremediū pœtuō,  
& talis pœna est in vti, vt à iudicibus im-  
ponatur, & exequatur, dir grauiā, & atro-  
cia. A atrociora autē sunt atrocissima dir,  
pro quibus lex vel statutum imponit pœ-  
nam grauiorem, q simplicis mortis in ip-  
so genere reos, puta quia vult protali-  
bus delictis mortis in sui culo, vel igne cō-  
buri, vel in frusta scindi, vel rotæ inferri,  
vel trahi ad caudā equi, vel hmoi, vt i crimi-  
ne heresis, parricidij, scilicet in iij, atrocio-  
rij ad viā publicā, sodomie, incendiarij,  
falsi monetæ &c. Vel quā addit alias qua-  
litates vltra pœnam mortis, vt quæ exten-  
dit pœnam etiam in filios, vt in crimine  
lesæ maiestatis. Vel concedit aliqua specia-  
lia aduersus delinquentes, vt i crimine  
rapt<sup>9</sup> virginum, & mulierum honestarū.  
Vtilitas autem huius dist<sup>9</sup> potest esse ma-  
xima: nam plerumque statuta concedunt  
iudicibus<sup>9</sup> latiores habenas in atrociorib.  
Quinimodē etiā secundū ius cōmune dici  
solet, q plerumq; propter enormitatē de-  
lictoliticum est intra transgredi, prout ab  
omnibus allegatur tenere Innoc. quamuis  
id expressē nō dicat in c. r. de constit. quæ  
sequunt omnes legistæ & canon. vt dicit  
Marfil. in l. r. in princ. num. 59. ff. ad leg.  
Cor. de ficar. & consil. 52. nu. 16. & in l. r.

in princip. nu. 23. ff. de quaestio. propter quod dictum Innoc. fuit tempore Bald. suspensus quidam, qui iuxta Papam dum ingrederetur Perusium, alium interfecerat, fuit enim statim suspensus contra formam statuti, ut recelat Paris Put. de synd. for. 288. nu. 19. Illud autem dictum Inno. aliqui intelligunt, ut procedat in puniendo, non autem in procedendo, in quam sententiam inclinasse Curiam Neap. refert Grammat. voto 34. circa fin. Sed certe apud nos contrarium servatur, nam in enormibus, & atrocibus criminibus permittitur iudicibus iura transgredi etiam in procedendo, quia scilicet devenit ad torturam, etiam si indicia non sint in totum sufficientia, neque probata per testes omni exceptione maiores, &c. ut de iure videtur regulariter requiri, & plerumque etiam non edita copia processus informatum.

Est etiam communis regula, quod semper gravior reputatur delictum, quod comitur faciendo, quam delictum, quod committitur omitendo. Ita colligi videtur ex gl. in l. si mora, in verbo ne factio. ff. solut. matrim. quam dicit esse communiter approbatam Alber. in l. praescriptione. col. 2. vers. Item ex praedictis. C. si contra ius, vel uti publ. Ias. in d. l. praescriptione, num. 9. quem refert illustris vir, & consiliarius Regius Don Antoni<sup>o</sup> de Padilla in l. transigere, post no. 107. C. de transact.

Sed quero, numquid maleficium dicatur etiam illud delictum, quod committitur verbo, prout est blasphemia, iniuria verbalis, & huiusmodi. Respondeo. Bart. in l. aut facta, in princ. nu. 1. ff. de penis. tenuit quod non, ex quo maleficium dicitur male faciendo, & ideo non comprehendit male dictum vel scriptum, & insert ad statuta, quae duplicant poenas maleficiorum commissorum de nocte, ut non habeant locum in blasphemiaribus, vel dicentibus verba iniuriosa, &c. Et hanc opinionem dicit frequentibus perbari Alciat. in l. verbum a facere ff. de verb. signif. Contrariam vero sententiam, scilicet, quod imo etiam delicta, quae committuntur verbis dicantur maleficia, tenuit. Bal. super Ins. in tit. de oblig. quae ex delicto in principio, ubi dicit, quod cum quadam vice praedicasset opin. Bart. fuit sibi oppositum

tempore syndicat<sup>o</sup>, & quod vix euasit, Et haec opin. contra Bart. dicit esse communem Alex. in A. postil. ad eundem Bart. ibi dicens, quod ita etiam communiter praestantur, quem refert Blanc. in pract. crim. fol. 48. num. 51. Et haec opin. mihi magis placet, nam, & qui maledicunt, malefaciunt, imo, & qui male cogitant, quandoque etiam dicitur malefacere, & ex mala cogitatione puniunt, ut dixi infra hoc eo lib. §. si. q. 91.

Quero etiam, numquid contumacia dicitur delictum? Respond. quod contumacia de per se non potest proprie dici delictum. Et hanc conclusionem dicit esse communem Felin. in c. ex literis. nu. 27. de constitut. quem refert follet. in pract. crim. cano. fol. 145. num. 7. Et ex hoc inferitur ad statuta loquentia de delictis, seu maleficiis, & de condemnatis, sive bannitis ex delictis vel maleficiis, ut non comprehendant bannitos vel condemnatos ex contumacia, nam ille dicitur damnatus de maleficio, qui fuit praesens, & fecit suas defensiones, & tamen fuit (eis non attentis) condemnatus, non autem ille, qui fuit contumax, & in contumaciam condemnatus. Et ita dicunt communiter doctores ut ait Bald. consil. 193. lib. 2. Ita etiam magis communiter concludi attestatur Alexand. in l. si mora. post num. 13. ff. soluto matrimo. quem refert Roland. consil. 45. num. 66. lib. 1. Hanc etiam opinionem dicit esse communem Clau. in l. si mora. post num. 18. August. ad Ang. de malef. in verbo. Qui dominus iudex videns, num. 26. Alciat. consil. 362. post num. 6. Sed certe licet haec opin. sit communis. credo quod cum difficultate possit obtineri in practica, nam stantibus statutis vel consuetudinibus, quod contumax habeatur praesente, & contentente, credo quod bannitus pro delicto in contumaciam, possit proprie dici bannitus ex maleficio, non enim eo casu bannitur vel condemnatur reus propter contumaciam, sed propter delictum, cuius plena probatio resultat ex contumacia, tanto magis, quia videmus, quod communis usus loquendi ita interpretatur, ut ille dicatur bannitus de maleficio, qui citatus pro maleficio non comparet, prout attestatur Salic. in rubrica, C. de crimi. stellio. circass.

Et

Et ita pluries vidi iudicari, & ego etiam, si casus contingeret, ita iudicarem. Scias etiam, quod ubi cunctum contumacia alicuius haberet admixtum contemptum iudicis, eo casu talis contumacia diceretur esse delictum, & posset ex ea criminaliter puniri. Ita dicit gl. in l. vnica. §. si. in glo. magna. in ff. si quis iudici. non obtem, quae dicit esse communiter approbatam Clau. in d. l. si mora, nu. 19. Contemptus enim iudicis dicitur delictum, & potest puniri. Et hac generaliter praemissa sufficiant: nunc de singulis criminibus specialiter videamus.

## §. ADULTERIVM.

## SUMMARIUM.

Adulterij accusatio multipliciter proponi potest.

Adulterium quot modis committi possit, vers. Tribus autem.

Et an cum meretrice nupta dicatur adulterium committi, vers. Quero nunquid.

Et an adulterium sit crimen priuatum, vers. Est autem.

Et an in crimine adulterij lata culpa agui pareat dolo, vers. Quero etiam. Remissive.

Et an adulterium possit probari per testes singulares, vers. Item quero. Remissive.

Et an possit puniri etiam per iudicem Fc clestia<sup>o</sup>, ver. Hoc crimen. Remissive.

Et quae sit poena adulterij, vers. Item. Sed quero.

Et an habeat locum in sponsa, vers. Sed haec omnia.

Et quid in ludaeo, vers. Item. Pone, stat statutum.

Et an pluries cum una adulterium committens, dicatur plura adulteria commississe, vers. Sed pone.

Adulter in actu adulterij a patre deprehensus, potest in ipse occidi, vers. Habet etiam. Remissive.

Propter adulterium potest agi ad separationem

nemtori, vers. Alio quoque.

Et an teneatur eo casu maritus uxori dote restituere, vers. Et scias.

Et quid si deinde contemptum fuerit matrimonium fuisse nullum, vers. Item. Sed quid si alicuius.

Uxor propter adulterium amittit dotem, dicto vers. Et scias.

Et an in praedictum patris, vel filiorum suorum, vers. Et hac quidem. Remissive.

Et an amittat etiam bona paraphernalia, vers. Adde quod.

Et an uxor amittat dotem propter osculum, vers. Scias etiam.

Et an facta separatione tori, maritus teneatur alere uxorem, vers. Facta autem.

Maritus, sciens uxorem esse adulteram, si cum ea se carnaliter commisceat, an videatur adulterium illi remisisse, vers. Cautetur etiam.

Exceptio adulterij in causa civilis repetitionis dotis quando, & per quos opponi possit.

d. vers. Et haec quidem. Remissive. Crimen adulterij praescribitur quinquennio, vers. Vnum tamen.



ADULTERII crimen multis modis in iudicium deduci potest. Quae enim maritus accusat uxorem de adulterio, ut in casu in quo consuluit Bal. consil. 310. lib. 1.

& Romae. consil. 451. & Bologn. consil. 23. & Graecus. consil. 50. lib. 2. & Mantua. consil. 43. lib. 1. Quandoque et conuerso uxor accusat utrum de adulterio cum alia muliere commisso, ut in casu in quo consuluit Roma. consil. 167. Quandoque maritus accusat uxorem, & adulterium, ut in casu in quo consuluit Bal. consil. 6. lib. 5. & 103. de Amicis. consil. 127. & est decisi Grammat. 31. & Boer. 297. & seq. Quandoque mulier agit ad separationem tori, ut in casu Socin. lun. consil. 32. lib. 2.

Tribus autem modis adulterium committitur. Primo, inter utrum conjugatum, & feminam nupram: & hoc dicitur

A iij duplex



duplex adulterium, nam uterque ipsorum violat proprium torum, & alienum. secundum, inter virum conjugatum, & mulierem solutam. Tertio, inter virum solutum, & mulierem nuptam. Proprie vero adulterium in viro est, quando violat alienum torum, licet ipse non sit conjugatus; in muliere autem quando violat proprium torum, etiam si adulter non sit matrimonio copulatus. Ceterum quando vir conjugatus coit cum soluta, tunc de iure civili neque ex parte viri, neque ex parte mulieris non dicitur adulterium. Ideoque non possunt puniri ea poena, qua adulteri puniuntur. Et hec est indubitata doctorum sententia, ut dicit Roland. conf. 74. num. 12. lib. 1. Hanc etiam dicit esse communem Cacialup. in repet. l. si qua illustri. nu. 58. C. ad officia. licet dicat, quod potest vxora tunc eo casu puniri poena stupri, que refert Placeta lib. 1. delictorum. c. 41. num. 35. Didacus super 4. decretal. fol. 172. num. 16. in fi. Et quod talis coitus appelletur stuprum, colligi videtur ex text. in l. 1. C. de adult. Communiter tamen non ponitur. De iure autem canonico vbi dicitur maritus vel vxor habeat rem carnalem cum alio, quam cum proprio coniuge, appellatur adulterium. c. nemo. 32. questione 4. cum similibus. Quinimo secundum aliquos grauius peccat laicus conjugatus, violans torum proprii vxoris, & sic alia mulierem carnaliter cognoscens, quam presbyter adulterans. Et ita communiter tenetur, ut dicit Abb. in cap. vt clericorum, nu. 6. de vita, & honestate cleric. prout illi refert Cacialup. in d. l. si qua illustri. post num. 13. Hanc etiam dicit esse communem opin. Corlet. in repertorio Abbatis in veri o. Coniuges, quam tamen ego non credo veram: quia licet magni sit sacramentum matrimonij, magnum est etiam sacramentum sacerdotij, sed hec disputatio in pratica parum, vel nihil valet.

Quero, nunquid dicatur committi adulterium cum muliere nupta, que tamen sit meretrix; seu inhoneste vite? Respond. Aut talis meretrix, que virum assumpsit, cessauit a meretricia vita, & honesta cum viro vixit; & hoc casu adulterij, cum ea commissum, potest accusari, & puniri. Aut

vero postquam matrimonium contraxit, pleuerat in meretricia vita, & tunc vir, illam carnaliter cognoscens, non debet alia qua poena puniri. Et hec opin. hodie communiter obseruatur, ut dicit Angel. in l. si vxor. §. sed, & in ea, nu. 1. ff. de adult. & in l. si ea. C. de adult. que refert Anan. in cap. 1. num. 6. de adult. & Riminal. cofil. 17. num. 20. quod est pro maiori parte duplicatum in conf. 439. num. 23. Quo vero ad ipsam meretricem adulterium committentem Consil. Neapol. in facti contingetia videtur sentisse, quod in ea sit punibile, ut per Capic. decis. 44. & refert A. mad. de synd. num. 174. quod ita seruauit in practica D. Baptista de Corneo tunc potestas Recauati, qui condemnauit publicam meretricem de adulterio, & mortua est in carceribus. Sed certe iudicio meo contra sententia verior est, quam etiam sequi videtur A. mad. in loco preallegato. Nam text. in d. l. si ea, expresse dicit, quod crimine adulterij in ea cessat: & ideo, si casus contingeret, ita iudicarem. Que autem dicitur meretrix, dixi supra lib. 2. §. Meretrix.

Est autem hodie adulterij crimine priuatum, nam nisi certis personis etiam accusatio permittitur, ut est text. in l. quamuis, la. 2. C. de adulter. Et hanc dicit esse sententiam communiter per maiores nostros approbatam Fulg. consil. 135. post num. 2. quam etiam communem appellat. A. n. Gomez. super l. 80. Tauri. num. 49.

Quero etiam, nunquid in crimine adulterij lata culpa equiparetur dolo? Dixi infra hoc eod. lib. §. fin. questione. 84. vers. Dixit etiam.

Hoc crimine est communis fori, & ideo potest puniri per iudicem secularem, & etiam per iudicem ecclesiasticum, ut dixi infra hoc eod. lib. §. fin. q. 37. vers. Quero nunquid

Sed quero, que sit poena adulterij secundum ius commune? Respond. De iure diuino secundum legem Moysicam, in adulterio, tam masculo, quam femine erat imposita poena mortis, genus autem mortis erat lapidatio, Exodi cap. 20. Deuter. cap. 22. De iure autem canonico pro adulterio laicus tam masculus quam femina excommunicatur, cap. intelleximus. de

de adult. Prætereaque femina in monasterium detruditur: & si maritus nolit eam recipere, ibi cogitur toto tempore vite suę permanere, & penitentiam agere. c. gaudemus. co. tit. de adult. & nota, quia ista est vnus ex casibus, in quibus episcopus potest punire laicos, ut dixi in d. quest. 37. ver. Quero nunquid. Clericus autem de iure canonico pro crimine adulterij deponitur, & ulterius in monasterium toto tempore vite suę detruditur. Ita voluit ex officio glo. in c. lator. in gl. 12. quest. 7. Et est communis opin. ut dicit Grill. de diuers. crim. lib. 3. quest. 2. nu. 1. & seq. & quest. 6. nu. 11. Diaz. in pract. crimi. cano. c. 79. quem refert Duennas reg. 101. in 2. limita. Et pract. Conradi fol. 384. in 5. limita. Didacus super 4. Decret. fol. 145. nu. 19. quem refert Villalobos in sua collecta communium opin. in litera C. numero. 82. Bermond. de concub. fol. 37. num. 16. Dicebat tamen Alciatus, quod si hodie clerici propter adulterium detruerentur in monasteria, pauci eorum ambularent per vias. De iure autem civili magna est varietas inter scribentes, an secundum ius Digellorum adulterium puniretur poena mortis naturalis. Magis tamen communis opinio videtur esse, quod olim puniretur tantummodo poena deportationis. Et hanc esse communem opinionem attestatur Cumil. consil. 154. post num. 7. Marfil. in pract. crim. §. opportune. num. 40. quem refert Didacus super 4. Decret. fol. 144. post nu. 16. Secundum vero ius Codicis omnes consentiunt, quod punitur poena vltimi supplicij. Et est text. in l. quamuis. la. secunda. C. de adul. Et hanc dicit esse communem opin. Alex. consil. 13. post num. 3. lib. 7. Cuius in loco preallegato, & hoc tam in masculo, quam in femina. Hanc etiam dicit esse communem opin. Legistarum August. ad Ange. de malefic. in verbo, Che hai adulterato. nu. 44. que refert Ant. Gio. mes. super l. 80. Tauri. num. 47. & Pract. Conradi fol. 383. num. 21. Sed hodie secundum ius Authenticorum in femina propter sexus fragilitatem commutata est poena: virgini n. deditur, deinde detruditur in monasterium: & si intra biennium maritus illam ad se non reuocet, ipsa eo

gitur habitum monachalem suscipere, & ibi perpetuo permanere, text. est in authent. sed hodie. C. de adulte. Et ita voluit omnes doctores, ut dicit Salic. in l. qui sepulchra. post num. 7. C. de sepulchro viol. Et hanc opin. dicit esse communem in sol. in l. cum mulier. post num. 18. ff. soluto matrimonium quem refert Nicellus in concord. gl. c. 8. Et reperio, quod secundum dispositionem illius authenticæ iudicauit in facti contingetia Curia Burdegal. ut refert Boer. decis. 297. nu. 12. Idem et seruauit parlamentum Parisiense in quadam Maria Quatroluere, & alia adultera, ut refert Papo. lib. 22. tit. 9. Arresto 1. & 2. Pariter etiam Curia Neapol. quandam mulierem ob adulterium detruidit in monasterium, teste Gramma. decis. 31. In senatu autem ego nunquam vidi seruari hanc poenam destructionis in monasterium: sed quandoque mulieres de adulterio conuictæ fuerunt condemnatæ in fustigatione, & exilium arbitrariū. 10. Februarii, 1558. P. N. Quinimo quadam Margarita China confessæ adulterium cum incestu non fuit nisi biduo virgini casta. 20. Martii, 1559. P. N. in masculo autem firma manet dispositio distictæ. quamuis, quod scilicet propter adulterij puniatur poena vltimi supplicij. Et ita tenent communiter Legiste, ut dicit Imola in c. tua. nu. 13. de proci. Hanc etiam dicit esse communem opin. Alex. in d. consil. 13. nu. 3. que refert Roland. in d. conf. 74. nu. 8. & consil. 35. nu. 3. lib. 2. August. ad Ange. de malefic. in verbo, Che hai adulterato. sub num. 44. Afflicti. super 3. parte constitutionum Regni rubr. 4. in principio. post num. 7. vbi dicit, quod ita tenent omnes doctores, & quod ita vidit pluries iudicatum. Cuius adulteri fuerunt ad mortem condemnati, & sententiæ fuerunt execute, que etiam refert Carer. in pract. crim. fol. 449. num. 264. in fi. Mitius tamen actum fuit per parlamentum Parisiense cum quodam adultero, quod citra sanguinem fuit punitus, ut refert Papo in d. Arresto 2. licet deinde Arresto 4. refert fuisse fures suspentum quendam famulum, qui cum domina aduicium commiserat, de quo fit etiam mentio in placitis C. alla. lib. 12. titu. 6. placito primo

Sed quid quid sit secundum iuris communis dispositionem, hodie videmus in omnibus fere prouinciis immutatam esse penam mortis pro adulterio, & impostam esse penam pecuniariam. Et ita communiter obseruari ex statutis Italia attestat Arian. in c. fi. post num. 11. de collat. de gen. quem refert Tiraquel. de legib. conu. lib. 13. nu. 23. Quinimo in Gallia ex consuetudine adulteri non puniuntur, vt dicit Ioan. Fabr. in l. consuetudinis. c. fin. C. quæ sit longa consue. & aliis pluribus in locis, quæ refert Boer. in d. decif. 297. num. 26. & decif. 317. num. 13. in fin. & Tiraquel. in d. l. 13. num. 24. & Igneus in l. lege. Cornelia. §. ex hoc edicto. num. 65. ff. ad Sylle. & Gulielmus de Benedic. in secunda parte repet. c. Raynucius. fol. 138. num. 63. Et certe maxime dolendum est his temporibus, in quibus passim ferè apud omnia tribunaalia adulteri impune eadunt, imo de ipso crimine gloriantur illi vero, quorum vxores adultere sunt, ac curationem proponere non audent, ne in perpetuam infamia, ita volente praua consuetudine incurrat. Quapropter ego semper fui in sententia, quod principes huius temporis, qui hoc grauissimum crimen seuerissimis legibus non coercent, illasque exequi non faciunt, grauissime peccent. Et iudicio meo iste est vnus ex casibus, in quibus christiana resp. indigeret reformatione.

Sed hæc omnia locum habent in vxore adulterium committente. Sed quid in sponsa? Respond. quod etiam cum sponsa alterius dicitur committi adulterium, ita dicit glo. in c. discretionem, in verbo, Reatum adulteri, de eo qui cognouit. consue. vxoris suæ, quam gl. tenent omnes, vt attestatur Mantua in l. Transigere. nu. 52. C. de transact. Quod tamen intellige, vt procedat in sponsa per verba de presententi. nã in eo locum habet pena adulterij, etiam si a viro cognita adhuc non fuerit, secus autem si sit tantummodo sponsa per verba de futuro. Et ita tenent communiter Doctores, vt attestatur Antonius Gomez. super d. l. 80. Tauri, post nu. 47. verif. dubium tamen restat, quæ dixi infra h. c. c. lib. §. Homicidium, verif. Sed quid dicendum, circa fi.

Pone stat. statutum in aliqua ciuitate, quod pro adulterio imponit penam pecuniariam, vt in multis locis videmus. Quæro, si Iudæus in illa ciuitate committat adulterium cum muliere Christiana, nunquid erit puniendus pena iuris communis, quæ (vt dixi) est pena mortis, an autem erit puniendus pena statuti, & sic pecuniaria? Respond. Angel. in consil. 114. licet primo, & Alex. consil. 99. lib. 6. & Barbosa. consil. 63. lib. 4. in facti contingencia consulerunt, quod debet puniri pena statuti, non autem pena mortis. Et hanc opinionem dicit esse communem Bermond. de concub. fol. 40. post num. 32. & num. 40. Ego vero in Iudæo committente adulterium cum Iudæa, vtique sequor opin. Ang. & communem, ex quo debent Iudæi iudicari secundum leges, quibus iudicatur alij de ciuitate, vt dixi supra lib. 2. §. Iudæus. Et pena imposta a statuto tollit penam iuris communis, vt dixi infra hoc c. lib. §. fi. q. 82. verif. Debet etiam. Sed in Iudæo committente adulterium cum Christiana, secus dicerem, nam coitus Iudæi cum Christiana etiam soluta, & meretrice est punibilis, vt dixi infra hoc c. lib. §. Fornicatio, verif. Cum Iudæus propterea cum in hoc casu sit duplex crimen, debet grauius puniri, quam disponat statutum simpliciter loquens in adulterio. Ego itaque huiusmodi Iudæum censuram esse ad treremes perpetuo transmittendum.

Sed pone, quod ex statuto imposta sit pena pecuniaria, vel etiam corporalis, que reiterari possit, puta flagitioris, vel huiusmodi, nunquid si aliquis cum vxore alterius pluries rem carnalem habuerit etiam ex intervallo, dicitur plura adulteria commisisse, & sic erit pena multiplicanda, vel reiteranda? Resp. quod licet talis dici possit plures adulterium commisisse, non tamen debet puniri nisi pro vnicò adulterio, ita tenet glo. in l. vulgaris, in verbo, Fur erit. ff. de furtis, quæ opi. communiter omnium calculis recipitur, vt ait Didacus lib. 2. resolutionum. c. 10. num. 8. circa fi. Et ita in facti contingencia consue. Bart. consil. 222.

Habet etiam adulterium aliam penam, quia scilicet si adulter fuerit in ipso adu-

adulter-

adulterij deprehensus, potest a patre mulieris impune occidi, vt dixi infra hoc c. lib. §. Homicidium, verif. Dixi etiam, & alijs seq.

Alia quoque est pena adulterij de iure canonico, nam propter hoc crimine agi potest ad separationem thori, nec non, & ad dotis, & donationis propter nuptias priuationem. Et est communis opinio, vt dicit Bermond. de concub. fo. 35. post num. 32. Et hinc colligi potest tantam esse immunitatem huius criminis, vt licet iure diuino cautum sit, vt quos Deus coniunxit, homo non separet, nihilominus ex causa adulterij conceditur ipsius matrimonij separatio, vt est text. in c. ex literis. de divor. c. fin. Quinimo si crimen adulterij esset notorium, posset maritus absque aliqua sententia aut declaratione Episcopi vxorem adulteram propria auctoritate expellere. Et hanc dicit esse communem opin. Barbara in apostil. ad Abb. in c. fin. sub nu. 6. de adulce.

Et scias, quod hoc casu si matrimonium separatur propter adulterium commissum a viro, tenetur ipse vxori dotem suam restituere. Et ita firmant Doctores omnes, vt ait Paris consil. 54. nu. 42. lib. 4. Si verò separatur propter adulterium commissum ab vxore, ipsi amittit dotem, neque potest illam amplius repetere. Et hoc tamen de iure ciuili, quæ de iure canonico, text. est in c. plerunque. de donation. inter virum, & vxorem. & in l. c. mulier. ff. soluto mat. Et est communis opinio, ut dicit Bermond. de concubitis fo. 43. post num. 42. Bal. Nouell. de dote. in undecima parte. §. hæc tenus. nu. 36. Didacus super a. Decretal. fol. 135. nu. 1. quem refert Villalobos in sua collecta communium opinio. in litera A. nu. 68. Præter Conrad. fol. 384. num. 23. Bolognet. in Rubri. C. de edendo, num. 29. quem refert Viuius in libro communium opinio. fol. 318. verif. Vxor perdit. Et nota, quod licet Bar. in l. mulier. §. socer, in ultimis verbis. ff. de adulter. tenuerit, quod nisi maritus criminaliter accuset vxorem de adulterio, non lucratur dotem, veritas tamen est in contrarium, quod si licet etiam si eam ciuilitate conuincat de adulterio, lucratur dotem. Et ita con-

tra Bar. est communis opinio, ut attestatur Alex. consil. 189. num. 10. lib. 6. apostil. ad Bar. in d. c. §. socer.

Sed quid si aliquis ducat in uxore aliquam mulierem, quam siue propter consanguinitatem, siue propter aliud legitimum impedimentum non poterat de iure uxorem ducere, & illa commiserit adulterium, propter quod fuerit priuata dote, deinde matrimonium fuerit declaratum nullum, nunquid poterit mulier dotem suam repetere, ex eo quod sitate nullitate matrimonij non poterit dici adulterium, & consequenter neque ipsa dote priuari? Respon. quod non poterit illa repetere, ita tenet gl. in d. c. plerunque. in verbo, non ualebit. Et est communis opinio, ut dicit Bal. Nouel. de dote. in 1. parte. in d. §. hæc tenus. nu. 36. quem refert Didacus super 4. Decretal. fol. 135. nu. 1. Anto. Goues. super d. l. 80. Tauri, post nu. 48. verif. Secundo inferitur Bermond. in loco præallegato. fol. 44. num. 43. Io. Lupus de dona. inter virum, & uxorem. §. 36. num. 3. quem refert Villalob. in loco præallegato. Considerandus enim est status matrimonij, qui erat tempore commissi criminis, saltem putatiue, & mala intentio ipsius mulieris, quæ ex nullitate matrimonij, deinde declarata excusari non debet, saltem postquam iam super ipsa dotis priuatione fuit pronunciatum.

Adde, quod propter adulterium uxor non modo amittit dotem, sed etiam bona paraphernalia, ita tenet gl. in d. c. plerunque. in verbo, totalitum. Et est communis opinio, ut attestatur Boer. decif. 338. nu. 2. Didacus in loco præallegato, num. 2. Bermond. in loco præallegato, fol. 46. nu. 49. Pariter etiam maritus committens adulterium, puniatur, & ipse in donatione propter nuptias, quæ iuxta eam casu lucratur, ita tenet gl. in c. 1. in gl. aut lite non contestata. Et est communis opinio, ut dicit Bermond. in loco præalleg. nu. 56. & Reg.

Scias etiam, quod mulier amittit dotem, non solum propter adulterium, sed etiam propter solum osculum alteri in iocis marito datus, sed quia ille sibi manus ad mamillas possit, ita tenet Bal. in c. tunc. si. q. de procur. Et est communis opinio, ut dicit

Balden.

Bellon. in Rub. C. de edendo. nu. 8 r. quæ refert Didacus in loco præallegato, nu. 3. Cum enim adulterium fit difficilis probationis, & oscula dicantur proxima, & fere immediata preparatoria adulterii, optime statutum est, ut mulier eo ipso, quod concinuit osculum amatori dedisse, dicatur et de adulterio cõiuncta. Quod intellige, ut procedat non modo quantum ad processum civilem, sed etiam ad puniendum eam criminaliter de adulterio. Et hoc dicit esse de mente omnium Antonius Gomez. super d.l. 80. Tauri. nu. 50. quam tamen opin. ego non sequer in iudicando ad imponendam pœnam ordinariam delicti, & multi etiam contra Bal. tenentur, quorum opi. communem esse attestatur Bero. in Rub. de iudic. nu. 22. quæ refert Don Anton. de Padilla in l. transigere. nu. 87. de transact.

Facta autem thori separatione propter vxoris adulterium, tenetur nihilominus maritus illam alere. Et ita tenent communiter Doctores, ut ait Card. Alex. in cap. ex parte. col. fi. vers. sed opera pretiam. de sponsalibus. Licet enim vxor sit adultera, non propterea desinit esse vxor, etiam post thori separationem. c. 2. de duor. Tenetur etiam maritus castitatem seruare, alias si fornicetur, tenetur ipsam vxorem iterum in consortium admittere. Et est communis opi. ut dicit Abb. in d. c. ex literis. nu. 11. de duortijs. Et ad hoc cogi potest, non solum officio iudicis, sed etiam ad actionem ipsius vxoris. Et ita communiter tenetur, ut dicit Bellon. in c. lator. post nu. 9. vers. Limita secundo. de re iud. Didacus in loco præallegato, nu. 5.

Cauet etiam maritus, ne sciens vxorem esse adulteram, se cum ea carnaliter commisceat, nam ex eo videtur illi adulterium remississe, ita tenet gl. in c. fi. in gl. vnica. de adulter. quam dicit esse ab omnibus receptam Didacus in loco præallegato, n. 7. Censetur enim ex hoc mores suos approbasse. Quinimò vir, qui rem habet cum vxore adultera, non facta prius penitentia, peccat mortaliter, ut notatur in c. coniugio. 32. q. 1. Sed certe adulteri hodie etiam hoc non aduertunt. Et male, ut dicit Bertach. in suo reperto. in verbo,

Adulter, numero tertio.

Et hæc quidem de adulterio criminaliter in iudicium deducto sufficiant. Ceterum an vxor committens adulterium amittat dotem in præiudicium etiam patris & filiorum suorum, & quandiu hæc exceptio adulterij i dotis repetitione operari possit, & contra quas personas, & an necesse sit, quod maritus prius iudicium criminale proposuerit, et hæc omnia magis iudicium civile, quam criminale respicere videantur, suo loco tractauimus supra lib. proximo. §. Dos.

Vnum tamen volo vt scias, quod licet regulariter crimina non prescribantur minori temporis spacio, quam viginti annorum, vt dixi infra hoc eo. lib. §. fi. q. 51. circa principia. nihilominus accusatio adulterij prescribitur quinquenni, vt est tex. in l. mariti. §. hoc quinquenni. ff. de adulter. Et ita in facti contingencia iudicatum fuisse refert Paspo. lib. 24. titu. 2. Arresto 2. Quod intellige, ut procedat in simplici adulterio, secus autem in adulterio cum incestu, illud enim non prescribitur minori spacio, quam viginti annorum, prout & cetera crimina, de quibus dixi in loco præallegato.

## §. ASSASSINIUM.

### SUMMARIVM.

*Quis dicatur assassinus in materia c. primi, de homicid. in 6.*

*Et an ad hoc, ut quis dicatur assassinus, requiratur, quod constet occisum fuisse Christianum, ibidem.*

*Et an episcopus assassinus comprehendatur in dispositione dicti cap. primi, vers. scilicet. Quæro nunquid.*

*Quæ sit pena assassinij, vers. scilicet. Sed quæro.*

*Et an assassinus sit tutus immunitate ecclesiæ, si ad eam confugiat, vers. scilicet. Item licet.*

*Et an in crimine assassinij requirantur plene probationes, ut in alijs criminibus, vers. Præterea quamuis.*

Et

*Et an in hoc crimine puniatur effectus, et si non sit secus effectus, vers. Scias etiam.*

*Et an clericus assassinus possit puniri a iudice laico, vers. Videndum est. Remissive.*



ASSASSINVS est ille, qui aliquem Christianum occidi pretio mandat alteri siue infideli, siue Christiano. Et hæc est cõis opi. ut dicit Arer.

confi. 163. post nu. 17. vbi subdit, quod forte etiam est consuetudine approbata, quem refert Plaça lib. 1. delictorum. c. 19. nu. 2. & Vinius in lib. cõium opi. in verbo, Assassini omnes. Capic. decil. 155. Gramma. voto 8. & 9. Et dicit Prac. Conradi f. 377. num. 1. quod in hoc doctores omnes conueniunt. Exemplum autem poni potest in casibus in quibus consulerunt Bal. conf. 438. lib. 2. & conf. 383. libr. 5. & Rimin. conf. 55. & Rolan. confil. 24. in primo dubio. lib. 1. & Grammat. conf. 44. & conf. 66. & est decil. Capic. 112. & 155. Et scias, quod licet aliqui temerint, quod dispositio c. 1. de homi. in 6. punientis assassinos habeat locum solummodo in certo genere hominum, qui appellantur assassini: tamen in contrarium, scilicet imò comprehendat omnes, ut dixi, est communis opi. ut auct. stat. Boff. in tit. de mandato ad homic. nu. 16. Bene verum est (vt dixi) quod ad hoc vt quis proprie dicatur assassinus, & consequenter in eo locum habeat dispositio d. c. 1. requiritur, quod ille interfecit esset Christianus, ita dicit Io. And. in d. c. 1. quæ sequitur cõmuniter doctores, vt attestatur Alex. conf. 166. in fi. lib. 7. & Prac. Carer. fo. 290. post nu. 15. Et hæc sententia est omnium consensu stabilita, vt dicit Plaça in d. c. 19. nu. 8. Nam vbi agitur de impotenda pœna alicuius specialis constitutionis, requiritur quod cõcurrant omnes qualitates, de quibus in ipsa constitutione, vt dixi infra hoc eo. lib. §. fi. q. 85. ver. Vbi agitur. Et subdit Io. And. propter hoc f. equalis quendam imputatum de assassinio, ex eo, quod in processu nõ fuerat probata illa qualitas, quod ille occisus esset Christianus. Et dicit Io. Arno.

cautela 25. Vos scitis, quod impleta in facto semel iudicatur. Sed certe credo, quod hæc defensio apud nos parum pdesit, imò ille fuisse occisus in territorio Christianorum licet enim verus nemo nascatur Christianus, tamen cum a cõiter contingitur infideles non sint soliti inter Christianos conuersari, ille, qui in territorio Christianorum reperitur, habendus est pro Christiano, præsertim in hoc tam graui delicto, in quo non est super huiusmodi subtilitatis insistentia. Vbi tamen reus probaret illum fuisse infidelē, tunc vtique esset ab hoc crimine assassinij absoluitus.

Quæro, nunquid etiam episcopus qui sit assassinus, sit comprehensus in dispositione d. c. primi? Respond. quod sic. Et ita tenent communiter doctores, vt dicit Soc. inter confil. Curtij seniores conf. 20. post nu. 43. vers. Omitto postremo.

Sed quæro, quæ sit pœna assassinij? Respond. quod tales sunt diffidati a toto populo Christiano, & possunt impune offendere, & c. vt est text. in d. c. 1. Debet autem assassinus puniri pœna mortis, & secundum aliquos debet trahi ad caudam equi, prout in puribus locis vsu ac consuetudine receptum esse attestatur hoc, quem refert Plaça in d. c. 19. nu. 5. dicit tamen Prac. Carer. fo. 294. nu. 35. quod hodie assassini perfrustra sciuntur, & quod iudices hæc pœna vniuersi propter criminis immunitatem, & ad terrorem aliorum.

Item licet assassinus confugiat ad ecclesiam, non tamen est tutus eius immunitate, de qua dixi infra hoc eo. lib. §. fin. q. 30. sed potest inde extrahi per quemcunque iudicem secularē. Et hæc est crebrior apud omnes recepta opin. ut dicit Plaça in d. c. 19. nu. 24.

Præterea quamuis regulariter in criminalibus requirantur probationes iuxta meridianam clariores: tamen in hoc delicto propter eius immunitatem sufficit probabilia argumenta, etiam ad condemnandum, ita expresse dicit tex. in d. c. 1. & est cõis opi. ut dicit Boff. in tit. de conuictis, nu. 55. & in titu. de iudic. num. 201. Quod intellige non solum ad condemnandum pœna extraordinaria, sed etiam ad condemnandum pœna corporis assassina.

Et

Et hoc constitutissimum esse attestatur  
Placa in d. c. 19. num. 16.

Scias etiam, q̄ quamvis regulariter  
ex generali consuetudine Italie non pu  
niatur affectus, nisi sequatur effectus,  
vt dixi in d. §. fi. q. 92. tamen in crimine  
assassinij puniatur conatus, etiam si effe  
ctus secutus non fuerit. Et ita in facti cō  
tingentia consuluit Ang. conf. 14. in q.  
p̄missa. Et hoc frequentissimo oīum  
consensu receptum esse ait Didac. in rep.  
cle. si furiosus. fol. 180. vers. Secundo pro  
ponitur. Hanc etiam dicit esse frequen  
tiori calculo receptam sententiam Go  
nius de immu. Eccles. fol. 143. in 15. fall.  
post num. 8. quam refert Placa in d. c. 19.  
num. 9. Et ita obseruatum fuisse in fa  
cti contingentia per Curiam Neapol. re  
fert. Afflic. super 1. parte conf. Regni.  
Rubr. 12. num. 11. in fin. in quodam as  
sassinio, qui cum dardo ballistę dedit in  
arzone sellę equi illius, quem volebat  
interficere, nec tamen eū offendit, quę re  
fert, & in eandem sententiam consuluit Grā  
mat. voto 9. Idē etiam seruauit cōs. Neap.  
in cuiusdam notarij Marci, qui fuit fur  
cis suspensus, licet mors vulnerati per  
assassinum secuta nō fuisset, teste Capic.  
deci. 157. Notarius Marcus. Idē etiam ser  
uatum fuisse Mediolani, refert Class. qui  
tunc se dicit fuisse vicarium Capitanei  
Iustitię super consue. Burg. fol. 14. post  
num. 7. & fol. 44. nu. 17. Licet idem Gram  
mat. voto 8. referat assassinum non secuta  
morte condemnatum fuisse in pena pecu  
nariā, de quo etiam mentionē facit idem  
Grammat. super conf. Regni. fol. 74. col.  
2. & pariter ēt voto 20. refert assassinum  
non secuta morte condemnatum fuisse ad  
triremes perpetuū. Et licet fortē circa  
hoc loquendo secundam dispositionē iu  
ris cōs. multa dici possent, tñ stante cō  
suetudine, & cōs. doctorum opin. credo,  
q̄ non erraret iudex, qui illum in iudican  
do sequeretur. nam vt dicit Ang. in l. nō  
solim. §. si mandator. nu. 2. ff. de iniur. li  
cet de iure communi assassinus non vi  
deatur ceneri in plus q̄ mādator, id tamē  
de consuetudine non seruatur. Et meri  
tō, quia plus delinquit faciens per pecu  
niā, q̄ qui gratis. In tenatu tū vidi secūdi

qualitatem facti, & personarum diuer  
si modo iudicari, quandoq; penam ordina  
riam infligendo, & quandoq; mitius p̄  
niēdo, vt dixi in allegata q. 92. vers. Scias  
autem. Et ideo putarem hoc esse arbi  
trio iudicis relinquendum.

Videndum est etiam, nunquid cleri  
cus assassinus possit per iudicem secula  
rem puniri, & an requiratur degradatio,  
de quibus omnibus dixi. j. hoc eo. lib. §.  
fi. q. 36. vers. Item quaro. & seq.

## S. BLASPHEMIA.

### SVMMARIVM.

*Omnis contumelia in Deum, vel Sanctos pro  
lata, est blasphemia.*

*Et an dicere, Al dispetto di Dio, sit blas  
phemia, vers. Sed nunquid.*

*Que sit pena blasphemia, vers. Sed quaro.*

*Et an in crimine blasphemia admittatur  
repulsa testium, vers. Reperio etiam.*

*Iudæus blasphemans, an possit puniri per iudi  
cem ecclesiasticum, vers. Sed pone.*

*Blasphemans per iracundiam, an excusatur,  
versic. Excusari. Remissio.*

*Et an propter consuetudinem promittatur,  
versic. Item potest.*



**Q**UONIAM M N E couitiū, contu  
melia, vel maledictum,  
prolatum in Deum vel  
Sanctos, est blasphemia,  
ita dicit Barr. in l. item  
apud Labeonem. quam  
legit cum lege iniuria  
rū. §. sed adijcit. quę legit cū §. ait p̄tor.  
nu. 4. ff. de iniur. Et est cōs opin. vt dicit  
Aug. ad Ang. de malef. in verbo, verba  
iniuriōsa. nume. 13. quem refert Prae.  
Conradi. fol. 409. num. 25. Didac. in re  
pet. c. quamuis fol. 57. nu. 8. de pactis. Et  
potest poni exemplum in Iudæo, qui di  
xerat: Nascā il verno cane al Papa, &  
a chi il se Papa: Iddio non potrebbe far  
che esso non fosse Papa. Et sic lo haueſſi  
Iddio, si Papa, e' l' Vesouo nelle mani,  
trarrei loro gli occhi. super quo con  
sultuit

Cal. cōf. 2. de Iudæis. Et in alio lu  
deo, qui dixit: La vostra fede ē fede de  
ca 721, super quo consuluit Soc. conf. 119.  
lib. 4. Et in alio Iudæo, qui dixit. Nol po  
trebbe fare Iddio, che l' haueſſi scabiata  
io, super quo consuluit Soc. conf. 102. lib.  
1. & Alex. conf. 15. lib. 3. & in alio, qui  
dixit. De afina di Dio, super quo go. ait  
Bal. in quodā suo cōf. paruo, quod refert  
Catal. de synd. post nu. 104. Et in alio, qui  
dixit. Se Iddio il diceſſe, io direi che l' hū  
tisse per la gola, super quo consuluit Cæ  
pol conf. 77. Et in eo, qui dixit: Se l' se ap  
pōtasse nostra dōna, tu mi renderai quel  
lo che m' hai tolto, vt in casu Corn. cōf.  
18. lib. 1. Scias autē q̄ licet Barr. in d. §. ait  
p̄. ror. sentit, q̄ etiam in homines pos  
sit dici blasphemia: tamen hoc nō admit  
tit cōs vsus loquendi, vt dicit Boff. in ti.  
de Inquisit. post nu. 131. Et ideo in eo, q̄  
aliquid malum imprecaretur alteri, nō  
haberetur locus p̄na blasphemia.

Sed nunquid dicere, Al dispetto di  
Dio, est blasphemia? Respon. Bal. conf.  
476. lib. 3. tenuit q̄ nō. Contrariū vero. f.  
quod imo dicat blasphemia, iudicauit  
in facti cōtingētia. Curia Burdegalen. vt  
p̄ Boer. decif. 301. vbi in princ. dicit, q̄  
hęc opi. est verior tñ secūdu Theologos,  
quam secundam Canonistas, & Legistas.  
Idem etiam iudicauit conf. Neapol. vt at  
testatur Grammat. decif. 50. & super con  
stituti. Regni fol. 114. col. 3. quę refert Di  
dac. in loco p̄allegato, nume. 9. & pud  
nos autem non modo reputatur blasphe  
mia, sed etiam connumeratur inter atro  
ces, ita declaratus senatu 2. Aug. 1556. B.  
P. & 14. Iunij 1550. P. N.

Sed quaro, quę sit p̄na blasphemię?  
Respon. de iure diuino est p̄na mortis,  
L. iur. c. 24. genus autem mortis erat lapi  
datio, vt ibi. Et iure autē canonico cogi  
tur ad publicam penitentiam ante fores  
Ecclesie faciendam, modo, & forma posita  
in c. 2. de malef. quę tamē penam nō ha  
beret locum in clericis, ne p̄pter huiusmo  
di publicam satisfactionem vileſcat cleri  
calis ordinis auctoritas. Et ita communi  
ter tenet attestatur Ab. in d. c. a. num. 8.  
quem refert Simacas de heret. c. 8. num.  
12. De iure civili, p̄na blasphemias ē p̄

na mortis, tex. est clarus in auct. vt nō lu  
xurientur contra nat. in fi. & ita affirmat  
& cōcludunt doctores, vt dicit Iodoc. in  
prac. crim. c. 61. nu. 26. Sed hęc p̄na licet  
diuina, & humana lege constituta fuerit,  
hodiernis tamen temporibus ob defectū  
religionis, & iustitię non seruatur, vt dicit  
Lucas de Penna in l. omnes. col. 3. vers. se  
cundū quęrit. C. de delator. lib. 10. Et di  
cit Bal. in l. 2. circa fi. C. de reb. cred. q̄  
hodie p̄na illi? Auct. de consuetudine  
nō seruatur, prout illi refert Aug. ad Ang.  
de malef. in verbo, Verba iniuriōsa, post  
nu. 14. relatus, & ipse per Nunium de los  
corregidores. fol. 153. nu. 14. & per Prac.  
Conradi fol. 409. col. 2. Refert et Gram  
mat. super conf. Regni. fol. 113. col. 2. in  
fin. Bal. tamen in libro meo id non dicit.  
Dicit etiam Zas. confil. 159. num. 37. lib. 1.  
quod hęc p̄na de consuetudine non ser  
uat, nisi esset magna, & enormis blasphe  
mia, q̄ ex deliberato, maligno, & doloso  
propósito, & ore execrabili ad pernicio  
sum exemplum Dei, & hominū proſera  
tur. Et proculdubio si omnes blasphemias  
decipitatur, pauci sepe reserent, qui pos  
sunt blasphemare, vt dicit Bellon. cōf. 69.  
nu. 6. Sed certē hęc est pessima consuetudo,  
& iudicio meo grauiter peccant prin  
cipes Christiani, & eorū magistratū, qui  
hoc crimen seuerissimē non puniunt. Et  
in hoc reſpublica Christiana magna in  
digeret reformatione. Refert autē Boer.  
in d. decif. 301. quod quidam pro blasphe  
mia fuit per illam curiā, lingua pri<sup>9</sup> per  
forata, condemnatus ad ignem, & ali<sup>9</sup> de  
capitatus. Afflic. super tertia parte cōsti  
tuti. Regni. Rub. 54. nu. 7. dicit, quod licet  
ex illa constitutione imponatur blasphe  
mis p̄na amputationis lingue, vidit ta  
men aliquando eis perſorari tantam lin  
guam cum ferro. Et hoc ex causa. Idem fe  
re iudicauit parlamentum Delphinale,  
vt refert Marc<sup>9</sup> dec. 509. Iodoc. in d. c. 61.  
num. 17. dicit quod de consuetudine blas  
phemias gloriosissimam Virginē, vel fan  
ctos, puniit in amputatione lingue, & vlti  
m<sup>9</sup> exilio, vel alia p̄na arbitraria. Et ideo  
seruanda in hoc sunt statuta, vel cō  
suetudo locorum. Ceterum senatus, cui  
a constitutionibus permittit p̄nas ordi  
narias

narias blasphemis impositas argere solent præsertim in atrocibus, plerumque arbitrari graues poenas, quandoque iustum funis, vt in Gulielmo Casafco, qui dixerat, Nè tu, nè quell'afino di Christo &c. Et quinq; trirremium. Et recordor quod quidam Barbionus, qui dixerat: Venga il cancaro a quel traditor di Domenedio. & a quellochel'ha dipinto, & a chi crede, che'l fisa da bene, à far piouer' a de'fio. Fuit per bienium transmissus ad trirremes 13. Septembris. 1560. P. N. Et nisi rusticitas, & ira illum excusassent, fuisset laqueo suspensus. Et quidam Antonius Zanza propter atroces blasphemias iustus fuit, si erat aptus remo, transmitti ad trirremes perpetuo, sin minus, fursis suspendi. 18. April. 1549. P. N.

Reperio etiã, quod Paris de Put. de synd. fol. 210. post num. 13. tenit, quod imputatus de blasphemia non sit admittendus ad probandum contra personas testium, quia sunt infames, vel alii inhabiles ad testificandum, attento quod in hoc crimine grauissimo, quod est læsæ Maiestatis diuinæ, admittuntur testes etiam inhabiles, prout fit in crimine læsæ Maiestatis humanæ. Sed certè hæc decisio Paridis apud nos non seruatur, prout etiam non seruatur in supremis curijs Franciæ, teste Boerio in d. decis. 301. num. 11. in fin. Et ideo semper admittitur imputatus de blasphemia ad probandum contra testes quicquid vult, prout in alijs criminibus.

Hoc crimè blasphemie est communis fori. Et ideo potest laicus blasphemias puniri tam per iudicem ecclesiasticum, quam per secularem, vt not. in d. c. 2. de maled.

Sed pone, quod Iudex blasphemauerit, nunquid & ipse poterit puniri per iudicem ecclesiasticum? Respon. quod non, sed debet iudex secularis super tali blasphemia per Iudicem prolata cognoscere. Et hanc dicit esse communem opi. Alex. in quodam suo consilio quem refert Soci. consil. 119. post num. 16. versic. Vnde ponderandum, lib. 4. nam Iudex i sunt de foro seculari, vt dixi infra hoc eod. lib. §. fi. q. 35. versic. Modo quero. Benè verum est, quod si iudex secularis esset negligens, eo casu posset iudex ecclesiasticus de ipsa blasphemia cognosce-

re, & Iudicem punire. Et ita magis communiter concludunt doctores, vt dicit Alex. consil. 99. num. 15. lib. 6. quod conf. credo esse illud, de quo loquitur Soc. in loco præallegato, prout etiam considerat Marquard. qui illi refert in tract. de Iudicis, fol. 83. post num. 5.

Excusari potest quandoque ille, qui ira motus blasphematur, vt dixi infra hoc eod. lib. §. fin. q. 60. versic. Est etiam ira, in rustico, qui faciendo computa eum deo suo iratus dixit, quod Deus non potuisset facere, quod esset debitor tot operarum. Dicit etiã Bal. in l. accusationem. num. 11. C. qui accusa. non poss. quod in illis, qui blasphemant per lasciuiam, & ebrietatem, prout faciunt Perusini, non est tantum scelus, puniendi tamen sunt, sed mitius, vt dixi in d. q. 60. versic. Præterea quero.

Item potest excusari propter consuetudinem prouinciæ, non quidem vt in totum impunitus euadat, sed vt non puniatur pena ordinaria blasphemantibus imposita. Nam vt dicit Nunius de los correidores, fol. 152. num. 13. vbi in aliqua prouincia est frequens vsus dicendi, Al di petto di Dio, vel huiusmodi, licet in effectu sint verba blasphemica, tamen propter multitudinem hominum ita loquentium, consuetudo interpretata est, ut non pro blasphemijs, sed tantum pro sceleratis, & maledictis iuramentis talia uerba puniantur. Senatus tamen noster hoc non admittit, quinimò plerumque iussit reijci capitula in quibus quadoque imputati de blasphemia uolebant huiusmodi consuetudinem probare: talis enim non consuetudo, sed abusus potius dicendus est, cuius nulla ratio haberi debet.

## §. FALSVM.

### SVMMARIVM.

*Falsi crimen est publicum.*  
*Falsitas circa multa committi potest, versic.*  
*Sciendum.*  
*Falsitas circa testes multis modis committitur, versic.* Et in primis,  
*Subornans testes an dicatur falsum committere, versic.* Subornans.

Et

*Et an credatur testib. dicentibus se ad preces alicuius falsum deposuisse, vbi.*

*Producens falsos testes, an dicatur falsum committere, versiculi.* Producens falsos.

*Et an si iuste statuto puniente producens falsos testes, puniri debeat producens vnum tantummodo testem falsum, ibidem.*

*Testis falsum deponens dicitur falsum committere, versiculi.* Testis.

*Et quid si deponat in iudicio contrarium eius, quod prius dixerat extra iudicium, ibidem.*

*Et quid si deponat contrarium eius, quod dixerat in alio iudicio, ibid.*

*Et quid si duo testes inuicem sibi contradicant, an sint de falso puniendi, versiculi.* Coniungitur etiam.

*Et an dicta testium sint inter se concordanda, vt enitit falsum, versiculi.* Scias tamen. Remissio.

*Testis deponens super negatiua est suspectus de falso, versiculi.* Solet etiam.

*Testis deponens falsum, non circa factum principale sed circa alia extrinseca, non potest puniri de falso, versic.* Sed quid si testis.

*Si testis neget dixisse prout scriptum reperitur, cui magis credendum sit, notario, an testis, versic.* Pone testis.

*Testis, qui falsum deposuit sine iuramento an possit puniri de falso, versiculi.* Tu icis.

*Ad hoc vt testis dicatur falsus, an requiratur, quod probetur ipsum fuisse corruptum, versiculi.* Quero nunquid.

*Et quid e conuerso, nunquid sufficiat probare, quod sit pecunia corruptus absque eo, quod probetur falsum deposuisse, versiculi.* Sed quid e conuerso.

*Pena testis falsi que sit, versiculi.* Pena autem. Vtens dicto falsi testis dicitur falsum committere, versiculi.

*Vtens dicto.*

*Fabricans falsum instrumentum, dicitur falsum committere, versiculi.* Fabricans.

*Et que sit pena notarij fabricantis falsum instrumentum, ibid.*

*Producens falsum instrumentum dicitur falsum committere, versiculi.* Producens etiam.

*Vtens falso instrumentum, dicitur falsum committere, versiculi.* Vtens falso.

*Et quomodo hoc casu conuinci possit de scientia, ibid.*

*Et an puniatur eadem pena, ac si illud fabricasset, ibid.*

*Notarius ponens in instrumento, quod inuenit pretij numeratio, licet re uera pecunia non fuerint numerata, incidit in penam falsi, versiculi.* Notarius autem.

*Notarius scribens in instrumento, Rogatus Titius spondat Marius, cum tamen Titius esset absens, incidit in penam falsi, versiculi.* Sic etiam.

*Notarius consciens instrumentum super re illicita, incidit in penam falsi, versiculi.* Adde, quod notarius.

*Notarius negans se rogatum de instrumento de quo re uera sit rogatus, punitur pena falsi, versiculi.* Item notarius.

*Falsificans literas Principis, punitur pena falsi, versiculi.* Sunt & alij,

*Partium supponens dicitur committere crimen falsi, versiculi.* Partium supponens.

*Mutatio nominis est species falsitatis, versiculi.* Mutatio nominis.

*Ab radens instrumentum, dicitur falsum committere, versiculi.* Ab radens.

*Aperiens literas alienas, & illas ostendens aduersario, incidit in penam falsi, versiculi.* Aperiens.

*Ascribens sibi legatum in testamento alieno, punitur pena falsi, versiculi.* Ascribens.

*Et quid in testamento nuncupatio, ibid.*

*Prohibens aliquem testari, incidit in crimen falsi, versiculi.* Prohibens aliquem.

*Vendens eandem rem duobus, incidit in penam falsi, versiculi.* Vendens eandem.

*Suspicio falsi pro ueritate habetur, versiculi.* Trita est.

*Et quid ad puniendum criminaliter, ibid.* Quæ sit pena falsi, versiculi. Sed quero.

*Falsitatem committens circa testes, instrumenta, uel acta casu, an casum ipsam committat, versiculi.* Item propter.

*Falsitas an possit committi sine dolo, versiculi.* Excusatur.

Falsum

*Falsum non dicitur id, quod adiuuatur in mortio ueritatis, uersic. Præterea excusatur.*


*Falsitas nemini præiudicanti, an sit punibilis, uersic. Item excusatur.*

*Index omni studio, & interpretatione curare debet, ut falsum euietur, uersic. Item debet.*

*Falsificans monetur am qua pena puniatur, uersic. Dixi etiam.*

*Radens aut minuens monetur am qua postea puniatur, uersic. Radens autem.*

*Expensens falsum monetur am qua pena puniatur, uersic. Expensens.*



**F**ALSI crimem grauiſſimū est, & pp eius frequētia solet a legibus, & statutis grauius puniri, & cōnumerat inter publica delicta, non mō in agat. de testō falso, sed et de quocunq; alio instrumento. Et ideo quilibet de populo, etiā si particulariter eius non interit poterit de falso accusare, dixi s. hoc eo. li. §. r. uersic. sed nunquid.

Sciendum est, quod falsitas circa multa & multis modis committi potest. Potest n. committi circa testes, circa instrumenta, & scripturas, circa monetam, &c.

Et in primis quidē circa testes potest falsitas committi. Primō, subornando testem ad dicendum falsum testimonium. Secundo, producendo in iudicio testē falsum. Tertio, dicendo falsum testimonium. Quarto, utendo dicto ipsius testis falsi.

Subornans autem testes ad dicendum falsum, dicitur falsum committere, sicut, & ipse testis falsum deponens. Sed nunquid est danda fides ipsis testibus dicentibus se precib. alicuius falsum testimonium prohibuisse? Respond. q̄ non. Est enim communis opin. ut dicit Dec. consil. 189. post nu. 8. uersic. Primō, quia quem refert Rolan. consil. 16. num. 7. lib. 1. & Boss. in tit. de inquisit. num. 42. secundum quam in facti contingencia consuluit Ruin. consil. 146. & 147. lib. 5. & Narra consil. 298. Sunt enim facti criminis, & periri, merito non debet eorum dictum, neq; etiā suscipere ad inquirendum, iuxta ea quæ dixi

infra hoc eod. lib. §. si. q. 2. r. uersic. Dictum socii, & uersic. Scias tamen. Sed quicquid sit de iure, consuetudo obseruat contrarium. q̄ scilicet creditur huiusmodi testibus ita dicentibus, quo ad hoc ut contra eos, a quibus asserunt se subornatos, procedatur ad inquisitionem, & attestatur Boss. in loco præall. post nu. 46. Et practica est, q̄ confirmet eorū dictum in tortura, deinde procedat cōtra nominatos. Quinimō idem Boss. in tit. de indic. nu. 156. circa fi. dicit, q̄ creditur et ad torturam, modo aliquod aliud admittit cōcurrat. Et libidit, q̄ ita cōmuniter seruatur. Et ita ego et multoties uidi seruari.

Producens falsos testes scienter, dicitur & ipse falsum committere, ut declarat Bal. consil. 106. in 2. dubio, lib. 3. & consil. 446. lib. 5. Et reperio, q̄ senatus in facti contigencia inſit pōni ad catenam infamem quendam Blasium Axcardū, qui produxerat testem falsum pro filio suo, etiam grauius vulnerato. r. Decemb. 1543. P. N. Sed pone, stat statutū, quod puniit producentem falsos testes, modo aliquis producit tantummodo unum testem falsum, nunquid dicitur incidisse in pœnam statuti? Resp. q̄ sic. Et ita communiter tenetur, ut dicit Ias. in l. Gallus. §. q̄ si is. iu. 2. lectura. num. 2. ff. de lib. & posth. Et ita practicitur, ut dicit Ang. in l. preter. §. homines. in fi. ff. vi bonorum rap.

Testis, qui falsum testimonium deponit in iudicio, dicit falsum committere. l. j. ff. de falsis. c. 1. de cri. falsi. & siquidem dolo malo deposuit cōtra innocentē, puniit tãquã homicida. l. j. in prin. ff. ad leg. Cor. de fcar. Et ita in facti cōtingencia tenatus iussit furcis suspendi quendã Cernutum, & alium testē, qui in causa criminali falsum testimonium ad offensam deposuerat. 27. sept. 1548. P. N. quod et pluries seruatum fuisse per parlamentum Parisiense referet Papo. lib. 2. tit. 13. Arreto. l. Non tã semper seruatus solet hac seueritate uti, sed quique etiam mitius agitur, prout in quodã Beltramino de Beluardo, qui trãmissus fuit ad trirēnes per decennium. 30. Ian. 1555. D. P. Et Frãncisc. Pineta, q̄ fuit tantummodo suscitatus. 27. Octob. 1538. P. N. Si uerō deponat ad defensam, scilicet in pœnam

penam falsi, quæ est deportatio cum publicatione bonorum, ut dixi infra, uersic. Sed quæro. Sed quia hodie (ut ibi dixi) deportatio non est in usu, dēt puniri pœna extraordinaria arbitrio iudicis. Et ita in facti contingencia cōsuluit Alex. consil. 55. lib. 7. Et secuta est iudicando Curia Neapol. quæ condemnauit ad trirēnes ad tempus quandam, qui falsum deponere rat ad defensam, ut refert Grammat. voto 5. & super consil. Regni fol. 116. col. 3. ubi in hac materia valde eleganter loquitur. Testibus autem falsum deponentibus in causa ciuili quandoque amputatur lingua, plerumque etiam sustingantur, secundum causæ, & personarum qualitatem. Coniungitur autem testis de falso, in primis si ipsemet fateatur falsum deponuisse, nulla. n. maior est probatio, quam proprii oris confessio. Itē si ipsemet contraria dixerit. Et in hoc proposito scire debes, q̄ aut testis deponit in iudicio contrarium eius, q̄ dixerat extra iudicium. Et tunc non dicit falsarius, & consequenter et neque potest de falso puniri. Et est communis opin. ut dicit Alex. consil. 74. num. 8. lib. 1. Didac. in repetit. c. quæuis. fol. 55. post nu. 5. uersic. Sed, & si quis. Et late dixi infra hoc eo. lib. §. si. q. 53. uersic. Primus casus. Aut uerō deponit in vno iudicio contrarium eius quod dixerat in alio iudicio. Et hoc casu dēt puniri tanquam falsarius. Et est communis opin. ut dicit Camerar. in suo consil. matrimoniali posito post consil. Zabazel. num. 3. Aut deponit in vno iudicio, contrarium eius quod prius dixerat in eodem iudicio, & pariter puniendus est de falso. Et in hoc omnes conueniunt, ut ait Didac. lib. 2. re solutionum. c. 13. post nu. 8. uersic. Ceterum, ibi tertium est. Sed in hoc proposito uidentur ea quæ dixi in d. q. 53. ubi diffusius scripsi, & hic non repeto.

Coniungitur etiam testis de falso per alios tests numero plures, qui contrarium deponant. Sed pone, q̄ duo testes tantum inter se contradicant, nunquid erunt puniendi de falso? Respond. aliqui tenent q̄ sic. Et hanc dicit esse communem opin. Aret. consil. 71. num. 3. quem refert Boss. in tit. de tortura testium, nu. 35. & in tit.

de falsis, num. 20. Sed certe ego nō credo q̄ hæc opinio sit neque communis, neque uera, quia si neutri eorum creditur, quo ad hoc ut probent secūdum communem opi. ut dixi supra li. 2. §. Testis. multo minus erit uiri credendum contra alium, ut ille puniatur de falso. Bene potest & debet index hoc casu super ipsa cōtrarietate diligenter inquirere, quis eorum falsum dixerit. Et etiam ubi tales testes essent alias suspecti uel male cond. possent subijci torture, prout se uidiſſe practitari affirmat Boss. in d. tit. de falsis, nu. 24. Quod tamen intelligendum est cum grano salis, ut si index priuſquam ad talem actum torture deueniat, diligenter animaduertat, ne destruat intentionē fisci, uel indebite lædat ius partis, & uideat, an dictū minus ex ipsis testib. cond. uetur alij præuſionibus, & similia, in quibus uersabitur multum religio ipsius iudicare uidebitur.

Scias tamē, q̄ dicta testium sunt inter se, quantum fieri potest, concordanda, ut euent falsum, ut dixi in d. §. Testis. Et hoc non modo si plures testes inter se cōtradican, sed etiam si vnus testis uideatur sibi ipsi contrarius.

Solet etiam dici, q̄ testis deponens super negatiua est suspectus de falso, nā regulariter negatiua est improbabilis, ut dixi. j. hoc eo. li. §. si. q. 52. uersic. Scias aut. Scias tã, q̄ testis ex eo solo, q̄ deponat li per negatiua, non pōt puniri de falso. Et est cōis opin. ut attestatur Boss. in ut. de defens. reorum, n. 34. Quod intellige, nisi per alias probationes cōuincatur falsum deponuisse, potest tã puniri pœna extraordinaria ob temerariā assercionem. Et ita tenent cōiter scribentes, ut dicit Cagnol. in l. vnica, nu. 38. ff. si quis iurisd. non ob temp. Scias etiam, q̄ in dubio uerba testis sunt intelligenda, ut talis falsitas, quæ incurrit testis deponens super negatiua, euitet. Ita colligit ex gl. in l. iuris gētiū. §. q̄ fer. in uerbo, Contrarium p̄betur. ff. de pac. quam dicit esse cōiter approbatam Curt. Ann. in d. l. vnica, in prin. nu. 9. Faciunt quæ dixi infra uersic. Item debet.

Sed qd si testis non deponerit falsum circa factū principale, nec circa qualitates Iul. Clar. B. substitua-

substantiales, sed circa alia extrinseca nū quid poterit puniri de falso? Rñ, qđ nō, ita dicit Bal. in l. si ex falsi. circa fi. C. de trafac. & ita cōiter concludit, vt dicit Alex. conf. 88. nu. 19. lib. 5. Pōt tñ puniri p̄na Stellonar? secundū lac. But. in l. Lucr<sup>o</sup>. ff. de his qui no. inf. Et idē dicunt oēs doctores teste Marfil. consil. 70. nu. 11.

Pone, testis negat le dixisse, prout notarius scripsit, notarius vero asserit testē ita dixisse, vt scriptū est, cui magis est credendum? Rñ ei pond. quōd regulariter magis credit notario, vt dixi infra hoc eo. lib. 5. ff. q. 53. versic. Quin<sup>o</sup> est casus. Sed quantum ad hoc, vt notari<sup>o</sup> vel testis puniatur de falso, non creditur neque notario contra testem, neque testi contra notarium. Ita tenuit Specul. in tit. de teste. §. 1. versic. Sed pone iudex. Et ita concluditur per omnes, vt dicit Alex. consil. 74. nu. 12. lib. 1. ita etiam communiter concludi attestatur Riminal. consil. 56 nu. 2. Et ita reperio decisum fuisse in factu contingentia per consil. Neapol. teste Capic. decisi. 94. in causa 10. Pauli. Dicit autem Prac. Millei fol. 83. nu. 46. qđ hodie de consuetudine ad abundantiore cautela iudices solent, imō tenentur a cō, & processus criminales signi sui, aut chirographi munimine comprobare vñ cum scriba, seu notario. Sed hoc apud nos non seruatur. Bene solent quandoque iudices in causis arduis facere, qđ testes ipsi post eorum depositionem manu sua attestationes suas subscribāt, qđ satis placet. Hæc autem omnia intellige, vt procedāt, quōdo in ipso examine nullus præfens fuisset, præter ipsos notarium, & testē. Sed si ultra notarium fuisset etiam præfens iudex, tunc absoluetur statim ei, quod reperitur scriptū, quidquid testis postea dicat.

Tu scis, quōd dictum testis non probat, nisi sit iuratus, vt dixi in d. §. Testis. Modo aliquis dixit testimonium non iuratus, nunquid poterit argui de falso? Respond. quōd poterit puniri de falso, perinde ac si iurasset, ita dixit Bart. in l. si quis legatum, num. 3. & seq. ff. de falsis. Et est communis opi. vt dicit Alex. in l. Edi. §. cum autem, num. 6. ff. de edendo. Curt. Sen. in tract. de testib. conclus. 15. nu. 34.

licet enim testis nō iuræ, non tamen propterea dicitur eius depositio esse sine forma, vt declarat Bar. ibi, merito est puniendus. Quo ad hoc tamen an iuramentum sit de forma, vel ne, videnda sunt ea, quæ dixi in d. §. Testis. Et est intelligēda hæc cōclusio, vt procedat, modo talis falsitas, quam deposuit testis non iuratus, sit nocibilis, alias enim non esset de falso puniendus, saltem p̄na ordinaria, iuxta ea, quæ dixi infra versic. Item accusatur.

Quæro, nunquid ad hoc vt testis dicatur falsus, sufficiat probare, qđ dixit falsum in sua depositione, an autem debeat etiam probari, quōd fuerit corruptus? Respond. quōd sufficit probare testem falsum dixisse, absque eo, quōd probetur, quōd pecunia vel alio modo corruptus falsum deposuerit, ita dicit glo. in c. licet causā, in glo. 2. circa med. de probatio. Et hæc opt. communiter tenetur, ut dicit Imola in l. Diuus, col. 1. in glo. in verbo, Corruptus. ff. de re iudic. Hanc etiam dicit esse communem opin. Socin. l. un. consil. 49. num. 9. lib. secundo. Menchiaca contra uerf. usu frequentium. c. 36. num. 10. nō tamen pars utrunque simul dixerit, scilicet testes corruptos falsum dixisse, nā eo casu utrunque probare tenetur, secundum communem opin. ut ibi p̄ Mench. cui tamen hæc differentia non placet, prout neque etiam placet mihi. Si uerō pars non utrumque simul, sed copulatiue deduxerit, quia scilicet dixerit testes corruptos fuisse, & falsum deposuisse, eo casu sufficit alterum probare. Et hæc est communis opi. vt attestant scribentes in d. l. Diuus, quos refert Mēchiaca in loco p̄ allegato, nu. 14.

Sed quid? conuerso, nunquid sufficit probare, quōd testes acceperunt pecuniam pro testimonio dicendo, absque eo, quōd probetur ipsos falsum deposuisse? Respond. Bart. in l. 1. in pri. post glo. in verbo, Aduocationem. ff. de falsis. & in d. l. Diuus, num. 7. ff. de re iudic. tenuit, quōd eo ipso, quōd probatur testē accepisse pecuniam pro testimonio ferendo, possit puniri de falso. Et hanc opin. dicit sequi cōmuniter doctores Anon. in cap. primo, num. 15. de falsis. Menchiaca contra uerf. usu frequentium. c. 36. num. 6. Illam etiam dicit

dicit esse magis commune. Didacus in repe. c. quamuis. fol. 57. col. 3. licet dicat illam sibi nō placere, idem attestatur Nunnus de los corregidores. fol. 238. nu. 18. in fi. Alij dicunt, qđ ex eo non probat falsitas testis quo ad illum, qui dedit pecuniam. Et ait Dec. in d. c. licet causam. nu. 20. de probatio. & consil. 189. pauld ante. nu. 12. quōd ita tenent communiter doctores, quem refert Bosl. in tit. de falsis. nume. 168. & in tit. de oppos. contra testes. nume. 148. & Viuius in li. communium opin. fol. 299. versic. Testium solam. Ego uerō sic dico. Aut apparet testem, qui pecuniam accepit, falsum deposuisse. Et superfluum est querere, an sit propter corruptionem de falso conuictus, cum sit de falso testimonio omnino puniendus. Aut apparet ipsum veritatem dixisse. Et hoc casu ego non video, quomodo possit puniri de falso. ex quo constat ipsum non dixisse falsum. Et ideo dicerem posse puniri aliqua p̄na extraordinaria, ex quo turpiter accepit pecuniam pro eo quod tenetur gratis facere, & hoc nisi accepisset pro suis expensis, vel operis, nam eo casu potuit licite accipere. Aut uerō dubitat, nunquid falsum, aut uerū dixerit. Et eo casu negari non potest, quin sit ualde suspectus, quōd falsum dixerit. Et ideo crederem, qđ possit iudex illum torqueri facere super falsitate principalis depositionis, & deinde etiam illum punire extra ordinem, propterea quōd pecuniam turpiter accepisset, vt supra dixi.

Pœna autem testis falsum deponentis, de iure canonico est in clerico depositio, & detrusio in monasterium. c. si Episcopus. 50. distinctione. De iure ciuili est pœna falsi, de quo dixi infra versic. Sed querō. Item testis falsus tenetur uersus partē de omni damno contingente propter illud falsum testimonium, secundum regulam, quam tradit glo. in c. presbyteri. in gl. fi. de homicid. Hoc tamen intellige, ut procedat in foro contentioso, secus autem in foro conscientie, nam in hoc foro non tenetur nisi de falso testimonio, non autem de damno ex illo subsequente. Ita singulariter dixit Vinc. in cap. 1. de custodia. quem sequuntur communiter do-

ctores, vt dicit Corset. in suis singul. in verbo, Testis, uerf. Si aliquis, quod nota, quia de facili quis responderet contrariū.

Vtens dicto falsi testis, dicitur falsum committere. Quod intellige, si sciens testimonium esse falsum eo ueratur, alias fecit. Et quia scientia est difficilis probationis, ideo inuenta est illa p̄ctica, qua quotidie utuntur aduocati, & procuratores, quia faciunt partem, quæ producit testē, interrogari, an uelit uti dicto ipsius testis cum termino ad liberandum. Et si in eo termino respondeat se uelle uti, tunc habetur pro sciente, ut dixi infra uersic. atēs falso. Et itud interrogatorium est de consuetudine. Vt dicit Riminal. consil. 569. nu. 5. ubi conluit qđ iudex inquirens non potest hāc interrogacionem facere. Quod nota.

Fabricans falsum instrumentum dicitur falsum committere. Pœna autem notarij fabricantis falsum instrumentum de iure communi est pœna falsi, de qua dixi infra uersic. Sed querō. De iure autem Longobardorum erat pœna amputationis manus dextræ. Et hæc pœna etiam hodie seruatur, ut attestat Gand. de malef. in rubr. de falsar. nu. 3. quem refert Augu. ad Ang. de malef. in uerbo, Falsario, post nu. 48. & Rolan. consil. 38. nu. 16. lib. 1. & Capic. decisi. 153. nu. 5. licet dicat, qđ ille notarius fuit suspensus propter constitutiones utriusque regni, quæ puniunt hoc crimine ultimo supposito. In hoc tamē Ducatu pro prima falsitate notarij ut plurimum puniuntur citra mortē, sed si plures committant, igne comburant, prout uidi in factu cōtingētia cōdemnatū ad ignem quandam Ant. Gayanellū. 6. Iunij. 1545 & alium de A planijs. 27. Aug. 1548.

Producens falsum instrumentum, dicitur falsum committere, si sciebat illud esse falsum.

Vtens falso instrumentū dicitur falsum committere. l. maiorem. C. de falsis. Et ita in factu contingētia conuuluit Barb. consil. 54. maxime num. 16. & seq. lib. 3. Scias tamen, qđ ille, qui utit falso instrumento, non punitur, nisi sciens illud esse falsum eo usus fuerit. Et quia scientia difficile probari potest nisi per coniecturas, ut dixi infra lib. 7. §. Probatio. ideo in p̄ctica in-

uentus est modus ad illam pbandam sal-  
tem præsumpciue, si in interrogando produ-  
centem, an velit vti ipso instrumento, cū  
termino ad respondendum. Et si in eo ter-  
mino responderit velle vti, punit de fal-  
so tanquam sciens, pducens, vt dixi su-  
pra vers. Vtens dicto. Et scias, q̄ statuto  
di. 30. termino tenetur clarè respondere.  
& sine vlla conditione, vel adiectione, an  
velit vti, vel non. Et hoc siue sit factum  
proprium, siue alienū, & siue possit de eo  
verisimiliter esse instructus, siue non. Et  
hæc est cōmunis opi. vt dicit Boff. in tit.  
de falsis, nu. 155. Bene verum est, q̄ si aga-  
tur de facto alieno, de quo non sit verisi-  
milter instructus, iudex debet illi (si eam  
petat) concedere longiorem dilationem  
ad respondendum, quam si ageretur de fa-  
cto proprio. Et ita vsu obseruatus. Scias  
etiam, q̄ ille qui vtitur falso instrumento,  
mitius pun- cur, quam ille qui illud fabri-  
cauit, vel fabricari fecit, nā solummodo  
ponitur p̄na relegationis. Et ita commu-  
niter tenetur, vt dicit Sal. in l. si uteris. nu.  
4. C. de fide instr. Fabricans autem puni-  
tur p̄na falsi ordinaria, quæ est deporta-  
tio cūm publicatione bonorum.

Notarius autem non modo fabrican-  
do falsa instrumenta, dicitur falsum com-  
mittere, sed etiam si in instrumento ali-  
quid apponat, quod verum non sit, puta  
si in instrumento mutui apponat uerbum  
numerauit, cūm tamen tempore celebrati  
contractus nulla pecunia fuerit numera-  
ta. Et ideo debet puniri de falso. ita dicit  
gl. in l. ex cautione. in gl. magna ff. de pac  
quam sequuntur omnes, ut dicit Alex. in  
l. prædia. num. 4. ff. de acquir. poss. Hanc  
etiam dicunt esse communem opi. Scribē-  
tes in l. singularia. ff. si cer. per. & in specie  
Ias. nu. 48. qui dicit, q̄ totus mundus eam  
sequitur, & Dec. nu. 33. quem refert Diaz.  
reg. 492. Et licet Bart. in d. l. prædia. nu. 3.  
post Iac. Butr. uideat tenere, q̄ illud uer-  
bum, numerauit, possit etiā uerificari in  
actu fisco, illa tamen opin. communiter  
damnat, ut dicit Alex. in ea. l. singularia  
post nu. 31. quem refert Dec. ibi. Post nu-  
me. 33. & Foller. in præct. crim. fol. 162. nu-  
me. 66. Idem dicit Curt. Iun. in ea. l. singu-  
laria. num. 36. Non enim debet notarius

conficere instrumentum, nisi de his, quæ  
sensu corporis tunc percipit, se. undum  
doctrinam Bar. in auth. si quis in aliquo,  
circa fi. C. de ed. do. quam dicit esse com-  
muniter approbatam Curt. Iun. in d. l.  
singularia. post num. 36.

Sic etiam si notari⁹ scripserit in instru-  
mento, rogauit Titius, spōdit Meui⁹,  
& probetur, quod tempore cōfecti instru-  
menti Titius erat absens, proculdubio inci-  
dit in p̄nam falsi. ita sentit Bar. in l. in-  
rudentiū. §. quod ferè. ff. de pac. quem se-  
quuntur communiter doctores. vt attesta-  
tur Ripa in l. 1. in prin. nu. 3. ff. de uerbo.  
obliga. Licet enim quis possit interroga-  
re, & alius respondere ex intervallo, ta-  
men cūm in instrumento apponatur lo-  
cus, & tempus p̄cisiuum, non debet nota-  
rius (ut dixi) ponere in instrumento, nisi  
ea que percipit sensu corporis tempore  
cōfecti instrumenti, aliis incidit in cri-  
men falsi.

Pariter etiam notarius omittens appo-  
nere solemnitates requisitas in instru-  
mento, de quo est rogatus, incidit in p̄nam  
falsi. Et ita magis communiter tenet, ut  
dicit Cor. cōsi. 53. in litera G. lib. 4. Scias  
tamen quod propter hoc non punitur de  
falso, nisi in casibus à iure expressis. Et  
hæc est communis opi. ut dicit Augu.  
ad Ange. de malefic. in uerbo, Falsario, in  
fin. quem refert Pract. Conradi, fol. 393.  
numero 10.

Addè, quod notarius conficiens instru-  
mentum super re illicita, extra casus à iu-  
re permisso, incidit in p̄nam falsi. ita te-  
net Bar. in l. 1. uerf. Venio ad tertiam. C.  
de peti. 60. subla. lib. decimo. cuius opin.  
ab omnib⁹ approbatur, ut dicit Auguſti.  
ad Ange. de malefic. in uerbo, Falsario.  
num. 46. quem refert Pract. Conradi fol.  
393. num. 9. in fine.

Item notarius negans se esse rogatum  
de instrumento, de quo re uera fuit roga-  
tus, punitur p̄na falsi. ita tenet commu-  
niter Scribētes, ut dicit Curt. Iun. in l. q̄  
acculare. post nume. 12. C. de eden. Quod  
intellige, nisi notarius esset uir bonæ opi-  
nionis, & factum esset iam ante longo tē-  
pore ipsum instrumentum, nā eo casu es-  
set excusandus, quia ex cursu longi tem-  
poris

poris præsuntur oblitio, vt dixi infra li-  
bro 7. §. possessio. Bene uerū est, q̄ si pars  
faceret statui notario terminū ad respon-  
dendum, an esset de eo rogatus, & nega-  
ret, dicerem illum non esse à p̄na falsi  
excusandum.

Sunt etiam alij casus, in quibus falsum  
committitur, puta falsificando literas Pa-  
pæ, Regum &c. Et nota, q̄ clericus com-  
mittens crimen falsi in literis Apostolis  
statim est degradandus, & tradendus curiæ  
seculari, vt dixi infra §. si. q. 36. vers.  
Scias etiam. & versif. Videmus etiam.

Ab radens instrumenta, dicitur falsum  
committere. Et scias, q̄ de abstractione facta  
in literis confirmatorijs p̄ncipis, vel in  
literis de iustitia, idem iudicatur, q̄ de ra-  
tura alicuius instrumenti. Et est commu-  
nis opin. vt dicit Afflic. decif. 404. post nu-  
mer. 4.

Aperiens & dissigillans literas alias  
vt illas ostendat aduersario, committit cri-  
men falsi. ita tenet Bar. in l. Titio. nu. 3. ff.  
ad municip. Et est communis opi. ut di-  
cit Auguſt. ad Ange. de malefic. in uerbo,  
Falsario. nu. 10. quem refert Pract. Conra-  
di, fol. 392. col. 2. in prin.

Aferibens sibi legatum in testamento  
alieno, punitur p̄na l. Cor. de falsis. quæ  
est deportatio, & bonorum publicatio. l.  
1. §. si. ff. ad leg. Cor. de falsis. l. Senatuscō-  
sulto. C. de his, qui sibi aferib. Et hoc ex  
dispositione Senatuscōsulti Liboniani, ut  
ibi. Hoc autem senatuscōsultū de plano  
procedit, quido testamentum, de quo  
agitur, fuit cōstitutum in scriptis, & sic  
per ipsam solam scripturam potest ueritas  
uoluntatis probari, prout etiam aperte  
loqui uidentur uerba ipsius senatuscō-  
sulti. Sed quid in testamento nuncupati-  
uo, quod conficitur coram testibus, pro-  
pterea q̄; uidetur cessare suspicio, ex quo  
uoluntas potest etiā per ipsos testes pro-  
bari? Respond. quod etiam in tali testa-  
mento locum habet dispositio dicti sena-  
tuscōsulti. ita tenuit Dy. quem commu-  
niter doctores sequuntur, vt dicit Bello.  
consil. 80. post num. 3. Hanc etiam dicit  
esse communem opin. Boff. in tit. de his,  
qui sibi aferibunt. num. 3. Licet enim ad-  
huc testes, quando conficitur testamentū,

tamen experientia doce, q̄ quilibet de fa-  
cili abluiscitur, præterea ea, quæ ad ip-  
sum non pertinent: præterea ubi quid re-  
peritur scriptū in testamento, pauci sunt  
qui contra ipsum testamentum uelint de-  
ponere. Si tamen notarius probaret per-  
testes, q̄ testator tale legatum sibi reliquis-  
set, credo q̄ euitaret p̄nam falsi. Et ita in  
religio illud quod dicit Anan. in c. accedens.  
post num. 6. de crim. falsi. dum at-  
testatur communiter teneri, quod quando  
est tale testamentum nūcupatiuum, quod  
probatum per testes, non tenetur notarius  
in eo aliquid ubi aferibēs. f. q̄ secuta pro-  
batione per testes, notarius non fit ex ea  
causa molestandus.

Prohibens alicquem testari, incidit in  
crimen falsi. l. Paulus. ff. de falsis. ut in ca-  
su Cor. consil. 56. lib. 1. & consil. 84. eodem  
vol. & consil. 209. lib. 2. & consil. 110. lib. 4.  
& Calc. consil. 91. & Ias. consil. 31. lib. 1. &  
Socii. consil. 105. lib. 1. & Socii. Inn. consil.  
148. lib. 2. & punitur talis prohibens p̄na  
extraordinaria arbitrio iudicis. ita te-  
nent communiter Doctores, vt dicit Boff.  
in tit. de his, qui prohibent alicquem testa-  
ri. nume. 1. & ei auferunt hæreditas tan-  
quam ab indigno. Scias tamen, quod ad  
hoc, vt huiusmodi p̄na locum habeat  
duo requiruntur. Primum, quod defun-  
ctus uellet testari. Secundum, q̄ fuerit pro-  
hibitus testari. Et hoc est commune di-  
ctum, vt attestatur Socii. Iun. in d. consil.  
148. nu. 1. lib. 2.

Vendens eandem rem duobus, incidit  
in crimē falsi: si uerò alienat duobus alio  
contractu, quam uenditionis, punitur tan-  
tum p̄na stellionatus, text. est in l. qui duo  
bus. ff. de falsis. Sed certe illis iuribus de  
rogatum est per generalem consuetudi-  
nem, vt attestatur Pract. Pap. in forma li-  
belli in actione hypothecaria. in uerbo,  
Sub eadem. col. si. quæ refert Pract. Conra-  
di fol. 396. num. 21.

Tria est conclusio apud omnes, quod  
suspicio falsi pro ueritate habetur, & fuit  
dictum Archid. in c. in memoriam. 19. di-  
stinct. Scias tamen, quod hæc conclusio ita  
simpliciter intellecta non est uera, imo in  
contrarium est communis opin. vt at-  
testatur Gratus, consil. 60. num. 16. lib. 2.



Socin. l. un. consil. 45. nu. 8. lib. 3. quem refert Herrulan. de proban. nega. num. 131. Et igitur distinguendum, nam aut loquimur in criminalibus ad puniendum aliquem de falso, & tunc ad probandum falsitatem non sufficiunt coniecturæ, neque suspiciones, sed requiruntur probationes legitime, & quæ de necessitate concludant. Et est communis opinio, ut dicit Socin. l. un. consil. 39. num. 44. & num. 77. lib. 2. & consil. 61. num. 9. eo. vol. Boss. in tit. de offi. corrupt. pec. num. 14. Aut loquimur in civilibus ad elidendam aliquam probationem, & eo casu utique talis suspicio falsi, & veritas habetur, & ita intelligendo illud dictum Archid. est communiter approbatum, ut dicit Curt. l. un. consil. 132. nume. 10. & consil. 166. num. 6.

Sed quæro quæ sit pena falsi? Respond. quod est deportatio cum publicatione bonorum, hæc tamen pena hodie non est in usu, neque imponitur alicui de consuetudine, ut dicit Gand. in tit. de fals. num. 3. que refert Aug. ad Ang. de malef. in verbo, Falsario. post nu. 48. nam (ut ipse ait) hodie non vitur de deportationibus, ut dixi etiam infra hoc eod. lib. §. si. que est. 67. versic. Deportatio. Et ideo (secundum eum) ubi adiuncta statuta sepe de dispositione, imponenda est pena expressa in ipsis statutis, ubi verò non sit a statutis aliqua pena iuxta, tunc imponenda est pena consuetæ, quasi hoc arbitrio iudicis relinquatur. Et dicit, quod ita sentiunt lac. de Arena, & multi alij doctores. Vide quæ dixi supra versic. Testis falsum, & versic. Pena autem, & versic. Fabricans, & in d. versic. Deportatio.

Item propter falsitatem commissam in causa, pars ipsa falsitatem committens causam amittit. Et hæc est communis opinio, ut dicit Boer. decil. 291. nu. 2. prout illum refert Villalobos in l. i. collecta communium opinio in l. i. F. nu. 4. Tu vero dic, quod aut commissi est falsitas circa testes, aut in instrumentis, & hoc casu non amittit causam, ita dicit Bar. in l. i. in fraudem. §. quoties. ff. de iure fisci. Et est communis opinio, ut dicit Dec. in cap. venerabilis. nu. 21. de exceptio. Boer. in d. decil. 291. post num. 2. quem refert Turzan. in suis commu-

nibus opi. c. 81. Aut verò est commissio falsitas circa acta ipsius causæ, & tunc causam amittit, & ita dicit Bar. in loco præallegato, & ita communiter teneur, ut ait Dec. in d. c. cum venerabilis. post num. 21. Hæc etiam opinio dicit esse communem Alex. in l. Diuus nu. 6. quem refert Diac. in repet. cap. quamvis. fol. 56. post nu. 6. versic. Item punitur, & præf. Couradi fol. 399. nu. 31. Boer. in loco præallegato, ubi etiam subdit, quod ita servatur in practica, quem refert Vantius de nullitatibus. fol. 334. nu. 141. Rin. cõf. 15. nu. 3. li. 5. & licet alij tenuerint istud tantummodo locum habere quando cautà est cum fide, nihilominus magis communis opinio est, quod habeat locum etiam quando est cum primato, ut attestatur Rui. in loco præallegato.

Excusatur autem a crimine, & pena falsi ille, qui non est in dolo, nam vera est iuris conclusio, quod falsitas sine dolo committi non potest. Et est communis opinio, ut ait Socin. l. un. consil. 39. nu. 81. lib. 2. Facinus quæ dixi infra hoc eod. lib. §. si. q. 84. circa princip.

Præterea excusatur, quando illud, quod dicitur falsum, adiunatur primòrdio veritatis. Est enim certa iuris conclusio, quod non potest dici falsum illud, quod inuatur primòrdio veritatis. I. cum filius §. hæres meus. ff. de lega. 2. Et hanc conclusionem dicit esse communiter approbatam Foller. in pract. crim. fol. 83. nu. 35.

Item excusatur, si falsitas nemini præiudicat, nisi regulariter nemo incidit in penam falsi, nisi falsitas commissio sit notabilis, quia scilicet alicui præiudicat, aut potest se præiudicare, ita colligitur ex glossa in l. dānus. in verbo, priuatus. C. de falsi, quæ sequuntur: communiter doctores, ut dicit Alexan. consil. 45. col. 1. versic. confirmo per id. l. i. 6. Et istam glo. esse singularem, & communiter approbatam attestatur Barba. consil. 52. nu. 4. lib. 3. Hanc etiam dicit esse communem opinionem Socin. consil. 103. nu. 1. & 2. lib. 1. quod est duplicatum in consil. 87. lib. 2. quem refert Didacus in repet. d. c. quævis. fol. 56. post num. 6. versic. Item vero statuatur, & præf. Couradi fol. 399. post num. 33. & Foller. in pract. crim. fol. 346. num. 102. & Vinius in

in lib. communium opinio in verbo, Falsitas quæ nemini, & fol. 298. versic. Testis falsum, in fine. Turzanus in suis communibus opi. c. 80. Plotus in repet. l. si quando. feud. num. 716. in fin. Et dicit Curt. l. un. de sum. in quarta parte. in prima causa amissionis feudi. quæ est. 10. quæ hæc est communis practica, quæ aduocati sæpe vtuntur. Idem dicit Anan. cap. 1. post nu. 14. de falsis. Et ita reperio senatum fuisse per senatum in quodam errore commissio per quendam Trouarum notarium 28. Nouembris. 1543. P. N. Hinc inferitur, quod quod scriptura, quæ dicitur falsificata, desicibat in forma, & circa substantialia, & sic erat nulla, neque, ex ea poterat alicui præiudicium inferri, eo casu ille, quod in ea falsitatem dicitur commississe, non potest de falso puniri, ita dicit Bar. in l. si quis legatus, nu. 1. ff. de falsis. Et ita communiter teneur, ut dicit Alber. in 2. parte statutorum quest. 147. Hanc etiam attestatur esse communem opinio. Socin. consil. 104. post num. 3. versic. Tertius casus. lib. 1. quem refert Franc. de Mariano inter consil. ori. diuersorum, consil. 100. num. 1. lib. 2. Sic etiam testis, cuius depositio erat nulla, vel alia nemini præiudicare poterat, non potest de falso puniri. Intellige penam falsi ordinariam. Sed bene potest extra ordinem puniri pena stellionatus. Et ita communiter teneur, ut dicit Alber. in 2. parte statutorum. q. 136. Cotta in memorial. in verbo, Mendax, circa fin. Hanc etiam opinio dicit esse communem Gand. de malefic. in tit. de Falsar. num. 2. prout illum refert August. ad Ang. de malef. in verbo, Falsario, nu. 21. Relatus & ipse in pract. Couradi, fol. 395. post nu. 20. Ego vero in hac materia solitus sum distinguere duos casus. Primus est, quando sine testis dicitur verum, siue falsum, & siue probetur illud quod deposuit, siue non, in omnem casum non poterat alicui nocere, etiam si falsitas de eodem non fuisset. Et hoc casu Bald. in l. si quis legatum. & Gand. in loco præallegato. Et in hoc proposito generaliter concludo, quod licet falsitas non nocibilis non sit puniendæ penam falsi ordinariam, de tunc puniendæ penam extraordinariam, se eundem qualitatem facti, & personarum, arbitrio iudicis. Et hoc est cõs opinio, ut dicit Plot. in repe. d. l. si quis, post num. 721.

contra Bald. esse communem quasi omnium opinio, subdens non esse ab ea iudicando recedendum. Et ita procedat gl. in d. l. domus. cum similibus. Addit soci. in d. consil. 104. num. 2. lib. 2. idem esse dicendum, quando aliquis communiter falsitatem in scriptura, quæ de se nullam faceret probationem, puta si quis in libro suo scriberet aliquem esse suum debitorem. Et dicit, quod Salic. in l. i. num. 6. C. de sepulchro viol. qui tenuit, quod hoc casu debeat puniri de falso, male locutus est, & cõtra communem opinio. Et ita, quod talis falsitas puniri non possit, dicit esse communem opinio. Plot. in repet. l. si quando, nu. 722. Sed verè, iudicio meo, hoc non transit sine difficultate, quia doctores in hac materia loquentes considerant non solum, quod falsitas possit nocere eo tempore quo fit, sed etiam quod in futurum sit apta aliquo casu nocere scripturam vel liberi utatis viri probi post eius mortem producta, iuxta ea quæ dixi infra lib. 7. Propterea ego hoc casu dicerem, quod aut talis falsum committens, vsus est etiam illa re falsificata, puta eam producendo in iudicio, vel huiusmodi, & tunc debeat puniri de falso, iuxta opinionem Salic. Hæc pena extraordinaria, alias autem non potest teneri opinio. Soc. tanquam mitior, secundus est casus, quando scriptura falsificata, vel dictum testis falsi poterat alicui præiudicare, ubi falsitas detecta non fuisset. Et hoc casu aut actus de se erat validus in substantia, & forma, sed in aliis desicibat, & tunc puniendæ penam falsi, perinde ac si fuisset omnino validus, & ita finaliter concludere doctores. A testat Marfi. cõf. 70. nu. 12. Aut verò actus peccabat in substantia, & forma, & hoc casu, ex quo non poterat nocere, non debet puniri pena falsi ordinariam, sed extra ordinem pena stellionatus. Et ita intelligo doctrinam Barto. in d. l. si quis legatum, & Gand. in loco præallegato. Et in hoc proposito generaliter concludo, quod licet falsitas non nocibilis non sit puniendæ penam falsi ordinariam, de tunc puniendæ penam extraordinariam, se eundem qualitatem facti, & personarum, arbitrio iudicis. Et hoc est cõs opinio, ut dicit Plot. in repe. d. l. si quis, post num. 721.

An autem testis non iuratus possit argui de falso, dixi supra versic. Tu scis, quod di sum.

Item debet index omni studio laborare, vt reos à pœna falsi excuset: & ideo debet, quantum fieri potest, audere, vt di cta testium contraria deponentiũ, ad concordia reducat, vt dixi supra lib. 2. §. testis. Pariter etiam instrumentum iurare debet omni interpretatione, & distinctione, ne fallium iudicetur, vt colligit ex gl. in l. iuris gentium, §. quod fere, in verbo, Contrarium probetur. ff. de pact. quam dicit esse communiter approbatã Curt. fun. in l. singularia, post nu. 36. ff. si cert. pet. Hanc etiam dicit esse communem opi. Cypolla cõf. crim. 22. ver. Et q̄ hoc sit. Faciunt quæ dixi supra ver. Solent et.

Dixi etiam, q̄ circa monetam potest comitti falsitas. Et scias, q̄ multis modis potest quis falsum comittere circa monetam. Primò, fabricando falsam monetã. Secundò, adulterando. Tertiò, diminuendo. Quartò, illam sic falsatam, vel adulteratam, vel diminutam expendendo. Falsificans autem monetam Imperatoris punitur pœna ignis, vt est text. in l. 2. C. de falsa moneta. secundum interpretatione quam dicit esse communem Viuius in libro communium opin. in verbo, Monetam falsam Imperatoris, & Didac. in lib. pract. q. sol. 339. num. 3. In Gallia autem falsificantes monetam Regis, in aqua feruente sine bulliente suffocantur, vt dicit Iguens in reper. §. nou alias, num. 597. ff. ad Syll. Falsificans autem monetam ciuitatis punitur pœna capitali, vt est text. in l. 1. C. eo. tit. de falsa moneta. Illa tamen pœna capitalis non est intelligenda de pœna mortis, sed de portationis. Et ita intel ligunt communiter Doctores, vt attestatur Alex. conf. 121. nu. 1. lib. 7. referentes Io. Glosatorem defendisse in facti contingentia quedã à pœna amputationis capitis, qui falsificauerat monetam ciuitatis ciuitatis. Hanc etiam opi. dicit esse communem Viuius in loco præallega. & Didac. pariter in loco præallegato dicit hãc esse frequentissimã iuris vtriusq̄ interpretationem. Faciunt quæ dixi infra hoc eo. lib. §. in q. 67. circa princ.

Radens autem, aut minuens monetam aureã, si liber est, bestijs subijcitur, si seruus, vltimo supplicio punitur. l. quicquid, ff. de falsis. Et est communis opi. vt dicit Viuius in lib. communium opi. in verbo Monetam radens. Didac. in loco præallegato, nu. 5.

Expendens autem falsam monetam, si quidem nummi sunt plumbei, vel stannei, incidit in pœna legis Cornelie de falsis: si vero non appareat, q̄ essent plumbei, vel stagni, punitur tantummodo pœna extraordinaria iudicis arbitrio. Ita dicit Bar. in l. lege Corn. in prin. ff. ad l. Cor. de falsis. subdens se, ppter hoc plures euasisse à pœna legis Cornelie. Et ita etiam tenent Doctores, vt dicit Alex. in d. conf. 121. num. 3. lib. 7. vbi in facti contingentia ita consuluit. Salc. autẽ in l. 2. nu. 6. C. de falsa moneta. tenet indistincte imponendam esse pœnam falsi ordinariam. Et dicit Marfil. in l. qui falsam, nu. 64. ff. de falsis. q̄ hæc opi. seruatur in practica, quem refert Didac. in loco præallegato, nu. 4. & Viuius in lib. communium opi. in verbo, Monetam falsam scienter. Mihi magis placet opinio Bar. tanquã mitior, & secundum illam, si casus contingeret, consulerem, & iudicarem.

## §. FORNICATIO SVMMARIVM.

*Fornicatio simplex an sit omni iure prohibita.*

*Et an cum meretrice, versic. Sed nunquid.*

*Qua sit pœna fornicationis, versic. Sed quæro.*

*Notarius fornicator an sit ipso iure suspensus ab officio, versic. Adde quodd.*

*Qui sint coitus damnati, versic. Frequenter.*

*Concubinatus an sit de iure prohibitus, versic.*

*Et in primis.*

*Et qua sit pœna tenentis concubinam, ibid.*

*Et an possit puniri per iudicem secularẽ ibidem.*

*Et an tenens eodem tempore duas concubinas, vel uxorem & concubinam sit infamis, ibidem.*

*Plura*

*Plura requiri ad hoc, ut dicatur concubinatus, versic. Vnum tamen.*

*Coitus cum virgine est punibilis, versic. Cum virgine. Remissius.*

*Et quid si sit cum puella nondã uiri potẽte, versic. Cum puella. Remissius.*

*Coitus cum puero an sit punibilis, versic. Cum puero. Remissius.*

*Coitus cum nupta an sit punibilis, versic. Cum nupta. Remissius.*

*Coitus cum uisua an sit punibilis, versic. Cum uisua. Remissius.*

*Coitus cum affine an sit punibilis, versic. Cum affine. Remissius.*

*Coitus cum moniali an sit punibilis, versic. Cum moniali.*

*Mulier coiens cum presbytero, an dicatur committere sacrilegium, versic. Cum presbytero.*

*Uasalus commissens se cum domina, an puniatur, versic. Cum domina.*

*Coitus mulieris cum proprio seruo, an sit punibilis, versic. Mulieris etiam.*

*Dominus commissens cum subdita, an puniatur, versic. Cum subdita.*

*Officialis carnaliter cognoscens mulierem sibi subditam, an puniatur, ibid.*

*Tutor cognoscens carnaliter pupillam, an puniatur, versic. Cum pupilla.*

*Custos carcerum, cognoscens carnaliter mulierem carceratã, puniatur, versic. Cum carcerata.*

*Iudæus, cognoscens carnaliter mulierem Christianam, an sit pœna mortis puniendus, versic. Cum Iudæis.*

*Christianus, cognoscens carnaliter Iudæam, uel aliam mulierem infidelem, qua pœna puniatur, versic. Sed quid è conuerso.*

*Coitus cum bruto animali qua pœna puniatur, versic. Cum animali.*

*Coitus cum mortua an sit punibilis, versic. Cum mortua.*

*Mulierum inter se concubitus qua pœna puniatur, versic. Inter mulieres.*

*Raptus qua pœna puniatur, versic. Raptus. Remissius.*

*Uxorẽ duos, uel duos maritos, uel plures uxores, uel duos maritos, uel plures uxores, qua pœna puniatur, versic. Dicitur etiam.*

*Et quid si uxor credens uirũ suũ mortuũ esse, alium dicat, versic. Sed pone.*  
*Coitus cum uolentia commissus, quatenus sunt puniendi, versic. Omnes autem.*



**F**ORNICATIO simplex de iure ciuili non est prohibita, neq; etiam, in cõcupinario, secundi alios, vt dixi, j. versic. Et in primis. De iure autẽ canonico vtiq; est puni-

nibilis, quò eo iure prohibitus sit omnis coitus præter matrimonialẽ, vt dixi in loco præalleg. De iure et diuino fornicatio simplex est prohibita, adeo q̄ est proculdubio peccatũ mortale, & ita tenent oēs sancti Theologi, vt attestat Affli. sup prima parte consilii. Regni Rub. 1. nu. 21. Et qui aliter diceret vel crederet, eẽt hæreticus, vt dixi infra hoc eo. lib. §. Hæresis. circa principium. De iure autẽ ciuili, vt dixi, simplex fornicatio, siue coitus soluti cõ soluta non est punibilis: quinimò neq; et coniugati cõ soluta, ut dixi supra hoc eo. lib. §. Adulterium. circa princip. Hoc autem multo magis locũ haberet, si talis mulier soluta eẽt meretrix: nã fornicatio, vel coitus cum meretrice nõ est de iure ciuili punibilis. Et hanc opi. dicit esse comunẽ Ange. in l. si uxor. §. sed & in ea, num. 1. ff. de adul. Et hoc adeo uerum est, vt etiam si per vim quis stuprauerit meretricem, nõ potest puniri, neq; etiam crimine iniuriarũ, quicquid dixerit Bal. in l. si. nu. 3. ff. de rerum diuisti. cuius opi. est comuniter reprobata, vt dicit Alciat. conf. 469. nu. 1. Et hæc quidem conclusio in meretrice non nupta, nõ habet multum difficultatis. sed quid si sit nupta? Dixi supra hoc eo. lib. §. Adulterium, versic. Sed nunquid. Quæro etiam quid si meretrix sit carcerata, an illã carnaliter cognoscens sit puniendus? Dixi infra versic. Cum carcerata.

Sed quæro, qua sit pœna fornicationis de iure canonico? Respon. In laico est pœna arbitraria in clerico autem variã, sicut opiniones inter scribentes. nam aliqui tenuerunt, quòd propter simplicem fornicationem clericus incurrit pœnam

*depost.*

depositionis. Et hanc dixit esse communem opin. Are. in c. cum non ab homine. col. 10. de iud. Contrariam autem sententiam p. scilicet clericus propter simplicem fornicationem non incurrit penam depositionis, sed folummodo suspensionis, dicit communiter teneri gl. in c. Maximianus, in verbo, Remouentur. 81. distinctione, quam refert, & sequitur Abba. in c. ex parte, nu. 1. in fi. de testibus. Hanc etiam opi. dicit esse communem scribentes in cap. at si clericus, de iud. & in specie Imo. nu. 11. & Fel. post nu. 14. ver. Vtrum autem, quem refert Foller. in pract. crim. cano. fol. 221. nu. 6. & Dec. in co. c. at si clericus, nu. 36. & Beron. nu. 165. & seq. Corf. in suis sing. in verbo, Fornicatio, vers. Propter, Sylua de beneficio, fol. 140. nu. 7. Quenas Reg. 101. in principio, Bermond. de concub. fol. 25. i. nu. 10. Boff. in titu. de coitu da nato, nu. 10. Et ab hac opin. tanquam ueriori, & magis communem nullo modo dicit in practica recedendum, quam etiam dicit esse tenentibus receptam Menchiaca lib. 3. de test. §. 22. no. 48. & seq. Bene verum est, quod p. fornicatione, que habet insignem deformitatem, clericus est deponendus, & est communis opin. vt attestatur Menchiaca in loco pra. alleg. 10. post nu. 49. Vide q. dixi supra hoc eo. l. §. Adulterium, ver. Sed quero, & infra §. Incestus, ver. Sed quero, & §. Sodomitia, vers. Sed quero, & §. Stuprum, vers. Sed quero. Ceteram coitus, qui fit inter clericum, & mulierem solutam, non est neque incestus, neque sacrilegium, vt dixi infra vers. Cum presbytero, & infra hoc eodem libr. §. Incestus, ver. Sed nunquid, sed simplex fornicatio, prout etiam inter laicum solutum, & solutam Clericus autem notarius fornicator est ipso iure suspensus ab officio. Et est communis opi. vt dicit Abb. in c. cum non liceat, num. 4. de prescrip.

Frequenter dubitari contingit, quod dicitur damnatus coitus. Scias igitur, quod damnatus coitus dicitur ille, qui aliqua lege exteriori, & humana punitur. ita dicit Bart. in l. fin. num. 4. ff. de his, quibus vt indig. atque ita ab omnibus receptum videtur, vt ait Didacus super 4. decret. fol.

172. post num. 15. Videamus igitur, qui coitus sint a lege punibiles. Et reperio, quod a lege puniri videntur hi, qui sequuntur.

- Cum concubina
- Cum virgine.
- Cum puella nondum viripotente.
- Cum puero.
- Cum nupta.
- Cum vidua.
- Cum affine.
- Cum moniali.
- Cum presbytero.
- Cum domina.
- Cum subdita.
- Cum pupilla.
- Cum carcerata.
- Cum Iudæis vel infidelibus.
- Cum animali bruto.
- Cum mortua.
- Mulierum inter fe.

His accedi Raptus, & Violentia, & his coitus, qui plures vxore eodem tempore ducendo committitur, de quibus omnibus sigillatim videamus.

Et in primis quero, nunquid concubinae sit a iure prohibitus? Respond. Hec questio de iure canonico nulli habet difficultatem: nam omnis coitus præter matrimoniale est prohibitus in foro conscientie, secundum canones, vt tenet glo. in clem. vt nostrum, in verbo, Non est, de Hæret. quam sequuntur omnes, vt dicit Cacciaiup. in repet. l. i. qua Illustris, nu. 30. in fin. C. ad Officia. Sed de iure civili magna fuit altercatio inter scribentes: nam aliqui tenuerunt, quod de iure civili coitus cum concubina non sit improbat. Et hanc opin. dixit esse communem Alex. an. in l. ex factis. §. si quis rogatus, nu. 1. §. ff. ad Trebell. quem refert Ioan. Garon. in Rub. C. de secun. nup. in 28. p. na, vers. Ex qua conclusione, & in l. 1. in textualib. num. 27. eod. tit. & Beron. de concub. fol. 391. num. 2. Socin. in l. cum Auus, post num. 65. vers. Magis tamen, ff. de cond. & demon. Contrarii autem sententiam, scilicet, quod imò concubinitus hodie sit reprobatus etiam a iure civili, dicit communiter teneri Alexand. sibi contrarius consil. 49. num. 3. in fin. lib. 4.

Felin.

Felin. in c. cum sit generale, num. 13. de foro compe. Ripa. in l. fin. num. 38. in fin. C. de reuocan. donatio. Didacus super quarto Decreta. in prima parte. c. 4. fol. 5. prout illum refert Nenuus de los corregidores. fol. 223. nu. 1. in fi. Ego certe suspicor in puncto iuris veriore esse opi. quod concubinatus non sit de iure civili prohibitus, atque ita videmus seruari de consuetudine, que est optima legum interpretis, quia iudices seculares regulariter hoc crimen non puniunt, nisi quatenus requisiti ab ecclesiasticis brachium suum impartiunt, vt dixi infra hoc eo. l. §. si quaest. 37. vers. Quæro etiam, propterea ego ab hac sententia in iudicando non recederæ. De iure autem canonico laicus tenens concubinam punitur arbitrio iudicis, clericus autem concubinarius est priuandus beneficio, & tenetur ad restituendum fructus perceptos. Et est communis opi. vt dicit Bellon. consil. 58. num. 3. prout illum refert Villalob. in sua collecta communium opin. in litera C. nu. 85. Sed certe Bello. ibi attestatur de eadem in alio proposito, prout ego fideliter retuli infra hoc eo. l. §. si quaest. 73. vers. Pariter etiam. Item de iure tenes eodem tempore vxorem, & concubinam, vel duas concubinas simul, efficiuntur infamisi, sicut ille, qui duas vxores habet eodem tempore, secundum glo. in §. si vero effusa, in verbo, Consilience, in Aut. quibus. mo. natu. eff. sui col. 7. Sed hoc non obseruatur de facto, vt dicit Bal. in l. neminem que est lex secunda, num. 1. C. de incet. nuptijs quem refert Barba. de testibus. in 4. parte. post nu. 9. & Cacciaiup. in repet. l. si qua Illustris, num. 35. C. ad Officia num. & Bermond. de concubinis. fol. 188. num. 3. & fol. 399. in principio, & Roland. consil. 64. nu. 18. lib. 2.

Vnum tamē scias in hac materia, quod ad hoc vt dicatur concubinatus, plura de iure requiruntur, quæ si non cõtrahat, transit in crimen stupri, quod est omni iure punibile, prout in eadem contingentiã iudicauit Curia Neapolit. vt per Grammat. voto quarto, que relegant per triennium quandam, qui diu mulierem vt concubinam tenuerat, deficientibus aliquibus ex dictis requisitis, quæ ibi enumerat, nume-

ro sexto, & alijs sequen.

Cum virgine proculdubio punibilis est coitus, & appellatur stuprum, de quo dixi infra hoc eo. lib. §. Stuprum.

Cum puella nondum viripotente coitus est punibilis, vt dixi in d. Stuprum, vers. fuit aliquando.

Cum puero pariter est punibilis coitus, vt dixi infra hoc eo. lib. §. Sodomitia.

Cum nupta est punibilis coitus, vt dixi supra hoc eo. lib. §. Adulterium.

Cum vidua est punibilis coitus, vt dixi infra hoc eo. lib. §. Stuprum.

Cum affine vel consanguinea est punibilis, & damnatus coitus, vt dixi infra hoc eo. lib. §. Incestus.

Cum moniali est prohibitus coitus, & punitur pena capitis, vt est tex. in §. pe. in Auth. de sanctil. epis. Et ita etiam cautum est per constitutiones huius Ducatus, in tit. de pœnis. cap. carnali copula. Et idem etiam disponunt communiter statuta per Italiam, vt dicit Marsil. in l. vnica. nu. 40. & sequen. C. de rapu virg. vbi in hoc proposito eleganter loquitur.

Cum presbytero autem mulieris fornicatio proculdubio est prohibita, prout cõ ceteris. Punctus est, nunquid concubina vel alia mulier soluta concubens cum presbytero dicatur committere sacrilegium? Respon. quod non, sed tantum dicitur committere simplicem fornicationem. Et est communis opin. vt dicit Cacciaiup. in repet. l. si qua Illustris. post numer. 31. C. ad Officia, prout illum refert Boff. in tit. de coitu damnato, nume. 15. licet Cacciaiup. in libro meo id non dicat, sed quod coitus clericus cum soluta non habeat pro adulterio, neque pro stupro, neque pro incestu. Sed tanquam modo pro simplici fornicatione attestatur esse communis opin. Menchiaca lib. 3. de testam. §. 22. numer. 50. Boff. in tit. pra. allegato, de coitu damnato, numer. 10. Vide qua dixi infra hoc eodem libr. §. Incestus, vers. Sed nunquid. Et secundum hanc conclusionem non necesse est dicere, quod glo. in cap. per venerabilem, in verbo, adulterius, qui si ij fuit legit. que appellat hanc coitum adulterium, improprie loquitur, licet illum communiter receptam esse adferat. Didacus super

super 4. Decret. fol. 173. col. 4. in fi. & Pla  
ca lib. 1. de iur. cap. 41. nu. 31.

Cum domina punitur vasallus se com  
mifcens, vt dixi supra lib. prox. §. Feudū.  
q. 48. Item seruus cum domina coiens flā  
mis est feruendus, vt dixi infra vers.  
Mulieris etiam.

Mulieris etiam cum proprio seruo coi  
tus inter damnatos connumeratur, & gra  
uiffime punitur ex dispositione l. pen. C.  
de mul. qua prop. seruis se iunxerunt. nā  
mulier ipsa capite punitur, seruus autem  
flammis comburitur. Et ita tenent com  
muniter Doctores, vt dicit Anto. Gomef.  
super l. 80. Tauri. nu. 23. Non tamen e con  
tra si ancilla rem habeat cum domino  
, punitur, imō remuneratur, vt est text. in  
l. fi. C. communia de manumiff. vnde su  
mit argumentum Cy. in d. l. 1. p. amato  
res debent donare amalijs suis, non e cō  
tra, subdens, Et crede experto, qd donum  
magis valet, quam suspitium, imō suspi  
rium nihil valet sine dono. seruum tamen  
praponitur auro. nam secundum Iuuen.  
Ferrum est quod amant. Quod ( vt ipse  
ait) quidam exponunt, id est ferreum inē  
brum, propter cutis ferri fortitudinem  
infigens etiā mulieres seruis viliffimis  
se exponunt. Quae verba D. Cyni sunt no  
tanda, quia licet esset excellens Doctor,  
fuit etiā maximus amator, & egregius  
poeta, vt Fran. Petrarca attestatur in ijs  
carminibus, in quib⁹ ipfius mortē de plo  
rat. Et extat adhuc canciones, & alia car  
mina amatorij D. Cyni non infusa.

Cum subdita punitur etiam coiens in  
domino feudi.

Item in officiali cognofcente carnali  
ter mulierem sibi subditam.

Cum pupilla punitur tutor vel cura  
tor se carnaliter commifcens pœna de  
portationis, & confiscationis omnium bo  
norum, vt est text. in l. vnica. C. si quis eam  
cuius tutor fue. &c. Et ita tenent cōiter  
doctores, teste Ant. Gomef. super l. 80. Tau  
ri. nu. 24. Et licet ille text. loquatur in eo,  
qui iam desijt esse tutor, vel curator, ni  
hilominus multo magis locum habebit  
eius dispositio in eo, qui adhuc durante  
tutela, vel cura eam stuprauerit, & ita ef  
fe de mente omnium attestatur Anton.

Gomef. in loco præallegato.

Cum carcerata coiens custos carceris  
grauiter punitur, & de consuetudine Re  
gni Francie suspenditur, vt attestatur Io.  
Fabr. in §. item lex Iulia. num. 6. Inst. de  
pub. iud. quē refert Paris Put. de synd. in  
verbo, Adulterium. c. 1. post nu. 2. & Ant.  
Gomef. super l. 80. Tauri. nu. 25. Sed hoc  
apud nos non feruatur. Habemus enim  
constitutionem in tit. de custod. reorum.  
c. si prætoers. §. custodibus. per quam im  
ponitur pœna trium annuum funis, & vl  
tra arbitrio senatus; Sed quid si mulier  
cognita à cōmentariense esset meretrix?  
Respon. qd licet coitus cum meretrice sit  
impunitus, etiam si per vim fiat vt dixi  
supra vers. Sed nunquid, nihilominus rati  
one loci & custodia non est impunitus  
dimittendus. Et ideo in facti contingen  
tia parlamentum Burdegalense iussit fu  
stigari quandam custodem carcerum, qui  
meretricem carceratam per vim cognou  
erat, vt refert Boer. decif. 317. num. 9. de  
quo Arresto mentionem facit Papo li. 22.  
tit. 8. Arresto 1. si verò alius ex carcera  
tis cognofcat meretricem pariter carce  
ratam, non videtur propter hoc molestā  
dus, & ita seruatum fuisse per eandem cu  
riam Burdegalen. attestatur Boer. in d.  
decif. 317. nu. 10. vbi etiam num. 14. dicit  
hanc esse communem opi.

Cum Iudaicis etiam coitus est prohibi  
tus. Potest autem hoc dupliciter contin  
gere. scilicet Iudæus cognofcat mulierē Chri  
stianā, & e conuerso si Christianam cogno  
fcat mulierem Hebræam. Quæro igitur  
qua pœna puniendus sit Iudæus cogno  
fscus mulierem Christianam? Respon. qd  
non debet puniri pœna mortis, sed alia  
mitiori, & hanc esse communem opinio.  
attestatur Boer. decif. 316. nu. 5. quem re  
fert Dedacus super quarto Decr. fol. 112.  
nu. 3. Mantua centuria prima, nu. 30. Erit  
ergo puniendus pœna extraordinaria ar  
bitrio iudicis citra mortem. Et dicit Al  
ciat. conf. 458. num. 1. qd Doctores magis  
cōmuniter sentire videntur, qd puniri  
debeat pœna pecuniaria, & ita in facti  
contingentia consuluit Alexand. consil.  
13. lib. 7. & Corne. consil. 107. libro. 1. Ol  
dra. autem in consilio suo vltimo dicit,  
quod

quòd in facti contingentia vidit iudica  
tum, quòd cuidam Iudæo, qui carnaliter  
cognouerat quidam mulierem Christiana  
nam, amputaretur virilia, & dicit se illa  
vidisse ante palatium. Et ego vidi Iudæū  
de hoc crimine accusatum, transmitti ad  
triremes per decennium, etiam quòd mul  
lier, eum qua ipse carnaliter cōmifcua  
rat, esset publica meretrix. Hoc autem in  
tellige vt procedat, quando talis coitus  
Hebræi cum Christiana esset simplex for  
nicario. Sed si esset adulterium, vbi in casu  
Iaf. consil. 22. lib. 1. & aliorum quos retuli  
supra hoc eod. lib. §. Adulterium. versic.  
pone stat statutum, vel alius coitus qui ef  
fer punibilis pœna mortis, crederem nō  
esse debere meliorem cōditionem Iudæi,  
quam Christiani. Refert etiā Boer. in d.  
decif. 316. num. 5. quòd Parisiis fuit com  
bustus quidā Io. Alardus, qui ex quādā  
Iudæa, quam in domo retinuerat, lufcepe  
rat plures liberos.

Cum animali bruto coitus inter nefan  
dos connumerat, puta si vir coierit cum  
asina, vt in casu in quo consuluit Roland.  
consil. 7. lib. 1. dicitur enim talis coitus fie  
ri cōtra naturam humani generis. c. hoc  
ipsum. §. 1. 33. quaestio. 2. & punitur pœna  
mortis, vt est text. in c. mulier. 15. quæst. 1.  
& ita tenent communiter Doctores, vt at  
testatur Anton. Gomef. super l. 80. Tauri.  
nu. 35. Et ita fuit in facti contingentia ad  
mortem damnat⁹ per curiam Burdegal.  
quidam, qui nixum fecerat cocundi cum  
bruto animali, licet impeditus opus non  
consummasset, vt refert Boer. decif. 316.  
vbi; ad nu. 5. & Papo lib. 22. tit. 7. Arresto  
ptimo. Et certè secundum legem Mosai  
cam tale facin⁹ committentes, puniebantur  
morte. Exod. 23. & etiam mōdatur occi  
di pecus, cum quo ipsum scel⁹ commit  
titur, prout etiam seruatum fuisse p præ  
dictā curiam in non nullis casibus refert  
boer. in allegata decif. 316. post nu. 6. in  
quibus dicit viros, prius strangulatos ani  
malibus, combustos fuisse. Vide in hoc p  
posito quæ dixi infra hoc eod. lib. §. fin.  
quæst. 99. versic. Quæro etiam.

Cum mortua quoque coitus est puni  
bilis, & hoc faciens videt⁹ grauius puni  
dus tanquam contractator cadauerum,

iuxta dispositionem l. fin. C. de sepulchro  
violato. prout etiā sentit Boer. in allega  
ta decif. 316. num. 13.

Inter mulieres cadit etiam coit⁹ puni  
bilis, quando inter se actum venereum fa  
ciunt, fricando, & se corruppe do, de quo  
in factio propositam fuisse accusationem  
cōtra duas mulieres refert Boer. in d. de  
cif. 316. circa fin. Est autem à iure pro hoc  
crimine imposita pœna mortis, vt est tex.  
in l. foediffimam. C. de adulter. & est com  
munis opin. ut dicit Ant. Gomef. super l.  
80. Tauri. num. 34. quam tamen ipse intel  
ligit, ut procedat, quando simul coeunt,  
non simpliciter fricando, sed imponente  
aliquod instrumentum materiale, putāli  
gheum, vel uitrum. Et ibi reuolent mul  
tos casus, qui in hoc proposito contige  
runt, & dicit sibi relatum fuisse, qd quēdā  
moniales, quæ ita simul coebant, fuerunt  
combustæ. Quando verò simplex fricatio  
interuenit, debent secundum eum puniri  
citra mortem. Et ita in facti cōtingentia  
iudicatum fuisse refert in ciuitate Grana  
tæ, qd opi. tanq⁹ mitior mihi satis placet.

Rapt⁹ etiam inter maxime damnatos  
coitus connumeratur, & punitur ultimo  
supplicio, ut dixi infra hoc eodem lib. §.  
Raptus.

Dicitur etiam damnatus, & punibilis  
coitus, illius qui eodē tempore duas vel  
plures ducit uxores. Scias autem qd San  
ctis patribus ex diuina reuelatione per  
missum fuit plures uxores habere, & hac  
est communis opi. ut dicit Floren. in ter  
tia parte tit. 14. c. 10. num. 2. quem refert  
Didacus super quarto Decretal. fol. 124.  
nume. 1. Hodie verò est prohibitum viro  
duas uxores ducere, & mulieri pariter  
duos maritos habere. Pœna autē vri acci  
pientis duas uxores, & mulieris accipien  
tis duos maritos, de iure canonico est ut  
mulieris capilli, & panni anteriores, & po  
steriores scindantur, ut habet in c. de  
neclit. 32. quæst. prima. secundum expo  
sitionem quam dicit esse veram, & appro  
batam Pet. de Bagarotus inter cōstita cri  
minalia diuersorum. c. c. l. 87. in fi. lib. fe  
do. De iure autē ciuili nariq⁹ sunt opin.  
ed magis communis opi. videtur esse, qd  
punitur pœna stupri, quæ est publicatio  
dimidiæ

dimidia partis bonorum, vt in facti contingencia consiluit Alex. consil. 165. li. 7. Præterea tales ducentes duas vxoras sūt infames, vt est tex. in l. 2. C. de incest. nup. & ita tenent communiter doctores, vt attestatur Ant. Gomef. super l. 80. Taur. nu. 27. sed hodie, vt ait Ant. Gomef. ibi. q. Didac. super 4. Decret. fol. 126. nu. 7. praxiis recepit, vt contrahentibus binas nuptias candenti ferro fronti imprimatur litera Q. Cæteri hoc fortè apud Hispanos seruatur. Nos autem habemus constitutionem disponentem, q. puniant in lætis 500. vel tribus i. tibus eculei, & vltèrius arbitrio lenatus. Soler aut lenatus, q. quis plures quam duas vxores habet eodem tēpore, grauius in eo animaduertare, prout factum fuit in quodā Berthol. Comensi, qui quatuor mulieres eodem tpe viuentes in vxores duxerat, fuit enim publicè suffigatus, & ad trimes p. trimum transfusus. 2. Decembris. 1531. C. Grammat. autem voto 17. refert, q. quidam, qui eodem tempore quinque vxores duxerat, fuit propter delictum toties reiteratum, vltimo supplicio affectus ex iudicio illius curiæ Neapol.

Sed pone, q. mulier virum suum, qui longo tpe abiens fuerat, esse vita finitū, alium duxerit in marium, nunquid erit puniendā? Respond. q. si quidem talis mulier certum nunciū de mariti morte acceperit, vel etiam aliter fama publicæ interueniente, pbabiliter credere poterit illum defunctum esse, debet excusari, alias verò punitur de adulterio, & hæc est communis opin. vt attestatur Ant. Gomef. super d. l. 80. Tauri. nu. 31.

Omnes autem coitus cuiuscunq. generis sint, si per vim committantur, graui⁹ puniri debent. Et ideo cognoscens carnaliter mulierem per vim, punitur pœna capitis, vt dixi infra hoc eo. lib. §. Rapt⁹. circa prin. & ita et carum est per constitutiones huius Ducatus, quas tamen lenatus non semper obseruat, licet grauiſſimè puniat. & meminī, q. quidam Hieronymus de Lomario pro violencia illata mulieri, etiam q. haberet pacem, fuit trāmissus ad trimes per quinquenniū. 23. Septemb. 1539. P. N. Et pot. poni exem

plum in adulterio per vim commissio, vt in casu in quo consiluit Grammat. consil. 45. item in sodomia perpetrata cum violentia, vt in casu in quo consiluit Mantua consil. 213. lib. 1.

## §. FVRTVM.

## SVMMARIVM.

*Furtum quid sit.*

*Furtorum genera quæ sint. uersic. Furtorum autem.*

*Domino rei an liceat rem furatam perquirere in domibus aliorum, uersic. Quæro nunquid.*

*Et an possit proponi editio, ut quilibet tenatur iudicare rem furatam, uersic. Solent etiam.*

*Et an ille, apud quem reperitur res subtrahæ, præsumatur fur, uersic. Sed nunquid.*

*Et an furtum sit graue delictum, uersic. Quæro an furtum.*

*Furti pœna quæ sit. uersic. Sed quæro.*

*Et quid in furibus sumosis, uersic. Scias tamen.*

*Et an pro uno furto magno possit quis suspēdi, uersic. Sed an pro vno.*

*Et an stante statuto, quod pro tertio furto quis suspendatur, si quis commiserit duo furta extra territorij, & unum in territorio, possit suspendi, uersic. Sed pone.*

*Et an fur, qui rem furatam in aliud territorij exportauit, possit in eo puniri ratione contrahætionis, uersic. An autem. Remissus.*

*Et quid si fur pro duobus primis furtis fuerit iam punitus, uersic. Quæro etiam.*

*Et quid si fuerit absolutus, uersic. Sed quid si pro illis.*

*Et quomodo dicantur esse duo furta, uersic. Vnum tamen.*

*Fures an possit capite puniri, uersic. Est igitur.*

*Et an puniantur pœna quadrupli, uersic. Pœna autem.*

*Fur deprehensus in flagranti crimine potest impunè occidi, uersic. Potest etiam. Remissus.*

Contra

*Contra furem potest in litem iurari, uersic. Item contra.*

*Quando dicatur constare de furto, uersic. Quando autem. Remissus.*

*Fur an excusetur a pœna furti, si probet illū, cui furatus est, esse suum debitorem, uersic. Excusatur autem.*

*Et quid si ille, cui res furata fuit, protestetur q. illam accepit de eius voluntate, uel consensu, uersic. Item excusatur.*

*Furta domestica an sint puniendæ, uersic. Possent etiam.*

*Furtum de re modici ualoris an sit puniendū, uersic. Pariter etiam.*

*Propter necessitatem an licitum sit furari, uersic. Quandoque etiam.*

*Et an si postea fur ad pinguiorem fortunam perueniat, teneatur restituere, uersic. Sed uidi.*

*Emens rem furtiuam an teneatur ad eius restitutionem, uersic. Sed hic incidenter.*

*Quomodo modum procedatur pro furto aduersus nauas, compones, & tabularios, uersic. Pro complemento.*

*Et an quando familia sua tum se esse dicitur penitus inuis liberet alios, uersic. Non attingam.*



**F**VRTVM est contrahæctio rei fraudulosa lucrificandi gratia, vel ipsius rei, vel et usus eius possessionis. Et ita dicitur iuris in l. 1. §. Furtū. ff. de furtis.

Furtorum aut duo sunt genera manifesta, & nō manifestum. I. furtorum. ff. de fur. Fur manifestus est ille, qui cum ipso furto deprehenditur. I. fur manifestus, eo. tit. Sed quid si non fuerit quis cū furto deprehensus, fuerit tamen uisus furari, nunquid dicitur fur manifestus? Resp. q. sic, si tenet glo. in d. l. fur manifestus, in verbo, Deprehensus, quæ in hoc cōiter approbat, vt dicit Alber. in ea. l. fur manifestus, in fine principij. Vide in hoc, p. p. o. quæ dixi infra hoc eo. lib. §. fi. q. 82. stat. u. uersic. Quæro, & stat. & seq.

Quæro, nunquid liceat domino rei, q. dicit illam sibi furto subtrahæ fuisse, accedere ad domos aliorum, & talem rem sibi furtam perquirere? Respond. quod

sic, dummodo id faciat cum auctoritate iudicis. Et est communis opin. vt dicit August. ad Ang. de maleficijs in verbo, & vltimè ca. lectem. nu. 34. Prac. Conr. fol. 366. post nu. 14. Et ita seruatur de stylo, vt attestatur Boer. decif. 174. post nu. 20. & secundum hanc opin. iudicium fuisse refert Pappo lib. 23. tit. 6. A restro tertio. Contrariam tamen sententiam, scilicet q. non sit concedenda perquisitio, dicit tenere communiter doctores Abb. in c. qui cum fore, nu. 6. de furtis, quem refert Prac. Corradi in loco præallegato. sed certè practica videtur approbare, q. concedatur. Bene verum est, q. in hoc Ducatu iudices non concedunt licentiam perquirendi ipsimet dominis, ne sequantur scādala, sed mittunt ipsi ex cutores suos, sine consules viciniæ, qui perquirant. præsentibus etiam quodq. ipsi dominis, & dicit Alciar. consil. 462. in primo dubio, q. ita videmus quotidie fieri per iudices, & q. minime mutanda sunt, &c.

Solent etiam plerunq. proponi editio vel impetrari litera, quas vocat monitorias, quibus sub pœna excommunicationis committitur scientib. rem furatam, vt illi indicent, de quo vt dixi infra hoc eo. lib. §. fi. q. 27. uersic. Sed quæro, & seq. Sed nunquid ille, apud quem reperitur res subtrahæ, præsumitur fur? Respond. q. (secundum aliquos) si est persona male fame, præsumitur fur, tunc autem si esset persona bone fame, & conditionis, Et hoc videntur approbare communiter omnes doctores, vt dicit August. ad Ang. de maleficijs in verbo, Et vltimè celestem. post nu. 19. Ex hoc tū non oritur iudicium sufficiens ad condemnationem, sed bene ad toruram, vt dixi infra hoc eo. lib. §. fi. quæst. 21. uersic. Si res furata.

Quæro an furtum dicatur graue delictum? Respond. q. si est factum in re magna, dicitur, graue delictum, & hæc est communis conclusio, ut dicit Abb. consil. 25. num. 1. in fin. lib. 1.

Sed quæro, quæ sit pœna furti? Respond. q. de iure communis pro furto non est imposita pœna mortis, & est communis opin. ut dicit Gomef. in §. ex maleficijs, num. 12. in l. t. de actio. & licet in c. 1. §. si quis

si quis

si quis quinque solidos. de pace tenenda. videatur constitutum. q̄ pro furto quinque solidorum q̄s debeat suspendi, tñ illud erat, quia cum furto concurrebat et violatio pacis. Et hæc est communis opi. vt dicit Gomez. in d. §. ex maleficijs, nu. 2. & 3. Et in omnem calum illa pœna impoſita contra fures in d. §. si quis quinque. non seruetur de consuetudine, ut attestat Gand. de malef. in tit. de furibus, nu. 10. quem refert August. ad Ang. de malef. in verbo, Et vestem celestem, nu. 12. Idem dixit gl. in c. 1. §. iniuria, in verbo, Legitime. de pace iuramento firm. Hoc idem attestatur Bal. in d. §. si quis quinque, num. 1. & in auth. Sed nouo iure, post nu. 3. C. de fer. fug. quem refert fas. in d. §. ex maleficijs, nu. 3. Roma. in l. cum seruus. nu. 14. ff. de cond. causa data. Capoll. in ea. auth. sed nouo iure, num. 8. & num. 71. Et dicit Anan. in c. ex literis, post nu. 9. de fur. q̄ omnes hoc sequuntur. Quinimò dicit Paris Put. de synd. fol. 224. post nu. 5. q̄ proles Federici Imperatoris, qui stauit in illa lege, q̄ fur quinque solidorum suspenderet, & sic, q̄ homo ad Dei imaginem creatus propter bona occideretur, & alij reges successue, qui secuti sunt hanc legem, eorumque ministri non regnauerunt super terram, & male vitam finierunt, nec generatio eorum ad tertium gradum peruenit. Ego tñ credo id potius eis contigisse propter bella, & indebitas vexationes, quibus sanctam Dei ecclesiam perturbabant, quam propter illam legem, que etiam (vt arbitrator) nunquam fuit ulu recepta.

Scias tamen, q̄ hæc conclusio locum non habet in furibus famosis, siue infamatis de pluribus furtis, tales. n. laqueo suspendunt, & ita de consuetudine seruari attestatur Vitali. de malef. in Rubr. de furtis, nu. 10. Fur enim, qui furari consuevit, dicitur famosus laro. & ita obseruatur, vt dicit Prac. Conradi, fol. 357. num. 1. In hoc autem proposito plura furta dicuntur tria, Et ideo de generali consuetudine pro tribus furtis fures laqueo suspēduntur, prout de hac generali consuetudine attestatur Chaffan. super consuet. Burgund. fol. 42. nu. 17. in fi. & ante eum

Bal. in d. auth. sed nouo iure, nu. 3. quem refert fas. in d. §. ex maleficijs. nu. 12. & Igneus in l. 1. §. hoc rescriptum, num. 32. ff. ad Sylle. & Bolenc. in repe. l. capitaliū. §. famolos, num. 46. ff. de pgnis. & Anan. in d. c. ex literis, num. 6. in fi. de furtis. Capoll. in d. auth. sed nouo iure, nu. 82. vbi etiam, nu. 84. dicit, quod hæc est communis opin. gl. & doctorum, quod fur pro tribus furtis, debet mori. f. furca suspendi, & nu. 85. subdit, q̄ ita communiter practicatur de quadam consuetudine generali, Quinimò videtur, quod (secundum aliquos) ex duobus furtis dicatur quis famosus fur, & laqueo suspēdi debeat, & ita generali consuetudine obseruari refert nō nullos attestantes Fulgot. conf. 157. num. 1. quos tamen in libro meo id dicentes non reperio. Ego puto in hoc seruanda esse statuta locorum quibus nō extantibus, non credere furē etiam propter multa furta esse pœna mortis afficiendum, sed obseruari debere ius cōmune, vt circa mortē puniatur. Et hoc nisi in aliquo loco esset specialis consuetudo, ut fures suspēderentur, nam eo casu minime mutanda essent, &c. Fures autē incēdiarij etiam pro primo furto de consuetudine suspenduntur, vt attestatur Pract. Iodocic. 114. nu. 2. quod tñ apud nos non obseruatur. Possent etiam esse locus, in quo furtum committeretur, adeo insignis, vt et pro primo furto quamuis exiguo esset fur suspendēdus. Quod quidem seruatum fuit per parlamētum Paris. in quodā, qui crumēnā cū 60. solidis tñ inciderat in camera ipsiusmet parlamēti 22. Ian. 1549. vt refert Pape. li. 23. tit. 6. Arreſto 1. & Placita Gallie tit. 4.

Sed an pro vno furto magno poterit quis suspendi? Resp. Bald. in d. auth. sed nouo iure, post nu. 3. tenuit quod sic. Et dicit Ang. de malef. in verbo, Et vestē celestem, nu. 13. quod ita semel practicauit Perusij, dum ibi affideret, & hanc opi. ex consuetudine inualuisse in Hispania attestat Diaz in prac. crim. can. c. 84. post nu. 2. Sed certe contra Bal. est communis opinio, vt dicit Ang. de Vbal. inter cōsilia criminalia diuerſorum. conf. 71. num. 21. li. 2. & Greg. Lopez, quā refert Don Ant. de Padilla in l. transigere, post num. c. 12. C. de

C. de transact. neque hæc opin. Bal. seruatur in practic. vt dicit Are. in d. auth. sed nouo iure, num. 4. quem refert Chaff. in loco praalleg. fol. 42. num. 15. & Roland. conf. 51. circa fin. lib. 1. Et dicit Caccial. in d. l. cum seruus. ff. de cond. causa data, q̄ vidit quendam, qui commiserat furtum mille ducentorum aureorum, & hoc euasit pœnam mortis, & fuit solummodo punitus pro primo furto.

Sed pone, stat statutum, q̄ pro tertio furto quis suspendatur, modo aliquis commisit duo furta extra territorium, & vñ in territorio. Quæro, nunquid illa duo furta commissa extra territorij sint computanda. ad hoc vt pro isto tertio furto sit suspendendus? Resp. quod sic, & ita iudices feroces faciunt eos suspēdi, vt dicit Io. And. in addit. ad Spec. super Rubr. de furtis. Ita etiam seruari de consuetudine dicit Ang. in l. si cui §. fin. num. 4. ff. de accusat. quem refert Aug. ad Ang. de malef. in verbo, Et vestem celestem, post nu. 14. & post nu. 24. & in verbo. Existens Florentia, post nu. 1. & Nellus de bannitis in secunda parte primi temporis, quæsti. 6. & postil. ad Dec. in l. Bona fides, sub nu. 11. ff. ad reg. iur. Chaffan. super consuet. Burgund. fol. 41. nu. 17. quem refert Didac. lib. 2. resolutionum, c. 9. post num. 7. versic. Idem erit obseruandum, Et dicit Capoll. in d. auth. sed nouo iure, num. 89. in fi. q̄ est communis opin. Moderni. Alii vero distinguunt, quod si aut statutum respicit factum, puta qui fecerit tria furta, moriatur, & tunc secundum delictum aggrauatur à primo. Aut vero respicit pœnam, puta pro tribus furtis fur moriatur & tunc non grauat. & hanc opi. dicit esse communem Alciat. in ca. cum non ab homine, num. 35. de iud. prout illum refert Villalobos in sua collecta communium opin. in litera §. num. 108. qui tamen hoc non dicit, licet ita tenet. Mihi placet prima opin. quam etiam consuetudo approbavit, dammodo fur, de quo agitur, sit subditus ratione originis, vel domicilij illi iudici, in cuius territorio tertium furtum commisit, alias vero illum non seruare, prout etiam se illum nou seruaturum, si esset iudex maleficioſum, dicit

Aug. in d. verbo, Existens Florentie. Sed distinguere, q̄ aut statutum dicit pro tribus furtis, & tunc non facerem illum suspendi, quia non pōt dici commississe tria furta, ex quo illa duo fuerunt extra territorium commissa, pro quibus nō potest hic puniri. Aut vero statutū dicit pro tertio furto, & hoc casu, cum statuti puniat tertium furtum, & istud commissum in territorio sit proculdubio, tertium, transierim lum opin. prædicta, quam vñ recipit, prout ego etiam vidi multoties in practica obseruari. Ceterum si statuti diceret, q̄ famosus, vel publicus fur suspendatur, vtiq; illa furta extra territorium commissa aggrauarent, ita vt pro tertio in territorio commissio esset suspendendus, & ita tenent communiter Doctores, vt dicit Capoll. in d. auth. sed nouo iure, nu. 88. nam ex interpretatione facta à consuetudine ille dicitur fur famosus, qui tria furta commisit, vt dixi supra verne. Scias tamen, neq; in hoc fit vlla distinctio. an consuetudo seruandi sit in vno territorio tantum, an in pluribus. Et ideo stantibus hu iustimodi verbis statuti, viderem illum esse opinio suspendendum. Vide que dixi infra hoc eod. lib. §. fin. quæsti. 40. versic. Pro complemento.

An autem fur, qui rem furatā in aliud territorium exportauit, possit in eo puniri ratione contræſtationis, dixi infra hoc eod. lib. §. fin. q. 38. versic. Tu scis q̄ futurum.

Quæro etiam, stante statuto prædicto, si quis commiserit duo furta, & pro illis fuerit punitus, deinde commiserit tertium furtum, nunquid erit pro hoc tertio suspēdendus, non obstante, q̄ pro illis duobus fuerit iam punitus? Respond. q̄ sic, ita tenuit Obertus de Bobio, & hanc opin. approbat consistendo, vt attestatur apostil. ad Vital. de malef. in Rub. de furtis, sub num. 3. illa, enim duo furta non computantur ad eā puniendum, sed ad aggrauandum tertium furtum, & ita in hoc Ducatu seruatur.

Sed quid si pro illis duobus fuerit absolutus per gratiam principis, nunquid nihilominus erunt computanda, ad hoc vt pro isto tertio suspendatur? Respond. q̄ sic, hæc est communis obseruat. Pract. Iul. Clar. in d. verbo, Existens Florentie.

uātia, vt attestatur Chassen. super confue-  
tud. Burgund. fol. 41. nume. 23. quem re-  
fert Didacus lib. 2. resolutio. cap. 10. nu.  
2. circa fin.

Vnum tamen nota in hoc proposito,  
quod ad hoc vt dicatur esse tria furta, de-  
bent esse distincta non solum re, sed etiā  
tempore, & ita tenent communiter docto-  
res, vt dicit Cepol. in d. auct. sed nouo iu-  
re, numero 105.

Est igitur pēna furum, vt furca suspen-  
dantur, & ideo non debet eis caput ampu-  
tari, ex quo hęc pēna proprie est contra  
eos a consuetudine introducta, & ita con-  
cludunt communiter doctores, vt dicit  
Chassen. super confuet. Burgund. fol. 47.  
numero 3.

Pēna autem quadrupli a iure commu-  
ni imposta pro furto, hodie non est in cō-  
suetudine, sed pēna corporalis tantum,  
vt attestatur Cepol. in d. auct. Sed nouo  
iure, nu. 59. Et dato quod adhuc vigeret  
hęc pēna quadrupli, volo vt scias, quod  
in foro conscientie fur non tenetur ad ta-  
lem pēnam. Est tantummodo ad restitu-  
tionem rei furatę. Et hęc est communis  
sententia, teste Gomez. d. §. ex maleficijs,  
num. 14. Instit. de actio. quem refert Be-  
nincaßius de paupert. fol. 103. num. 9. Fa-  
ciunt quę dixi infra hoc eo. lib. §. si. q. 80.  
vers. Sed hic incidenter.

Poteit etiam fur deprehensus in flagra-  
ti crimine impune occidi, vt dixi j. §.  
Homicidium, vers. Vltima est.

Item contra furem iuratur in litem, &  
est communis opin. vt dicit Paris. consil.  
109. num. 30. lib. 3. quem refert Plotas in  
repet. l. si quando, nu. 189. circa fin. C. v-  
de vi. Gratus consil. 61. num. 16. libro 2.  
Plot. in d. l. si quando, num. 129. Phanuc-  
cius de in litem iurando, fol. 72. num. 63.  
Et ideo confitio de furto, si non appareat  
de quantitate rerum furatarum, neque ea  
facile probari possit, statur in hoc iuramē-  
to illius, cui furum est factū, & ita quoti-  
die practicitur, vt dicit Bos. in ti. de rapi-  
nis, num. 36. Et dicitur in hoc proposito  
concurrere talis difficultas probationis,  
vbicunque res furta non extet. Et hęc est  
communis opi. vt attestatur Boss. in loco  
præallegato, nu. 37. Sed in hoc proposito

videnda sunt quę dixi infra lib. 7. §. Iura  
nētā, vbi diffuse tractaui hunc articulum.

Quando autem dicatur consistere de fur-  
to, dixi infra hoc eod. lib. §. si. quaest. 4. &  
q. 75. circa princ.

Excusatur autem fur a pēna pro furto  
imposita, si probet, quod ille, cui furatus  
est, erat eius debitor, & quod ab eo credi-  
tum suum consequi non poterat, licitum  
est enim ei, qui non potest a suo debitore  
pecuniā vel rem aliquam consequi, equi-  
ualentem rem, seu quietitatem ei subripe-  
re. Et hęc est communis opi. vt ait Didac-  
us lib. 1. resolut. cap. 2. post nu. 15. versic.  
Quarto eodem.

Item excusatur, si probet, quod rem ip-  
sam, de cuius furto imputatur, accepit de  
voluntate domini, cuius erat, adhuc n. ut  
dicatur furum, requiritur, quod contra-  
ctetur res aliena inuito domino, & pro-  
pterea i. a. de Arc. tradit cautelam furi,  
vt faciat quod dominus protestetur, qd il-  
lam accepit de eius voluntate. Sed certe  
hęc excusatio in practica parum prodes-  
set, nam illud dictum lac. de Arc. de consu-  
etudine non seruatur, vt dicit Aug. in  
l. inter omnes. §. recte, numero 5. ff. de fur-  
tis, quem refert August. ad Angel. de ma-  
lesim verbo, Comparsent, & produxerunt  
instrumentum pacis, post nu. 12. & Ana-  
in Rub. de furis, nume. 4. Et contrarium  
tenuit Bar. in d. §. recte, nu. 1. quod scilicet  
hęc protestatio domini non excusa-  
ret furum, quominus esset de furto condē-  
nandus quę doctrina Bart. est communi-  
ter approbata, vt dicit Curt. Iun. in l. 1.  
num. 5. C. de furt. quem refert Don Ant.  
de Padilla in l. transig. num. 105. C. de trā-  
fac. illam etiam teneri per omnes testa-  
tur Villapand. in rep. l. 22. c. 23. nu. 5. nisi  
tamē, vt lubiicit Bar. ibi, vltra talē prote-  
stationē concurrerent etiam alię conie-  
cturę, & verisimilitudines, puta quę esset  
eius cōsanguineus, vel amicus, vel soliti-  
talia donare, vel quę res esset modici valo-  
ris, vel hmoi. tūc. n. possēt excusari, & sic  
videt dicēdū, quod hoc relinquatur arbitrio  
iudicis, & ita est communis opin. testa-  
tur Fel. in c. nulli, nu. 5. de præsumpt. quę  
refert Pub. super confue. A. luer. 26. col. 1.  
in fi. & Boss. in tit. de furt. post nume. 58.  
Poteit

Poteit etiam allegare furtum esse do-  
mesticum, & ideo non debere puniri per  
tex. in l. respiciendum. §. furta. ff. de pēnis.  
Sed certę hęc etiam excusatio parum pro-  
desset, nam hoc de consuetudine nõ serua-  
tur, nisi in leuibus, & ita fuit laqueo sus-  
pensus quidam famulus, cui dominus pec-  
cuniā tradiderat vt alteri mutaret, & ip-  
se illam in vltus suos conuerterat pro quo  
famulo fuerat aduocatus D. lo. de Imola,  
prout implet Imola receset in l. si tibi de  
derim. ff. de dona. & l. Cassius. ff. de solutio-  
ne. quem refert Igneus in l. 1. in prin. nu.  
91. & seq. ff. ad Syll. subdens, quod ita etiam  
Rothomagj fuit pluries iudicatum, hoc  
idem receset Ial. in l. eius qui. §. quas ve-  
ro. nu. 7. ff. si cer. pe. idem etiam seruatum  
fuit in quadam ancilla, quę furata fuerat  
domino suo certam quantitatem auri, &  
argenti, & fuit laqueo suspensa, vt refert  
Chassen. super confue. Burg. fol. 48. nu. 37.  
Et de alia ancilla idem seruatum fuisse in  
ciuitate Neapolis attestatur Aflic. super  
prima parte constitutionum Regni, rub.  
63. nu. 12. & Boer. decif. 316. post num. 7.  
refert, quod quidam famulus pro furto fuit  
transmissus ad triremes perpetuo. refert  
etiam Papo. lib. 23. tit. 5. Arresto 2. quod  
quidam mulatarius, qui domino suo fura-  
tus fuerat notabilem quantitatem pecu-  
nariū, fuit laqueo suspensus. Tales enim  
fures non modo sunt corporaliter citra  
mortem puniendi, vt pluries vidi seruari  
in hoc Ducatu, sed debent furcis suspēdi  
tanquam grassatores, seu famosi fures, vt  
dicunt præallegati doctores, & in alijs p-  
uincijs seruatum tuisse attestatur. Quini-  
mo etiam leuia furta domestica vidi ego  
quādoq. puniri quādo sunt multiplicata,  
vt in quodam lo. Iacobo Cremonen. 7.  
Novemb. 1558. P. N.

Pariter etiam possēt fur allegare rem  
furatā esse modici valoris, nam de re mi-  
nima non videtur curandum, vt est text.  
in l. scio. ff. de integ. rest. & est cōmunis  
regula, vt dicit Gomez. in §. pēnales. post  
num. 4. Infi. de actio. Sed certe hęc etiā  
defensio esset multum periculosa, nam  
actio furti datur etiam de re minima, pu-  
ta pro gallina vel pro anserē, imo etiā p-  
ouo, vt dicit gl. in §. gallinarū. in verbo,

Qui lucrandi animo. Infi. de rerū diuif-  
quam sequuntur omnes, vt dicit Tiraqj.  
in tracta. de iud. in reb. mini. exig. fol. 30.  
col. 2. ver. 10. & hęc opinio est frequētissi-  
mo omnium calculo recepta, vt ait Loda.  
lib. 1. resolutio. num. c. 3. nu. 12. licet dicat  
sibi nunquam hoc placuisse, ita tamē ser-  
uatur in practica, licet soleat aliquando  
propter rei modicitatem pēna mitigari.  
Faciunt quę dixi infra hoc eo. lib. §. in iu-  
ria vers. item condemnatus.

Quandoque etiā excusatur quis a pēna  
furti propter necessitatem, nam tempore  
extrema necessitatis licitum est furari, &  
est communis opi. vt dicit Marian. in c. si  
quis propter post num. 12. de furtis. Ca-  
gnol. in l. que propter necessitatem. num.  
3. ff. de reg. iur. quem refert Benicaß. de  
paupert. fol. 105. nu. 22.

Sed vidi dubitari, nunquid iste, qui te-  
pore necessitatis aliquid furatus est, teneat-  
ur, si postea ad pinguiorem fortunā per-  
uenierit, illud restituere? Aliqui dicunt quod  
sic, & dicit Maria. in d. c. si quis propt. r. in  
vltimis verbis, quod ita tenent communiter  
doctores. Hanc etiam opin. communi-  
nem appellat Benicaß. in loco præallega-  
to. num. 37. Multi vero contrarium tenuerunt.  
Et hanc dicit esse communem opin.  
Summa Siluestr. §. furtum. quaest. 5. quem  
refert Didac. in repet. cap. peccatum. fol.  
70. Prima opi. tucior est in foro conscientie,  
sed in foro contentioso non recederē a  
secunda opinione. Cum enim factū fuerit  
iure permittere, non est vterius de res-  
titutione tractandum.

Sed hic incidenter querō, nunquid  
emens rem furtiuam, tenetur ad eius re-  
stitutionem? Respō. quod sic, etiam nullo  
reddito pretio, vt est text. in l. in ciuilem.  
C. de furt. Et reperio, quod Natra consil.  
436. in facti contingentia conuuluit, quod  
etiam si tempore, quo eam emit, protesta-  
tus fuerit se illam emere: vt eam restituere  
de domino suo accepto pretio, tenetur ni-  
hilominus absq. pretio, illā restituere, quę  
ego pro nunc non affirmo. Scias tamen,  
quod si illam acquisiuit bona fide, teneat  
ipiam restituere si extat, si vero bona fide  
consumpta est, tenetur solum quantum  
est factus locupletior. Et hanc coherētiē  
C. 2. dicit

dicat esse frequentissimo Theologorum, & Canon. consensu probatam Didacus in repet. c. peccatum. fol. 333.

Pro complemento huius materiae, quae ro quid iuris, quando in caupona, aut navi furtum commissum fuisse dicitur, de quo est titulus in ff. furti aduersus nau. cau. po. stabul. Et quotidie contingit, quod hospites consignant eorum valisias cauponibus. Dubitatur itaque quid agendum, si reddatur valisia aperta, vel dissigillata. Et in hoc articulo variae fuerunt opiniones inter scribentes, nam aliqui dicunt: quod non creditur iuramento hospitis dicitis, quod aliqua res, quae erant in valisia, fuerint sibi furto sub tractae, sed debet prator torquere familiares, vel domesticos domus, & alios, qui erant in domo. Et haec fuit opinio Bar. in l. j. §. si. nu. 5. ff. si famil. fur. fec. dica. vbi subdit, quod cum Pitis ei occurrisset, ita de facto obtulerunt. Et dixit Alexan. ibi in apost. hoc esse notanda, & quod quotidie ita feruatur. Alij vero dicunt, quod imò statur iuramento ipsius hospitis. Et haec opinio dicit esse commune Ias. in l. in actionibus, nu. 41. ff. de in litem iura. quem refert Paris. cōf. 74 nu. 1. & seq. lib. 1. & Diaz. reg. 186. & Panucius de in litem iurando. fol. 70. num. 62. Mihi placet opinio contra caupones, vt f. statur iuramento hospitis, nam (vt experientia docet) huiusmodi genus hominum esse furtivissimum, ideo ad repraesentandam eorum improbitatem, puto quod in practica bonum sit seruare hanc opinionem, quae etiam est magis communis. Et scias, quod hoc casu ad hoc vt sit locus iuramento non est necesse, quod hospes aperuerit valisiam cauponi, ita quod caupo sciret, quare res essent in valisia, quicquid dixerit gl. in l. 1. §. fin. in verbo. In nau. ff. nau. cau. po. stabul. nam illa glo. communiter reprobat, vt dicit Ias. in loco praallegato. numero 43.

Non attingam hoc loco materiam tituli, si familia furtum fecisse dicatur, quia ille titulus, dum disponit, quod si plures serui furti comitant, dominus soluendo penam pro vno, liberatur pro omnibus, & omnes etiam serui liberantur, non habet locum si criminaliter agatur. Et haec est communis opinio vt attestatur Riminal.

in l. si familia. num. 6. ff. de iurid. om. iud. Boff. in titu. si familia fur. fecisse dicitur. num. 2. praeferam si imponenda esset pena corporalis. Et hoc tenent omnes communiter, vt dicit Ang. in rub. ff. si familia fur. fecit. dicitur. num. 1. Vide quae dixi infra. lib. proximo.

## §. HAERESIS.

### SYMMARIVM.

Quis dicatur proprie hereticus.

Et quid si quis asserat fornicationem non esse peccatum mortale. ibid.

Et quid si contendant peritium non esse mortale peccatum. ibid.

Quae requirantur ad hoc, vt quis dicatur hereticus. vers. Ad hoc autem.

Et an ore negans Christum, & corde credens, dicatur hereticus. vers. Sed nunquid.

Haereticus crimen est mere ecclesiasticum. Et in eo solus index ecclesiasticus est competens. vers. Hoc crimen.

Et quis inter ecclesiasticos sit index competentis. vers. Sed hic quaero.

Et an solus inquisitor, uel episcopus possit inquisitum de haeresi absolvere. ibid.

Et an index ecclesiasticus condemnet hereticos ad poenam ignis. vers. Scias tamen.

Haereticus igne sunt comburendi. vers. Sed quaero.

Et quid si panitent. ibid.

Et an liceat panitere etiam post condemnationem. vers. Sed vsque ad quod.

Et quid si dicat se nunquam fuisse hereticum, & tamen testibus conuincatur de haeresi. vers. Et nota.

Et quid si non faciat emendam, ad quam est condemnatus. vers. Idem etiam.

Bona condemnatorum de haeresi consistantur. vers. Item bona.

Et cuius applicentur. ibid.

Et an consistantur etiam in praesentium superiorum orthodoxorum. vers. Et scias.

Matrimonium propter haeresim separatur. vers. Item propter.

Et an

Et an in viro redeunte ad fidem teneatur, & ad virum redeat. ibid.

Clericus hereticus, & eius filij priuantur omnibus officijs, & beneficijs Ecclesiasticis. vers. Item clericus.

Et an pater statutus contra filios hereticorum habeant locum etiam contra illos, qui nati sunt ante quam pater esset hereticus. vers. Quaero nunc.

Hereticis non est seruanda fides. vers. Praeterea.

Advocatus, & procurator an possint pro hereticis interuenire. vers. Vterius.

In causa haeresis sufficiunt minores probationes, quam in alijs criminibus. vers. Habebet etiam.

Et an sufficiant testes singulares. ibidem Remissio.

De crimine haeresis potest etiam post mortem inquiri, & defuncti memoria damnari. vers. Item de crimine.

Papa potest de haeresi accusari, & condemnari. vers. Item licet.

Haereticus occultus an incidat in poenam haeresis. vers. Quaero occultus.

Quae facta sapiant haeresim manifestam. vers. Sed sic incidenter.

Sortilegia an sapiant haeresim, & possint ab inquisitoribus puniri. vers. Successiue quaero.

Et quae sit poena sortilegij. ibid.



RO intelligentia terminorum quaero, quis dicatur proprie hereticus? Rn, quod hereticus proprie (secundum aliquos) dicitur in duobus casibus tñ. Primò, quoniam quis sentit de articulis fidei aliter quam sentiat Romanae ecclesiae. Secundò, quoniam male sentit de sacramentis ecclesiae. & ita tenere cõiter doct. dicit Bos. i. tit. de haeret. nu. 1. Tu vero dic, quod non modo est vere hereticus illo quod male sentit de articulis fidei, uel de sacramentis ecclesiae, sed et ille qui haeret puerilium dogma, uel gignit nouas opiniones falsas, aut veteres falsas, & ab ecclesia dominatas sequitur, ita dicit gl. in cle. unica i. gl. pen. de usur. & ita tenent doctores, ut dicit Frã. Squillacen. i. traq. de fide Cath. c. 14.

Hinc inferitur, quod si aliquis asserat simplicem fornicationem non esse peccatum, erit iudicandus hereticus, & ita fuit decisum in curia Tholos. teste Aufser. decis. 346. Item fuit quæsitum, quem refert Mátua cõf. 239. nu. 8. li. 2. Pariter etiam si quis dicat peritium non esse mortale peccatum, censetur hereticus, & ita tenent cõiter doctores, vt attestat Bellon. conf. 78. nu. 6.

Ad hoc autem vt aliquis dicatur hereticus, primò requiritur, quod sit baptizatus, nam Iudaei, Pagani, vel Maumethani non sunt heretici. Et hoc receptissimis doctorum sententijs comprobatur, vt dicit Simancas de haeret. c. 31. nu. 3. Item requiritur, quod scilicet erret in fide catholica, approbando falsa pro veris, incerta pro certis, vel è conuerso, & haec est omnium doctorum concordans, & vnanimis sententia, vt dicit Simancas in allegato cap. 31. nu. 5. Item quod sit pertinax in sua opinione, alias nunquam dicitur hereticus. Et in hoc omnes concordant. Fortius dicit Inn. in c. 1. in vltimis verbis. de summa Trin. quod si quis habet fidem implicitam, quia scilicet credit illud, quod credit sancta mater Ecclesia, sed de falso opinetur motus ratione naturali, quod pater sit maior vel prior filio, vel quod in Trinitate tres personae sint tres res ad se inuicem distinctae, non est hereticus, neque peccat, dummodo hunc errorem suum non defendat, & hoc ipsum credat, quia credit ecclesiam sic credere, & suam opinionem fidei ecclesiae supponat. Et haec dicit esse famosa verba Lupus in allegatione haeresis. §. 4. col. 3. vbi subdit, quod alij doctores hoc sequuntur, & dicit esse valde notandum. Aduerte etiam quia illud, quod dicitur, quod dubius in his, quae sunt fidei est hereticus, intelligendum est vt procedat, quoniam in tali dubitatione habuit firmitatem animi & quandam pertinaciam, propter quam perseverat in illa dubitatione, alius sequitur, ita dicit Ioan. And. in c. 1. de haeret. quem alij sequuntur, vt dicit Lupus in loco praallegato. §. 5. in princ.

Sed nunquid ille, qui meum mortis, vel tormentorum vel alia ex causa ore Christi negat, credit tamen corde, confensus est hereticus? Respond. quod talis Prae. Iul. Clari. C 3 quidem



quidem mortaliter & grauissime peccat, vt dicit gl. in c. non solum, in cap. fin. r. q. 3. i. odorata tamen illum non indicant hereticum, vt attestatur Cald. cont. 4. de heret. solent tamen tales reconciliari ecclesie per episcopum, & absolutionis ac reconciliationis literas ab eo imperari.

Hoc crimen heresis est in ere ecclesiasticum, & ideo eius cognitio ad solos iudices ecclesiasticos spectat, neque potest iudex laicus aliquo modo in eo se intrumittere, & cum hac conclusione transeunt omnes, indifferenter, vt dicit Alciat. in c. r. num. 73. de offic. ord. Dicit tamen Prac. Millet, fol. 75. num. 38. q. hodie etiam iudex secularis cognoscit de crimine heresis, & q. ipse vidit plures cremari, ppter hoc crimen, iudicatos a pæposito Parisiensi ex indulto summi Pontificis. Verum apud nos hoc non seruatur, sed cognitio spectat ad ecclesiasticum, & punitio ad laicum, prout etiam in practica obseruari attestatur Lupus de dona. inter virum, & vxorem, fol. 184. post num. 22.

Et scias, q. hac conclusio adeo vera est, vt neque etiam possit iudex secularis, postquam ei tradit<sup>9</sup> est à iudice ecclesiastico aliquis de heresi condemnatus, super ipso crimine aliquo modo cognoscere, neque penam à iure impositam commutare, vt dixi infra hoc eo. lib. §. fi. q. 96. vers. Quarto etiam, Bene potest iudex laic<sup>9</sup> detineri facere suspensio de heresi, vt deinde eos tradat iudici ecclesiastico Competenti. Et ita rescriptit Senac<sup>9</sup> Prætori Cremonæ. 18. Iunij. 1557. P. N.

Sed quis inter ecclesiasticos est iudex competens in causa heresis? Rnd. in hac c. Ep. sunt iudices ordinarij, Delegati aut sunt inquisitores hereticæ prauitatis. Et potest vterq; eorū, pcedere simul & diuim, non tñ possunt aliquem condemnare, nisi vterq; interueniat. Sed nūquid poterunt absoluerè? Rñ. gl. in clem. 1. in verbo, Contra eos, tenet q. sic, ex quo ius antiquum solummodo correctum est in cōdemnatione. Et opin. illius gl. dicit esse communem Prac. Carer. fol. 60r. nu. 72.

Scias tamē, q. licet iudex ecclesiasticus de hoc crimine solus cognoscat, non tamen ipse cōdemnat ad penam ignis, sed

tamunmodo declarat reum esse hereticum, & remittit iudici seculari puniendum. Et ita obseruat confiterendo, vt dicit Boss. in tit. de foro compet. post num. 161.

Sed quæro, quæ sit pœna heresis? Rñ. Si hereticus nolit ad fidē ecclesie redire tunc de consuetudine igne comburitur vt attestatur Vitali. de malef. in Rub. de crimine heresis, nu. 6. in fi. quæ refert Chassen. super confuet. Burgund. fol. 46. nu. 3. in fin. Idem dicunt scribentes in l. cunctos populos. C. de summa Trin. & in specie Aret. num. 11. & Purpur. num. 90. Griland. de crim. lib. 1. q. 3. nu. 3. Et dicit Bertrand. conf. 212. nu. 3. lib. 2. in prima parte, q. ita interpretata est generalis consuetudo. Idem dicit Gandil. de heret. q. 15. num. 3. quem refert Prac. Carer. fol. 630. num. 132. Simancas de heret. c. 45. num. 9. quem refert Don Antonius de Padilla in l. transigere, num. 98. C. de transact. Pra. f. Iod. c. 61. num. 59. Ceterum si hereticus pœniteat, & parat<sup>9</sup> sit redire ad fidem ecclesie, & abiuurare suā heresim, euitat pœnas de iure hereticis impositas, est tamen ad perpetuos carceres condemnandus. Et hanc dicit esse communem sententiam legistarum, & canonistarum, iuxta in l. r. §. cum dominus, nu. 32. ff. ad Syllē. Bene verum est, q. hodie ista pœna potest per superiorem, & etiam per inquisitorem in aliam commutari, vt est tex. in c. vt committi, de heret. in 6. Intellige per superiorem ecclesiasticum, nam iudex secularis non potest illam commutare, vt dixi in d. q. 96. vers. Quarto etiam. Item intellige, nisi esset relapsus, tunc n. omnino est igne cremandus, etiā si velit pœnitere, & ad fidem ecclesie redire. Et nota q. quando hereticus non relapsus ante sententiam pœnitere, & abiuurare paratus est, non modo euitat pœnam mortis, sed etiam confiscationem bonorum, licet ipso iure à die commissi delicti sit imposita. Et hæc est magis communis opin. vt attestatur Paris. consil. 2. num. 85. & sequen. lib. 4.

Sed vsque ad quod tempus erit admittenda hæc pœnitentia? Respond. Aliqui dicunt, quod non admittunt, nisi statim post deprehensionem erroris sponte ad

Eccle-

ecclesie veritatem redierint. Et hæc opin. tenere cōmuniter Cano. affirmat Grill. in tract. de heret. q. 5. quem refert Simancas de heret. cap. 45. num. 8. licet subdat, quod ipse ferè nullum inuenit qui hoc tenear. Alij verò dicunt, quod non sunt admittendi nisi vsque ad sententiam, & ita in Hispania obseruat, vt tradit Simancas in d. c. 46. nu. 11. Alij verò dicunt, quod semper admittitur etiam post condemnationem. Et hæc opin. est mitior, & etiam magis cōmunis, vt dicit Boer. decf. 343. nu. 3. & 4. Idem dicit practi. Carerij fol. 642. post num. 159. Et dicit Boss. in titu. de foro compet. post num. 137. & in titu. de heret. num. 20. quod ita seruatur, prout etiam alijs obseruatum fuisse attestatur Card. in cap. ad abolendam, col. 1. de heret. nam ecclesia nulli gremium claudit, nisi his, q. sunt in heresim relapsi. Et secundum hanc opin. in facti contingentia consulit Bertrand. consil. 212. lib. 2. in prima parte.

Et nota in hoc proposito vnum, quod prima facie videtur mirabile, quod si aliquis imputatus, & conuictus de heresi, puta q. dixerit, si tenuerit aliquod hereticum, & contra fidem sanctæ Ecclesie, & paratus sit abiuurare heresim, & fateri illam opinionem esse hereticam, & erroneam, nolit tamen coniteri quod ita dixerit, sed dicat se semp credidisse, & credere illud quod credit, & tenet sancta mater ecclesia, talis non admittitur ad abiuurationem, nisi fateatur se ita dixisse, sicut conuictus est, & si perseueret in negando, est igne cremandus, tanquam impenitens, ita decisum fuit per dominos de Rota de c. 875. Accusatus. Viam decif. ego didici à Reuerendissimo Viro Episcopo Albenfi viro clarissimo & mihi amicissimo, & postea reperi Rebuffum in practi. beneficia. fol. 469. num. 20. & sequē. qui idem tenet, p. tereaq; attestat se ita vidisse seruari contra quendam astutum hereticum. Et hanc sententiam receptam esse affirmat Simancas de heret. cap. 47. nu. 20. & seq. Mihi certè hæc opinio semper visa est rigorosa, non enim video, quomodo iste possit dici hereticus, cum non sit penam in errore, vt eleganter considerat Boe-

rius decifio. 341. numero quarto. Metamen remitto determinationi Sanctæ Matris ecclesie.

Idem etiam (secundum aliquos) esse dicendum, si hereticus nolle facere emendationem, ad quam esset cōdemnatus, pute vt publicè incederet cum aliquo signo pœnitentiæ, nam eo quoq; casu esset igne comburendus, prout se vidisse Parisijs practi cari contra quendam Io. Berquin attestatur Milles in practi. crimin. fol. 10. num. 112. & fol. 148. num. 55. Et ita vsu comprobatum esse attestatur Simancas de heret. in d. c. 47. num. 23. licet cōtrarium in facto consultius vidisse attestetur Calde. in c. literas. de pœsump. in quodam Senē si, qui pro pœnitentia, siue emendationem fecerat, vt per sex menses non ingrederetur ciuitatem, quod etiam refert Franc. Squillac. in d. tract. de fide catholi. cap. 19. Quæ opinio mitior est, & iudicio meo tenenda, nisi cum tali contumacia concurrerent alique alia coniecturæ, per quas appareret illum adhuc nō bene sentire de ecclesia, hoc enim casu fortè dicerem hanc tanquam vere relapsum, flammis esse comburendum.

Vnum tñ scias, q. isti impenitentes nō statim debent relinqui iudici seculari, nō enim dñr relapsi, sed monendi, & hortandi, non semel tñ, sed pluries, vt ad fidem reuertantur, & vbi pœnitent, sunt ipsi quoq; ad reconciliationē admittendi, vt tenuit Cald. cōf. 2. nu. 2. de heret. & ita vt mur, vt attestatur Simancas in d. c. 47. nu. 24.

Item bona condemnatorum de crimine heresis de iure communi confiscantur, Et ita dicunt communiter Doctores, vt dicit Prunus conf. feudali. 31. num. 7. Et scias, quod non modo bona hereticorum sunt confiscata ipso iure, sed ipsi statim à die commissi criminis amittunt administrationem omnium bonorum suorum, vt est tex. in c. cum secundum. de heret. in sexto. Punctus est cui applicatur, nam secundum dispositionem iuris canonici videt expressè, q. bona clericis heretici habetis beneficium ecclesiasticum pertinet ad ecclesiam, in qua est beneficiatus, & si non habet beneficium, pertinet fisco Ecclesie cathedralis. Bona autè laici heretici

applicatur fisco seculari, ita disposuit tex. in cap. excommunicatus. §. damnati. de hereticis. Dicit tamen Felin. in cap. irrefragabili. §. ceterum. nu. 5. in fin. de off. ordi. q. constitutio fablata fuit per quendam extraneagantes pontificias disponentes, q. bona hereticorum diuidantur, equis portionibus inter Romanam ecclesiam, Episcopum, & inquisitorem, Sed hoc etiam in practica non seruatur, ut ait Didacus lib. 2. resolutionum. c. 9. nu. 12. saltem in Hispania, ubi bona ta mobilia, quam immobilia hereticorum etiam clericorum, & habentium beneficia ecclesiastica applicantur fisco Regio, subdens, q. ita praxis obtinuit. In hoc autem Ducatu seruatur, q. bona hereticorum diuiduntur equis portionibus inter fiscum Ducalem, & Episcopum, & Inquisitorem, & in hoc seruanda est consuetudo locorum. Vnum tamen scias in hoc proposito, q. in hoc Ducatu, licet, ut dixi, pars bonorum applicet episcopo, & pars officio inquisitionis, nihilominus liquidatio bonorum fit per procuratores fisci Regij, & sic per hunc magistratum & ponuntur bona ad pelama, & omnia sunt, perinde ac si in totum essent applicata fisco Regio, & deinde facta liquidatione, dat unicuique sua portio. Et ita fieri debere declarauit senatus, consentiente etiam Reueren. Inquisitore. 30. Iun. 1559. A. C.

Et scias, q. licet bona damnatorum regulariter conferantur filiis ex dispositione aucten. bona damnatorum. C. de bon. proserip. & dixi infra hoc eod. lib. §. fi. q. 78. circa principium. & vers. Videndum est etiam, nihilominus bona hereticorum confiscantur, etiam existeribus filiis ipsorum hereticorum catholicis, & orthodoxis, ut est tex. in cap. uergentis. de heret. qui est approbatus etiam de iure civili per text. in auct. Gazaro. C. de heret. Et ita communiter tenetur, ut dicit Pract. Carer. fo. 635. num. 140. hanc etiam dicit esse communem sententiam, & usu etiam comprobata. Simancas de heret. c. 9. num. 2.

Item propter heresim separatur matrimonium. scias tamen, q. uxor, que recessit a uiro lapso in heresim, siue ex iudicio ecclesie, siue non, si ipse reuertatur ad fi-

dem, compellitur ad eum redire, nisi uellet ingredi religionem, nam eo casu si fuit separata iudicio ecclesie, potest illi ingredi, nec tenetur ad uirum redire. Et est communis opinio. ut attestatur Abb. in cap. de illa. circa fin. de diuor.

Item clericus hereticus priuatur omni officio, & beneficio ecclesiastico. cad abo lendam. §. 1. de heret. & amittit omnem ecclesiasticam potestatem. Et hoc est consors sanctorum patrum sententia, ut dicit Pighius de eccles. Hierar. cap. 3. quem refert Simancas de heret. cap. 45. num. 18. Quinimo etiam filij hereticorum, & eorum receptatorum priuatur ipso iure beneficijs obtentis tempore commissi criminis. Et est communis opinio. ut attestatur Io. Lup. de regno Nauaric, in quinta parte. §. 8. quem refert Didacus lib. 2. resolutionum. cap. 8. post num. 4. ver. Ceterum, quod filij. Dicit tamen Simancas in tracta. praeallegato. cap. 29. num. 7. quod pia consuetudine obtentum est non modo, quod non sint priuati ipso iure, sed etiam quod neque per sententiam priuentur. Et hac opinio mitior est, atque benignior.

Quaro nunc, an poena statuta contra filios hereticorum comprehendant eos tantum, qui nati sunt postquam parentes hereticam labem contraxerunt, an autem etiam eos, qui prius nati erant? Respond. quod indistincte comprehendunt omnes filios tam natos ante, quam post. Et hanc opinio dicit esse communem Galind. in Regia disputatione. §. 18. quem refert Simancas in tract. praeallegato. cap. 29. num. 3. licet ipse teneat contrariam sententiam, quia (ut ipse ait) multi uiri sequunt, neque numero, neque auctoritate alij inferiores. Et hoc etiam opinio tanquam equior, & benignior mihi magis placet. Vide q. dixi infra hoc eod. lib. §. leg. Maiestatis. vers. Fuit etiam.

Præterea hereticis non est seruanda fides a priuatis, ita allegatur tenere Barto. in quest. incip. Lucanę ciuitatis. & est frequentiori doctorum calculo recepta sententia, ut dicit Simancas de heret. cap. 35. nu. 14. Pla. q. lib. 1. delictorum. ca. 37. num. 11.

Uterius pro hereticis non potest aduocatus, neque procurator prestare patrocinium

trocinium, & hanc conclusionem dicit esse ex mente Doctorum Ablic. super prima parte cõlli. Regni. rub. prima. nu. 43. Hoc tamen intellige ut procedat, quando constat illum esse hereticum, & persistere in heresi, secus autem si aduocatus uellet probare, quod ex processu non appareret illum esse hereticum, uel quod esset paratus redire ad catholicam fidem. Ceterum solent episcopi, & inquisitores semper cedere ueniam aduocatis in quibuscunque causis hereticorum, ut pro eis intercedant, qua uenia impetrata, non est ulterius querendum.

Sunt etiam alie hereticorum poene tã a iure civili, quam a iure canonico constitutę, quas copiose, & eleganter tractat Pract. Carerij in tract. de hereticis. num. 132. & alij seq. & Simancas in d. tracta. & alij, qui de hoc crimine integros tractatus scripserunt.

Habet etiam hoc crimen multa species, que pariter recenset Pract. Carer. in tracta. praeallegato, & inter cetera in causa heresim sufficiunt minores probationes, quam in alijs, & hoc non modo ad inquirendam, de quo aliquid dixi infra hoc eod. lib. §. fin. quaest. 6. vers. ite scias. sed etiam ad lactendum plenam probationem criminis, ut uidet tex. in c. in fidei. de here. in 6. quem ita intelligunt communiter Theologos, ut dicit Boss. in tit. de heret. nu. 5. Et ex hoc apparet non esse ueram opinionem, qui dixerunt, quod ad conuincendum aliquem pro crimine heresim, requirant salte tres testes, quia imò duo sufficient, & hoc opinio est communis, teste Anan. in c. excommunicatus. §. ad iij. nu. 1. de heret. quem refert Simancas de here. c. 50. num. 3. Et in proposito circa testes de heresi deponentes, uidendum est cõll. Crauetta. 262. Et an plures testes singulares sufficient, dixi infra hoc eod. lib. §. fin. quaest. 33. vers. Dixi etiam.

Itẽ de crimine heresim potest inquire etiam post mortem, & defuncti memoria damnari, & ita in sacro practicum fuit contra memoriam Bonifacij Papę, qui ad instantiam Regis Francia fuit post mortem accusatus de heresi, ut refert Alber. in rubri. de here. num. 2. & 3. licet Roer.

decif. 341. in fi. dicat se hoc non inuenisse in vitis Pontificum. Et scias, quod de consuetudine Regni Francia corpus illius, qui post mortem damnatur de heresi, re linquitur brachio seculari, & per brachium seculare comburitur. Hęc autem conclusio, quod in crimine heresim possit contra defunctum procedi, & eius memoria damnari, habet locum non modo in heretico uero, & qui per ueras probationes est de heresi conuictus, sed etiam in heretico presumpso, scilicet illo qui citatus in causa fidei fuit contumax per annum, & deinde mortuus est, ut per Bellameram decif. 677. in tali processu. Et in hoc proposito uidentur esse ea que idem Bellamera ponit in seq. decif. 678. 679. 680. 688. & 689. ubi multa eleganter tractat in hac materia, & præsertim an hoc casu sint uocanda hereses defuncti, &c.

Item licet Papa non possit pro aliquo crimine accusari, ut dixi infra hoc eod. lib. §. fin. quaest. 35. vers. uidentur igitur, potest tamen pro crimine heresim accusari, & condemnari, ut ibi dixi.

Quero, an occultus hereticus, scilicet ille qui solum corde deuat a fide catholica, non tamen uerbo scripto aut facto aliquid signum heresim ostendit, incidat in poenam excommunicationis, & alias poenas a iure impositas hereticis? Respond. quod non, & hoc est Theologorum serẽ omnium receptissima sententia, ut attestatur Simancas de heret. cap. 42. num. 1. & seq. nam (ut uulgo dicitur) ecclesia nõ in dicat de occultis.

Sed hic incidenter quero, que sint facta, que sapient heresim? Respond. quod illa, que de uinatura preseruitur aliquid, quod manifesta est heresim, dicuntur rare manifestam heresim, puta baptizate imagines, rebaptizare pueros, & huiusmodi, & hoc est peritorum omnium sententia, testa Simanca in tracta. praeallegato, cap. 30. num. 9.

Successive quero, nunquid inuocatus demonum sapiat heresim manifestam? Respond. quod ad inuocantur demones ut quis sciat futura, & hoc licet heresim manifesta, quia tribunt diabolo uel quod est proprium Dei, licet uerum prædicet.

A ut inuocantur ad alium finem, pura ad tenendum pudicitiam mulieris, vel huiusmodi, & non capit heresim, quia inuocatur: diabolus ad id, quod ei maxime conuenit, cum sit tentator amarum. Ita declarat eleganter Gemina, conf. 54. ubi in pulchro casu ita consuluit, & ita distinguit Doctores, ut attestatur Affli<sup>o</sup> prima parte constitutionum Regni. rubr. 7. num. 17. Et hoc secundo casu iurisdictione non spectat ad inquisitores, sed ad ordinarium, qui in hoc crimine potest esse tunc secularis, quam ecclesiasticus, nam crimine fortilegi est communis fori, ita quod vterque iudex potest procedere, ut tenuit Abbas in cap. 1. num. 3. & 4. de fortilegijs, quem sequuntur communiter Doctores, ut dicit Nunius de los corregidores, fol. 259. num. 1. Quod nota, quia in parlamentis Francie fuit super hoc diuersimode iudicatum, ut refert Papi lib. 22. tit. 3. Arresto 1. & 2. Et dicit Abbas in rubr. de heret. num. 1. 3. quod ita fuit determinatum in Romana Curia in causa cuiusdam Ioan. de Partiniaco, quod huiusmodi incautationes, que fiunt ex causa amoris, non essent hereticę, & ita etiam refert Oldrad. conf. 210. in fin. relatus, & ipse per Tiraquel. de penis. causa quarta. num. 3. quod in facti contingentia fuit absolutus quidam, qui fecerat fortilegia propter amorem cuiusdam mulieris. Faciunt que dixi infra hoc eodem lib. §. fin. q. 60. uerf. est & amor. & ex his credo male consuluiffe Parba. conf. 55. lib. 1. quod fortilegia, que fiunt ad sciendum, ita commissa, capiunt heresim manifestam, & quod eorum cognitio spectat ad inquisitores. Pena autem nec iure communi imposita huiusmodi fortilegis, diuinatoribus, & maleficijs, est mortis, & confiscationis bonorum, ut est textus in l. 3. C. de maleficijs de consuetudine hęc pena non seruatur, sed imponitur per auctoritatem iuris, ut attestat Nunius de los corregidores. fol. 259. nu. 2. vel secundum alios dicunt in publicum cum iura de pectus in capite, & deinde ei ieiunant, ut attestatur perber. in viatorio iuris. in rub. de fortilegijs. ca. fi. & ideo cum superioribus animis in causa cuiusdam Angeli Cornetane impurata de fortilegijs, maleficijs, &

incautationibus dubitatum fuisset, an esset imponenda confiscatio bonorum, fenat<sup>o</sup> censuit, quod non. 20. Augusti. 1363. P. N. Quod nota.

§. HOMICIDIVM. SVMMARIVM.

Quotuplex sit homicidium.  
 Et quod dicatur homicidium casuale. uerf. Casu autem.  
 Et quod homicidium culpofum, uerf. Culpa dicitur.  
 Et qua pena puniatur homicidium culpa commissum, ibid.  
 Et quid si aliquis citra animum occidens alium percussit, uerf. Dicitur etiam.  
 Et quid si putans interficere unum, occiderit alium, uerf. Dicunt etiam.  
 Et quod dicatur homicidium dolofum, uerf. Dolofum autem.  
 Et quod dicatur homicidium commissum animo deliberato, uerf. Ex proposito.  
 Et quod dicatur homicidium commissum ex insidijs, uerf. Ex insidijs.  
 Et quod dicatur homicidium commissum pro ditione, uerf. Proditorie.  
 Et quod dicatur homicidium commissum per assassinium, uerf. Per assassinium. Remissim.  
 Quibus modis homicidium committatur, uerf. Pluribus autem. & alijs seq.  
 Et quid in eo qui uenenum alteri dedit, uerf. Punitur etiam.  
 Et quid si mors secuta non fuerit, an sit puniendus pena mortis, ibid.  
 Et quid in iudice qui innocentem condemnat, uerf. Item iudex.  
 Et quid si aliquem indebitè torfit, ibidem Remissim.  
 Et quid in medico, qui mortis causam insinuat, uerf. Item medicus.  
 Et que sit pena homicidij de iure ciuili, uerf. Sed quero.  
 Et an ualeat statutum imponens pro homicidio pena pecuniaria, uerf. Sed nunquid.  
 Et que sit pena homicidij de iure canonico, uerf. De iure autem.  
 Et an clericus homicida priuatur ipso iure benefi-

beneficio, an autem requiratur sententia, ibid.  
 Et an homicida priuatur successione eius quem interfecit, uerf. Priuatur etiam.  
 Et an tenetur ad interesse anima occisi, & expensas factas in medicinis, & ad estimationem operarum, uerf. Tenetur etiam.  
 Homicida, qui alium interfecit ad sui defensionem, excusatur, uerf. Excusatur autem.  
 Et quid si pro defensione bonorum suorum, uerf. Hęc autem.  
 Et quid si pro defensione proprij honoris, uerf. Idemq; & multo.  
 Et quid si pro defensione conuictorum suorum, uerf. Item locum.  
 Et quid si pro defensione alicuius extranei, ibidem.  
 Et quid si uolens offendere sit clericus, uerf. Preterea etiam.  
 Et quid si sit Papa, uel Imperator, ibid.  
 Et an liceat occidere alium non insultantem si aliter me ab insultante defendere non poteram, uerf. Adde quod.  
 Et quid si fugiendo poteram me saluare, uerf. Atque adeo.  
 Et quomodo probetur factum fuisse ad necessitatem defensionis, uerf. Sed quomodo.  
 Et quid si excessum fuerit in defensione, uerf. Scias tamen.  
 Et an si quis neget se occidisse, possit postea fatari, & probare, quod ad sui defensionem id fecerit, uerf. Sed hic occurrit.  
 Et quid si occidi aliquem, qui me in insidijs expectabat, ut me offenderet, uerf. Potest etiam.  
 Quando plures interuenerunt homicidio, & ignoatur quis fuerit interfector, an sint omnes puniendi, uerf. Alia est etiam.  
 Et quid si appareat quis fuerit auitor rixe, ibidem.  
 Et quid si unicum tantum uulnus sit illatum, ibid.  
 Et quomodo sit formanda inquisitio, quando non apparet quis fuerit homicida, uerf. Sed hic incidenter.  
 Sed quid si sint illata plura uulnera, sed ne scitur ex quo uulnere decesserit, uerf. Aut uero.  
 Et quid si reus probet, uulneratum non ex

uulnere decessisse, an sit a pena homicidij excusandus, uerf. Quandoq; etiam.  
 Et an in hoc standum sit iudicio medicorum, uerf. Scias autem.  
 Et quid si uulneratus intra breuem spaciū decesserit, an presumatur mortuus ex uulnere, uerf. Ceterum si uulnus.  
 Et quid si reus uelit phare contrariū eius, quod medici dixerint, uerf. Sed pone.  
 Et quid si post illatum uulnus lethale alius superueniat, qui uulneratum exanimauerit, nunquid primus uulnerans excusetur, uerf. Sed quid si reus.  
 Fur an possit licite occidi, uerf. Vitima est. Adulter an possit impune a patre occidi, uerf. Dixi etiam.  
 Et an a marito, uerf. Sed quid in marito.  
 Et quid in foro conscientie, uerf. Sed hęc quidem.  
 Et an pater, uel maritus id possint alteri mandare, uerf. Dubium est.  
 Banniti an possint impune offendi, uerf. Ple runque etiam.  
 Et an ualeat statutum disponens, quod possint impune offendi, ibid.  
 Et an stante tali statuto, possint offendi et in foro conscientie, uerf. Sed nunquid.  
 Et an etiam occidi, uerf. Est tamen.  
 Et an mulier bannita adulterari, uerf. Sed an stante.  
 Et an bannitus censetur hostis emittatis, a qua est bannitus, uerf. Stante hoc.  
 Et an equiparetur deportato, uerf. Item secundum Remissim.  
 Et an stante hoc statuto possit filius occidere patrem bannitum, uerf. Sed hic quarto.  
 Et an emm, quem prius promiserat, non offendere, uerf. Quo quoque aliquis.  
 Et an liceat bannitum proditoris interficere, uerf. Sed an licebit.  
 Et quid si bannitus habuerit gratiam a principe, nondeum tamen fuerit de alio cancellatus, uerf. Item quarto.  
 Et quid si bannus sit nullus, uerf. Maior est.  
 Et an penitente appellatione a sententia banniti, possit bannitus impune occidi, uerf. Succelline quero.  
 Et an bannitus captus per familiam officialis, possit licite occidi, uerf. Quo quoque etiam.

*Et antequam occidere hamitum, extra ter-  
ritorium a quo est bannitus, versic. VI-  
terius quaro.*

*Et an occidens eum, quem ignorabat esse  
bannitum, gasceat beneficio statuti, versic.  
Fuit etiam.*

*Si statutum permittit occidi bannitum in lib-  
entium, an liceat occidere eum, qui est  
bannitus in pluribus minoribus summis,  
que cumulatæ excedunt centum libras,  
versic. Sed queritur.*

*Exceptio proveniens ex hoc statuto, an sit pe-  
remptoria, versic. Sciendum.*

*Et an possit opponi per procuratorem, versic.  
Item scias.*

*Bannitus stante hoc statuto, an possit se defen-  
dere, versic. In hoc etiam.*

*Stante hoc statuto, si bannitus offendatur, an  
possit inde ex officio inquirere, versic.  
Alia est.*

*Cases in quibus quis potest alium licite interfi-  
cere, versic. Sunt etiam.*

*An in crimine homicidij puniatur affectus  
etiam non secuto effectus, versiculo.  
Ultimo quero.*



**HOMICIDIUM** materia malo nostro fato frequens est. Quotidie. n. videmus, et ex leuissimis causis, homines trucidari, quia propter in hoc de-  
stenda est hominum conditio, quod cum cetera eiusdem generis animantia inter se non sistant, sed homines sibi inter se insidiantur, et crudeliter mortem inferunt. Pro intelligentia aut terminorum premitendum est, quod homicidij que sunt species. I. homicidium simplex, et homicidium de liberatum, et ad has duas species reduci possunt omnes alie species homicidij. Simplex homicidium est illud, quod committitur sine qualitate animi delibato. Deliberatum vero est quod committitur ex proposito cum illa qualitate. Homicidium autem simplex aliter ex quatuor modi committi potest, scilicet. Necessitate, Casu, Culpa, Dolo. Necessitate cum quis ad sui necessarium defensionem alium interficit, et de hoc late diximus infra versic. Excusatur autem, et alij sequi. Cum autem dicitur committi homici-

dium cum quis alium occidit sine culpa, aliud facere cogitas, et potest poni exemplum in eo, qui cum luderet ad iaciendum palum in loco solito, hominem interfecit, ut in casu quo consultavit Soc. cons. 16. li. 1.

Culpa dicitur homicidium committi, quando quis non dolere neque animo occidendi, sed inadvertenter alium interficit, et hoc homicidium licet sine dolo commissum, potest nihilominus puniri criminaliter, non quidem poena ordinaria, et sic poena mortis, sed debet puniri poena poenaria vel exilio pro modo culpa, et ita servari attestat Boss. in tit. de defension. reor. nu. 68. et dixi infra hoc eo. lib. 5. si. qu. est. 84. circa princ. et quandoque etiam poena triennium ad tempus, ut servatum fuit in quodam Laurentio Moreno, qui propter homicidium culpofum fuit ad triennes per triennium condemnatus. 9. Junij 1557. P. M. Semper autem mitius puniatur homicidium commissum sine dolo, et sine animo occidendi, quam illud quod committitur dolo. Et hec est communis sententia scribentium, ut dicit Capolla consil. crim. 37. col. 1. et in hoc nemo discrepat, ut dicit Maranta in suo specul. fol. 26. post nu. 59. Quinimo stante statuto, quod homicida decapitetur, debet intelligi, quando homicidium est dolo commissum, non quod culpa, ut dixi in d. qu. est. 84. Hec tamen conclusio, ut scilicet homicidium culpofum possit criminaliter puniri, intelligenda est, ut procedat, quando fuit lata culpa commissum, talis enim lata culpa non de proxima est dolo, ut communiter dicitur consuevit, sed si non fuerit lata culpa, sed levis aut leuissima, tunc non debet criminaliter puniri, Et hec est communis opinio, ut attestatur Boss. in tit. quomodo procedatur per actionem, nu. 38. nam talis culpa potius equiparatur casui, et sic dicitur potius homicidium casuale, quam culpofum. Huius autem homicidij ex culpa commissi possunt poni exempla, puta si quis versus turbam hominum projiciat lapidem, ex quo hominem interfecerit, certe non adfuit dolo in illo homine interficiendo, sed tamen culpa in projiciendo lapidem, et ideo non erit puniendus poena ordinaria, sed tantum extraordinaria.

Et

Et hec est communis opinio, ut attestatur Menchiaca controuersi. Illustr. cap. 19. nu. 21. Item potest poni exemplum in illo architecto, qui ascenderat machinam, et ea non ligauerat sufficienter, et machina tota cecidit super caput existentis sub ea, et occidit eum, ut refert Ang. in l. lege Cor. ff. de licar. dicens, quod fuit punitus poena arbitraria. Item in eo, qui culpa sua causam dat homicidio, puta in portitore, qui noluit in portu recipere currus onustos, ut eos transfretaret, et dum ipsorum currus vectores per aquas transierunt, unus eorum submersus fuit, pro quo tamen portitore consultavit Crauetta cons. 80.

Dicitur etiam culpofum homicidium, quando quis citra animum occidendi alium percussit, ex qua tamen percussione ille mortuus est, cuius rei ut plurimum solet tumi coniectura ex genere armorum, vel instrumenti, cum quo illata fuit percussio, puta si cum baculo, prout contigit in illa muliere, que percussit baculo super capite ancillam, quam credebatur esse ex viro suo pregnantem, ex qua percussione illa decessit, et illa fuit per consil. Neap. de portata per septennium in insulam, ut refert Gramma. voto 23. Idem si cum manaria, ut in casu in quo consultuit Bal. cons. 136. lib. 2. vel cum ligone, ut in casu 10. de Amicis cons. 23. vel pugno etiam armato, ut in casu Aret. consil. 146. vel calce, ut in casu Signoroli cons. 63. Item si quis habeat enssem, et percutiat cum pomo ensis, non autem cum ipso ense punctum, ne casum, vel si habet roncam, et percutiat cum hasta, non dicitur habuisse animum occidendi, et ita dicunt doctores teste Marti. cons. 77. nu. 18. Idem etiam, et multo magis dicendum est, si quis non animo percutiendi alium percutiat, ex qua percussione mors deinde sequatur, prout in eo, qui volens defendere a cane, protegit lapide aduersus canem, et hominem transeuntem occidit, de quo per Signoroli. cons. 27. dicitur ita fuisse iudicatum.

Dicitur etiam aliqui, quod si aliquis volens occidere Titium, occidit Sēpronium, non tenet poena ordinaria homicidij, sed tantum extraordinaria, ex quo respectu Sēpronii non fuit animus occidendi. Et

sic videtur hoc homicidium potius culpa, quam dolo commissum. Et hanc opinio dicit tenere Doctores plures numero Placeta lib. 1. delictorum. cap. 27. nu. 1. quam etiam communem appellat Alba. cons. 30. nu. 1. 2. et Menchiaca controuersi. Illustr. c. 96. post nu. 32. et secundum illam consilium Gram. cons. 5. et fuit etiam in facti coniectura iudicatum per consil. Neap. teste eo. Gramma. super consil. Regni. fol. 14. nu. 21. ut dicit, quod decisio Bart. qui contrarium determinauit in l. respiciendum. §. delinquunt. in si. ff. de p. ponit iudices maleficiorum in magno discrimine, dum voluit illam seruare. Vide que dixi infra hoc eo. li. §. fin. q. 77. versic. Sed quid si aliquis. Sed certe ego, si casus contingeret, illi facerem caput amputari. Bene verum est, quod respectu istius homicidij cessat qualitas animi delibato, et ideo non est rei iudicatus, qui pro eo gratia reportaret, habita legitima partis remissione. Et ita in simili casu dicitur fuit per senatum, quod licet factus fuerit insultus contra aliquem animo delibato illum occidendi, si tamen aliquis alius superueniat ad rixam, et occidat, iste dicitur occisus in rixa, et non animo delibato, et homicida est attendendus ad beneficium decreti gratiosi. 2. Augusti. 1559. P. N.

Dololum autem homicidium dicitur, quando quis animo aliquem occidendi illum interficit, dicitur tamen simplex homicidium, quando hoc delibato illum occidendi non ex intervallo precessit, sed in rixa, vel calore iracundie superuenit, ut dixi infra ver. Ex proposito.

Deliberatum autem homicidium quatuor etiam modis committi potest, scilicet ex proposito absque alia qualitate, secundo ex insidijs, tertio, proditorie, quarto, per assassinium.

Ex proposito dicitur committi homicidium, quando quis aggreditur alium propria animi deliberatione ex intervallo procedente, et illum interficit. Et dixi ex intervallo, quia si quis casu obtinuit haberet inimicum suum, et ira commotis illum interfecerit, non dicitur homicidium animo delibato commissum, nisi appareret quod antea deliberasset illum interficere, et ambulasset armatus ad illum occidendi,

CO

eo enim casu, etiam quod illum casu obuii habuerit, & occiderit, dicitur animo delibato illum occidisse, & ita pluries vidi in senatu feruari. Et licet Præc. Casoni, fol. 13. nu. 8. dicat, quod conclusiue, secundum omnes, non dicitur homicidium ex proposito commissum, nisi industria, & insidie intercesserint, iudicio tamen meo non est eius opi. tenenda, nam etiam si quis absque insidijs, vel industria alia praua animi deliberatione insultando interfecerit, dicitur homicidium ex proposito commissum, ut patet ad sensum, & omnes fatentur post Bar. in l. respiciendum. §. de iniquitate. in primis verbis. ff. de penis. Ilud vero, quod commissum est ex insidijs ab hoc longe differt, vt dixi infra vers. Ex insidijs. Et hæc omnia nota, quia hoc, §. de homicidio. dicitur homicidium commissum animo deliberato, vel non, valde vile est scire in hoc Ducatu, in quo non solent principes cedere gratiâ homicidiorum animo deliberato commissorum. Item committens homicidium animo deliberato, non est tutus immunitate ecclesiæ, secundum opi. magis cõem, quam ego tenui infra hoc eod. lib. §. si. q. 30. ver. Pun. S. est. Animus autem deliberatus occidendi, cum ea, quæ in animo consistunt, a solo Deo videri possint, non nisi per consueturas colligi potest, quarum multæ recensentur per scribentes practicas criminales, & per Matusã conf. 152. lib. 1. & consil. 236. eod. volum. & consil. 294. num. 5. & seq. eo. vol. & consil. 314. nu. 7. & seq. eod. vol. & consil. 325. nu. 5. & seq. eo. vol. & consil. 173. lib. 2. puta si præcedat inimicitia, mina, tractatus, & huiusmodi. Item dicit Prac. Casoni fol. 37. nu. 2. quod (secundum iuris pictos) præsumitur tractatus quando committitur homicidium cum multitudine personarum, nisi ex accideo, seu casu tales personæ superuenerint. Sed ego in hoc proposito puto esse diligenter aduertendum, nã aliud est presumere animum occidendi, aliud presumere animum deliberatum, nam animus deliberatus ex nullis cõiecturis argui potest, nisi ex his ex quibus verisimiliter colligitur ex intervallo præmeditatio homicidij committendi, Et iõ uerũ qui dem est, quod ex loco corporis, in quo facta

est percussio, vel illatum vulnus, Item ex genere armorum, Itẽ ex multitudine uulnerum, & huiusmodi, præsumitur animus occidendi, sed non deliberatus, Et ideo etiam si quis post acceptã iniuriã statim congreget multitudinem sociorum armatorum, & reuertus interficiat eũ, qui sibi in tulit iniuriã, illum multis uulneribus cõfodiẽdo, certẽ ex quo durabar calor iracundię, non dicitur homicidij animo delibato commisisse, sed in rixa, Et hoc pluries per senatum decisum fuit, sed quãdo sedato calore, & (vt uulgo apud nos dicitur) à lingue freddo post acceptam iniuriã quis alium interficit, tunc recurrit ad cõiecturas, quæ sunt preparatio armorum, cõgregatio sociorum, & huiusmodi, ex quibus uerisimiliter colligitur, quod antea ex intervallo cogitatum, & delibatum fuit homicidium illud committere.

Ex insidijs dicitur homicidij committi quando aliquis expectat alium, positus in loco, qui ab illo præuideri uerisimiliter non poterat, animo eũ occidendi, illumque ex improuiso uenientem aggreditur, & interficit. Et hoc uile est scire, quia interficiens alium ex insidijs, si confugiat ad ecclesiã, non gaudet eius immunitate, vt dixi in d. q. 30. vers. Hoc autem.

Proditorie uero dicitur committi homicidium, quando aliquis nulla præcedente inimicitia alium interficit, puta quia ueniens tecum tanquã socius itineris, nulla interueniente rixa te percuto, vel dũ feres mecum in mensã, vel si, cum me tibi amicum esse ingerem, te a tergo percuto, nam his casibus dicitur proditorie interfecisse, ita dicit Bar. in d. l. respiciendũ. §. delinquent. nu. 1. ff. de penis. cuius doctrinam omnes qui Bar. posteriores sunt, transcribunt, vt dicit Igneus in l. & si certus. §. si vnus ex dominis. post nu. 14. ff. ad sylle. Et hoc etiam uile est scire, nam in homicida proditorio omnes conueniunt, quod si confugiat ad ecclesiã, non gaudet eius immunitate, vt dixi in d. q. 30. vers. Scias tamen.

Per assassinium autem dicitur committi homicidium, quando fit pecunia interueniente, de quo latius dixi supra hoc eodem lib. §. Assassinium.

Pluribus

Pluribus autem modis potest committi homicidium, aliquando enim quis propriis manibus alium interficit, & de hoc principaliter tractabimus in hoc §. Aliquando mandat alteri, uel homicidij committat, quo casu tenet de homicidio propter mandatum, perinde ac si ipse interfecisset, vt dixi infra hoc eod. lib. §. si. quæst. 89. Aliquando dat auxilium uel consiliũ alteri ad homicidium committendũ, de quo dixi in d. §. si. quæst. 88. & q. 90. Nec minus puniuntur ut homicida, ille qui seipsum interficit, uel uult interficere, de quo dixi infra hoc eod. lib. §. si. q. 68. vers. Seipsum occidero. Dans etiã aliquid mortiferum alicui ad comedendũ uel bibendũ dicitur homicida. l. 2. §. Præterea. ff. de fidei. Item dans poculũ amatorij, ex quo illud accipiens moriatur. l. si quis aliquid. §. q. abortionis. ff. de fidei. Itẽ falsum testimonium dicens ad offensam contra aliquẽ, de quo dixi supra hoc eod. lib. §. falsum, ver. Testis qui falsum. Sic et dicitur homicida ille, qui misit aliquem per viã, in qua sciebat esse ei us inimicos, vt occideret, vt est tex. in l. 3. §. Itẽ si quis auctor. ff. de fidei. Et ita in facti cõtingentia iussit senatus, vt homicidã ultimo supplicio affici prætorum Caluatori, qui quensã hominem inimicis suis trucidandum traderat. 23. Septemb. 1562. P. N.

Puniuntur etiam ut homicida, uenenum malũ sciẽter faciens, aut dans ad aliquẽ occidendũ l. 1. l. 3. in prin. ff. de fidei. vt in casu de quo per Capollã conf. ultimo, Grammat. consil. 36. 38. voto. 3. 30. 31. 38. de cil. 2. 33. 38. Albar. consil. 72. Et certe quod ex ueneno sequitur mors, non uidetur dubitandum, quin illud dans sit pœna capitis puniendus. Et hæc est communis cõsensu recepta sententiã, vt attestatur Plaça lib. j. delictorum. c. 20. post nu. 1. Et ita iudicatur senatus in causã cuiusdam medici, quod uxori uenenu dederat, & fuit ei caput amputatum. Pun. S. est an si mors ex ueneno secuta nõ fuerit, debeat nihilominus puniri pœna ordinaria, non obstante generali cõsuetudine, præsertim cum hoc crimẽ uideatur esse ex atrocissimis, iuxta ea quæ dixi infra hoc eod. lib. §. si. q. 92. vers. Scias tamẽ, Sed certe magis communis

opi. uideri esse, quod non puniatur pœna ordinaria, vt attestat Prac. Carer. fol. 190. nu. 19. ubi dicit, quod ita concludunt magis cõiter doctores, quoniam refert idacus in repet. clem. si furiosus. fo. 281. num. 11. de homic. item dicit Grammat. super cõst. Regni, fol. 107. col. 4. nu. 5. & ita se pluries iudicasse refert Berachi. in verbo, Ueneno natio, nu. 6. quẽ refert Prac. Conradi fol. 338. num. 11. Et refert Grammat. in loco præallegato se ita bis uidisse iudicari in sacro col. in duab. ancillis, quæ dominis suis uenenu porrexerant, quarũ altera fuit condemnata ad fustigationem, altera uero vt in seniret infirmis, & languentibus hospitalis. Et de illa condemnatione mentione facit idẽ Grammat. decil. 2. Videt et ego in facti contingentiã, quod quidam Thomas Francus pro ueneno propinato fuit transmissus ad triremes per decennium. 23. Martij. 1560. A. C.

Item iudex, qui innocente ad mortem cõdemnauit, puniuntur pœna capitis ut homicida, si id fecit pecunia corruptus, uel ira commotus, vt est tex. in l. lex Iulia. §. si. ff. ad leg. iul. repe. Idemque si dedit operã, vt accusatus, uel inquisitus aliqd falso consistetur, per quod innocens postea damnaretur ad mortem, teneatur enim lege Corn. de fidei. vt est tex. in l. 1. in prin. & in l. 3. §. qui falsa ff. de fidei. Et si aliquẽ possit indebite ad torturã, uel adeo modum excessit in torquẽdo, ut mortuus sit, puniuntur pœna capitis ut homicida, de quo dixi infra hoc eod. lib. §. si. quæst. 64. vers. Antequam tamen, & vers. Iudex autem.

Item medicus si malũ medicamentũ sciẽter adhibeat, ut infirmus moriatur, teneatur ut homicida lege Cor. de fidei. vt colligitur ex tex. in l. necessãrio. §. si. ubi medicus infidus. ff. ad sylle. Et memini ego superioribus annis, quod fuit in nõ modico discrimine quidã Magn. Laurentius de Luciferis chirurgus, qui fecit vnã incisionem cuidã rustico, propter quam ille ex nimia p̃fusione sanguinis statim decessit. Cum tñ nulla subesset suspicio, quod animo illum occidendi interfecisset, fuit solummodo iussus exulare arbitrio Senatus. 13. April. 1562. P. N. Reperio et, quod quidã Rota, quod medicamentum nõ malo animo dederat,

ex

ex quo secuta erat mors, non fuit punita, quia fuerat tolerata vt ita medere, sed fuit illi solammodo interdicta in futurum ars medendi. 30. Augusti. 1558. P.N. Teneatur etiam medicus, qui propter imperitiam vel culpam infirmo præbet causam moriendi, ad dñam & interesse, prout in facti contingentia consuluit Chaffan. cõ sil. 18. in quodam medico, qui cuidam reticulos inciderat.

Sed quæro, quæ sit pœna homicidij? Respond. de iure communi homicida puniatur pœna legis Cornelie de fîcar. vt est tex. in l. 1. ff. ad l. Corn. de fîcar. quæ pœna est in nobili deportatio, & honorum omnium confiscatio, vt est tex. in l. 3. §. legis Cornelie, eo. tit. ff. de fîcar. Sed hodie illa pœna legis Cornelie non est in vlu, vt dicit Ange. in §. legis Cornelie, nu. 1. ff. ad leg. Corn. de fîcar. quem refert Afflic. su per prima parte const. Regni Rub. 13. nu. 1. Idem dicit Marfil. in d. §. leges, num. 1. & 2. quem refert Plaça lib. 1. delictorum, cap. 10. post num. 2. Vide quæ dixi infra hoc eodem lib. §. fin. q. 67. vers. Deportatio. Pœna ergo homicidij hodie est pœna mortis. Et hæc est communis opin. vt dicit Boss. in tit. de homic. nu. 109. Et hodie locum habet hæc pœna tam in nobili committente homicidium, quam in plebeio. Et hanc opi. recepit practica, vt dicit Bolenc. in repet. l. capitalium. §. famos. nu. 64. ff. de pœnis.

Sed nunquid valet statutum, vel consuetudo disponens q̄ pro homicidio imponatur pœna pecuniaria? Respond. Aliqui dicunt, q̄ sic. Et hanc opi. videtur tenuisse Barto. in l. 1. post num. 10. versic. Vltorius quæro, de pub. iud. quam etiã dicit tenere communiter doctores Prac. Carer. fol. 115. num. 12. Contrariam autem sententiam, q̄ tale statutum nõ valeat, multi tenuerunt. Et hæc dicit esse communem opi. Anan. in c. fin. num. 1. de delic. puer. Dec. in ca. 2. post num. 2. de confit. quem refert Public. sape. cõsue. Aluer. fol. 159. num. 4. Didac. lib. 2. resolutionum, cap. 9. num. 2. Et hanc ego semper secutus sum vti veriore, & magis communem, Et reperio etiam, q̄ Igneus in l. lege Cornelia §. Ex hoc edicto, num. 62. & seq. ff. ad Syll.

refert, quod suis temporibus ita fuit iudicatum per Senatium contra Nouarienses, apud quos vigeabat huiusmodi consuetudo, vt pœna homicidij esset centum aureorum. Bene verum est quod Alber. in 2. parte statutorum, quæ est. 122. dicit, p̄ totum mundum seruat contrarium. Et illum refert Aug. ad Ange. de malefic. in verbo, Et ex intervallo, post num. 7. Sed certe illud ponit fortè seruari temporibus Alberici, nostris autem temporibus semper vidi obseruari, quod talia statuta nõ valeat, nec sint obseruanda. Et ita tenes, & serues in practica. Sed posito, quod valeant, quæro, pone q̄ Perusii exeret statutum disponens quod si forensis ibi occidatur, puniatur pœna pecuniaria, nunquid si Perusinus alibi occidatur, erit puniendus occisor solummodo pœna pecuniaria, vt scilicet tale ius reddatur & c? Resp. q̄ non. sed debet huiusmodi homicida, eo non obstante, puniri pœna mortis, Et hæc est communis opi. vt dicit Sapia in l. 1. in prin. col. 1. vers. Ex istis precedentibus. ff. quod quisque iuris.

De iure autem canonico laicus pro homicidio excommunicatur, clericus autem deponitur, prætereaque priuatur beneficiis. Est tamen non leuis cõtrouersia inter Doctores, an clericus homicida sit priuatus ipso iure beneficio, an autè veniat priuandus per sententiam. Et in hoc articulo Iun. in c. cum nostris. de concess. præbende. tenuit q̄ non est priuatus ipso facto titulo beneficii, nec perdit ipso iure beneficium, sed venit priuandus per sententiam. Et dicit Anan. in c. inquisitionis, nu. 3. de accusat. quod ita tenent communiter Doctores. Ita etiam communiter neri attestatur Corlet. in suis sing. in verbo, Sententia, ver. Clericus. Hanc etiam dicit esse communem opi. Feli. in d. ca. inquisitionis, num. 2. quem refert Foller. in pract. crim. canon. fol. 276. nu. 37. Diaz. in pract. crimin. canon. ca. 88. Gomez. in ca. 1. post num. 7. de refeript. in 6. Alciat. in c. cum non ab homine, post nu. 16. de iudic. Ferratius cautela 44. canonicis constitutionibus. Didac. in repet. clem. si furiosus, fol. 302. numero 6. in fin. de homicid. Plaça lib. 1. delictorum, cap. 11. nu. 2. Et qui

Et quidem in simplici homicida, scilicet qui animo deliberato homicidium non perpetrauit, hæc opi. Inn. ab omnibus accipitur, vt dicit Igneus in l. necessarios. §. non alias. in lectura, nu. 13. ff. ad Sylla. Sed in homicida deliberato, siue qualificato aliqui contrariũ tenuerunt, nihilominus dicit Igneus in loco præallegato, quod omnis plene cano. & legistarum schola in hanc sententiam declinat.

Priuatur etiam homicida successione eius quem interfecit, vbi ex testamento, vel ab intestato talis successio ad eũ pertinet. Et ita volũt doctores, vt attestatur Marfil. consil. 93. nu. 8. Et hoc non vt ab ea excludatur tanquã incapax, sed vt admittatur ad succedendũ, & deinde fiscus illam auferat tanquã ab indigno, tex. est in l. cum ratio. §. si. ff. de bon. damna. Et q̄ filius occidens patrem illi succedat, & fiscus ab eo auferat hereditatem tanquã ab indigno, dicit esse communẽ opinio. Butr. consil. 63. in primis verbis. Sed pone, q̄ filius interficiat patrẽ, nunquid nepotes, & sic filii homicidæ poterunt auo succedere? Resp. Bald. in l. si quis incesti, nume. 4. C. de incestis nup. loquendo in terminis statuti, tenuit, q̄ sic, sed in contrarium est magis communis opi. vt attestatur Boer. decis. 25. num. 8. & 17. vbi etiam refert ita iudicatum fuisse per illã curiã, prout etiam prius iudicauerat parlamentũ Parisiense teste Autier. in quarta parte de Arestis. q. 13. & Ioanne Gal. q. 146. Idem etiã decisum fuisse in casu, in quo frater fratrem occiderat, vt scilicet fiscus præferretur in successione fratris occisi, filio ipsius fratris occidentis, attestatur Alb. in tertia parte statutorum. q. 58. si frater occidi, quẽ refert Barb. consil. 8. post nu. 4. lib. 3. & consil. 70. nu. 45. lib. 4. Alias autem sequendo opin. Bal. daretur improbis facilius occasio delinquendi. Si vero non extant filii occisoris, res nullã videtur habere difficultatẽ, q̄ fiscus venit de iure communi ad ipsam successione, Et hanc dicit esse communem opi. & sententiã Barb. qui in his terminis ita consuluit in allegato consil. 8. lib. 3. in primo dubio. Sed quod si maritus interficiat uxorem, nunquid lucrũ dotis applicabi-

tur fisco, an autem hæredibus ipsius mariti, vel vxoris? Resp. Bar. in l. fin. in fin. ff. de his, quibus vt indig. loquendo generaliter distinguit, q̄ aut lucrum desertur ex pacto, seu conuentione, & in eo succedunt hæredes vxoris simul cum relicto eius patrimonio. Aut desertur ex dispositione statuti, & applicatur fisco. Sed certe hæc distinctio Bart. cõmuniter reprobatur per doctores, qui volũt q̄ indistincte transeat ad hæredes ipsius vxoris, vt attestatur Ruin. & in facti cõtingentia ita consuluit consil. 117. in fi. lib. 5. quam sententiam vti communem sequi videtur Rolan. in suo eleganti tract. de lucro dotis, q. 61. Et secundum illam consuluit Dec. consil. 525. quæ mihi etiam magis placet, vt viri facilius a delinquendo obstineat. Et hæc conclusio locum habet etiã quando maritus uxorem occidit iure, vel consuetudine id permittente, puta propter adulterium, nam neque eo casu lucratur dotem iuxta formam statuti, vel pacti, quicquid dixerit Bar. in l. si ab hostibus. §. si vir, num. 5. ff. solu. mat. contra quem tenent ferẽ omnes, vt dicit Iaf. in d. §. si vir, circa fin. & contra Bar. esse communem opi. attestatur Gomez. Arias super lege 80. i. auri. nu. 1. quod nota.

Tenetur etiam homicida ad interesse animæ occisi, s. ad dandũ vt pro ea fiant orationes, ieiunia, elemosyne & huiusmodi, secundũ facultates ipsius homicidæ, præterea; ad mercedes, & expensas factas in medicis, medicinis, & aliis ad eius curationem pertinentibus. nec non & ad estimationem operarum, quas interfecit exercere potuisset, si vixisset eo tempore, quo naturaliter viuere poterat. Et hæc cõclusiones vti cõmunes refert Rolan. cõsi. 39. per totum lib. 2. & ita in facti contingentia consuluit Bertrand. consil. 117. lib. 8. q̄ de iure fiscus tenetur ex bonis cõsistatibus soluere filiis occisi estimationem operarum, &c. Sed hoc in practica male obseruatur, nã fiscus rapit onnia bona delinquentis virtute confiscationis, & nulla p̄dictorum ratio habetur. In hoc tamẽ proposito videndum est consil. Crauetta 119.

Excusatur autem homicida plurib. ex causis, & in primis quidem, si probet, q̄ Pract. Iul. Clar. D homi-

homicidium ipsum commisit ad sui necessariam defensionem, Est n. indubitata iuris conclusio, qd homicidium factum ad sui defensionem non est punibile, cum licetum sit vnicuique vim vi repelere, qd quidem est vulgatissimum & commune, vt dicit Casald. cōf. 53. in primis verbis inter consilia criminalia diuersorū libr. 1. & est tex. in l. vt vim. ff. de iust. & iurc. vbi est locus ordinarius huius materie. Et hanc sententiā dicit esse frequentiori doctorum calculo receptam Plaça a lib. 1. delictorum. c. 28. num. 3. in fi. Et ita omnium genium more, & consuetudine receptum esse ait Capolla conf. cri. 42. ver. Et profecto, quæ quidem procedit etiam in foro conscientie, Et est communis opi. vt dicit Nicel. in conc. gl. c. 56. Et ait Didacus in repet. clem. si furiosus. fol. 323. post num. 1. quod hæc est apud Theologos receptissima sententia.

Hæc autem conclusio, qd pro sui defensione liceat alium interficere, locum habet non solum p defensione vitæ, & corporis sui, sed etiam pro defensione rerū suarū, Et hæc est communis opi. legistarum, vt dicit Praç. Carer. fol. 371. num. 29. & seq. Hanc etiam opi. dicit esse communem Claud. in d. l. vt vim, num. 43. & seq. Dec. in d. l. vt vim, nu. 31. Iaf. in d. l. vt vim, nu. 23. & seq. quem refert Diaz-reg. 507. Didacus in loco praall. fol. 325. num. 6. Plaça in d. c. 28. nu. 52. Plot. in repet. l. si quando, num. 109. Menchiaca con trouerf. Illust. c. 18. nu. 5. nam (ut vulgo dici solet) Bona & res vitæ æquiparantur, vt dicit gl. in l. aduocati. C. de aduo. diuerso. iudi. p ut illā refert, & dicit esse communi consensu approbatā Plaça in loco praallegato post nu. ver. Ad notanda vtiq; dicit tamen Felin. in c. 2. post nu. 4. de homici. quod omnes concludūt, qd de iure canonico non licet furem interficere pro rebus tantum seruandis. Sed vide quæ dixi infra vers. Vltima est.

Idemq; & multo magis dicendum est, qd liceat alicui alterum interficere p defensione proprii honoris, nam periculū fama æquiparatur periculo vitæ. Iulista. ff. de manu. vin. Et est commune dictum, teste Bolæco in repet. l. capitaliua. § fa-

mosos, post num. 161. ff. de pœn. Et ideo si immineat periculum alicuius iniuriæ personalis, poterit quis licite aggressorē interficere, ita dicit Bar. in l. j. num. 8. C. vnde vi. Et dicit Ang. in l. is q aggressorem, nu. 2. in fin. C. de scar. qd hoc practicauit in ciuitate Venetiarū, Et defendit quendam accusatum de homicidio, Et illum refert Marfil. cōf. 81. nu. 16. Vide quæ dixi infra versic. Atque adeo.

Item locum habet non solum pro defensione proprii corporis, sed etiam pro defensione eorum, qui sunt sanguine coniuncti, & ita tenent communiter Doctores, vt dicit Grammat. conf. 68. num. 4. Hanc etiam dicit esse cōem opi. Per. Cafesat. inter conf. crim. diuersorū cōf. 89. nu. 10 lib. 2. Et in facti contingentiā, quidam Ant. Perficus, qd vt auxiliaretur fratri suo, interfecerat alium cum eo rixante, fuit absolutus. 24. Nouemb. 1548. P. N. Imo et p defensione alterius extranei, sciendum Bar. in d. l. vt vim, nu. 7. & in l. si qs in seruitute, nu. 3. ff. de fur. Et est cōis opi. vt dicit Dec. in e. l. vt vim, post nu. 32. versic. Subijcit Bart. Et dicit Alciat. conf. 475. quod hæc conclusio est ab omnibus Doctoribus approbata.

Præterea et generaliter, & indistincte intelligenda est hæc conclusio, ita vt pro saluti propriæ defensione licitū mihi sit alium interficere, etiam si ille, qd me vult offendere, sit clericus, nam & ipse potest me impune occidi p mea defensione, imo non solum pro mea, sed et propinquorum meorum, imo etiam extraneorum, Et ita tenent Cano. indistincte, ut dicit Claud. in lec. d. l. ut vim, nu. 85. Hanc et dicit esse cōem opi. Abb. in c. si vero, el. 1. nu. 11 de pœ. quem refert Did. lib. 2. resol. c. 10. post nu. 8. ver. Quartum si eiusdem. Quinimod etiam si sit Papa, vel Imperator ad huc poterit licite occidi, Et dicit Plaça in d. c. 28. post nu. 7. versic. 3. Illud, qd hoc est constitutissimū inter vtriusq; classis l. terator. Quod tñ puto et intelligendum esse cum grano salis. I. si Papa, vel Imperator contra oīus vis volebat eum offendere, neq; iste poterat se vilo modo saluare ab imminente morte, neq; et fugiēdo, Et ad huc si casus cōtingeret in practica, nescio an

an possit obtineri hæc opi. in inferioribus, autem cuiuscūq; dignitatis existant, credo qd possit sustineri. Et reperio qd facti contingentiā Rimin. cōf. 44. consuluit p quodam, qui percuſſerat prætorē, à quo prius fuerat ipse percussus. Et nota i hoc proposito, qd ille, qui percussit clericum defendēdo, non incidit in excoicationē, etiam si in defendendo modum excedat, dūmodo id, ex proposito nō faciat, ita dicit gl. in c. significasti. el. secōdo. in verbo tutelę. de homi. quam dicit esse cōiter approbatā, Soci. inter cōf. Curtij Sen. conf. 20. post nu. 41. vers. confirmant prædicta.

Adde, qd nō solum licet insultato occidere ipsum insultantem, sed etiam licet occidere aliū non offendentem, si ab illo insultante se aliter defendere nō poterat, nisi illum interficeret, ita dicit gl. in l. si familia. in verbo, Poterat. ff. si fami. fur. sec. dica. Et est communis opi. vt ait Dec. in d. l. vt vim, post nu. 9. vers. & qd dictum. Sed pone, ego fui aggressus à Titio, & Causa se iter postuit vt rixā diuideret, & ego ne interficerer, opposui Titio me insultanti illum Caium mediatorem, qui ab eo fuit occisus, nunqd ego teneor de homicidio? Resp. Hæc quaestio fuit disputata p Ang. Are. in sua quaestio. incipien. Atholus, & concludit ibi Ange. qd non teneor. & eius opi. dicit esse communem Corlet. in suis sing. in verbo, Metus. prout illum refert præç. Carer. fol. 422. nu. 174. relatus, & ipse per Placam in d. c. 28. nu. 26. Menchiaca controuerf. Illust. c. 19. nu. 19. Quod est notandum contra eos, qui de facili se interponunt rixis, vt diuidant inter se rixantes, quorum multos vidi ego remanere vulneratos, & quique etiam interfectos, ipsis principalibus rixæ saluis permanentibus. Quinimod quocūq; modo ego me defendendo percussio alium, non debeo puniri, qd videor dare operam rei licite. Et ita fuit absolutus per Senatium quidam Ant. Dauierius, qd dum se ab alio insultante defenderet, percussit quendam saxo, qui mortuus est. Iustus tamen fuit ipse Dauierius exulare per annum. 24. Octobris. 1543. P. N.

Atque adeo vera est hæc conclusio, qd etiam si insultatus possit se fugiendo sal-

uare, potest nihilominus ipsum insultantem impune interficere. Et est communis opi. vt dicit Iaf. in d. l. vt vim, nu. 38. Dec. in e. l. vt vim, nu. 35. præç. Carer. fo. 403. nu. 131. Riminal. conf. 44. nu. 12. lo. de Amicis. conf. 77. nu. 5. Boss. in titu. de homicidio. nu. 86. Et qd insultatus ab aliquo non teneatur fugere, etiam quod possit sine periculo illud facere, dicit esse communem opinionem. Alex. conf. 109. nu. 4. lib. 1. & conf. 119. nu. 12. lib. 7. Alexander de Neuo inter consilia criminalia diuersorū, conf. 77. num. 7. lib. 1. Felin. in capit. suscepimus. de homicid. attestans hanc esse communem opinionem, siue in insultato sit persona, cui fit de decori fuge, siue non. Tiraquel. de nobilita. cap. 20. nume. 64. Bertrand. conf. 290. nume. 10. lib. 3. in prima parte. & conf. 128. num. 1. lib. 7. Didacus in repet. clem. si furiosus. fol. 323. post num. 4. Menchiaca controuerf. Illust. cap. 18. num. 20. Placa in d. c. 28. nume. 10. & seq. Et quod aggressus ab æquali non teneatur fugere, dicit esse communem opinionem Petrus Calcephatus inter consilia criminalia diuersorū, conf. 103. nu. 11. lib. 1.

Sed quomodo probatur, qd fecit ad sui necessariam defensionem? Resp. non quidem est necesse, vt probetur in specie ista necessitas defensionis, sed satis est, quod probet simpliciter, quod fecit ad sui defensionem, ita sentit Bald. in l. solam. post nu. 11. C. de testibus. & ita communiter teneri attestatur præç. Carer. in loco praallegato, nu. 126. quem refert Placa in d. c. 28. nu. 20. Hanc etiam dicit esse communem opinionem Deci, in d. l. vt vim, nu. 17. in qua non puto esse in practica recedendum, quamuis contrariam sententiam receptiorem esse affirmet Menchiaca in d. c. 18. nu. 6. Hinc inferitur, qd ad probandum aliquem fuisse in periculo vitæ, sufficit probare qd eius aduersarius veniebat armatus contra ipsum, ita tenet gl. in l. 1. in verbo, Moderatione. C. vnde vi. quam dicit esse cōiter approbatam Bertrand. in d. conf. 128. nume. 3. Claud. in lectura d. l. vt vim, post nu. 54. Grammatic. conf. 56. nu. 9. Dicit etiam Anchar. in cle. 1. post num. 5. de homici.

quod communiter gl. ita tenent, prout illum refert Riminal. conf. 13. nume. 30. & conf. 23. post nume. 12. versu. Unde succedit. Bertrand. conf. 84. nume. 5. li. 2. in 2. parte. & conf. 35. nu. 5. lib. 4. & conf. 146. num. 6. lib. 6. Hanc etiam dicit esse communem opinionem Plaça in d. c. 28. nu. 15. Non enim tenetur quis expectare, quod prius ab alio percutiatur, vel offendant, sed si ille sibi mortē minetur, potest ipse statim illum percutere, ita allegat tenetur Bal. in l. 1. nu. 18. C. unde vi. & ante eum ita tenuit gl. præallegata in ea. l. 1. quā se quicquid communiter doctores, ut dicit Pet. de Barbobus inter cōsilia criminalia diuersorum, conf. 97. nu. 21. lib. 1. & Petrus Calephat. inter cōsilia criminalia diuersorum, conf. 88. nu. 21. lib. 2. & confil. 89. num. 3. eo. vol. & conf. 90. num. 4. eo. vol. & ita firmanz cōmuniter omnes, ut dicit Io. de Amicis conf. 116. nu. 5. & ita in facti cōtingentia absolutum fuisse quendam nobile, qui alium sibi minantē interfecit, refert Afflic. super prima parte constit. Regni, rub. 9. num. 33. & rub. 13. nu. 30. licet (ut ipse ait) alij intelligerent illud dictum Bal. procedere, quādo quis factio minatur, non autē quando verbis tantum. Est enim iusta causa timoris, quod veniat animo percutiendi, et si non expectetur percussio, ut dicit gl. in c. si profodicens. in verbo, Secularibus. de homicid. quā sequuntur communiter doctores, ut dicit Alex. de Neuo inter cōsilia criminalia diuersorum, conf. 77. nu. 4. Et in eo qui pparabat offendere, dicit fuisse in facti contingentia iudicatum, quod poterat impune offendi. Ial. d. l. vt vim. post nu. 9. referens id attestari Bal. in l. in lege. ff. loca. in quādam lectura antiqua quā ego nō habeo, & illud refert prac. Care. fol. 391. num. 91. Vide quā dixi infra versu. Potest etiam, & infra hoc eo. lib. §. si. q. 60. versu. Nunc quæro.

Scias tamen, quod talis defensio, propter quā quis iuxta prædicta excusatur ab homicidio, debet esse facta cum modo ramine inculpata tutela, quā quidem non deramen circa tria consistit. s. modum, tēpus, & causam, & ita dicunt omnes doctores, ut ait Blanc. in pra. c. crim. fol. 146.

nu. 2. vbi ea omnia declarat, & ante eum ita dixit Bolog. cōf. 36. col. 5. versu. uerum si dicatur alias autē si aggressus excedat modū in se defendendo, vtiq; erit puniendus. Bene verum est, quod hoc casu non debet puniri pna ordinaria homicidij, sed solum de excessu pna extraordinaria, & mitiore arbitrio iudicis, & hoc nō solum quādo excessisset modum ex culpa, sed quādo op. aliorum, quā dicit esse cōmunem Soc. Iun. conf. 36. nu. 10. lib. 2. sed etiā si excessisset modum ex dolo, & ita communiter cōcluditur, ut dicit præcti. Carer. fol. 409. nu. 152. & seq. quem refert plaça in d. c. 28. nume. 14. Bertrand. conf. 274. nu. 2. lib. 1. in prima parte. Dacus in repe. cle. si furiosus. fol. 323. post nume. 3. Hinc est, quod si aliquis insultet me cum baculo, nō licet mihi illum percutere cum gladio, si aliter me defendere poteram. Et ita tenent communiter doctores, ut dicit Gramma. conf. 63. nu. 2. & 3. Sic etiam, si post sedatam rixam, vulneratus ex intervallo insulta faciet in vulnerantem, nō videtur id fecisse causa defensionis, sed vindictæ. Et hæc est communis theoria doctorum, ut attestat Capoll. conf. crim. 43. circa prin. Sed in omnē casum occidens aggressorem se defendendo, nunquā tenet de occiso, & ita tenent communiter doctores, ut dicit Grammat. in d. conf. 56. nu. 7. Sed debet mitius, quā capitali pna puniri, & hanc esse receptissimam ab omnibus sententiam attestatur Soc. Iun. conf. 117. nu. 17. lib. 3. Faciunt quæ dixi in d. versu. Nunc quæro.

Sed hic occurrit alia quæstio, pone quod reus in suo examine negauerit se Titium occidisse, deinde habita copia processus, cum videret se esse de ipso homicidio cōuictum, nisi probare, quod illum interfecit ad sui defensionem, nunquid erit admittendus? Respon. quod sic, ita tenet Barr. in l. ex his. ff. de reg. iur. Et est cōmunis opin. ut attestatur Dec. in c. pastoralis. nu. 15. in fi. de exceptio. Boer. dec. 164. nu. 12. Cagnol. in d. l. nemo ex his. nu. 4. Boss. in titu. de defens. rerum. nume. 4. nam reus non prohibetur proponere diuersas, & etiam contrarias exceptiones, ut dixi infra lib. proximo.

Potest

Potest etiam homicida se excusare, si probe illum, qui ab ipso interfectus est, fuisse in insidijs positū, & ipsum expectat se ut interficeret, nā licitum est tales insidiatores præuenire, & eos interficere, ita colligitur ex gl. præallegata in l. 1. in verbo, Moderatione. C. unde vi. Et hanc sententiam approbant cōmuni cōsensu doctores, ut dicit Plaça lib. 1. delictorum. c. 21. num. 12. Quod tamen intelligit ut procedat, dummodo ex huiusmodi insidijs tale periculum, & adeo præsens immineret, ut non satis tuto vitari posset, nisi insidiator occideretur, sed si aut ipse insidiator comprehendi, aut vitari potuisset, credere non esse homicidam ab aliqua pna extraordinaria excusandum. Vide quæ dixi supra versu. Sed quomodo.

Alia etiam est defensio, quæ ad evitandam pnam homicidij proponi potest, oriturq; ex incertitudine eius, qui homicidium ppetrauit, quādo ipsi homicidio plures interuenerunt, quo casu, ppter tale incertitudinē videtur omnes esse ab soluendis, quæro igitur, quando aliquis est a pluribus interfectus, & ignoratur quæ eorum illum interfecerit, nunquid omnes propter incertitudinem sint excusandi, aut omnes sint puniendi? Respond. Alii qui simpliciter dicunt, quod quando vnicum est tantum vulnus lethale, & ignoratur, quis illud intulerit, omnes absoluantur à pna ordinaria legis Cornelie, & condēnatur pna pecuniaria, Et dicit Natta consil. 240. num. 9. quod in hoc cōcordant legistæ, & canonistæ. Hanc etiā dicit esse cōmunē opin. Boss. in tit. de homis. num. 26. Et dicit Riminal. conf. 23. circa fin. quod Bar. in l. si rixa. post nu. 10. ff. ad l. Corn. de sicar. qui tenuit, quod omnes puniantur pna homicidij, communiter damnat. Idemq; si plura sint vulnera lethalia, & ignoratur ex quo vulnere mortuus sit, pariter enim (secundum eos) sunt omnes ab soluendi à pna mortis, & condēnandi pna pecuniaria arbitrio iudicis, ita allegat tenere gl. in itē mela. §. sed si plures, in verbo, Percusserint. ff. ad l. Aquil. & ita cōmuni calculo receptum esse attestatur Roland. conf. 63. num. 10. lib. 2. Hanc etiā dicit esse cōmunem opin. Ang. de male

si. i. verbo, Et Andream, num. 21. A l'cair de præsump. in tertia regula, præsumpt. 44. num. 4. Hæc est ardua quæstio, in qua, ut dicit Plaça lib. 1. delictorum. c. 1. 2. part. citi nauigauerunt sine periculo. Tu igitur p veriori resolutione fac tres castus, Primus est, quādo homicidium esse deliberatum, & ex proposito. Et tunc absolute faciendū est cōclusio, quod omnes, qui ipsi homicidio interuenerunt, tenentur pna ordinaria homicidij, siue defuncti, & ex vnicō tantum vulnere, siue ex pluribus defecerit, Et siue vnum tantum vulnus esset lethale, cætera vero nō lethalia, Et siue appareat, quod omnes vulnerauerint, siue appareat non omnes vulnerasse, siue sit dubiū quā vulnerauerint, vel ne. Et hæc esse frequentiori doctorum calculo receptam sententiā dicit Plaça in d. c. 12. num. 1. & ante eum dixit hanc esse cōmunem Dacus in repe. cle. si furiosus, fol. 292. nu. 3. de homic. Et licet Plaça in loco præallegato subdat, quod hæc cōclusio debet intelligi quo ad torquendum, nō autem quo ad condēnandum. Ego teneo, quod omnes sint condēnandi, non autem torquendi, nō enim potest negari, quin etiam illi, qui nō occiderunt, præstiterint auxiliū occidentibus, ex quo resultat alia iuris indubitata conclusio, quod præstans auxiliū ei, qui cōmittit homicidium animo deliberato debet puniri pna mortis, ut dixi infra hoc eo. lib. §. si. que. ff. de crim. prin. Puto tamen in hoc casu aduertendum esse, ut omnino appareat certe, vel præsumptiue, quod omnes fuerint cōsij ipsius homicidij cōmittendi, potest enim esse, quod idem homicidium respectu vnius dicat commissum animo deliberato, & respectu alteri dicat commissum ex improbitate, puta si quis sciens inimicum suū alibi esse, & deliberatē eō accedere ad illum interfecit dum conuocet amicos sub pretextu, quod vellet ire deambulatum per ciuitatem, & deinde illos nihil tale cogitantes cōducit ad illum locum, & illi interficiat ut quādoque vidi in factio cōtingere, & hoc quidem casu si esset dubium super scientia, sequeretur opin. Plaça tanquam cōtiores, quod scilicet deberent sup ipsa scientia torqueri, & vbi illam negarent, condēnatur. Præc. sul. Clar. D 3 nari



nari in penam extraordinariam pecuniaria, ubi vero, ut dixi, constaret de scientiam, omnes essent capite puniendi. Secundus est casus, quando liquido non apparet homicidium fuisse animo deliberato patrati, sed bene adsunt aliqua suspiciones. Et tunc stante incertitudine, pariter sunt omnes torquendi super illa qualitate animi deliberati. Et ubi nihil fateatur, tunc debent omnes de ipso tanquam simplici homicidio in penam extraordinariam condemnari ratione incertitudinis, iuxta ea quae infra statim subiiciam. Tertius autem est casus, quando certo apparet homicidium ipsi ex improviso, & in rixa commissum. Et tunc est etiam distinguendum, prout etiam multis modis potest hęc incertitudo considerari. Aut enim vnicuique vulnus est illatum, ex quo vulneratus decessit, & ignoratur quis ex pluribus illud intulerit, & tunc omnes puniunt de occiso, non tamen pena ordinaria homicidii, sed tunc pena extraordinaria arbitrio iudicis imponenda. Et est communis opinio, ut ait Paris. consil. 148. num. 3. lib. 4. Pract. Carer. fol. 2. io. num. 75. ubi dicit, quod ita tenent communiter doctores, quae refertur Placata in d. c. 12. num. 6. Didac. in d. clem. si furiosus, fol. 294. num. 5. Bene verum est, quod hoc casu si appareat quis fuerit principalis auctor, sine inceptor rixae, contra eum ex hoc insurgit a deo valida iuris praesumptio, ut ipse solus habeatur pro homicida, & possit forte secundum iuris rigorem capite puniri, iuxta text. in l. quonia multa facinora. C. ad l. Iul. de vi pub. & ita a legum verticibus receptum esse ait Roland. consil. 63. num. 3. lib. 2. Hoc tamen apud nos non servatur: raro enim propter homicidium in rixa commissum condemnamus aliquem ad penam mortis.

Sed hic incidere quaero, hoc casu quo modo debeat formari inquisitio, ex quo non apparet quis vulnus intulerit, & consequenter quis fuerit homicida? Respond. Ang. in d. l. si in rixa, num. 7. ff. de fidei. refert. quod ista questio contingit de facto Perusij. Et dicit, quod si esset par pena homicidii, & auxilij ad homicidium, posset iudex vni inquirere de homicidio, & alios de auxilio, Et ita servari attestat Boss. in

tit. de delicto, num. 24. Plus dicit Ang. in loco praallegato, quod etiam quaedam poenae sunt diuersae, puta quia pro homicidio sit poena capitis, & pro auxilio poena pecuniaria, Iudices malefactorum non curant, sed vni imponunt ictum, & homicidium, & alij auxilium. & fauorem, licet secudum eum salua conscientia nulli sit remedium. Sed certe ego semper vidi seruari contrarium, ubi enim vnicuique est vulnus, & ignorat quis ex pluribus illud intulerit, solent iudices inquirere omnes equaliter de homicidio, narrando factum, & dicendo, quod vnus eorum vulnerauit, & alij auxilium praestiterunt, neminem nominando pro homicida, & si sint contumaces omnes eodem nantur in contumaciam in poenam homicidii, prout etiam expressit declarauit senatus faciendum esse. 27. Iunij. 1547. & 8. Ianuarij. 1558. P. N. Si vero comparantur, nunc vel omnes torquentur, vel condemnantur poena pecuniaria, ut supra dixi.

Aut vero pro iura sunt illata vulnera, & certi sunt vulneratores, & certa etiam vulnera ab ipsis singulis illata, sed ignoratur ex quo vulnera in specie mortis sit, Et tunc aut omnia vulnera erant lethalia, & omnes tenentur de occiso, Et in hoc non videtur dubitandum. Aut vero vnum, vel plura erant lethalia, & aliqua non lethalia, Et tunc illi tantum, qui intulerunt lethalia, tenentur de occiso, alij vero de vulneribus tantum. Et hęc est omnium sententia communis opinio, ut ait Didac. in loco praallegato, fo. 292. vers. Secundus casus. Hanc etiam dicit esse omnium consensu receptam opinionem Placata in d. c. 12. num. 5. puniendi tamen sunt hoc casu ultra poenam ordinariam vulnerum. etiam pro auxilio ad homicidium poena pecuniaria iudicis arbitrio. Aut vero sunt certi vulneratores, sed ignorauntur quae vulnera a singulis eorum illata fuerint, Et tunc aut omnia vulnera erant lethalia, & omnes tenentur de occiso, ut supra dixi, Aut erant vnum tantum vulnus lethale, & alia non lethalia, Et hoc casu omnes quidem de occiso tenentur, non tamen sunt puniendi poena ordinaria, sed tantum extra ordinem iudicis arbitrio. Et ita tenent communiter doctores, ut dicit Vitali. de malef. in Rub. quid

quid sit accusatio. nume. 71. Hanc etiam opinionem dicit esse communem Carer. in loco praallegato. numero 75. Et haec omnia bene nota, quia quotidie contingunt in practica.

Quandoque etiam solet ad excusandum eum qui de homicidio imputatur, proponi alia defensio, quod scilicet vulneratus non ex ipso vulnere. sed ex alia causa decesserit. Et hoc ut habeas perfecta resolutionem, debes distinguere tres casus. Primus casus est, quando certum est vulnus illatum fuisse mortale, & tunc si mors superueniat, proculdubio vulneratus tenetur de occiso, & puniendus est poena ordinaria homicidii, iuxta text. in l. ait lex. §. quod si mortifero. ff. ad legem Aquilia. & ita communiter tenent vbi que doctores, ut ait stat. Soci. consil. 178. co. 2. vers. Pro cuius conclusionis fundamento. lib. 2. subdens se putare, quod hoc casu non defenderetur vulneratus, ex eo quia nullus medicus fuisset adhibitus, vel quia fuisset adhibitus imperitus, neque propter aliquam aliam culpam commissum ab ipso infirmo, seu vulnerato, quia licet forte propter ista mors fuisset accelerata, tenetur tamen vulneratus de homicidio, iuxta text. in l. ita vulneratus. in prin. ff. ad legem Aquilia. Et quia Vitali. de malef. in rub. de insultu. nume. 16. dicit, quod licet vulnus sit mortale, tamen alia causa, quae superuenit, poterit probari ad accusationem vulneratis. Contrarium tamen omnes tenentur, ut dicit Blanc. in pract. crim. fol. 135. nu. 97. Secundus est casus, quando certum est, quod vulnus non erat mortale, & tunc ex quo constat vulneratum mortuum fuisse ex alia causa, quam ex ipso vulnere, non tenetur vulneratus de occiso: ita dicit Bal. in l. qui occidit. §. si ff. ad legem Aquilia. & ita etiam tenent doctores, ut ait Soc. in allegato consil. 178. co. 2. Et dicit Riminal. consil. 281. nume. 7. quod in hoc nemo est qui discrepet. Tertius est casus, quando sumus in dubio, an vulnus esset lethale, vel non, & tunc, aut non apparet de aliqua negligentia, seu culpa vulnerati, & eo casu exencti secuto praesumitur decessisse ex vulnere, & punitur vulneratus de homicidio, Aut apparet de aliqua negligentia, seu cul

pa, & tunc vulnerans non tenetur de occiso iuxta text. in l. si ex plagis. in prin. ff. ad legem Aquilia. Ita tenent Gand. de malef. in tit. de homic. post num. 24. ver. Sed pone, quod aliquis. Et ponit exemplum in rustico, qui in capite vulneratus iuit ad laborandum cum bobus ad solem, & per illud dictum Gandi. dicit Signorol. consil. 263. nu. 6. quod tunc ita iudicari obtinuit in curia pratoris Mediolani. Hanc etiam opinionem dicit esse communem Blancus in loco praallegato, post numerum. 96. Ex quo itaque talis vulnerans non tenetur de occiso, non debet puniri poena ordinaria homicidii, sed alia poena extra ordinem. Et ita reperio iudicatum fuisse in facti contingentia per consil. Neapol. teste Grammat. consil. 2. & ita etiam in hoc Ducatu pluries vide observari.

Scias autem, quod in hoc, an vulnus fuerit lethale, vel non, statum est iudicio medicorum, & hanc sententiam dicit esse omnium consensu receptam Placata lib. 1. delictorum. c. 13. nu. 6. Pariter etiam in hoc, an vulneratus decesserit ex vulnere, an autem ex malo regimine, statum iudicio medicorum, & peritorum. Et ita dicit se obtinuisse, & vidisse observari Alber. in praeforum. nu. 14. & in 2. parte statutorum. q. 36. Item quid si aliquis, quem refert Aug. ad Ang. de malef. in verbo. Et ex internal. lo. post num. 3. Ita etiam servari in practica attestat Boss. in tit. de homic. post num. 115. Et isti medici debent esse duo, secundum communem opinionem, ut attestatur pract. Conradi, fol. 474. nu. 7. Et hoc loquendo de iure, nam de consuetudine statum dicit vnus, ut attestat pract. Cas. fo. 10. nume. 6. Item intellige, quod requiritur ter duo, si adsint, nam vbi vnus tantum medicus esset in eo loco, illius solus dictum sufficeret. Et est communis opinio, ut dicit Anan. in c. significasti. nu. 14. in fi. de homicid. & tales medici non debent de necessitate esse doctores. Et hęc est passim recepta sententia, ut dicit Placata in d. c. 13. nu. 9. nam ad curam huiusmodi vulnerum solent adhiberi chirurgi, & barbitonores, & ita servari in practica, ut dicit Boer. deci. 323. post nu. 21. debent tamen huiusmodi medici seu periti deponere cum iuramento.

Et est communis opinio, vt dicit Crot. de testibus. post num. 117. vers. Quarto extenditur, quae refert Didacus lib. 2. resolu. cap. 13. post num. 4. Feli. in c. propositi. si. num. 15. de probatio. Afflic. super tertia parte constitutionum Regni. rub. 52. num. 8. Blanc. in pra. crim. fo. 133. num. 90. Intelligit, quod tenentur iurare de crude litate, & iudicio suo, non autem praecise de veritate. Et est communis opinio, vt attestatur A. nan. in d. c. significasti. post num. 13. de homicid. fas. in repet. l. admonedi. nu. 237. ff. de iureiur. Dec. in d. c. propositi. si. num. 17. Bene verum est, quod si tales medici esset specialiter destinati ad hoc officium visitanti, non tenerentur iurare in qualibet visitatione, vel ratione quam facerent, dummodo semel in initio officij iuramentum praestitissent, prout de consuetudine seruari attestatur prac. Millei. fol. 13. nu. 2. Sed certe apud nos non seruatur, quod absolute standu sit in hoc iudicio peritoru, quinimo saepius vidi aulam fidei adhibita fuisse huiusmodi peritis praesertim deponentibus ad defensionem, quod vulnus non erat lethale, vel quod vulneratus decesserat ex malo regimine: solent enim id de facili deponere, tum vt faueant inquisitis, tum etiam vt ipsi effugiant culpa mala curationis. Et vt dicit Practi. Papien. in forma inquisitionis, in verbo, ex quibus percussioibus, nume. 2. videmus, quod circa tales protestationes medicorum solent committi fraudes, cum multum corrupti pecunia, vel gratia protestentur contra veritatem, propterea tutius est dicere, quod in hoc an vulneratus decesserit ex vulnere, vel non, standu est arbitrio iudicis, quod considerata qualitate, & loco vulneris, & relatione medicorum, praesertim illa quae fieri solet, quando denunciat vulnera illata ex debito eorum officij, considerata etiam longitudine temporis quo vulneratus superuixit post vulnus illatu & aliis probationibus, estimabit an ex ipso vulnere, an autem ex alia causa decesserit. Et ita tenent doctores omnes communiter vt dicit Marsi. in pra. crim. §. & quia. nu. 16. & conf. 7. nu. 27. quem refert apoll. ad Riminal. conf. 181. sub nu. 1.

Ceterum si vulneratus post illatu vul-

nus, decessit de malo in peius, & intra breue spaciu mortuus est, eo casu praesumit mortuus ex vulnere, & vulnerans tenetur de occiso. Et hanc sententiam videtur sequi omnes Canonistae, & Legistae, vt dicit Bologn. conf. 5. col. 2. ver. secundo, pro eadem, vt dicit Cypoll. conf. crimin. 47. ver. Tertio veniens, quod ita omnes concludunt. Sed quatuor in hoc proposito dicitur longum interuallum? Respond. Ang. in l. vnica. C. de emenda. seruorum. dicit, quod secundum sententiam medicorum, nullus lethaler vulneratus potest viuere ultra 40. dies, quem refert Riminal. in d. conf. 381. nu. 2. vbi etiam subdit, quod ita obseruat communis stylus: refert etiam Blancus in pra. crimina. diuersoru. fol. 135. nu. 121. Si tamen vulneratus post illacum vulnus ambulauit per triduu, eo casu, etiam si postea moriatur, non praesumitur ex vulnere decessisse, secundum gl. in d. l. vnica. in verbo, Depulsa. C. de emenda. seruorum. quam approbant, & sequuntur omnes doctores, ac ait Marsi. in l. i. in c. rix. nu. 56. ad leg. Cor. de fcar. & i. prac. crim. §. & quia. nu. 16. & conf. 7. nu. 26. in finem refert Don. Ant. de Padilla in l. tra. sigere. nu. 30. C. de transac. lo. Arno. in lo. illoquio 39. Prospero quadam.

Sed pone, quod fuerit lata sententia contra aliquem in poeni homicidij ex relatione peritorum, qui dicit vulnus fuisse mortale, modo iste vult probare contrarium, nunquid recta dabitur talis sententia? Resp. quod sic, & est communis opinio, ut dicit Afflic. super prima parte constitutionum Regni, Rub. 3. nu. 47. nam tales sententia lata ex consilio peritorum nunquam transiunt in rem iudicam. Et ideo possunt quandoque rem actari ex consilio aliorum magis peritorum, vt dixi infra lib. proximo. Sed certe apud nos non admitteretur talis opti. post condenariorem, cum aduersus sententiam latam in causa criminali sublatum sit omne remediū constitutionibus huius Ducatus. Admitteretur tamen reus ad hoc probandu ante sententiam, non obstante relatione iam facta per huiusmodi peritos, sine ita reuulsiſſet ex eo periturus, & tunc primus tenetur tantum de vulnerato, secundus au-

quae

quae viger in multis ciuitatibus, siue et ita retulerint ex iussu iudicis, quod illos miserit ex officio ad inspicienda vulnera, secundum praesertim Ultramontanoru, de qua attestat Blanc. in pra. crim. fo. 131. nu. 72. In aliquibus etiam locis seruatur, quod in lex ad instantiam ipsius imputati mittit peritos, quod referat, an vulnera sint mortalia, vel non. Et ita seruatu fuisse attestatur Spe. in tit. de proba. §. videndu. vers. Hoc quoque, quod refert Affl. super 3. parte const. Regni. rub. 52. nu. 7. ubi subdit, quod ita faciunt cauti aduocari. Folle. in pra. crim. fol. 375. nu. 22. Sed hoc apud nos non seruatur nisi reo confituro in carceribus, & esset hoc casu faciendum a iudice talis electio peritoru, citato fito, ac parte offensa, qui essent extra omnem suspitionem, & cum magna cautela cognitione ne forte, si aliter fieret destrueretur intentio iustitiae, & delinquentis euaderet impunitus.

Sed quod si reus approber, quod vulneratus non decessit ex vulnere per eum illato, quia scilicet alius superuenit, qui illu illu illu tollit in totu examinavit? Certe videtur excusandus, ex quo apparet, quod ipse non fuit verus homicida. Et dicit Riminal. 158. quidam fuit vulneratus, quod ipse ex hoc quendam liberauit, & lucratus est cappam sericam, quae refert Tiraquell. de penis. causa 61. Et referunt doctores de quodam aduocato, quod consuluit cuidam, qui aliu lethaler vulnerauerat, quod deberet mittere statim alium, si qui eum profus interficeret, quia ipse teneretur tantu de vulnerato, & ille alius de occiso. Sed certe haec fuit pessima, & abominabilis cautela. Et recte dixit Bal. in d. l. ita vulneratus. i. prima lectura. quod premiu illius aduocati, quod ita consuluit, erat quod laqueo suo spoderetur. Tu vero dic, quod aut iste secundum illu prius vulneratum interemit de mandato, aut voluntate priu vulnerantis. Et tunc vterque est puniendus pena ordinaria homicidij. Aut vero non interuenit illius mandatum, neque voluntas. Et tunc aut primu vulnus non erat lethale, vel licet esset lethale, non erat tale, quod omnino esset certum, quod vulneratus fuisset ex eo periturus, & tunc primus tenetur tantum de vulnerato, secundus au-

tem de occiso. Aut erat indubitatum, quod ex primo vulnere euadere non poterat, Et tunc etiam primus vulneratus tenet de occiso. Et hac opinionem dicit esse communem Boer. decif. 323. post nu. 10. Didacus in repet. d. clem. si furiosus. fo. 202. nam 4. de homi. Plaquea lib. 1. delictorum, c. 12. nu. 8. Blanc. in pra. crim. fol. 134. post numero 96.

Ultima est defensio, quam reus proponit, si cuius sibi impune eum, quem occidit interfecit, cuius rei tria possunt offerri exempla, scilicet, si furis, adulteri, & banniti, qui omnes videtur impune occidi posse, de his ergo singulis uideamus, Et in primis de fure, in quo quidem est distinguendu inter furem nocturnum, & diurnum, In fure nocturno scienda est conclusio, quod licet impune illum occidere, vt est text. in l. furem nocturnum. ff. ad legem Corn. de fcar. Scias tamen, quod ad hoc, vt licitū sit occidere furem nocturnum, multa requiruntur. Primo, quod istud fiat pro defensione sui ipsius, vel rerum suarum, alias non potest quis occidere furem, si recedat sine rebus suis. Secundo requiritur, quod volens occidere furem nocturnum, clamet. Tertio requiritur, quod eum non cognouerit, neque haberet testes, qui potuerint illu cognoscere, & contra eum deponere de furto. Quarto requiritur, quod eum capere non potuerit. Et haec omnia requiri secundum communem opinionem attestat Bolen. in repet. l. capitaliu. §. famosos, nu. 164. ff. de penis. Prac. l. od. c. 78. nu. 2. In diurno autem fure pariter facienda est conclusio, quod licet illum interficere, si telose defendat, Et est communis opinio, vt ait Bolen. in loco praellegato, nu. 167. Quod intellige vt praedictum, quando quis dubitauit an uenerit ad furandum, vel ad occidendum, neque potuit ei parere abiq; propriae vitae periculo. hoc. n. casu utiq; potest illu impune interficere; Et hoc fatentur omnes, vt ait Didacus in repet. d. clem. si furiosus, fol. 327. ver. Primus fit. de homic. Et etiam est dicendum, quod reperitur a domino exportare res suas, & cu illis aufugere, neque aliter poterat recuperari, quia nolbat eas restituere, & telo resistebat, Et est cois opinio, vt dicit Alex. col. 36. nu. 9. lib. 6. Dida. in loco praedicti allegato,

allegato, fol. 327. versu. Secundo proponitur. Et q̄ liceat impune occidere furē p̄ defensione rerum suarum, quando aliter non possunt recuperari, dicit esse communem opi. In fin. in l. vi. vim, nu. 25. ff. de iust. & iure, quē refert Villalob. in sua collecta communium opi. in litera O, nu. 19. Vide quæ dixi supra ver. Hæc autem.

Dixi etiam, posse adulterum impune occidi, scias itaq̄, q̄ licet patri impune occidere adulterum deprehensum cū filia in adulterio, vt est tex. in l. patri. ff. de adulter. Quod intellige vt procedat, dū modo concurrant ea de quibus in d. l. patri, & aliis seq. f. q̄ pater eodem impetu occidat etiam filiam. Secundo, q̄ filia sit in ipsius patris potestate, Tertio, q̄ illū occidat in domo sua, vel generi, non autem alibi, Quarto, q̄ filia sit nupta, Quinto, q̄ illum deprehendat in ipsa turpitudine. His autem omnibus non concurrentibus, non liceret patri impune adulterum interficere. Et hæc omnia locum habent, etiam si talis adulter sit clericus, p̄t. n. pater illum ita deprehensum citra excommunicationem percutere, neq̄ incurrat in p̄nas c. si quis suadente. 17 q. 4. Et est cōis opi. vt dicit Bermond. de cōcub. fol. 267. nu. 5. in fi. In iudice autē, vel magistratu multi dubitant an si deprehensus fuerit in adulterio possit impune occidi, & Grām. siue Blasius super consil. Regni, fol. 110. nu. 18. refert Bar. in l. marito. §. illud. in primis verbis. ff. de adulter. attēstantē cōiter teneri, q̄ non ex quo magistratus non possunt accusari iure mariti, licet in libro m. 9. 3. ar. nullum verbū faciat de cōi opi. ipse tamen Barro. tenet q̄ possit occidi, et hæc sententia mihi magis placet, & ideo caueant officiales à toris alienis, ne aliquid tale eis contingat.

Sed quid dicendum in marito, nunquid ei licebit adulterū cū propria vxore deprehensum impune interficere? Respon. Si quidem adulter sit vilis persona, tunc p̄t a marito impune interfici in domo propria, non tñ alibi, vt est tex. in l. marito. ff. de adulter. Si vero adulter nō sit vilis persona, non licet illū impune occidere. Bene verum est, q̄ si illum occidat, nō puniatur p̄na vltimi supplicij, propter

iustum dolorem, sed mitius, nā si est humilis persona, dānatur in metallū, si vero est honestior, relegatur in insulā, ita dicit tex. in l. si adulterium cū incestu. §. Imperatores. ff. de adulter. Vel mittit in exiliū. l. Gracchus. C. eo. tit. de adult. Et licet aliqui dicant, q̄ nullo casti licet marito adulterū cum vxore deprehensum interficere, tamen communis opin. legistarum est, q̄ liceat, iuxta declarationē prædictam, vt attestatur Paris. consil. 154. nu. 12. lib. quarto, Et ita in facti centingentia consuluit Socin. sum. consil. 34. lib. secundo. Maritus autem clericū cū vxore in adulterio deprehensum percutiens non incidit in p̄na d. c. si quis suadente, vt etiam in patre supra dictum est, Et est tex. in ca. 3. in fi. de sent. excom. & ita tenent communiter doctores, vt dicit Ant. Gomez. super l. 80. Tauri, nu. 55. Quod tamen intellige, vt procedat in marito, scēus autē in sponso per verba de futuro, ita videt sensisse glossā in d. cap. 3. in verbo. Cum vxore, quam dicit esse ab omnib. approbata in Didac. super 4. decretal. fol. 3. nu. 12. qui tamen tenet, q̄ hoc casu sufficeret habere abolutionē a proprio Episcopo, non autem teneretur illum impetrare à summo Pōtifice, quod & mihi placet. Faciunt quæ dixi supra hoc eo. lib. §. Adulterium, ver. Sed hæc omnia.

Sed hæc quidem omnia procedunt in foro contentioso, Ceterum in foro conscientie nō licet patri, neq̄ marito, neq̄ filiam, neq̄ vxorem, neq̄ adulterū in adulterio deprehensos interficere, ita dixit gl. in c. inter hæc. in gl. i. circa med. 33. q. 2. Et est communis opin. vt ait Dida. super 4. decret. fol. 142. num. 8. & seq. quem refert Villalob. in sua collecta communium opi. in litera M. num. 23. Menchianca lib. 1. de test. in 1. parte, post nu. 7. ver. Vnde data & controuer. vsu frequentū, capi. 8. num. 2. Et ideo peccant mortaliter eos occidendo. Hæc tamen opi. mihi nunquam placuit, impium est enim iudicio meo dicere, apud nos vigere aliquam legem, quæ peccatum mortale committi permittat, vt etiam dixi infra ver. Sed nunquid.

Dubium est, nunquid possit pater, vel maritus

maritus alteri mādare, vt adulterum in domo suā deprehensum, in casibus tamē in quibus de iure licet occidi post in terficiat, nā aliqui dixerunt, q̄ nō, & fuit opin. Bald. i cap. si quis verō. potest nu. 3. de pace iuram. fir. in vsibus feudorū, quā dicit esse communem Augusti. ad legem de malef. in verbo, Chehai adulterato. num. 64. quem refert Grammat. super cōstitutionem Regni, fol. 110. nu. 9. Claud. in d. l. vt vim, nu. 124. Roland. consil. 34. num. 29. lib. 2. Cū enim sit casus valde exorbitans à regulis iuris communis, vt scilicet possit quis, p̄pria auctoritate vniuersitatis sumere, non videt ad alias personas extendendus. Bene verum est, quod licet patri, vel marito illud mādare proprio sibi, & ita tenuit Bald. in d. l. Gracchus. num. 5. Et hanc opinionem dicit fruentissimam esse Didac. sup. 4. Decret. fol. 140. no. 5. Ita etiam tenere communiter doctores attestatur Anto. Gomez. super l. 80. Tauri, num. 61. Quinimod multi tenuerunt, q̄ p̄t etiam alijs id mādare, Et hæc opinio seruatur in practica, prout in facti cōtingentia reperio iudicasse Curia Neap. testē Afl. super tertia parte cōsili. Regni, rub. 46. nu. 4. quē refert præ Carer. fol. 445. nu. 240. secundum quā tenet etiam in factis obtinuisse attestatur Capoll. de serui. vrba. c. 23. circa fi. Vide quæ dixi infra hoc eod. lib. §. si quis. 60. verbi. Solet dubitari. circa fin.

Plerumque etiam, vt dixit, excusauit se homicidæ, allegando, quod offensus erat bannitus, & ideo potuit impune offendi. Sed certē hæc exceptio quatenus habet fundamentum a solo iure communi, parum vel nihil prodesse imputato, nam secundum dispositionem iuris communis bannitus non potest impune offendi, ita dicit Bar. in l. vt vim, nu. 1. ff. de iust. & iure. Et ita determinant cōmuniter doctores, vt ait Claud. in ea. l. vt vim. in lectura. nu. 8. & in repet. nu. 17. vbi dicit, q̄ omnes illum sequuntur. ita etiam dicit se vidisse cōmuniter obseruari Albert. i quarta parte statutorum, quæst. 16. circa fi. Habet autem hæc conclusio maximam equitatē, ne homines ex ea causa inter se ipsos faciant. Et si dicatur, quod banniti sunt

hostes ciuitatis, à quā exulant, merito debent impune offendi posse? Respondeatur, quod in d. regulariter non licet hostes interficere, sed speciale est in transiugis ad hostes, qui propter periculum reuelationis secretorum impune occidi p̄nt, iuxta tex. in l. 3. §. transfugas. ad legem Corneliam de sicar. ita dicit Bart. in loco præallegato, quem ceteri cōmuniter sequuntur, vt ait Claud. in eadem l. vt vim. in lectura. nu. 9. Sed quia communiter per Italiam Extant statuta, q̄ banniti possunt impune offendi, vtique hæc huiusmodi statutum dispositione, occides bannitum erit à p̄na homicidij liber, & prorsus immunis. Et hæc sententia est fruentiori interpretum calculo recepta, vt dicit Plac. in l. delictorum. c. 36. uniuersine. i. Valet enim tale statutum disponens, q̄ bannitus possit impune offendi, vel occidi, vt dicit Io. And. in addi. Spei. tit. de constitutio. §. 1. circa fin. & Bar. in l. omnes populi. n. 23. ff. de iust. & iure. Et est communis opinio, vt dicit Alexander consil. 2. circa finem. lib. 2. quem refert Decius cōs. 327. post nu. 3. Idem dicit Alex. consil. 65. nu. 2. lib. tertio. & in l. si plagij. nu. 2. in fine. ff. de verb. obli. prout illum refert Iaf. in eadem l. si plagij. nu. 3. Vitiuus in libro cōmuniū opinionū. fol. 204. vers. Statutum disponens, q̄ bannitus possit in prin. Ant. Gomez. super l. 76. Tauri, post nu. 15. Et dicit Fabius in practi. arb. fol. 535. nu. 39. q̄ ita p̄ omnes magis cōmuniter tenetur. Videntur enim in talia statuta introducta pro quiete cōmuni, vt dicit Bar. in l. 2. nu. 1. C. quando liceat vniuersi sine iud. vind. Adde, q̄ huiusmodi statutum valet non modo, si simpliciter disponat licere bannitum offendere, sed etiam si illum offendenti, aut occidenti premium constituat. Et est cōmunis opinio, vt dicit Alexander, in d. l. si plagij. prout illum refert Decius in d. consil. 327. nu. 3. in fi. Decius in c. que in ecclesiis. nu. 14. de constit. quæ tenet Vitiuus in loco præallegato. Nō enim est inconueniens, vt ad ea, quæ licite permittuntur, homines etiam propoſitis p̄cunijs alliciantur. Hæc tamen omnia intelligenda sunt vt procedant, modo tales

banniti, qui a statuto permittuntur impune occidi, ex aliquo graui delicto banniti fuerint, propter quod iusta causa dici possit, vt ad eos interficiendos alii inuitent, Sed si ex leui causa banniti essent, eo casu non valeret statutum permittens eos impune offendi, Et ideo statuti dispensans, qd banniti pro debito pecuniario possent impune offendi, non valeret, Et est communis opin. vt ait Dec. in d. c. que i ecclesiarum, post nu. 14. vers. Excipiuntur plures, vbi tamen refert Nellum tenentem contrarium i tract. de bannitis, in secunda parte secundi temporis, questio. 7. vbi etiam dicit, qd ita communiter tenetur, & seruatur, quem tamen aliter referre videtur Cepolla consil. ciuili. 48. num. 5. in fin. quod est duplicatum inter eundem consilia criminalia, consil. 5. Menchiaca contra uers. vsu frequentium, cap. 8. num. 9. Sed caueat banniti, ne confidant super illa communi opin. per Dec. relata, quia stante statuto, illi, qui eos occiderent, proculdubio impuniti euaderent, inhumanum enim esset, vt sub fide publica deciperentur.

Sed nunquid, stante hoc statuto, licitum erit tales bannitos offendere, & occidere, etiam in foro conscientie? Rnd. Variam quidem in hoc sunt doctorum opin. nam Ioan. Andr. in Rubr. de constit. tenuit, qd non, alii vero tenuerunt, qd sic. Et hanc opin. esse magis communem sentire videtur Alex. in d. l. si plagii, num. 2. quem refert Gomez, sup. in tit. de actio. in princ. post num. 54. vbi has opin. concordat, & vt ipse dicit, etiam ex mente doctorum, qd scilicet, aut iste, qui bannitum interficit, id facit zelo reip. & tunc excusatur etiam in foro conscientie, aut vero id facit ob priuatum vindictam, vel animo effundendi sanguinem humanum, Et eo casu in foro poli non excusatur, non tamen explicat, an in dubio si non appareat quo animo id fecerit, dicatur mortaliter peccare. Menchiaca autem de test. in prima parte. §. 7. post num. 22. versic. Vnde data, dicit receptiorem opin. esse, quod etiam in dubio occidens bannitum, vel adulterum lege permittente peccet mortaliter, idemq; attestatur controuers. illustr. cap. 49. num. 4. Ego vero excusarem a peccato mortali

eum, qui bannitum lege, vel statuto permittente interficeret, ne dicamus apud Christianos puniti leges nutritiuas peccati mortalis, vt dixi supra versic. Sed hec quidem. Ceterum in foro contentioso proculdubio excusatur etiam ille, qui bannitum causa vindictae interficit, Et ita obseruari attestatur Boss. in tit. banniti quid amittant, num. 1. in fin.

Est tamen diligenter aduertendum, quo modo concepta sint verba statuti, nam si absolute disponant, quod bannitus possit impune occidi, non est dubitandum, quin illum interficiens sit a pena homicidii excusandus. Sed quid si statutum simpliciter dicat, quod possit impune offendi, nunquid hoc casu poterit etiam impune occidi? Respon. quod sic, & est communis opin. vt dicit Ias. in suis, nu. 26. ff. de lib. & posthumi. Alciat. de verb. sign. lib. 1. fol. 44. vers. 2. Præter igit, Et dicit Albert. in quarta parte statutorum, qst. 18. in fin. quod ita obseruat consuetudo. Dicit etiam Gand. de malefic. in tit. de multis quest. num. 38. in fin. quod cum consuetudo generaliter ita interpretari videatur, & talis sit omnium opinio, quod possit occidi, non est ab hac opinione recedendum.

Sed an stante huiusmodi statuto, si noster sit bannitus, poterit quis eam impune adulterare? Respon. Nellus de bannitis in secunda parte secundi temporis. q. 46. tenuit, qd sic, Contrarium tenuit Bal. in l. fin. post num. 4. C. si contra ius, vel util. publ. cuius opin. communiter approbatur, vt attestatur Dec. in d. c. quæ in Ecclesiarum, nu. 16. quæ refert Gigas de pensio. quest. 18. nu. 2. & Don Ant. de Padilla in l. transigere, nu. 73. C. de transact. Et hoc mihi magis placet, cum enim statutum conditum fuerit pro quiete publica, vt supra dixi, certe adulterum commissum cum muliere bannita nihil pertinet ad quietem publicam, Et ideo cum sit commissum extra mentem statuti, non est impunitum relinquendum.

Stante hoc statuto, censetur bannito in dictum bellum a banniente, & ipse factus hostis ciuitatis a ciuitate, a qua est bannitus, Et hæc est communis opinio.

vt

vt dicit Cor. conf. 104. col. 1. vers. His tamen lib. 1. vbi etiam subdit, quod ita obseruatur in practica.

Item secundum aliquos, virtute huius statuti, bannitus aquiratur deportato, de quo dixi infra hoc eod. lib. §. fin. quest. 71. vers. Dixi autem.

Sed hic quero, nunquid stante hoc statuto possit filius occidere patrem bannitum? Respon. Bar. in l. si adulterium cum incestu §. liberto. ff. de adult. tenuit qd sic, & est communis opin. vt ait Marfi. in l. 1. §. præterea. num. 33. ff. de questio. Gomef. in §. rursus, nu. 22. Insti. de actio. Berous in d. c. que in ecclesiarum. nu. 114. quem refert Viuius in loco præallegato, in 2. amplia. & ita determinatum fuisse per collegium Perusij refert Ang. de malef. in verbo, Et ex interuallo. num. 17. Ex quo enim pater, virtute dicti statuti, censetur effectus hostis patriæ, vt dixi supra, ver. Stante hoc statuto, merito etiam videtur licere filio eum interficere, iuxta tex. in l. minime. ff. de relig. & sumpt. siue. Mihi quidem hæc opin. nunquam placuit, sed semper visa est crudelitas, & impietatis plena, licet enim pater sit bannitus, non tamè desinit esse pater, neq; iura naturalia amittit, propterea ego tali filio patrem occidendi censuram caput amputandum, Neque aliquid mouet, quod virtute talis statuti pater bannitus censetur effectus hostis patriæ, id enim est propter fictionem, quæ in re tam enormi non debet veritatem patriæ potestatis adumbrare, possent forte tolerari communis opi. vbi talis pater bannitus esset vere hostis patriæ, id est actualiter arma contra patriam inferret, nam eo casu filius, qui in eo actu patrem occideret, esset excusandus, & ita loqui videtur Claud. qui ita communiter concludit attestatur in l. 1. §. ius gentium. nu. 13. ff. de iust. & iure. Sic etiam videmus qd stante hoc statuto, non potest vasallus impune offendere dominum suum, & dicit Albert. in 4. parte statutorum, quest. 27. quod ita tenent communiter doctores, quem refert Capoll. consil. crim. 5. vers. de primò pro hoc. & tamen nemo sani capitis negabit maiorem reuerentiam debere filium patri, quam vasallum domino suo.

Quero, aliquis fecit pacem cum inimico suo, & promisit eum non offendere sub pena, nõquid si talis inimicus fuerit post pacem bannitus, poterit ab eo, qui pacem fecit, virtute huius statuti, impune offendi? Rnd. qd sic, & est cõis opi. vt dicit Ale. in l. qui seruum. quam legit cum l. qui in illam. post nu. 2. vers. In tex. ibi interest. ff. de verb. obl. quem refert Ias. ibi. nu. 5. & Nouel. in pract. crim. fol. 197. nu. 54. Ripa in l. si. nu. 86. C. de reuoc. don. quem refert Viuius in loco præallegato. fo. 205. in prima amplia. Plus dicit Nell. de bann. in 3. parte secundi temporis. q. 52. qd siue temporis pacis effectus bannitus, siue post tempore potest impune offendi, & qd ita seruatur, quæ opin. mihi quoq; placet in eo, qui nõdum esset bannitus, dummodo tale bannitum fecitum fuerit ex alia causa, qd ea, propter quam fuit contracta pax inter ipsos, Sed si esset bannitus tempore inite pacis, vel bannitum postea secutum esset ex eadem causa, pro qua fuerat contracta pax, non putarem illum esse excusandum.

Sed an licebit, virtute huius statuti, bannitum proditorie interficere? Respon. qd sic, ita tenet Dec. in c. que in ecclesiarum. nu. 14. in fi. de consil. Et ita seruari arte statuti Boss. in titu banniti quid amittant nu. 1. vbi etiam dicit, qd licet eos occidi facere per pecuniam, & sic per assasinum, subdens, quod ita seruatur. Contrariam tamen sententiam, scilicet quod in id non liceat bannitum proditorie interficere, nulli tenuerit, Et dicit Martia consil. 200. lib. 2. num. 29. qd illa opin. Dec. communiter reprobatur, quod est magnum verbum, si est verum. Dicit etiam Ang. in l. si. C. de delator. lib. 10. relatus per Ale. in apostillis ad Bar. in ea. l. fin. qd in facti contingetia fuit Perusij quidam vitimo supplicio affectus, qui socium suum bannitum proditorie interfecerat. Et illum refert Ignus in l. 3. §. si ex stipulatu. nu. 54. ff. ad S. l. l. vbi etiam narrat. nu. 48. qd dum ipse esset senior Mediolani, contigit qd quidam, qui acderat inimico suo bannito fidem de non offendendo, addita etiam cautione, deinde illum interfecit, & dicit, quod super illo casu fuit dubitatum, & multis diebus in Senatu disputatum, non tamè dicit qd fuerit

fuerit decifum. Certe quicquid fit de iure, apud nos feruatur, quod bannitus, qui potest impune interfici, potest etiam proditorie occidi: si tamen aliquid fidei expresse dedisset: bannito eum non offendendi, & illum interficeret, ego illum decapitari facerem, nam etiam hosti fides seruanda est.

Item quæro, pone quod bannitus habuerit gratiam a principe, sed nōdum fit cancel latus de albo, seu numero bannitorum, nunquid poterit impune offendi? Respond. quod sic, & est communis opinio. ut dicit Iaf. in l. si creditoris. nu. 2. & seq. C. de fideicommissis. prout illum refert Bosl. in d. tit. Banniti quod amittat. post nu. 3. ubi etiam dicit, quod ita pluries vidit in facto obseruari. Idem attestatur Marfil. singu. 340. Caute agatur. Blanc. in præf. crimi. fol. 101. ror. nu. 125. & alij seq. maxime nu. 165. in fi. Hoc tamen intellige ut procedat, modo nulla culpa ipsi offenderit ascribi possit. Ita dicit Ang. in l. filio quem. in princ. ff. de libe. & posth. prout illum refert, & dicit magis communiter approbari Ale. in ea. l. filio quem. in prin. nu. 6. & seq. Ego tamen non reperio in libro meo Ang. ibi hoc dicentem, mihi placet in hoc art. distinctio, quam ponit Capol. consil. 39. cri. col. pen. dicens illam esse ex omnium sententia, quod si aut constat quod occisores sciebant bannitum fuisse sublatum, & sunt proculdubio pena ordinaria puniendi, aut constat quod ignorabant, sed tamen perquirendo illum facile scire potuissent, & tunc ex hac culpa sunt etiam pena aliqua extraordinaria condemnandi. Antequam enim quis ad huiusmodi actum homicidij de sui natura dolosum, & ab omni lege reprobatum deueniat, debet curiose inquirere, & non precipitanter currere ad illum committendum, & hæc opinio æquior est, & tenenda in iudicando, in qua, ut dicit Nel. de bann. in prima parte tertij tempo. q. 2. omnes concordant, quicquid dicat Blanc. in loco præallegato, nu. 164. affirmans quod contra iurum tenent communiter Doctores. Caueatur tamen banniti, quia nisi probeatur præcise scientia occidentium, nunquam condemnantur in penam homicidij, & præcisè probatur scientia per consueturas, puniuntur tantum in penam extraordi-

nariam, & ideo curent quamprimum de albo deleri, postquam a principe gratiam impetrarunt.

Sed quid si bannitus priusquam occidatur, protestetur quod non habet gratiam, nunquid adhuc poterit impune occidi? Respond. quod sic, si aliter non fecerit fidem de ipsa gratia, & est communis opinio. videlicet Ripa in ca. cum M. nu. 56. de consti. Et dicit Marfil. consil. 55. nu. 5. in fi. quod ita tenent Doctores. et dicit Gozad. consil. 61. nu. 9. quod hæc opinio sequuntur omnes Doctores antiqui, & moderni. Non enim tenetur quis illi credere, nisi ostendat.

Maiores est dubitatio, quando bannitum est nullum, nunquid excusetur occidens ipsum nulliter bannitum? Aliqui dicunt, quod nullo modo debet impune euadere, sed si habebat notitiam huiusmodi nullitatis, debet puniri pena ordinaria, & hæc dicit esse communem opinio. Alexan. consil. 77. nu. 5. li. 3. quem refert Gomez Arias in per l. 74. Tauri. num. 35. & præf. Conradi, fol. 37. in octaua ampl. & Blanc. in præf. crimi. fol. 98. nu. 96. in fi. Marfil. consil. 10. nu. 16. prout illum refert Viuius in loco præallegato, in quarta limita. qui tamen in libro meo hoc non dicit. Si vero non habebat notitiam talis nullitatis, tunc debet puniri pena extraordinaria arbitrio iudicis. Et hæc est communis opinio. ut dicit Vantius de nullita. fol. nm. 44. Sed certe in hoc secundo capite hæc opinio mihi non placet, nam qui occidit bannitum eodem naturam, & positum in albo, id facit sub fide publica statuti id permittentis, merito si probabiliter ignorauit nullitatem banni, iudicio meo est in totum excusandus, & credo quod si casus contingeret, ita seruaretur in practica, & sibi imputet ille, qui est nulliter bannitus, neque curat facere reuocari bannum, & nomen suum de albo bannitorum deleri.

Succesive quæro, vtrum pendente appellatione a sententia banni, possit bannitus impune offendi? Respond. quod non, & ita tenent omnes, ut dicit Ang. Arret. in l. 1. in principio. ff. nil noua. appell. pend. Hanc etiam dicit esse communem opinio. Socin. in l. 3. §. si seruus. versic. prima conclusio. ff. de æqui. pos. Iaf. in d. §. si seruus. quem

quem refert. Villalob. in sua colecta communium opinio. in litera B, num. 4. Idemque pendente causa nullitatis ipsius banni, ut dixi infra hoc eo. lib. §. fi. q. 94. versic. Scias autem. Quinimo neque etiam potest impune offendi pendente tempore ad appellandum ab ipsa sententia banni, Et hæc opinio dicit esse communem Blanc. in pract. crim. fol. 99. num. 108. & seq. Apofil. ad Felin. in c. quaranti, sub num. 2. de off. de leg. Sed in hac pronuncia non contingit super his dubitari, cum in causis criminalibus sublata sit omnis appellatio.

Quæro etiam, pone quod bannitus fuerit captus per familiam officialis, nunquid adhuc poterit impune offendi? Respond. quod non, ita tenuit Barto. in l. 3. §. Transfusgas. ff. ad leg. Cor. de fidei. Et dicit Affil. super 2. parte const. Regni, Rubr. 3. num. 51. quod hæc limitatio communiter tenetur. Idem dicit Ant. Gomez. sup. l. 76. Tauri, post num. 17. versic. Item adde, quod postquam. Ita etiam communiter seruari, & approbari attestatur Alber. in 4. parte statutorum, quæst. 36. Adhuc quæro, in fin. quem refert August. ad Ang. de malefic. in verbo Fama publica, post num. 58.

Ulterius quæro, nunquid occidens bannitum, extra territorium, a quo est bannitus, debeat decapitari? Respond. quod non, ita dicit Bald. in l. cunctos populos, num. 9. C. de summa Trinit. referens, quod d'ista questio fuit de facto in quodam Pico Tacone, & dicit, quod ipse consuluit, quod non poterat puniri, & forte est consilium, de quo mentionem facit, & attestat eius opinio. esse magis communem Gomez. in cap. 2. §. statuto, num. 42. de consti. in 6. Et ita iudicauit Senatus in quodam, qui interfecerat bannitum extra territorium, & in ecclesia, ut refert Bosl. in d. tit. banniti quid amittant. num. 6. Quæ quidem conclusio absque difficultate procedit, quando iste, qui bannitum offendit, captus est in loco statuti permittentis bannitum impune offendi posse, non enim potest ibi puniri, ex eo quod bannitum extra territorium offenderit. Et ita loquitur Bald. in loco præallegato. Et ita seruari attestatur Nelus de bannitis in secunda parte secundi temporis, quæ est 57. quem refert Iaf. in l.

fin. num. 22. ff. de iurisdic. omnium in. & Cagnola in ead. l. fin. num. 18. & Marfil. consil. 57. num. 35. Quinimo reperio etiam quod Senatus in facti contingentia declarauit, quod quidam Soncinates, & sic subditi huic Ducatui, qui Laurentium Vallotum bannitum a dominio Venetorum blanditijis cõduerant in agrum Brixianum sem, ubi fuit occisus, non poterant in hoc dominio puniri. 29. Decembris. 1559. P. N. Quod est notandum, quia forte multi prima facie dicerent cõtrarium. Fuit etiã decifum per Senatum in causa cuiusdam Ludouici Ponteuici, quod quidam Brixianenses banniti a domino Venetorum, qui habitant in hoc Ducatu, poterant impune interficere, etiam proditorie, quædam Tamburinum pariter bannitum a domino Venetorum, quem in territorio Brixienfi interfecerant 2. Martij. 1549. P. N.

Fuit etiam aliquando dubitatum, nunquid occidens bannitum, quæ ignorabat esse bannitum, gaudeat nihilominus beneficio huius statuti, & cõcludendum est quod sic, ita dixit Bar. in l. inter omnes, §. recte, nu. 4. ff. de furtis. Et ita communiter tenetur, ut ait Nell. in loco præalleg. q. 35. quem refert Dec. consil. 327. num. 4. Hoc tamen intellige ut procedat, quantum ad hoc, ut iste occidens bannitum euadat pœnam homicidij, sed si vltra impubertatem statutum cõstitueret præmium occidenti, seu presentanti bannitum, talis ignoranter occidens, aut presentans non consequitur illud præmium, ita vixit Bar. in l. 3. §. vtrum, num. 3. ff. ad Sylle. & in l. genero, post num. 2. ff. de his qui nor. infam. Et hæc limitatio communiter tenetur, ut dicit affil. in d. Ru. 3. nu. 53. Et dicit Ang. in d. §. recte, num. 2. quod ita vidit iudicari in ciuitate Perusij.

Sed quæritur, pone quod statutum dicat, quod bannitus in centum possit impune offendi, modo aliquis est bannitus ex una causa in quinquaginta, & ex alia causa in alia quinquaginta, nunquid talis dicitur bannitus in centum, ad hoc ut dicatur comprehensus in statuto, & consequenter possit impune offendi? Respond. quod non, ita dicit Bar. in l. vbi

side-

fideiussor, num. 1 ff. de solutio. cuius opi. ab aliis doctoribus comprobatur, & tenetur in practica, vt dicit Ang. de malef. in verbo, Dictu Sempronii, nu. 1. Hanc etiã dicit esse communem opi. Ias. in l. si die cum eodem, in prin. nu. 4. ff. de iurif. omnium iud. nã regulariter in materia odiosa non fit cumulatio, vt dixi infra li. 7. §. Cumulatio. Si tamen iudex ipse pro multis maleficijs separatis illum eodem nasset in vnica summa, quã omnes summas comprehendere, & summam centu excederet, esset illu occidẽs excusandus, fit ita communiter tenetur, vt attestat Nellus de bannitis in prima parte secun di temporis, quæstione nona.

Sciendum est autem, qd defensio, & exceptio proueniens virtute huius statuti, est peremptoria, & impedit liti contesta tionem, ita dicunt communiter doctores vt ait Gand. de malef. in tit. vtrum procurator, num. 15. vbi etiam subdit, quod ita communiter obseruatur.

Item scias, qd si officialis, stante hoc statu to, procedat contra huiusmodi occidẽ tem bannitum, potest hæc exceptio non modo opponi per eius procuratorẽ, iuxta ea, quẽ dixi infra hoc eo. li. §. fin. q. 32. versic. Quæro modo, sed etiam per quem libet de populo, qui compareat, & ostenso banno, petat qd vterius non procedat, sed absoluat, ita dicit Bart. in l. vbi patum, num. 10. C. de transact. quẽ sequuntur doctores, vt dicit Marf. in l. si quis ne quæstio, num. 125. ff. de quæst. & in sing. 372. Capias vnũ, & in pract. crim. §. cõstante, num. 38. Quod tamen intellige secundum ea, quẽ dixi in loco præallegato, quod si licet bannum sit adeo notorium, vt nullam aliam probationem requirat, quam exhibitionem ipsiusmet banni, &c. Hoc tamen apud nos in practica non feruatur, vt ibi dixi.

In hoc etiam proposito quæro, nõquid stante hoc statu to possit bannitus se defendere aduersus eum, qui vult illum interficere? Respond. in hoc articulo varij vana senserunt, adeo ut nulli discernere poterint, quã nã esset crebrius recepta opinio, vt dicit Placã lib. 1. delictorũ, cap. 78. post num. 3. versic. Tertio suffragari,

nihilominus reperio, quod Clau. in l. vt vim, in le. Sura, num. 23. ff. de iust. & iure, dicit communem opin. esse, quod non liceat illi se defendere, & quod si se defendere, & occideret suum aggressorem, deberet puniri. Sed certe hæc opi. mihi semper visa est dura, & si casus cõtingeret, illum nõ punirem saltem pena mortis, nã propriẽ vitæ, & salutis defensio est de iure naturali, vt omnes fatentur. Et ideo lege humana aut statuto tolli posse nõ dẽt.

Alia quoque est quæstio, nunquid stante hoc statu to poterit iudex ex officio inquirere cõtra aliquem offendente bannitum? Respond. Si statutum dicat, quod bannitus possit licite offendi, res non habet difficultatem, certum est enim, quod de eo, quod licite committitur, nõ potest iudex inquirere, Et est communis opi. vt dicit Aret. in c. nulli, num. 6. de accus. Sed quid si statutũ simpliciter dicat, quod bannitus non audiat, vel quod non reddatur ei ius, nõquid si fuerit offensus aut occisus, poterit iudex ex officio procedere? Respond. quod non, & est communis opin. vt dicit Aret. in loco præallegato, post nu. 8. lex enim, quã prohibet aliquem de offensa sibi facta accusare, videtur permittere illum impune offendi posse. Vide quã dixi infra hoc eod lib. §. fin. quæst. 51. versic. Possit etiam.

Sunt etiam alij casus, in quibus licitũ est propria auctoritate alium interficere, puta si ille, cõtra quem decreta est captura, resistat familia officialis, neque aliter capi possit, licet enim eo casu familiã illum interficere, vt dixi infra hoc eo. li. §. fin. quæst. 28. circa prin. &c.

Vltimo quæro, nunquid in hoc crimine puniatur affectus, etiam si non sequatur effectus? Respond. de iure clarum est quod sic, vt est tex. expressus in l. is qui cõ telo. C. ad l. Corn. de fideic. nihilominus de cõsuetudine generalis illa lex, & omnes alia punientes affectum sunt sublatã, vt dixi infra hoc eo. li. §. si quæst. 92. Et ideo inferens vulnera, etiã animo deliberato occidẽdi nõ punitur pena homicidii, sed tantum de vulneribus, ex prædicta cõsuetudine generali, vt attestat Vitali. de malef. in Rubr. de insultu, nu. 15. & in Rubr. de in

de inquit. nu. 58. dicit tñ Igneus in l. 1. r. §. occisorum, nu. 41. ff. ad Sylle. q. in latronib. graffatorib. qnq; vidit contrariũ obseruari. Faciunt quã dixi supra uer. Punitur etiam, dixi plenius in d. quæst. 92. Et hæc sufficiant in materia Homicidij.

## §. INCESTVS.

## SVM M A R I V M.

*Incestus inter quas personas committatur.*

*Et an committatur cum moniali, vers. Sed nunquid.*

*Et an cum presbytero, ibidem.*

*Incestus pena que sit, versic. Sed quæro.*

*Et an hodie pro incestu imponatur pena publicationis honorum, vers. Et scias.*

*Dispositio auct. incestus nuptias, an habeat locum etiam in nuptijs, que sunt incestus de iure canonico, versic. Quæro nunquid.*

*Et an locum habeat tãtũmodo in nuptijs incestus ratione consanguinitatis. an autem etiam in alijs, versic. Item quæro.*

*Incestus nuptias contrahentes sunt ipso iure excommunicati, versic. Præterea incestus.*

*Et quid si fuerit in contractu matrimonij apposita conditio, Si Pontifex dispensauerit, versic. Sed quid si aliquis.*

*Et an hæc pena locum habeat in sponsalibus, versic. Hæc autem.*

*Incestus nuptias contrahentes excusantur, ex eo quod ignorarent factum, versiculo. Excusatur.*

*Et quid si postquam detecta est affinitas, perseverauerint in matrimonio, versic. Sed pone.*

*Iudai contrahentes incestus nuptias in gradu permisso a lege Moysãica, sed prohibito a iure communi, an sint puniendi, versic. Quæro etiam.*



**I**NCESTVS committitur inter personas sanguine cõiũctas, ut in casu in quo consueuit Barba. consilio 23. libro secundo puta si quis propriam filiam

cognouerit, vt in casu de cif. Boer. 318. vel materterã, vt in casu Cæp. cõf. cri. 69. vel filia sororis vxoris sue, vt in casu Ale. cõf. 229. lib. 6. Videndũ est etiã in hoc proposito elegans consil. Crauet. 321. in quo descendit à suspitione incestus fratrem, qui per biẽnũ cum sorore sua eodẽ lecto iacuerat.

Sed nunquid committitur incestus carnaliter cognoscendo monialẽ? Respond. quod sic, & ita concludunt communiter cano. vt dicit Bermod. de concub. fol. 75. num. 2. in fi. Quinimod etiam aliqui respondent, qd si mulier rem carnalem habeat cõ clericis in sacris cõstituto, fit incestus, ita dicit gl. in l. 2. in verbo, Filij. C. de epil. & cler. Et dicit Bald. ibi, nu. 2. quod cum quæstio fuisset de hæc, ita fuit determinatum, quod esset incestus, Hoc idem communiter à doctoribus receptum esse ait Grilland. de diuers. crim. lib. 3. quæst. vltima, prout illu refert Pract. Conradi, fol. 376. num. 11. qui etiam fol. 341. post num. 13. dicit, quod hæc est communis regula. Sed certe veritas est in contrarium nam dicitur simplex fornicatio, vt dixi supra hoc eodem lib. §. Fornicatio, vers. Cum presbytero.

Sed quæro, quã sit pena incestus? Respond. aliqui dicit, qd de iure ciuili est pena mortis, Et hæc esse communem opin. attestatur Grillãd. de diuers. crim. lib. 3. q. 3. num. 5. prout illum refert Pract. Conradi, fol. 376. num. 15. Et est verum, quando incestus cõmittitur cum aliqua alia specie fornicationis, puta adulterio, vel stupro, & ita sensu gl. in l. si adulterium cum incestu. in principio i gl. prima. ff. de adulter. quã dicit esse cõter approbatã Grillãd. in loco præalleg. Bermond. de concubi. fol. 87. vers. Sum modo. De iure autem canonico in clerico p crimine incestus est pena depositionis, Et hæc opi. sequitur cõter doctores, vt attestatur Didac. super 4. decret. fol. 91. num. 3. Vide quã dixi supra §. Fornicatio, vers. Sed quæro. Si vero committit cõtrahendo incestus nuptias, tunc punitur iuxta formã auct. incestus nuptias. C. de nuptijs. Ego vidi i facti cõtingẽtia per senatum diuersimode puniri incestuosos, nam Margarita Cella pro incestu commissõ cu sororio suo, iusta fuit Pract. Iul. Clar. E fusti-

fustigari. 17. Nouemb. 1548. P.N. Et Comina de Raynerio facta se cum genero suo carnaliter commixisse pariter fuit fustigata. 15. Martij. 1559. P.N. Et Vincencius Waldarus, qui fateretur cognouisse carnaliter et spriignā, fuit tantummodo condemnatus in pœna statuti pecunia. 24. Iunij. 1554. A. C. Quidam autē Io. de Corfis, q filia suā ann. 16. violauerat, fuit furcis suspensus. 6. Octob. 1543. P.N. Et refert Papo lib. 22. ti. 9. Arresto 7. q. 9. dam notarius, qui carnaliter cognouerat matrem, & filiam, fuit per parlamentum Tholosā ultimo supplicio affectus. 9. Nouēb. 1548. Et ibidē Arresto 8. refert, q. fuit ad trimes pœnas cōdemnatus quidā, qui in vxorem duxit quādam mulierem, cuius neptem prius granidā reddiderat.

Et scias, q. dispositio d. auth. incestas nuptias, quatenus imponit pœnam confiscationis bonorum, non est hodie sublata ex dispositione auth. bona dātorū. C. de bonis p̄d̄ictis. Et hæc est cōmunis opin. vt dicit Boer. decil. 264. nu. 12. Quin imō contrahens tales incestas nuptias, ipso iure amittit dominium bonorum suorum, neque vlla sententia, aut declaratio requirit. Ita tenet gl. in d. auth. incestas nuptias, in verbo, Mox. Et est communis opin. vt dicit Bermond. de concub. fol. 84. num. 11. & sequen.

Quæro, nūquid dispositio d. auth. incestas nuptias, locum habeat tantummodo in nuptijs, quæ sunt incestas secundum ius ciuile, an autem etiam in his, quæ sunt in cetera secundum dispositionem iuris canonici? Respond. In hoc articulo variè fuerunt scribētum opi. Aliqui enim tenuerunt, q. habet locū etiam in nuptijs quæ sunt incestæ de iure canonico, licet nō sint incestæ de iure ciuili, Et hanc dicit esse cōmunē opi. Dec. conf. 158. num. 1. circa si quem refert Diaz. in prac. crim. cau. c. 78. & Prac. Conradi, fol. 376. nu. 9. & Didac. super 4. decret. fol. 98. nu. 18. relatus, & ipse per Villalob. in sua collecta cōium opi. in litera N. num. 48. Bellon. conf. 84. num. 5. Aliqui vero tenuerunt contrariū, quōd si non habeat locum nisi in nuptijs incestis de iure ciuili, & sic que dicebantur incestæ tempore conditæ illius legis,

Et hanc opin. dicit esse cōmuniore pro babiliorem, & magis consonam veritati. Foller. in pract. crim. cano. fol. 63. post nu. 95. vbi ait, quōd Dec. qui dixit opi. Abb. esse cōmuniem, deceptus est. Certe negari non potest, quin magnæ sint auctoritates hinc inde, quas etiam recenseret Foller. in loco prælegato. Ego vero, si casus contingeret, libentius adhererem opin. contra Abb. que mitior est, & benignior, & quam etiam credo esse in puncto iuris veriorē, nihilominus ( vt dixi infra lib. 7. §. Opinio. ) in istis casibus, in quibus est varietas opinionū, & in quibus sunt ex vtraque parte doctores attestates de cōmuni, ante omnia recurrendum esse puto ad cōsuetudinem. & videndū secundum quā opin. solitum sit iudicari, Et illa est sequenda, quia consuetudo optima est legum interpret. &c.

Item quæro, an dispositio d. auth. locū habeat solummodo in nuptijs proprie in ceteris ratione consanguinitatis, an autē etiā in nuptijs largo modo incestis scilicet in utilibus vel illicitis, puta cū cognata spiritali, vel in d. g. seu infideli, & huiusmodi? Respond. glo. in ea. auth. in gl. prima tenuit, q. habeat locū in quibuscunque nuptijs illicitis, Sed certe contrarium tenent communiter Doctores, vt ait Salic. in ea. auth. incestas, nu. 4. quem refert Dec. in d. consil. 158. post num. 1. versic. Et hoc cōfirmatur. Hanc dicit esse cōmuniem opin. Boer. in d. decil. 264. num. 13. Pœnæ enim sunt molliendæ, non autem extendendæ.

Præterea incestas nuptias sciēter contrahentes sunt ipso iure excommunicati, vt est text. in clem. eos de cōsang. & affin. & declarat Gem. conf. 71. qui in factū contingentia ita consuluit.

Sed quid si aliquis cōtrahat matrimonium cum consanguinea sub cōditione, si summus Pontifex dispensauerit, nunquid tale matrimonium ualebit? Respond. In hoc articulo uariè sunt scribētum opin. nam Imo. in c. super eo. de cōd. appo. tenet quōd nō, Et hanc opin. dicit esse cōmuniem Aret. in l. apud Iulianum. §. constat. col. 3. ff. de lega. primo, prout illum refert Didac. sup. 4. decretal. fol. 31. post

## S. INIURIA.

## SYMMARIVM.

*Iniuriam pluribus modis fieri.*

*Quid intersit inter verberare, & pulsare, uersic. Scias autem.*

*Intrans in agrum meum casus venandi me invito, an dicatur mihi iniuriam facere, uersic. Quæro nunquid.*

*Iniuria facta uxori, an censeatur facta uiro, uersic. Item iniuria.*

*Ex iniuria duplex actio oritur, ciuili, & criminalis, uersic. Scire debes.*

*Et an in libello iniurarum ponendus sit mōs, & annus, & locus illata iniurie, uersic. Vltimus quæro.*

*Et an requiratur, q. in libello taxetur iniuria ascriptio, uersic. Sed nunquid.*

*Iniuria pœna quæ sit, uersic. Sed quæ ro.*

*Et an condemnatus actione iniurarum efficiatur infamis, uersic. Item condemnatus.*

*Actio iniurarum an præscribitur anno, uersic. Tollitur autem.*

*Et an ille annus sit continuus, ibidem.*

*Iniuria an tollatur per mutuum conuersationem, uersic. Item tollitur.*

*Et an tollatur per remissionem, uersic. Tollitur etiam.*

*Iniuriam faciens, an possit se excusare, dicendo, q. non habebat animum iniuriandi, uersic. Quæro nunc.*

*Et quid si in eodem actu, quo iniuriam intulit, fuerit protestatus, q. nolebat iniuriam facere, uersic. Sed pone.*

*Et quid si fuerat primò ipse pronocatus, uersic. Quæro etiam.*

*Et quid si probet iniuriam fuisse ueram, uersic. Item quæro.*

*Et quid si deat se iniuriam intulisse calore iracundie, & præfetur se pœnitere, uersic. Quæro quid.*



**I**NIURIA pluribus modis committitur, factio scilicet, & uerbo, Factio, puta si quis alterum perculserit alapa, ut in cata Gram. mar. decil. 14. uel cubitur, ut in casu Paris. consil. 165. libr. 4. uel cum

manu sub mēto, vt in casu Guid. Papę. cō  
fil. 224. vel baculo, vt in casu de quo per  
Grammat. voto 15. 28. cōf. 16. 17.  
& Bertrand. cōf. 161. lib. 6. & cōf. 142.  
eo. vol. & cōf. 164. lib. 7. & Nattam cōf.  
254. vel vulnerauerit, vt in casu Ioann.  
de Amicis cōf. 77. & 85. & Mantua cōf. 41.  
lib. 1. & Grāna. voto primo. 22. & cōf. 56.  
62. 68. 69. & decif. 16. 94. & Marf. cōf. 33.  
34. & Boer. decif. 323. & Natta cōf. 44.  
Verbo, puta si quis alteri minatus fuerit,  
vt in casu Bal. cōf. 144. li. 2. & Crauetta  
cōf. 1. 3. & cōf. 53. Vel si appellauerit ali  
quem falsarium, vt in casu in quo consu  
luit Rom. cōf. 96. vel vsurarū. vt in casu  
Crauetta cōf. 145. vel proditore, vt in  
casu Bal. cōf. 361. lib. 4. & Butr. cōf. 44.  
vel infamē. vt in casu Bertran. cōf. 131.  
lib. 5. vel bastardum, vt in casu Bertran.  
cōf. 189. lib. 6. Vel si dixerit alicui: Tu es  
bonus homo, quę verba cōiter intelligū  
tur, q̄ est cornutus, vt in casu in quo cōsu  
luit Soc. in quodam consilio, de quo men  
tionem facit Carauita super ritu 311. ma  
gnę curię. nu. 22. vel al. cui dixerit, quōd  
p̄duxerit chartā falsā, vt in casu Rini  
nal. cōf. 39. vel q̄ vendebat pocestarias, vt  
in casu Soc. cōf. 145. lib. 1. & Corn. cōf.  
80. li. 3. vel q̄ fecerat monetam falsā, vt  
in casu Soci. cōf. 118. lib. 1. vel aliquem  
diffamauerit de aliqua re, ex qua ei opi  
nio laderetur, vt in casu in quo consuluit  
Rom. cōf. 59. puta quia dixerit mulieri,  
Ego te desponsauit, vt in casu Bal. cōf. 230.  
lib. 3. vel q̄ illā appellauerit forza, idola  
mal facta, incendiosā, putana, che te ho  
trato tre heredi dal corpo, vt in casu Bar.  
cōf. 108. vel quōd ei dixerit, Tu sei ben  
vna putana, che te ho laurato cinquan  
ta volte, vt in casu Natta cōf. 50. vel dixe  
rit alicui: Tu mentiris, vt in casu Bal. cōf.  
fil. 45. lib. 1. & Soci. Imp. cōf. 82. lib. 3. Vel  
alique accusauerit de aliquo crimine, &  
succubuerit, vt in casu Angel. cōf. 95. &  
Socin. cōf. 118. lib. 1. vel si erit aliquem  
indebitē carcerari, vt in casu Bald. cōf.  
212. li. 3. & Guid. Papę. decif. 324. Si quis  
Titium, vel oppofuerit alicui crimen, de  
quo habet gratiā, vt in casu Crauetta  
cōf. 168. Dicitur etiam iniuriam infer  
re, si quis vitauerit aliquem tanquam ex

communicatum, vt in casu in quo consu  
luit Rom. cōf. 387. vel si predicator con  
cionando maledixerit de aliquo vicino  
suo, licet illum non nominauerit, vt in ca  
su Alex. de Neuo. cōf. 82.

Scias autem in hoc proposito, quōd ma  
gna est differentia inter verberare, & pul  
sare, nam verberare est cum dolore cede  
re, pulsare sine dolore. Lex Cornelia §. 1.  
ff. de iniur. Et ita declarat doctores, vt di  
cit Anan. in rubr. de clerico percuss. post  
numero 4.

Quęro, nunquid si quis intret in agrū  
meum causa venandi, possum ego contra  
eum agere actione iniuriarum? Respond.  
de iure dicendum est, quōd non, sed con  
trariū vsurpatum est, & obtentum de con  
suetudine, scilicet quōd possum prohibe  
re, ne quis intret in agrum meum, & si in  
tret me inuito, tenetur iniuriarum, vt de  
hac consuetudine attestatur Anan. in c.  
omnibus. nu. 4. de cler. vena.

Item iniuria facta vxori, censetur facta  
viro. Et ideo si statū dispomat, quōd faci  
ens iniuriam magistratū, puniatur in cō  
tu, habeat locum etiā in faciente iniu  
riam eius vxori. Et dicit Placa lib. 1. deli  
stor. ff. c. 6. nu. 25. quōd hęc sententia adeo  
recepta est a doctorib⁹ vtriusq; classis, vt  
impugnari non posse videatur.

Scire debes, q̄ ex iniuria duplex orit  
actio, civilis, & criminalis. Civiliter  
agitur, quādo petitur affirmatio iniuria.  
Et hoc dixi infra lib. 8. §. actio. Criminali  
ter autem petitur iniuriantem puniri pe  
nis iuris, &c.

Vterius quęro, nunquid in libello in  
iuriarum sit ponendus annus, & mēsis, &  
locus illatę iniurię? Respon. quōd sic, &  
est communis opinio, vt dicit Alex. cōf.  
212. nu. 1. lib. 1. Bertran. cōf. 257. nu. 1.  
lib. 6. Vide quę dixi infra hoc eo. lib. §. fi.  
quast. 12. vers. Adde quōd.

Sed nunquid in libello iniuriarum re  
quiritur, quōd quęrelans taxet iniuriam  
sibi illatā cum iuramento? Respon. quōd  
nō, sed sufficit, quōd in libello exprimat  
aliquam summam, ad quam assimet eius  
iniuriam, salua taxatione iudicis, qui po  
stea edodus de iniuria, ante sententiam  
moderatur, & taxat, & deinde desert iniu  
riam

riam passo iuramentum, cui permissum  
est iurare vsque ad summam taxatā, vel  
minus, non autem vltra illam summam,  
Et hęc est theorica, quam ponunt Doctores  
in hac materia, vt dicit Bertran. cōf.  
74. num. 6. lib. 8.

Sed quęro, quę sit pœna iniurię? Respon.  
q̄ regulariter est arbitraria iudici impe  
dia facti, & personarum qualitate, vt est  
tex. in §. in summa. Inst. de iur. A n autē  
possit iudex aliquo casu arbitrari pœnam  
moris, dixi infra hoc eo. lib. §. fin. q. 83.  
vers. Sed quęro.

Item condemnatus actione iniuriarū  
efficitur infamis, Quod tamen intellige  
vt procedat, modo iniuria sit atrox, alias  
enim non efficitur infamis, Et ita tenent  
omnes Doctores, vt dicit Ang. in l. infamem.  
in primis verbis, ff. de pub. iud. pro  
ut illum refert Augu. ad Ang. de malef.  
in verbo, Dictum Sempronium, sub nu. 4.  
& in verbo, Verba iniuriosa, post nu. 17.  
Sed certe Ang. ibi nō ita dicit, sed primo  
ait, q̄ damnatus pro graui iniuria scdm  
omnes efficitur infamis, deinde subdit, scđ  
& pro modica videtur damnat⁹ infamis,  
& sic aperte inclinat in sententiam, quōd  
etiam damnatus pro modica iniuria effi  
ciatur infamis, quam etiā sequitur, & di  
cit esse cōem Felin. in cap. cum te, nu. 9.  
de re iudicata. Corset. de minimis. 2. par  
te, vers. 26. quem refert Practic. Conrad.  
fol. 408. num. 21. Faciunt quę dixi supra  
hoc eo. lib. §. Furtum, vers. Pariter etiam.

Tollitur autem actio iniuriarum per  
lapsū anni, tanto enim temporis spatio  
pręscribitur, ita tenent gl. in l. si nō coi  
uicij. in gl. fin. C. de iniur. quā dicit esse  
communiter approbatam Ruin. cōf. 211.  
num. 5. lib. 4. Hanc etiam dicit esse com  
munem opin. Placa in d. c. 6. circa fi. Hoc  
tamen intellige vt procedat in actione in  
iuriarum criminali, nam civilis est perpe  
tua, vt dixi in d. §. Actio. Et hanc esse cō  
munem opi. attestatur Bald. de precrib.  
in 4. parte. 4. q̄. actionis principalis. q. 1.  
num. 3. quem refert Roland. cōf. 39. nu.  
15. lib. 2. Scias etiam, q̄ iste annus, intra  
quem potest agi criminaliter actione in  
iuriarum, est continuus, & est communis  
opin. vt dicit Cuman. cōf. 74. post nu. 5.

Cur. Jun. in l. 1. in princ. num. 20. ff. quod  
quique iuris.

Item tollitur per conseruationem ha  
bitam cū offendore, censetur enim ex hoc  
iniuriam tacite remissē, Et hęc senten  
tia ab omnibus iuris professoribus re  
cepta est, ut attestatur Placa in loco præal  
legato, num. 43.

Tollitur etiam per remissionē expres  
sam, An autem per remissionem iniuria  
factam in foro conscientie sit sublat⁹ ius  
accusandi, & an qui remisit iniuriam, cē  
seatur etiam remissē damna, & expēsas,  
dixi infra hoc eo. lib. §. fi. q. 58. ver. Quę  
ro modo, & vers. Sed in proposito.

Quęro nunc, an ille qui iniuriam intu  
lit, possit se tueri, dicendo q̄ non habebat  
animum iniuriandi? Respon. q̄ non, quia  
omnis iniuria in dubio præsumitur facta  
animo iniuriandi, nisi contrarium probe  
tur, Et ita concludunt communiter oēs  
Doctores, ut dicit Socin. cōf. 146. post  
num. 7. vers. Citra tertiam. lib. 1. Hanc  
etiam dicit esse communem Paris. consil.  
149. num. 19. lib. 4.

Sed pone, q̄ in eodem actu, quod quis  
iniuriam intulit, fuerit protestatus, quōd  
nolebat ex eo iniuriam facere, puta quia  
dicat alicui, Tu metiris saluo honore tuo  
vel salua reuerentia tua? Respon. quōd tā  
lis protestatio non releuat, quoniam tē  
neatur actione iniuriarum, ita dicit Bar.  
in l. si quis extraneus. in princ. num. 3. &  
seq. ff. de acq. hered. & in Leon. solum. §.  
morte, nu. 47. ff. de oper. nou. iur. Et ita  
in facti contingentiā iudicatum fuisse at  
testatur Guido Pape decif. 465. Ex iniu  
ria. Quę tamen conclusio intelligi da est  
vt procedat, quando apparet, q̄ habebat  
animum iniuriandi vere, vel præsumptiue  
prout in casu in quo loquitur Bar. nō illa  
verba, Tu metiris, sicut ex consuetudine  
inducia vt habeant vim iniuriandi, vt est  
omnibus notum, Ceterum si subessent cō  
iecturę per quas talis protestatio adiuua  
retur, q̄. Leon. habuisset animum iniuriā  
di, certe talis protestatio, p̄desit, vt dicit  
Old. cōf. 53. post nu. 3. cuius doctrinam di  
cit esse cōiter approbat⁹ Soc. cōf. 118. nu.  
5. in fi. li. 1. Et ponit exemplum in magi  
stro, q̄ loqueret cū discipulo, vel familia.  
Prac. Ind. Clar. E 3 Quęro



Quero etiam, nunquid si aliquis ab alio prouocatus, dicat illi, Tu mentiris, teneatur ex eo a. tione iniuriarum, non obstante ipsa prouocatione, etiā si dicat verum? Respond. quod sic. Et est communis opin. vt dicit Boer. cont. 4. num. 27. & seq. vbi etiam subdit, quod ita obseruatur in practica, & ita respo in facti contingetia decisum fuisse per consilium Neapol. teste Capic. decif. 58. in causa Nicolai, Regulariter enim in delictis prouocatio nō excusat, vt dixi infra hoc eodem li. §. fin. quest. 60. vers. Nunc quero. Sed bene prouocatus, regulariter mitius punit, vt ibi dixi, senatus tamen aliter iudicauit i causa Nicolai Fodrij, quem in totum excusauit, quod dixisset cūdam, Tu mentiris, qui ei prius dixerat, q. non fecerat da gen til' huomo. 9. Januarij. 1558. P.N. Sed forte etiam inter ipsos secuta pax, quo casu in huiusmodi iniurijs verbalibus senatus semper folec clementer agere.

Item quero, nunquid dicens alicui iniuriam, quæ vera sit, teneatur a. tione iniuriarū? Respon. aliqui simpliciter dicunt q. sic, Et hanc dicit esse communem opin. Curt. iun. in l. si. nu. 3. ff. quod quisque iuris. Tu vero dic. quod aut interest reip. quod illud delictum sciat, puta, quod ille sit homicida, vel latro, &c. & non tenetur, Aut non interest, puta quia sit cæcus, vel claudus, & tenetur, ita dixit, Part. in l. eū qui nocentem. in princ. ff. de pœnis, Et est communis opin. vt dicit Alex. in l. 3. in princ. num. 6. ff. de lib. & posthu. quem refert Villalobos in sua collecta communium opin. in litera A, nu. 29. Apostil. ad Ang. in d. l. eum qui nocentem, sub num. 1. Placa li. r. delictorum. c. r. post num. 3. Scias tamen opus esse, quod tale crimen, quod interest reip. sciri, probeatur, nam eo quidem casu non tenetur, sed si non probauerit, utique tenetur, Et est communis opin. vt attestatur Boer. in d. cont. 4. num. 34. in fin. & num. 46. & 48. Et hoc etiam si tale crimen fuerit oppositū in iudicio excipiēdo, puta cōtra testes, vel huiusmodi, vt dixi infra hoc eo. lib. §. si. q. 53. vertica. Quæcūq. tamē. Præterea etiam illa distinctio non procedit de iure canonico, nam eo iure alteri iniuriā dicēs, licet vera sit,

nō excusatur, cum prius debeat præcedere charitatiua monitio, vel correctio, Et est communis opin. do. forum, vt attestat Alex. de Neuo. consil. 82. nu. 5. in fi.

Quero, quid si iniurijs dicat se pœni tere, Et quod dixit, aut fecit calor iracundiæ, nunquid erit excusandus? Respon. Aliqui dicunt, quod verba iniuriose, plata per iracundiam, non sunt puniēda, Et hanc dicit esse communem omnium sententiam Io. Arno. Epitro. 58. Cum sit communis, Sed certe ego credo, quod hæc opin. non sit communis, neque vera, nam in delictis commissis non excusat calor iracundiæ, vt dixi infra hoc eo. lib. §. si. q. 60. vers. Est etiam, licet quandoque profit vt quis mitius puniatur, Et ita semper vidi in practica obseruari. Pariter etiā pœnitentia post delictum commissum non excusat, vt dixi in d. §. si quest. 16. vers. Item quero. & quest. 60. vers. Fuit quandoque. Et ita in facti cōtingetia decisum fuit per curiam Tholo. teste Aufser. deci. 409. Itē titius, quem refert Mantua qui, idem consiluit, cont. 77. lib. 2.

## §. LAESAE MAIEST. SUMMARIVM.

*Lesæ Maiestatis crimen pluribus modis committitur.*

*Lesæ Maiestatis crimen committitur non modo contra personam Papæ, vel Imperatoris, sed etiam contra Reges, principes, vel ciuitates, quæ superiorem non recognoscunt, versic. Committitur autem.*

*Et an contra principes, vel ciuitates, quæ superiorē recognoscunt, versic. Dubium est.*

*Et an offendens Cardinalem incurrat crimē Lesæ Maiest. versic. Quæro nūquid.*

*Et an offendens consiliarium principis, versic. Quæro etiam.*

*Et an ille, qui non est subditus, dicatur committere crimen Lesæ Maiest. versic. Vidi quandoque.*

*Et quid in clerico, versic. Hinc inferur. Crimen Lesæ Maiest. pœna quæ sit, versic. Sed quero.*

*Et an*

*Et an ex hoc crimine bona publicentur, versic. Præterea licet.*

*Et an dispositio l. quisquis, habeat locum cōtra filios famulus, versic. Hæc autem.*

*Et an contra filios naturales, versic. Sed nunquid.*

*Et quid in filijs natis ante delictum, versic. Fuit etiam.*

*Et quid in filio concepto post bannum, ibid.*

*Et an habeat locum etiam contra nepotes, versic. Præterea quero.*

*Et an hæc pœna statuta contra filios habeat locum etiam quando crimen lesæ maiest. non est commissum con. 2. Imperatorem, vel Temp. Romanam, versic. Vnum tamen.*

*Et an in hoc crimine puniatur affectus, etiam si non sequatur effectus, versic. Scias autem.*

*Et an in hoc crimine possit post mortem procedi, versic. Item licet.*

*Et an rebellis possit impune occidi, & deinde probari, quando erat rebellis, versic. Hinc inferur.*

*Et an in hoc crimine possit procedi contra absentem, versic. Item quamuis.*



**LESÆ MAIESTATIS** crimē pluribus modis committit, quos eleganter, & copiose recenset Gigas de cri. Lesæ Maiestatis in Rubrica qualiter, & a quibus, &c. & Franciscus Lucanus de priuilegio fisci. in secunda parte principali. in Rubrica de crimine Lesæ Maiestatis. Et pōt poni exemplū in subdito, qui fecerit tractatū contra personam dominij, vt in casu in quo consuluit Socin. iun. consil. 105. lib. 3. & Alciat. consil. 456. vel contra statum principis, vel reipub. vt in casu Bal. consil. 58. & seq. lib. 1. & Alexā. consil. 13. lib. 6. & Taf. consil. 86. lib. 3. Alciat. consil. 453. vel ciuitatis ipsius dominium tyrannice occupauerit, vt in casu Socin. consil. 22. lib. 1. vel patriam oppugnauerit, vt in casu Soci. consil. 275. lib. 2. vel armatus uenerit in bello contra principem suum, vt in casu Alciat. consil. 467. vel quia cum hostibus domini pacem, & amicitiam contraxerit, vt in casu Decii, consil. 604.

605. & 690. & Gramaticus consilio 13. & 31. vel quia tentauerit tanquam hostis occupare castra, vel ciuitates ipsius domini, prout contigit in quodam Io. de Landriano, qui dum inferuirit Gallis, decreuerat occupare opidum Abbatias Crafsi, & tam ipse cum sociis, quam Gabriel Burrus, qui sciens eos receptauerat, & auxilium eis dederat, fuerunt capite truncati, & in frusta scissi. 7. Septemb. 1535. C. C. vel quod castra ipsa inuaserit, & occupauerit, vt in casu Ruin. consilio 1. & 2. lib. 5. Item potest poni exemplum in custode arcis, seu castri, qui illud tradat hostibus, prout in quodam Gallo castellano castelletri Genuenis, qui vendidit ipsum castelletum Genuenibus, & fuit propterea capite truncatus, & rotæ lignæ infer tus, vt refert Boer. de custod. clauium, numero 25. vel etiam si nou vendidit, sed illud hostibus tradidit, vt in casu Corn. consilio 96. lib. 4. Potest etiam poni exemplum in eo, qui destruxit manu armata pontem existentem in territorio domini sui, quod tamen si factum fuerit sine dolo, excusationem meretur, vt in facti contingetia eleganter consuluit Cephal. consilio. 75. & seq. libr. 1. vel quia reuelauerit secreta principis, ut in casu Marfil. consilio primo. Item secundum aliquos potest poni exemplum in eo, qui de principe, aut domino suo oblocutus fuerit, in quo tamen uidentia sunt ea, quæ in facti contingetia scripsit Ruin. consil. 145. lib. 5. & Crauetta, consilio 6. & 9.

Committitur autem crimen lesæ Maiest. non modo contra Papam, & Imperatorem, sed etiam contra Reges, principes, vel ciuitates, quæ superiorem non recognoscunt. Et ita concludunt doctores omnes nemine excepto, vt dicit Gigas de cri. Lesæ Maiest. fol. 30. quest. 28. Hanc etiam attestatur esse communem opinionem Boss. in titu. de crim. lesæ Maiest. nume. 5. 1.

Dubium est, nunquid crimen lesæ Maiestatis dicatur committi etiam contra principes inferiores, & ciuitates, quæ superioriorem recognoscunt. Et certe de iure loquendo, iste articulus magnam habet difficultatē, & multi tenent, q. dispositio

L. quisquis. non habet locum contra committentes crimen læsæ maiestatis contra huiusmodi principes, vel civitatis recognoscens (superiore). Et hanc opinionem dixit esse communem Soc. conf. 275. post num. 1. lib. 2. quem refert Ruin. consil. 3. post num. 12. lib. 7. Sed certe quicquid sit de iure, dicit Paul. de Cast. in l. 3. num. 6. in fi. C. de episc. aud. quod de facto feruatur videre suo, quod etiam in istis civitatibus, attentantes contra earum statum, puniuntur de crimine læsæ maiestatis, siue recognoscat superiorem, siue non. Et hoc dicitur Paul. de Cast. refert Brun. consil. feudali 28. num. 3. & Gigas in trac. præ allegato, fol. 30. quæst. 29. Item etiam de consuetudine in Italia feruatur attestatur Cæpolla consil. crim. 17. num. 19. quem refert Soci. lun. consil. 105. nume. 24. lib. 3. & Boss. in loco præ allegato, post nume. 51. prout etiam de facto feruatur fuisse refert Guido Papæ decisi. 344. Pone, aliquis in quodam, qui cõspirauerat in necem Amadei Ducis Sabaudie, de quo Arresto mentionem facit Papo lib. 2. tit. 1. Arresto j. Quinimò etiam de iure loquendo hanc opinionem dicit esse communem Alexã. consil. 13. nume. 2. lib. 6. prout illum refert Rolan. consil. 88. nu. 1. lib. 2. Barba. consil. 70. nu. 34. lib. 4. Ale. consil. 456. in primis verbis. Et statim consuetudine ita feruandù esse quo ad ipsum principale delinquentem, licet quo ad alios sit, vt dixi in fra. ver. Vnum tamen.

Quæro, nunquid offendens Cardinalè incurrat crimen læsæ maiestatis? Respon. quod sic. Et est communis opinio Doctorum, vt ait Gigas in trac. præ allegato, fol. 7. qu. 5. nume. 1. sunt enim Cardinales tanquam fratres Papæ, & pars corporis ipsius.

Quæro etiam, nunquid offendens consiliarium principis incurrat in crimen læsæ maiestatis? Respond. Hæc quæstio congruit de facto in personam excellētis Doctoris, & magis feudisti Do. Andreæ de Her. q. fuit iudicatus in ciuitate Neapoli, tempore Reginae Ioannæ eius nomine, cuius ipse erat consiliarius, & fuit determinatù, quod sic, vt dicit Paris Put. de syndic. fol. 124. nume. 14. & refert

Affili. super prima parte confit. Regni, rub. 29. nu. 6. Et ita in facti contingentia consiliarius Rebus confil. 154. Et licet aliqui distinguat, an id fiat in odium principis, vt scilicet priuatur illo consiliario an ob priuatum odium ipsius consiliarii, ego tamè indistincte teneo, quòd committatur crimen læsæ maiestatis, nam consiliarii sunt pars corporis ipsius principis, & ideo illos offendens indistincte censendus est principem offendere, semper tamen intelligo de consiliariis residentibus, apud personam principis, & sedentibus, in eius supreme consistorio, & non aliter.

Vidi quandoque dubitari, nunquid ille qui non est subditus principi, dicatur contra eum committere crimen læsæ maiestatis; Et dicendù esse, quod non, ita probat text. in clem. pastoralis. vbi gl. in verbo, Non subit. de re iudicata, & est communis Doctorum sententia, vt ait Roland. consil. 4. nu. 1. Et ideo licet aliqui particulari iure, puta feudi, vel delicti, quis efficiatur de foro alicuius principis, si tamè ratione originis, vel domicilii non sit ei subditus, non dicitur committere contra eum crimen læsæ maiestatis. Et ita sentiunt communiter Doctores, vt dicit Gigas in trac. præ allegato, fol. 54. q. 68. post nu. 2. Et ita vidi pluries in facti iudicari, & in specie in causa D. Cornelli Bentiuoli. 4. Nouembris. 1557. P. N. Reperio etiam, quod Senatus rescripsit Regi. 17. Aprilis. 1561. A. C. in cã Scipionis Vicomercati, quod illegitime natus extra domum ex subdito bñito propter rebellionem, & iniuriæ externa, nõ dicitur rebellis, etiam si sit legitimatus, que est magna decisio.

Hinc inferitur, quod licet clerici nati in terris subditis alicui principi laico, dicatur naturaliter, siue originarie esse de dominio, & ditione illius principis, putentur nec communiter Doctores attestat Gigas de crimine læsæ maiestatis, fol. 50. q. 63. num. 3. nihilominus cum reuera post clericatum iam non possint vere dici subditi ipsius principis, non possunt dici contra eum committere crimen læsæ maiestatis. Et hanc dicit esse communem opin. Card. Alex. in cap. in primis. S. de persona. col. 5. verti. Non obest opin. 2. q. 3. quem

quem refert Gomef. in §. rursus. post nu. 24. Inst. de acti. Et ita in facti contingentia Senatus censuit quendam Laurentium Vicomercatum, cui imputabatur, quod inuenerisset Gallis, absolutum fuisse, cõstituto quod esset perpetuus commedatarius cuiusdam abbatis. 19. Septembris. 1554. B. P. Reperio tamen quod Senatus in causa cuiusdam presbyteri appellati Don' Jacobi Pigocii, qui cõduxerat hostes ad oppugnandum, quoddam oppidum huius domini, & consilia, & auxilia eis dederat, inclinauerit contrariam sententiam, quod videretur incidisse in crimen læsæ maiestatis, & hortatus est vicarium episcopale Cremonæ, apud quem ille presbyter reperiebatur detentus, vt videretur contra eum procederet, & admitteret priorem ad perficiendum processum. Sed credo, quod propter decretum gratiosum statim fere subsecutum, fuerit relaxatus. Cauent tamen in omnem casum clerici, ne talibus se immisceant, quia licet hæc conclusio sit de iure vera, tamè principes seculares de facto feruatur contrariū, vt dixi infra hoc eod. lib. §. fin. q. 35. verti. Quæro nunquid, & in ciuitate Florentiæ, vt alias propter hoc crimen suspensus quidam Archiepiscopus.

Sed quæro, quæ sit pœna committentis crimen læsæ maiestatis? Respon. quod est pœna mortis. Et de consuetudine solent huius criminis rei viuui in frustra scindere, & appendi in locis eminentibus ciuitatum, seu castrorum, in quibus deliquerunt.

Præterea, licet hodie secundum ius commune bona damnatorum non confiscantur, & hoc ex dispositione authenticæ, bona damnatorum. C. de bon. proscrip. in hoc tamen crimine bona confiscantur, vt dicit glo. in ea. auth. bona damnatorum. in verbo, fisco, quam sequuntur Doctores, vt dicit Cæpolla consil. crim. 17. in 4. dubio. Dixi infra hoc eod. lib. §. fin. q. 78. circa prin. Quinimò rei huius criminis statim perpetrato delicto amittunt dominium, & administrationem bonorum suorum. Et ideo non puto verum esse id, quod aliqui dicunt, scilicet quod in hoc crimine bona non confiscantur ipso iure, quam

etiam dicit esse communem opin. Bos. in tit. de sent. nu. 48. quia in d. de lege confiscantur ipso iure, licet confiscatio nõ fortitur effectum, nisi secuta sententia hominis, per quam declaratur reum incurrisse in crimine læsæ maiestatis. Scias autem, quod licet de iure hæc pœna confiscationis bonorum non habeat locum, quando committitur crimen læsæ maiestatis contra principem inferiore, nihilominus de consuetudine in Italia feruatur contrarium, nam quilibet princeps, et recognoscens superiorem, publicat bona suorum rebelium, vt attestat Cæpolla in allegato consil. 17. ver. præterea licet etiam.

Hæc autem pœna, & alie, quæ impostæ sunt à lege quicquid, C. ad leg. l. maiesta. filii eorum, qui committunt crimen læsæ maiestatis, quantum fieri potest, restringi debent, cum sint contra iuris regulam, quia cauetur vnum pro alio in delictis puniendum non esse, vt dixi infra hoc eod. lib. §. fi. q. 86. Et ideo tales pœnae non habent locum contra filias forinicas. Et est cõs opin. vt dicit Gigas, in trac. præ allegato, fol. 150. q. 14. post num. 15.

Sed nunquid habent locum in filiis naturalibus tantum? Respon. sic. Ita tenent Cyn. in d. l. quisquis. Et ita etiam tenent communiter Doctores, vt dicit Augu. ad Angel. de malef. in verbo, che hai tradito. n. 15. Hanc etiam dicit esse magis communem conclusionem Claud. in l. Lex facta. §. si quis rogatus. nu. 11. ff. ad Trebell.

Fuit etiam aliquando dubitatum, an dicitur pœnae locum habeant solummodo in filiis natis post delictum patris, & an autem etiam in natis ante delictum? Et in hoc variè fuerunt doctorum opinio. Nam aliqui tenuerunt, quod habeant locum etiam in natis ante delictum. Et hanc opin. dixit esse communem Claud. in l. si quis id, quod. nu. 14. ff. de iurisd. om. iud. Gigas in trac. præ allegato, fol. 144. q. 4. post nume. 2. Contrarium autem sententiam, quod non habeant locum in natis, vel conceptis ante delictum patris, tenent Cyn. in d. l. quisquis. Et hanc dicit esse communem Alcia. consil. 467. nu. 7. Et hæc opinio tanquam nititur, & benignior mihi magis placet. Faciunt quæ dixi supra hoc eod. lib. §. Hæc

reſis. verſi. Sed hic quæro. In filio autem concepto poſt bñam ex hoc crimine patri datum, certum eſt, q̄ locum habent, & ideo ei non eſt danda legitima. Et hæc eſt communis opinio, vt atteſtatur Boſſ. in tit. de crim. leſe maieſt. nu. 138.

Præterea quæro, nunquid diſta pœna ſtatute contra filios, habeant locū etiam contra nepotes? Reſpond. quod ſic. Et eſt communis opinio, vt dicit Salic. in d. l. quiſquis. num. 12. quem reſert Didacus lib. 2. reſolutionum. cap. 8. num. 2. in fine. Bene verum eſt, quod non extenduntur niſi vſque ad ſecundum gradum deſcendentium ex maſculis incluſiue, & vſque ad primum gradum deſcendentium ex feminis, & eſt communis opinio, vt dicit Salic. in loco præallegato, quem reſert Iaſ. cõſi. 106. nu. 3. lib. 4.

Quæro etiam, nunquid diſpoſitio d. l. quiſquis, quatenus loquitur de filiis, habeat locum non ſolum in patre com̄tente hoc crimen, ſed etiam in matre? Reſpon. quod ſic, ita tenuit gloſſa in eadem l. quiſquis, in verbo, minus auſuras, & ita communiter tenetur, vt dicit Angel. de maieſt. in verbo, chi ha' tradito, num. 12. dicens, quod licet videatur inſtitutum, q̄ mulier tale crimen committat, illud tamen vidit ſemel de facto Bononiæ, & illud reſert Marſil. cõſil. 53. poſt nume. 8. quod nota pro limitatione eorum, quæ dixi ſupra libr. 1. quod in pœnalibus non fit extenſio, &c.

Vnum tamen non omnicto, quod diſpoſitio d. l. quiſquis, quatenus loquitur de filiis, non habet locum niſi quando crimine leſe maieſtatis eſt commiſſum cõtra Imperatorem, vel rempublicam Romanam. Et eſt communis opinio, vt atteſtatur Gigas in traſt. præallegato fol. 161. q. 23. nu. 9. Et dicit Alci. in d. cõſil. 467. num. 6. in ſiquod hæc conſuſio eſt approbata indiſtincte ab omnibus. Et pro hac parte conſuluit Soci. cõſil. 275. infra allegato. Neque eſt hoc loco præmittendū id, quod dicit Ang. in l. fallaciter. nu. 4. C. de abol. quod ſcilicet pœna d. l. quiſquis, reſpectu filiorum non ſeruat, quod verbum Angel. tanquam viri excellentiſſimi, & magni practici multum eſſe ad iudicibus pon

derandum dicit Soci. in d. cõſil. 275. nu. 3. in ſ. lib. 2. Illud etiã reſert, & idem atteſtatur Alciat. in d. cõſil. 467. nu. 6. Et reuera apud nos nunquam vidi tales pœnas in filiis obſeruari, loquitur tamen ibi Ang. in eo, qui hoc crimine committit contra patriam ciuitatem. Et ideo ſi commiſſum eſſet contra Papam, Imperatorem, vel Regem, qui ſuperiorem non recognoſceret, forte aliud eſſet dicendum.

Scias autem, q̄ in hoc atrociffimo delicto lex nonnulla ſpecialia introduxiſſit. Et in primis, licet regulariter in aliis criminibus nõ puniatur affectus, niſi ſequatur effectus, vt dixi infra hoc eod. lib. §. ſi. q. 92. in hoc tamen crimine puniunt ſolus affectus, etiam ſi effectus ſecutus nõ fuerit. Et eſt communis opinio, vt dicit Boer. de ſeditioſis, in ſeptimo præſuppoſito. num. 42. Et ita hodie de conſuetudine obſeruari atteſtatur Soc. ſum. cõſil. 105. nu. 37. lib. 3. præſertim ſi deuenit fuerit ad actum proximum, & hoc communi omnium ſententia receptum videtur, vt ait Didacus in repe. c. ſi furioſus, fol. 278. ver. Primo inferit. de homic. Quintimò quoddam plus eſt in hoc crimine puniunt ex ſola ſcietia ille, qui tractatum nõ renelauit, ut dixi in d. §. ſi. q. 87. verſ. punicus eſt.

Item licet regulariter morte delinquentium crimina exſtinguantur, vt dixi infra hoc eod. lib. §. ſi. q. 51. verſicul. Quæro nunc, eſt tamen ſpecialia in hoc crimine, vt de eo etiam poſt mortem cognoſci, & procedi poſſit, & delinquenti memoria damnari, vt eſt tex. in l. ſi. C. ad legem Iuliam maieſtatis. Et ita tenuit gloſſa, per contrariū, in verbo, Damnata. Inſt. de hæred. q̄ ab in teſt. defer. quam dicit eſſe notabilem, & approbatam Ferret. cõſil. 31. num. 8. vbi reſert multa exempla, in quibus ita ſeruatum fuit. In quo propoſito videnda ſunt q̄ in facti contingentia, conſuluit Cepolla, cõſil. crim. 17. & Ruin. cõſil. 3. lib. 5. Quod tamen intellige, vt procedat, quando crimen hoc committitur contra principem vel rempublicam Romanam, ſed q̄ committitur contra alios principes inferiores, vel ciuitates, vtiq; extinguitur morte. Et hæc eſt vera, & cõs opinio, ut dicit Boer. de ſeditioſis, in 6. præſuppoſito. nume. 20. quem reſert

reſert Gigas in traſt. præallegato, fol. 74. nu. 24. Hanc etiam eſſe communem opinio, atteſtatur Alciat. in d. cõſil. 467. num. 1. Et in relligie, q̄ ſit commiſſum contra perſonã ipſius Imperatoris, vel directo contra ipſam rem. Et ſic in primo capite, nõ autem in alijs, Et ita in facti contingentia iudicauit conſilium Neapo. ut reſert Gramm. decif. 6. Scias etiam, q̄ hoc caſu ius accuſandi, & damandi memoriam delinquenti præſcribitur quinquennio, Et eſt communis opinio, vt dicit Gigas in loco præallegato, fol. 73. quæſt. 23. nu. 1.

Hinc inferitur, q̄ rebellis poterit impune occidi, & deinde probari, & declarari, q̄ erat rebellis, ita dixit Bar. in extrauag. qui ſunt rebelles, in verbo, Rebellado, nu. 22. Et eſt communis opinio, vt dicit Boſſ. in tit. de hæreticis, poſt num. 29. & in tit. de crimine Leſe Maieſt. nu. 119. Et ita ſeruatum fuit in Duce Urbini, quando interſecit Cardinalem Papienſem, ſuper quo caſu conſuluit Ruin. cõſil. 4. li. 5. & Ferret. cõſil. 31. Sed certe hæc opinio mihi ſemper viſa eſt periculosa, neque conſulere amico meo, vt illud faceret: Poſſet forte hoc fieri præcedente conſenſu, & voluntate principis, vel vbi huiusmodi rebellis reperiret in actu, ſeu exercitio ipſius rebellionis. Bene verum eſt, q̄ in omnem caſu, vbi poſtea probaretur, q̄ ille erat rebellis, vbi poſtea probaretur, q̄ ille erat rebellis, vbi poſtea probaretur homicida eſſet liberandus.

Item quamuis regulariter de iure communi non poſſit abſens pro aliquo crimine condemnari, vt dixi infra hoc eod. li. §. ſi. q. 44. circa principium, eſt tamen ſpecialia in hoc crimine, vt poſſit contra abſentem procedi, & ſi fuerit cõtumax, ad mortem condemnari, ut eſt tex. in extrauaganti ad reprimendum, & ita tenent communiter doctores, vt atteſtatur Ant. Comez. ſuper l. 76. Tauri, poſt num. 7.

## §. LVDVS.

### S V M M A R I V M.

Ludus eſt prohibitum.

Et quid in ludis, in quibus eſt mixtura ingenij, & fortune, verſic. Hæc autem,

Et quid in ludo ſcaccorum, ibid.  
Et an ludus ſcaccorum ſit permiſſus clericis, verſic. Quæro nunquid.  
Et an haſtilludus, & cornuamentu licita ſint, Item quæro.  
Et quid in ſortibus, quos ſomnoſſus vulgo appellat, verſic. Quæro etiam.  
Quæ ſit pœna ludicis ad ludos prohibitos verſic. Sed quæro.  
Vincens in ludo prohibito, an teneatur lucrum victori reſtituere, verſic. Item vincens.  
Mutuus in ludo reprobat, an poſſit repetere, verſic. Item mutuus.  
Transactio occasione ludi, an ſit permiſſa, verſic. Præterea.



N hæc materia faciendâ eſt generalis conſuſio, p̄ ludus eſt de iure prohibitus, vt videt tex. l. Alea rû ſic. C. de religio, & ſumptibus funerũ, l. t eſt cõs opinio, vt dicit Maluc. de ludo taxillorum, nu. 4. prout illud reſert Praſt. Contradi, fol. 420. num. 1. in ſi. & in facti contingentia conſuluit Corne, cõſil. 101. libro 2.

Hæc autem conſuſio locum habet nõ modo in his ludis, in quibus ſola ſors verſatur, ſed etiam in his, in quibus eſt mixtura ingenij, & fortune, puta taxillorum, & tabularum, & chartarum, nam omnes pariter ſunt prohibiti, & eſt communis opinio, vt atteſtatur Imola in c. clericis, el ſecundo, poſt num. 16. de vita, & honeſtate clerico. Vbi vero ſolummodo verſatur in genium, talis ludus eſt permiſſus. Et hinc inferitur, q̄ ludus ſcaccorum eſt de iure illicitus, & ita dicunt doctores, vt ait Roſell. de Roſell. inter conſilia criminalia diuerſorum cõſil. 46. num. 3. lib. 1.

Scias tamen, quod etiam ad huiusmodi ludos permiſſos non licet ludere vitæ vnum aureum, vt eſt tex. in d. l. Alea m vſus. Bene verum eſt, quod in hoc videt derogatum à conſuetudine diſpoſitione d. legis, vt nonnulli aſſerunt, quos reſert Anguad Ang. de maieſt. in loco præallegato, poſt num. 4.

Quæro, nunquid clericis poſſint ludere ad ſcaccos? Reſpon. quod ſic, Et hæc

tenent cōmuniter Doctores, vt dicit Ab. in d.c. clerici, el. 2. num. 4. Hanc etiā dicit esse cōm. opi. August. ad Ange. de malef. in verbo, Metitor de mali dadi, nu. 3. Ber tach. in tractat. de Episcopo, in prima parte causę finalis. q. 7.

Item quæro, nunquid laici possint licite faceret ornamenta, & similia? Respon. q. sic, Et est communis opin. vt ait Socin. consil. 16. num. 3. 5. & 6. lib. 1. prout illum refert Pract. Conradi, fol. 426. in princ. licet Socin. in libro meo non attestetur de communi, in his enim versatur corporis agilitas, & ingenium, neque in arbitrio fortunę aliquid est positum.

Quæro etiam, nunquid iste sortes, quas vulgo scommetas appellam, sūt licitæ? Respond. q. sic, Et est communis opin. vt ait Dec. consil. 115. num. 4. quem refert Didacus in reper. c. peccatū, fol. 122. in si. du bnius enim enentus fortunę, contractus illicitos non facit.

Sed quæro, quæ sit pœna ludentis ad ludos prohibitos? Respond. de iure ciuili non videtur imposita certa pœna, Et ideo videtur dicendū, q. ludores ad ludos prohibitos sūt puniendi extra ordinem arbitrio iudicis, secundum facti, & personarum qualitatē.

Item vincēs in ludo reprobato tenetur lucrū victori restituere, ita dicit glo. in l. si. in gl. fin. ff. de alea. quam omnes Doctores indistincte approbant, vt dicit Augu. in loco præallegato. nume. 23. Hanc etiā dicit esse cōm. opin. Caccial. de ludo, nu. 40. Sed hoc de cōsuetudine non seruatur, vt dicit Aug. ad Ang. in loco præalleg. nume. 17. Et iō stante cōsuetudine mittente, vt possit ludi ad aleas, talis cōsuetudo excusat etiā victorem, vt non teneatur ad restitutionē lucris, dummodo in ludo fractus non interuenerit. Et est cōis. opi. ut attestatur Barb. consil. 66. nu. 7. lib. 3. quem refert Kochus de cōsuet. fol. 23. num. 6. dixit tamen Card. quem multis sequuntur q. tutius est animæ, pecuniā ipsam pauperibus erogare, Et ait Kochus in loco præallegato, quod ita dicunt cōmuniter Doctores. Et est tamen nunquam vidi hoc in practica seruari, nam vt dicit Barb. in loco præallegato, illud, quod dicitur de ero

gando pauperibus, est de consilio, & non ligat, valet autem talis cōsuetudo, vt de negetur victo repetitio eius, quod amittit, Et ita tenent communiter Canon. Legistæ, Theologi, & sancti viri, vt attestatur Caccialup. de ludo, nu. 79.

Item mutans in ludo non potest repetere, vt est tex. in d. l. alearum vsus. Scias tamen, q. qui quid sit de iure, contrariū seruatur in practica, est enim cōsuetudo vt possint huiusmodi pecunie repeti, vt attestatur Aug. ad Ang. de malef. in verbo, Metitor de mali dadi, num. 15. & seq. Et talis cōsuetudo valet scām cōm. opi. de qua attestatur Didacus in repetit. d. c. peccatum, fol. 124. & est obseruanda non solum inter laicos, sed etiā inter clericos. Et ita magis cōmuniter receptum est, vt ait Didacus in loco præalleg. fol. 125.

Præterea in ludo, vel occasione ludi nō est licita transactio, ita tenent cōiter Doctores, vt dicit Abb. in d. c. clerici, nu. 16. Coita de ludo, art. 5. num. 1. Cum. n. occasione ludi non possit esse lis, pariter etiam non cadit transactio, licet attenda cōsuetudine, aliter dicendum sit per suprascripta.

## §. PARRICIDIVM.

### SVMMARIVM.

*Parricidium quando committatur.*

*Et an occidens patrem naturalem tantum deatur parricida, versiculo. Quæro nunquid.*

*Et an occidens alium quam patrem, vel filium ex ascendentibus, vel descendentibus, versis. Scias etiam.*

*Et an occidens in transiuerale, versis. Sed quid dicendum.*

*Parricidij pœna quæ sit, versis. Sed quæro.*



**P**ARRICIDIVM cōmittit, qui patrem, vel filium propriū interficit, vt est tex. in l. vnica. C. de his, qui parentes, vel filios occidunt.

Quæro,

Quæro, nunquid occidens patrem naturalem tantum, dicitur parricida, & cōsequenter puniatur pœna legis, vel statuti parricidij punientis? Rñ. q. sic. Et ita cōmuniter concluditur, vt dicit Alex. in l. 2. nu. 10. ff. de in ius vocan. Hanc etiā opinionem dicit esse communem Villalpand. in repet. l. 22. c. 42. post nu. 3. quem refert Plaça lib. 1. delictorum. ca. 47. post nu. 5. vers. Et primò fortissimum. Plaça eo. lib. 1. c. 22. nu. 15. Consideratur enim substantia filiationis, non qualitas. Et dicit Bal. in cap. naturales. nu. 12. si de feud. fuerit controuer. q. fuit in facti contingētia combusta quedam nōialis, quæ si filium suum occiderat. Et illum refert pract. Carerij fol. 232. num. 134. & apostill. ad Bald. in l. cum acutissimi. sub nume. 8. C. de fideicom.

Scias etiam, q. licet tex. in d. l. vnica. videatur loqui tantummodo in his, qui patrem, aut filium occiderunt, nihilominus pœna parricidij, & sic d. l. vnica, locū habet etiā in his, qui aliquem ex alijs ascendentibus, & descendētib. suis interficiūt. Ita tenet gl. i. r. in verbo, Pœna ff. ad leg. Pompeiam. de parr. & in §. alia. in verbo, Sustinebit. lusti. de publ. iud. quas dicit esse frequentiori Doctorum calculo receptas Plaça in d. c. 22. post nu. 3.

Sed quid dicendum in transiueralibus? Respon. q. pariter locum habet in occidente fratrem, aut sororem, aut aliū transiueralem intra quartum gradum, ut videtur colligi ex d. l. Pomp. de parr. & ibi gl. præallegata, in verbo, Pœna. quam dicit esse frequentius receptam Plaça in d. c. 22. num. 4.

Sed quæro, q. sit pœna parricidij? Rñ. q. parricidia viuus insuatur corio vnā cum gallo gallinaceo, cane, vipera, & simia, & projiciat in mare, vel in flumen, vt est tex. in d. l. vnica. Sed certè pœna illius legis hodie non est in vsu, ut dicit Bal. in d. l. vnica. quem refert Ana. in c. 1. post nu. 5. ex his, q. filios occid. & pact. Cōradi, fol. 335. & Sal. in ea l. vnica. post nu. 1. subdens, q. de cōsuetudine decapitantur, & forte carere debent sepultura. Et il lud dictum Sali. refert Ang. de malef. in verbo, ex interuallo. n. 16. & prac. Carer.

fol. 236. nu. 147. Idem dicit C. pol. consil. crim. 5. col. fin. vers. ego tū credo. Et dicit pract. Iod. c. 87. nu. 2. q. secundū cōsuetudinem parricide damnant, ut trahantur ad caudā equi, & deinde decollent, & rotæ affigant, dicit tū Plaça in d. c. 22. nu. 7. in fi. q. in regnis Hispaniæ danā canibus lacerandū, & euleo insuuntur, & projiciuntur in flumen. Et dicit, q. praxis ita obseruat. Ego dum essem in Hispania, vidi qñq; huius criminis reos prius strangulatos includi dolio, & in flumen projici. A pud nos aut decapitant, prout alij homicidę, & deinde eis non denegatur ecclesiastica sepultura. Et ita pluries vidi obseruari in mulierib. q. proprios infantes post partum occiderant, ut suffocarent, & aliquas et vidi furcis suspendi, & in specie quandā Lucjæ de Rouedotis, q. filia propriam infantem in puteum proiecerat, ex quo suffocata remanserat. 3. Ian. 1556. P. N. Nam in hoc Ducatu seruatur, q. etiam mulieres furcis suspendunt, quod aliqui in contrarium dixerint, quos refert, & idem Neapoli seruari attestatur Gramat. super cons. Regni. fol. 122. col. j. nu. 10. A constitutionib. aut huius Ducatus imposita est occidentibus liberos pœna, vt trahantur ad caudā equi, & deinde rotę lignę intexantur, quod tamen nunquā vidi in practica obseruari, sed, ut dixi, decapitant, uel furcis suspendunt, prout etiam fuit suspensus quidam Bernardinus de Ripa matricida. 2. Iun. 1558. P. N.

## §. PERIVRIVM.

### SVMMARIVM.

*Perivrium quid sit.*

*Pœna perivrij quæ sit, versis. Sed quæro.*

*Et an perivrium officiat in infans, ibidem.*

*Et an clericus propter perivrium amittat beneficium ipso iure, an antea nēnias per sententiam priuandus, versis. Item clericus.*

*Et an perivrium incidat in pœnas l. si quis in 107. versis. Incidit etiam. Remissus.*

*Et an repellatur ab agenda, versis. Præterea. Remissus.*

Et ad

Et an à iustificando, versicul. Repeitur etiam.

Et an periuuro deferatur iuramentum in supplem. etiam probationis, versic. Item periuuro.

Periuurum non committitur sine dolo, versic. Excusari.

Difficultas excusari à periuuro, versic. Item excusari.

Periuurum non nocibile non punitur, versic. Potest etiam.

Periuurum in nominali casibus non punitur in foro contentioso, sed solum Deum habet ultorem, versic. Scias etiam.

Et quid si delatum sit iuramentum à parte parti, ibidem.



**P**ERIUURUM est mendacium iuramento firmatum. Sed quæro, si sit pena periuurii? Respond. qd in primis periuurus efficit infamis, scis tñ, qd de iure civilis periuurus nō efficit infamis ipso iure, nisi in casu l. si quis maior. C. de transact. de quo dixi j. lib. 7. §. iuramentum Regulariter aut periuurus non efficit infamis infamia iuris. Et hæc est cōis opi. vt dicit Bek. in c. testimoniū. nu. 20. de testib. quem refert pract. Conradi, fol. 84. ver. Amplia est Turzan. in suo libello communium opinionum. c. r. Itē scias, quod ad hoc vt quis ex periuurio incurrat infamiam, requiritur, quod veniat contra promissionem, & contra iuramentum, si uerò veniat contra iuramentum tantum, non efficitur infamis, ita tenuit glo. in l. Lucius. §. qro. in verbo, Debeat autem. ff. de his, qui notantur infamia. quā dicit esse communiter approbatam Cagnol. in d. l. si quis maior. post nume. 181. C. de transactio. & ideo vbiq; aliquis cum iuramento asserit aliquid de periuuro, vel de silentio, quod est falsum, non efficitur infamis ex tali periuurio commissio super illo iuramento asseritorio. Sed si promiserit cum iuramento aliquid de futuro, & illud non fecerit, tunc ex tali periuurio commissio super iuramento promissorio, vtiq; efficitur infamis, ita expresse distinguit gl. præallegata, & est communis opi-

niō, vt attestatur Lanfran. in repe. c. quoniam contra. in materia tertium. nu. 106.

Item clericus propter periuurium potest priuari dignitate obienta, non tamen est illa priuatio ipso iure. Et hæc est magis cōmunis opinio, ut dicit Gomef. in §. itē si quis. post nu. 28. in fi. de actio. Et qd clericus propter periuurium non sit priuatus beneficio ipso iure, sed priuandus, dicit esse communem opi. Fel. in c. ex parte. e. l. primo nu. 1. & seq. de rescrip. Dec. in c. cum non ab homine. post num. 5. de iud. Silua de beneficio. fol. 237 nu. 7. & seq. & in tracta. de virtute iur. quæst. ult. post. nu. 3. Rebuff. de pacifi. posse fol. 37. Diaz. in pract. crim. cano. c. 60. Ripa in d. c. ex parte. nu. 13. Bene uerum est, quod si talis clericus periuurus instituitur in aliquo beneficio, non ualet institutio ipso iure. Et est communis opinio, ut dicit Lamberti. de iure patro. in prima parte. lib. 2. quæst. 9. art. 15. quem refert Villalob. in sua collecta communium opin. in litera P. nu. 75. quod intellige quando ob illud periuurium effectus est infamias, iuxta ea, quæ dixi supra versic. Sed quæro.

Incidit etiam periuurus in penas d. l. si quis maior. C. de transactio. Sed quia illæ penas potius respiciunt causas civiles, qd criminales: ideo materiam illius legis hic tractare uisum non fuit, dixi latè infra li. 7. §. iuramentum.

Præterea periuurus repellitur ab agendo, ut dixi in d. §. iuramentum.

Repellitur etiam periuurus à iustificando, secundam glo. in c. per tuas. in uerbo, Adulteri. de simo. quā dicit esse communiter approbatā Cigas de crim. lese maiesta. fol. 104. quæst. 1. r. nu. 1. Et dicit Alber. in d. l. Lucius. nu. 3. ff. de infam. q. ita tenent communiter doctores. Hoc tamē intellige, ut procedat in eo, qui est periuurus, sup iuramento licito. Ceterum si iuramentum præstitum fuisse temerariū, & illicitum, certe transgressor huiusmodi iuramenti asserit non repellitur à iustificando. Et ita communiter tenetur per doctores, ut dicit Hostien. quem refert Abb. in cap. testimonium. post nume. 7. de testibus.

Item periuuro nunquam defertur iuramentum

§. RAPTUS. SVM MARIVM.

Raptus quando committatur.

Raptus pena qua sit, versic. Sed quæro.

Et an pena raptus locum habeat, etiam si mulier ipsa consenserit se rapi, versic. Adde quod.

Et quid si raptor illam carnaliter non cognoverit, versic. Sed quid si ille.

Et an locum habeat in rapiente publicam meretricem, versic. Quæro nunquid.

Et an in muliere rapiente uirum, versic. Sed pone.

Et an raptor possit cum rapta matrimonio contrahere, versic. Quæro modo.

Et an eo casu cūctæ penas raptoribus impositas ibid.

Et an raptor si ad ecclesiam confugiat, gau deat eius immunitate, versic. Quæro etiam. Remissus.

mentum in supplementum probationis, Et est communis opin. vt attestatur Socin. conf. r. 36. post num. 9. ver. Quarto, & ultimo. lib. 1. quod est duplicatum in conf. r. 55. lib. 2.

Excusari autem potest periuurus à pena periuurij, in primis si ostendat periuurium fuisse sine dolo commissum, nam eo casu non punitur, vera enim est iuris conclusio, quod periuurium non committitur sine dolo, ita allegatur tenere Bald. in l. obseruare. §. proficisci, col. 3. ff. de offic. procon. qui in hoc communiter approbatur, vt dicit Cagnol. in d. l. si quis maior, num. 185. & seq. Hanc etiam dicit esse communem opin. Iaf. in l. videamus, in princ. num. 7. ff. de in litem iurando, Claud. in d. l. si quis maior, num. 41. Gomez Arias super l. 81. Tauri, num. 19.

Item excusatur quis à periuurio propter difficultatem, vt dicit glof. in c. bre ut. in glo. prima, de iure iur. quam dicit esse communiter approbatam Gomez Arias super l. 80. Tauri, num. 30.

Potest etiam excusari, si demonstrat, quod tale periuurium nulli præiudicauit, neque poterat præiudicare, nam eo casu, etiam si quis deliberate periurauerit, non potest de periuurio puniri in foro contentioso, sed tantum in foro animæ solum Deum habet ultorem, ita dicit glof. in cap. quicumque, in glof. fin. sexta, quarto. prima, & est communis opin. vt attestatur Iaf. in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit, et secundo, post numero 1. ff. de iure iur. Io. de Amicis, consilio 109. in fin. Berous quæstio. 134. numero nono.

Scias etiam alios esse casus, in quibus periuurium nō potest iudicialiter puniri, sed solum Deum habet ultorem, sicut est periuurium rei accusati, vel inquisiti in eius examine, quando interrogatur super crimine, vt dixi infra hoc eo. lib. §. si. quo. ff. 45. versic. Quid ergo. Item quando defertur in iudicio iuramentum à parte partis, non potest pars iurans, de periuurio iudicialiter puniri, sed solum Deum habet ultorem, Et est communis opin. vt dicit Boer. decis. 305. post nume. 4. versic. Quid dicendum.



**R**APTVM committit, quim mulierem libidinis causa de loco ad locum conuocit, ut in casu in quo consuluit Barba. con. 7. lib. 2. & Paul. de Castro consil. 262. lib. 2. & Alexan. consil. 1. lib. 3. & Cæpolla, consil. 57. & seq. & Riminial. consil. 17. quod uidetur pro maiori parte duplicatum, consil. 439. & Gratias cons. 38. lib. 2. & cons. 48. eod. uol. & cons. 51. eod. uol. & Socin. lun. conf. 50. lib. 3. & Crauetta, conf. 18. & Rolad. conf. 24. in secundo dubio, lib. 1. Et dixi de loco ad locum, quia aliter non potest dici raptus, secundum omnes, Et hæc conuocatio de loco ad locum debet esse ad effectum abduccendi, non autem causa commositoris coitus, Et ideo si quis puellam ex vna camera ad aliam conduxerit, & super lectu proiecerit, non est tanquam raptor puniendus, ut in facti contingentiā, consiluit Bertrand. eo. fil. 39. lib. 6. Idem que dicendum est in eo, qui puellam nuptam cum beatus in campis cepit, & per aliquot passus abdu-

abduxit ut eam carnaliter cognosceret, ut pariter in facti contingencia coluiliat. Cuman. consil. 96. Bene verum est, quod etiam si non mouendo de loco ad locum aliquis per vim cognoscat mulierem, licet non possit dici raptus, est tamen a factu violentus, & punibilis ad mortem, Et ita communiter practicatur teste Publ. super consuet. Aluer. fol. 27. num. 22. Vide que dixi supra hoc eod. lib. §. Fornicatio, versic. Omnes autem.

Sed quero, quare sit pena raptus? Respon. super hoc edita fuit constitutio per Iustinianum, pœnam mortis, & alias graues pœnas raptoribus imponens, quare est lex vniuersa. C. de raptu virginum. Et ita tenent communiter doctores, ut dicit Ant. Gomez. super l. 80. Tauri. num. 36.

Adde, quod pena d. l. vnica, locum habet, etiam si ipsa mulier consenserit se raptam, & hoc siue ab initio, siue etiam ex post facto consenserit, ut hanc opin. sequuntur communiter doctores, ut dicit Alber. in l. raptos, num. 7. C. de Episc. & cler. & ita de clarant sententia in causa raptus filie cuiusdam Marmontæ caponis, quare volens à domo patris abducta fuerat. 9. Iun. 1552. P. N. Quinimodò (secundum aliquos) raptus etiam dicuntur illi, qui blandimētis, & verbis deceptoris puellas, nulla vi adhibita, libidinis causa adducunt, quare sententia dicit esse eodem Berber. in viatorio iuris in tit. de raptoribus. post med. subdēs quod non est mirum, attenda immunitate criminis, quod intellige, modo fiat ad effectum illas abducendi, Et in alio loco contra voluntatem suorum retinendi ut supra dixi.

Sed quid, si ille, qui rapuit mulierem, eam carnaliter non cognouit, nunquid punietur pena d. l. vnica? Respond. aliqui dicunt, quod sic, Et dicit Boss. in tit. de raptu mulier. num. 14. quod talis in quodam consilio dixit, quod hæc erat communis opinio. Et ita seruatum fuisse in Francia refert Chassen. super consuet. Bur. fol. 16. in fin. Refert etiam Publ. super consuet. Aluer. fol. 27. nu. 19. & fol. 159. articulo primo, nu. 2. quod ita fuit practicatum Cunej, ipso existente iudice, dicens, quod licet ille esset etiam accusatus de alijs criminibus, hoc tamen nouit animos iudicum. Multi tamen te-

nent contrarium, & placet si eam carnaliter non cognouit, non debeat puniri pœna d. l. vnica, Et hanc opin. dicit esse communem, Boer. decif. 36. post nu. 4. Quem refert Didac. in repet. clem. si furiosus, fol. 278. num. 8. & Viuius in lib. communium opin. in verbo, Raptor honeste, & secundum illam dicit se vidisse in facti contingencia iudicari lo. de Ana. in c. cum causa. in fin. de raptor. quem refert Aff. super prima parte constitutionum Regni, Rub. 19. nu. 7. Ego vero dico, quod aut eam non cognouit, quare non potuit id, conuolode face re, & placet prima opin. ut puniat pœna d. l. vnica, Aut non cognouit, quia non voluit, & placet s. cunda opin. ita tamē ut puniatur citra mortē ea grauiori pœna, quare iuxta qualitatem facti, & personarum, iudicis arbitrio, imponenda videbitur.

Quero, nunquid pœna raptus habeat locum contra rapientem publicam meretricem? Respon. Marfil. in d. l. vnica, nu. 26. dicit, quod doctores tenent, quod non, Hanc etiam opin. dicit tenere communiter scribentes Ant. Gomez. super l. 80. Tauri, nu. 45. Et secundum hanc opin. consuluit Cephal. consil. 140. lib. primo, ad defensionē cuiusdam condemnati de raptu mulieris non honeste, dicit tamē Cyn. in d. l. vnica, quod vidit aliquos vicinios supplicio puniri, qui rapuerant publicam meretricem, & illum refert aff. super prima parte consil. Regni, Rub. 20. nu. 7. Refert etiam Grammat. super consil. Regni, fol. 19. col. 1. nu. 2. quod cum plures iuuenes quandam meretricem à postribus violententer rapuissent, vnus ex eis Florentinus, qui fuerat principis, fuit furca suspensus, & alij socij per triennium ad trimeses condemnati. Apud nos autem cessat hæc dubitatio, nam ex dispositione constitutionum, rapientibus mulieres inhonestas imponitur tantum pœna arbitraria, quam quidem sentiat arbitri solet in tribus iudicibus finis, prout seruatum fuit cum quibusdam Variensibus. 9. Iul. 1558. vel huiusmodi.

Sed pone, quod mulier rapuerit virum, nunquid erit punienda pœna d. l. vnica? Respon. Doctores in hoc varie loquuntur, nam gloss. in d. l. vnica, in verbo, Sponsam, tenuit, quod etiam mulier rapientis vi-

TUM

rum causa libidinis, incidat in pœnam legis, Et dicit Marfil. in d. l. vnica, nu. 223. quod idem tenent communiter Doctores, quare refert Ant. Gomez. super l. 80. Tauri, nu. 37. Et dicit Ang. in e. l. in fi. quod secundum hanc opin. vidit Florentia comburi quandam meretricem, quare adolescentulum rapuerat, Et hæc etiam opin. practicatur in Gallia, ut dicit Papo lib. 22. titu. 6. Arreto 3. Contrariam autem sententiam, quod s. pœna d. l. vnica non habeat locum in muliere rapiente virum dicit esse communem omnium Doctorem Grilandin. de diuersis criminibus lib. 3. q. 10. nume. 23. quem refert Prac. Conradi fol. 370. numero. 2. Pract. Iod. c. 95. num. 17. Et hanc ego etiam sequor tanquam tutiorem & mitiorem, nam in viri raptu cessant omnia fere scandala, de quibus mentionem facit d. l. vnica, quare cum valde rigoroſa sit, non videtur ita de facili extendenda, & ideo si casus contingeret, talē mulierem dicerem esse puniendam citra mortē, graui tamen pœna, arbitrio iudicis secundum facti, & personarum qualitatem.

Vnum tamen nota in hoc proposito, quod hodie milites, seu stipendiarii, qui abducunt secum pueros, quandoque etiam iniuris parentibus, non puniuntur, quoniam licitum est eis illos etiam parentibus iniuris retinere, & ita hodie seruari de consuetudine iuris militaris attestatur Cepolla in l. Marcellus, post nu. 6. ff. de verb. sig. subdēs standum esse huic consuetudini, & quod ita alias vidit iudicari in ciuitate Bononię per Nicolaum Picinum militem Imperatorem illustrem. Ego certe, si casus contingeret, contrarium iudicarem, impium est n. aliquo casu posse filios ab iniuris parentibus abducere, praesertim cum non modica sit suspicio inonestatis in huiusmodi dispensariis.

Quero modo, nunquid possit raptor cum raptâ matrimonium contrahere? Respon. quod de iure ciuili non potest, ut est text. expressus in d. l. vnica. De iure autem canonico bene potest cum ipsa matrimonium contrahere, ut est text. in c. si de raptor. Et ita tenent communiter Doctores, ut attestatur Paris. consil. 170. nu. 16. lib. 4. Ant. Gomez. in d. l. 80. Tauri. nume. 43.

vbi etiam subdit quod propter huiusmodi matrimonium raptor euicit pœnas, à lege propter raptum impositas, & refert Paulus de Castro, & August. ad Arim. dicentes le ita in facti contingencia obtinuisse, & ait etiam sic ita in facio iudicanda Quod tamen ego pro nunc non affirmo, licet quodam Cęsar Moscatus, qui puellam, quare violauerat uxorem duxit, fuerit per Senatū absolutus 26. Nouemb. 1560. P. N. Audiu enim in facti contingencia plerumque contrarium iudicatum fuisse, & in specie per Regem Hispanię, qui post contractum matrimonium inter raptorem, & raptam, iussit ipsam raptorem de capitari, prout refert Afflic. super prima parte consil. Regni, Rub. 19. num. 13. & prac. Carer. fol. 462. nume. 297. Ceterum quicquid sit de pœna corporali, proculdubio pœna confiscationis bonorum quare applicabitur fitio temporali, locum habet contra raptorem, non obstante matrimonio, etiam de iure canonico, & ita allegatur tenere gl. in c. cum secundum, in verbo, Certus, cal. de heret. in 6. quare dicit esse communiter approbatam Marcus decif. 1. nu. 3. Quod nota.

Quare etiam, nunquid raptor si ad ecclesiam confugiat, gaudeat eius immunitate? Dixi infra hoc eod. lib. §. si. q. 30. versic. Quero nunquid.

## § SACRILEGIUM.

## SVMMARIVM.

Sacrilegium quando committi dicatur secundum ius ciuile, & quomodo secundum ius canonicum.

Adulter se carnaliter commiscens cum presbytero, an dicatur committere sacrilegium, versic. Quero nunquid. Remissio.

Sacrilegium an sit crimen ecclesiasticum, versic. Hoc crimen. Remissio.

Sacrilegi pœna quare sit, versic. Sed quero, Statutum loquens de sacrilegio, an intelligatur de sacrilegio secundum ius canonicum, aut secundum ius ciuile, versic. Sed pone. Prac. Iul. Clar. F. Sacri-



**A**CRILEGIUM (secundum ius civile loquendo) ad hoc vt pprte committi dicat, duo requiruntur, primum, qd res furta sit sacra: secundum, qd de loco sacro subtrahat.

Et ita tenet cõiter iudices, ut dicit Bar. in l. diu. nu. ff. ad leg. ul. pecul. quem refert Grilland. de iur. scri. lio. 3. q. prima. nu. 5. Et ideo tenentur quendi Gerardum de Cepo. qui calicem sacrum surripuerat, iussit tantummodo condemnari in pna: statuti punitentis fures in pna pecuniaria. 28. Iulij. 1557. P.N. De iure autem canonico alterum sufficit. i. vel quod res sit sacra, vel quod de loco sacro subtrahat fuerit.

Quæro, nunquid mulier se carnaliter committens cum presbytero, dicatur committere sacrilegium? Dixi supra §. fornicatio. vers. Cum presbytero.

Hoc crimen an sit ecclesiasticum, vel seculare. Dixi supra hoc co. lib. §. si. qu. 37. ver. vterius quæro.

Sed quæro, qd sit pna sacrilegii? Respond. de iure civili est pna extraordinaria, secundum qualitatem rei, psonę temporis: & lexus semper tamē est capitalis, & hæc est communis opinio, vt ait Sal. in rub. C. de crim. sacrileg. in si. quem refert Boer. decif. 254. post num. 13. & Bertach. in verbo, sacrilegium. num. 17. Dicit autem practica iudoci, c. 111. num. 6. & seq. qd consuetudo obseruat, ut omnes sacrilegi, siue furati sint rem sacram in loco sacro, siue rem sacram in loco profano, siue rem profanam in loco sacro, semper puniatur pna mortis. Et dicit Bertach. in loco præallegato, quod ipse in facti contingencia condemnauit quendam inueniem pro sacrilegio, ratione minoris ætatis, solummodo in amputatione membri & alium quem cras non excusabat, fecit furca suspendi. Et illo refert Chaffin. super confus. Burgun. fol. 40. nu. 7. Refert et Foller. in pract. crim. fol. 389. nu. 47. quod fuit in capiti suspendus quidam Salernitanus, qui furto in troxerat quendam Crucem ex ecclesia sancti Martini. Pollet. tantum sacrilegium habere aliquis dicitur

stantias adeo enormes, vt omnino esset talis sacrilegus, etiam pro primo furto pna mortis afficiendus, prout in eo, qd de nocte fregit horiũ ecclesię, & accepit calicem, in quo seruabatur sanctissimum Eucharistia sacramentum, & prius sumpta Eucharistia, illum furto subtraxit, vt narrat Foller. in pract. cri. canon. fol. 206. in si. dicens, quod ille sacrilegus fuit (vt ipse ait) trahinatus, & deinde, amputatis prius manibus, furca suspendus. Senatus autem in hac specie facti solet diuersi mode iudicare secundum rei, & persone qualitatem, quandoque (licet raro) ad pnam vltimi supplicii, quandoque ad pnam extraordinariã, puta treremiũ vel fustigationis, vt in duobus, qui candelabrum ex xde sacra surripuerant, qui tantummodo fuerunt fustigati, & eiecti. 19. Iulij. 1558. P.N. Et quidam Antonius de Matieillis, qui subtraxerat calicẽ in ecclesia, fuit ad treremes quinque males condemnatus. 23. Martij. 1556.

Sed pone, quod per aliquod statutum imponatur pna pro sacrilegio, nunquid tale statutum erit intelligendum de sacrilegio secundum ius canonicum, an autẽ de sacrilegio secundum ius civile? Resp. Aut statutum est conditum a laicis, & intelligitur de sacrilegio secundum ius civile, Aut est conditum ab ecclesiasticis, & intelligitur secundum ius canonicum. Et hæc est communis opinio, vt dicit Bosan. titu. de sacrileg. nu. 5.

## §. SIMONIA.

### SVMMARIVM.

*Simonia quid sit.*

*Et an precibus, et gratia contrahatur proprie simonia ab.*

*Recipere aliquod pro labore pro sacramentis ministrando, an sit simonia, vers. Quæro nunquid.*

*Et an pro concessione licentię docendi, vers. Vterius quæro.*

*Et an pro habendo officio liceat aliquid dari, vers. Practica quæro.*

Papa

*Papa an dicatur committere simoniam, vers. Quæro etiam.*

*Simonia an dicatur committi in curia Romana, vers. Item quæro.*

*Simonia est crimen mere ecclesiasticum, vers. Hoc crimen.*

*Simonia pna qua fit, vers. Sed quæro.*

*Et an notarius simoniacus sit ipso iure suspensus ab officio, ibid.*

*Et an clericus simoniacus amittat beneficium, vers. Item clericus.*

*Simonia est de criminibus exceptis, vers. scilicet, Scias autem.*

*Et an in hoc crimine sufficiat probatio per coniecturas, vers. Item scias.*



**S**IMONIA est studiosa voluntas, siue cupiditas, siue vitii emēdi, aut vendendi aliqđ spirituale, vel spirituali annexũ ita diffiniunt gl. & doct. cõiter, vt dicit Anan. in ru. de simo. nu. 2. Et pot poni exēplũ in casu in quo cõsultuit Alex. de Neuo, cõsi. 64. & Bertrand. cõs. 251. li. 6. & Alcia. consil. 2. & Natra cõs. 299. & Dec. cõs. 118. Et dixi emēdi, & vendēdi, qd vera simonia nũquã committitur, nisi concurrat exactio, vel promissio. Illa vero, quę precibus, & gratia fit, non est proprie simonia, nisi preces fiant illa mente, & intentione, vt notorie indignus preferatur digno. Et ita tenent communiter Doctores, vt dicit Gouel. super regula cancellarię. de triennali possessore. quęst. 12.

Quæro, nunquid sit simonia recipere aliquod pro labore pro sacramento ministrando? Respond. qd non, dummodo non veniat in pactione rei spiritualis, & sit quid modicum. Et est communis opin. vt dicit Card. Alex. in c. iudices. vers. in ea. gl. libi. presbyter. prima, quęst. prima. quę refert Villalob. in sua collecta communiũ opi in litera S. nu. 62. Pro sacramentis autem ministrandis, ita ut ipsa sacramenta emanent, non licet aliquid dare. Et hoc tã secundum sacros Doctores Theologos, quam canonicitas, vt dicit Foller. in pract. crim. canon. fol. 214. nu. 35.

Vterius quæro, nunquid ille, qui reci-

pit pecuniam pro concessione licentię docendi, dicatur committere simoniam? Respõ. quod non, dicitur tamen committere quasi simoniam. Et est communis opinio, vt attestatur Bertrand. consil. 157. numero 2. lib. 5.

Præterea quæro nunquid pro habendo officio liceat aliquid dare? Respond. qd si est officium temporale, admittitur oblatio, qua fit palam, per eum qui cupit prodesse, sed nõ præesse, illa verõ qua fit cl. reprobatur, Et hæc est communis opin. vt dicit Ana. in cap. r. num. 4. de simonia. Quod intellige, modo talis oblatio fiat principi, in eo cuius cessat crimen ambitus, sed si fiat alteri, tunc non modo dantes, aut offerentes aliquid pro officio. sed etiam ea petentes puniuntur pna infamiz, & centum aureorum, vt est tex. in l. vnica. ff. ad leg. Iul. de ambi. licet i practica male obseruetur. Venenturq; officiales in principio officij iurare, qd non dederunt neque dabunt, nec promiserunt, aut promittent aliquid pro ipso officio. Et licet Bos. in ti. de ambitiofis. nu. 6. dicat qd hoc iuramentum non seruatur apud nos, ego tamē semper vidi obseruari, qd omnes admittendi ad officia, adiurant in manibus præsidis senatus. Et de hac obseruatia facta etiam fuit fides in scriptis per senatũ, 16. Iulij. 1554. P.N.

Quæro etiam, nunquid Papa dicatur committere simoniam? Respond. Aliqui dicunt, qd sic, quãdo recipit aliquid pro collatione alicuius beneficii habentis administrationẽ ordinis, vel executionem clauium. Et hanc dicit esse communem opi. Feli. in cap. i. nu. 2. de simon. Alii distinguunt, quod aut loquimur in simonia, quę est prohibita solummodo de iure positivo, prout est vendere beneficia, & huiusmodi, & non dicunt Papa committere simoniam, cum ipse sit supra omnes ius posituum, aut loquimur in simonia, quę est de iure diuino est prohibita, prout est vendere sacramenta. Et in hac vtique etiam Papa dicitur simoniam committere, & hanc distinctionem dicit esse communem Anan. in d. c. j. post nu. 7. quę mihi etiam magis placet.

Item quæro, nunquid crimen simoniae

habeat locum in curia Romana? Respon-  
d. q. non. Et hac dicit esse communem opi-  
Feli. in c. cu. venissent. de iud. put illi re-  
fert apostill. ad Abb. in repet. cap. excir-  
pand. §. qui verò. sub nu. 53. de preben.  
licet Feli. ibi. in libro meo nihil loquat  
in hoc proposito. Videtur autem diceadū  
non committi simoniam in curia Roma-  
na. cum sit tibi presente Pontifice tolera-  
ta. sicut & crimen ambitus nō dicitur cō-  
mitti in curia principis. Sed certe caueāt  
sibi simoniaci. quia iudicio meo. non ex-  
cusa. tur propterea a crimine simonie.  
cum non appareat de scientia Papæ. Imō  
Summi Pontifices solent semper in suis  
Bullis. & constitutionibus hoc crimē gra-  
uissimē execrari.

Hoc crimen est mere ecclesiasticum. &  
ideo iudex secularis nō potest aliquo mo-  
do se de eo intronittere. nec cognoscere.  
ita sentit gloss. in capit. cum sit gñale. in  
glo. si. de foro compe. quam sequuntur cō-  
muniter Doctores. ut dicit Anan. in loco  
præallegato. nu. 9.

Sed quaro. quæ sit pœna simoniæ? Re-  
spond. q. in pœnis notorius simoniacus  
in ordine est ipso iure suspensus ab offi-  
cio. & est cōis opi. ut dicit Abbas in capi-  
tum non liceat. nu. 4. de præfcr.

Item clericus simoniacus priuatur be-  
neficio. cap. ininuatum. de simo. Scias ta-  
men. q. propter conditiones. & passionēs  
illicitas. modo non contineant veram. &  
puram simoniam. dato q. scaperent specie  
simoniæ. non est quis beneficio priua-  
tus. Et est communis opinio. ut attestat  
Parisi. conf. 29. nu. 16. lib. 4.

Scias autem. q. simonia est ex crimini-  
bus exceptis. etiam si sit commissa tantū  
in beneficio. Et est communis opin. ut di-  
cit Aret. in c. cum P. Miconella. nu. 27.  
de accusa. & cōsequenter in ealocum habet.  
qua dicitur de alijs criminibus excep-  
tis. de quibus multa dixi in discursu ma-  
terig. infra hoc eod. lib. §. fin.

Item scias. q. licet regulariter in crimi-  
nalibus requirantur probationes luce me-  
ridiana clariiores. tamen in hoc crimine  
sufficit probatio. quæ sit per signa & cōse-  
cūras. ut est text. in cap. si cur de simon. In  
tellige tamen de signis quidētibz. & reū

de ipso crimine continentibus. ut sentit  
glo. in c. in sinuatum. in glo. si. de simonia.  
quod sequuntur doctores. ut dicit Alex.  
de Neuo. conf. 64. nu. 2. & seq.

## §. SODOMIA.

### SUMMARIUM.

*Sodomia est vitium contra naturam.*

*Et an dicitur proprie committi etiam cum muliere. vers. Vidi quandoque.*

*Sodomia crimen est commune serti. vers. Hoc crimen. Remissive.*

*Sodomia pena que sit. versiculo. Sed quaro.*

*Et an clericus sodomita sit ipso iure suspensus ab ordine. vers. Item clericus.*

*Et an sodomita perdat ipso iure dominium bonorum suorum. versiculo. Item sodomita.*

*Et an propter hoc crimen separari possit coniugium. vers. Item propter.*

*Et an in hoc crimine puniatur affectus. etiam si effectus secutus non fuerit. versiculo. Quaro nunquid.*



**S**ODOMIA vitium ne-  
fandum. & super oia de  
testandum. est coitus cō-  
tra naturam. ut in casu  
Barbat. conf. 64. & cōf. se-  
quen. libro primo. & A-  
lexandri de Neuo conf.  
85. & Calcan. conf. 110. & Decij conf. 90.  
& Butr. conf. 58. & Marfil. conf. 28. & Gra-  
mat. conf. 65. & Mantig. conf. 213. libro 1.  
& Soc. Jun. conf. 7. libro tertio. & Parisi.  
conf. 167. libro quarto.

Vidi quandoque dubitari. nunquid so-  
domia proprie dicitur committi. etiam  
quando quis cum muliere rem habet con-  
tra naturam. In quo quidem Doctores  
multi variē sentierunt. Tu dic. quod etiā  
cum femina committitur sodomia. & pu-  
nitur. ita tenuit Deci. in l. si qua mulier.  
numero 9. C. de secund. nup. Et hæc est cō-  
munis opin. ut attestatur Viuius in lib. com-  
mu-

munium opin. in verbo. Sodomie de-  
lictum. Et secundam hanc opi. sæpe iudi-  
catum fuit p. senatum. & combultæ tam  
ipse mulieres quam viri. q. ad eas. p. p. p.  
stera venere. accesserit. Refert etiā Ant.  
Gomez. super l. 80. Tauri. num. 33. quod  
in oppido Salaueri fuit combultus qui-  
dam. qui propriam vxorem contra natu-  
ram carnaliter cognouerat.

Hoc crimē est communis fori. Et ideo  
de eo cognoscere potest vterque iudex.  
scilicet ecclesiasticus. & secularis. ut di-  
xi infra hoc eod. lib. §. fin. quæst. 37. versu-  
culo. Item quero.

Sed quaro. quæ sit pœna sodomie? Re-  
spond. de iure ciuili est pœna mortis. tam  
in agente. quam in patiente. ut est text. in  
l. cum vir nubit in fœminam. C. de adult.  
& est communis conclusio. ut dicit Soc.  
Jun. in d. consil. 7. num. 3. Ant. Gomez. su-  
per l. 80. Tauri. num. 32. Et nota. quod  
quamuis ille text. videatur imponere pœ-  
nam gladij. id est amputationis capitis. ta-  
men de consuetudine est. quod sodomite  
igne comburantur. ut dicit Angel. in d. l.  
cum vir nubit in fœminam. quem refert  
Aflit. sup. tertia parte consilii. Regni.  
Rub. 42. in princ. post numero 13. Prac.  
Iodoci cap. 96. nu. 12. Et ita in facto plu-  
res vidi obseruari. & senatū etiam fuisse  
per parlamentum Parisiense refert Pa-  
po lib. 24. tit. 10. a resto 6.

Item clericus sodomita. etiam occul-  
tus. atque etiam perfecta penitencia. sus-  
pensus est ab ordinis executione. & ideo  
interim celebrans. efficit irregularis tali  
irregularitate. quæ nisi a summo Pontifi-  
ce remitti potest. Et ita inter doctores re-  
ceptum esse attestat Apostil. ad Diaz in  
prac. crim. cano. cap. 80.

Item sodomita perdit ipso iure domi-  
nium bonorum suorum. ut dicit gl. in c.  
cum secundum. in verbo. Nature contra-  
rias. de heret. in 6. quam dicit communiter  
a doctores approbari Bernard. de  
conub. fol. 123. num. 27. Audiui tamen.  
quod superioribus diebus. postquam ego  
fui ad hoc munus Predis a serenissimo  
Rege assumptus. senatus declarauit non  
esse pro crimine de iure impostam confi-  
sationē bonorum. Et talis declaratio in

hoc ducatu seruanda esset pro lege. Ego  
tamen credo contrariam opin. esse pro-  
culdubio de iure verioiorem. & magis com-  
munem.

Item propter crimen sodomiticum se-  
paratur coniugium. ut est text. in c. omnes  
sanctationes. 2a. quæst. septima. Et est cō-  
munis opi. ut attestatur Lambert. de iure  
patr. in prima parte. lib. 2. quæst. nona. art.  
18. in fin. Didac. super 4. decret. fol. 132.  
nu. 6. Innoc. autem in cap. dicebat. quod  
propter sodomiam. quam maritus cum  
alijs exerceret. nō poterat vxor separari  
à toro viui. nisi quando maritus uellet  
etiam uxore ad illud trahere. Et opin.  
Innoc. dixit esse magis communem Flor-  
ria. in cap. maritus. de adult. quem refert  
Anan. ibi nu. 3. Sed certe prima opin. est  
magis communis. & tenenda. si enim pro-  
pter adulteriū sit tori separatio. ut dixi  
supra hoc eodem lib. §. Adulteriū. versu-  
culo. Alia quocumque. multo magis pro-  
pter hoc crimen debet fieri posse. q. est  
multo grauius. & ex quo magis ligitur  
matrimonium. Et ita hanc opin. contra  
Inno. dicit esse magis comunem Abbas  
in d. c. maritus. in fin. quem refert Prac.  
Conradi. fol. 374. num. 4. Barb. conf. 64.  
num. 8. lib. 1. ubi etiā subdit. quod ita de  
consuetudine obseruatur.

Quero. nunquid in hoc delicto punia-  
tur affectus. etiam si non secutus sit effe-  
ctus? Respond. quod de iure. & forte etiā  
secundam consuetudinem generalem. de  
qua dixi in hoc eod. lib. §. si. quæst. 92.  
cum sit ex atrocissimis. viderei diceadū  
quod sic. senatus tamen hoc nō seruat. ut  
aliquis pro hoc crimine attentato punia-  
tur pœna mortis. etiam si dauerit ad  
actum proximum. Et reperio etiam. quod  
Aflit. super tertia parte constitutionis  
Regni. in d. Rubr. 42. in princ. post num.  
15. dicit vidisse. quod fuit decernatum  
per magnos doctores. quod si quis actum  
non cōtumasset. quia scilicet in ipsas par-  
tes pendens membrum non inposuisset.  
sed tantum extra eas se polluisset. non  
deberet puniri pœna mortis. sed alia ex-  
traord. scus autem si membrū inposuisset.  
licet intus semen non emisset. Et ita  
in facti contingenti iudicauit senatus in  
Prac. Iul. Clar. F 3 causa



causa cuiusdam Iosephi Canalie, quem tantummodo uirgis cedi iussit. 10. Febr. 1545. P. N. Gramma. autem super conf. Regni, fol. 108. in ca. legum asperitatem, reprehendit afflicti in loco præallegato, & dicit, quòd pro nunc sileat, quia cum reuerentia errauit, licet senex. Tu tamen in practica non recedas ab opin. Afflicti, quæ mitior est, & quam, ut dixi, secutus est Senatus.

## §. STVPRVM.

### SVMMARIVM.

*Stuprum pluribus modis committitur.*

*Stuprum an probetur per testes domesticos, uers. Quero nunquid.*

*Stupri pœna que sit uers. Sed quæro.*

*Et quid si stuprator dicat puellam non fuisse uirginem, uers. Sed pone.*

*Uidua committens Stuprum an perdat dotē, uers. Sed nunquid.*

*Pœne imposte uiduis nubentibus intra annū luctus locum habent contra uiduas intra illud tempus Stuprum committens, uers. Generaliter.*

*Uidua inhonestè uiuentes non gaudent priuilegijs uiduarum, uers. Pariter etiam.*

*Et an amittant domicilium mariti, ibid.*

*Uasallus committens stuprum cum uidua domini sui, prout uter fendo, uers. Item ua fallus. Remissio.*

*Deflorans uirg. nemo nondum uiripotem, qua pœna sit puniendus, uers. Fuit aliquando.*



**S**TVPRVM multis modis committitur, scilicet cum uirgine, ut in casu Grammat. uoto 4. & decil. 107. Crauer. com. 20. Cum uidua, ut in casu Marfi. consil. 13. Boer. decil. 338. Soeln. lun. consil. 111. lib. 3. & cum puero. Ceterum de eo stupri genere, quod cum puero committitur, diuina est supra §. Sodoma, nunc de eo, quod cum uirgine, uel uidua committitur, uideamus.

Quero nunquid stuprum possit probari per testes domesticos? Respond. quòd non, sed tantummodo facium iudicium. Et est communis opi ut dicit Alc. de præsumpt. reg. 1. presump. 39. num. 4. prout illum refert Præf. Conradi fol. 387. nu. 8. Sed certe Alc. ibi dicitur attestatur gl. in li. C. de accusat. esse communiter approbatam, loquitur ad aliud propositum, an scilicet in delictis, quæ clam committi solent, ad mittantur testes inhabiles, conclusio tamen est in se uera, & obseruatur in practica.

Sed quæro, quæ sit pœna stupri? Respond. De iure canonico, in foro contentioso, clericus propter stuprum cum uirgine commissum, punitur pœna depositionis, Et est communis opin. ut dicit Grillan. de diuers. crim. lib. 4. quæst. 7. post nume. 2. quem refert Diaz in pract. crim. can. c. 77. Bermond. de concub. fol. 104. nume. 18. Pract. Conradi, fol. 389. num. 15. Et in hoc nulla est difficultas, Laicus autem committens stuprum cum uirgine, teneatur cum dotare, & in vxore accipere, si ipsa, & pater consenserint, ubi uero non consensit, solummodo dotem soluere teneatur, si uero stuprator renuerit, tunc prius uerberib. traditus in monasterium detruditur penitentiam acturus cap. 1. & 2. de adulter. Dicit aut Papo lib. 22. tit. 9. Arresto 9. quod hodie contra stuprantes uirgines sine ui, non est in usu alia pœna, quam ut illas ducat in uxores, uel concederet dotem, Et ita in facti contingentia consuluit Chassen. consil. 40. Et hoc idem etiam feruatur in Hispania, ut attestatur Ant. Gomez. super 1. 80. Tauri, nu. 7. in fin. ubi quotidie fiunt lites super huiusmodi stupris, quas lites del uirgo appellant. Ita etiam uidi ego quandoque per Senatum iudicari, licet re uera dispositio illorum capitulorum de iure non habeat locum, nisi in terris Ecclesie, non autem in terris Imperij. Et est communis opi. ut attestat Ant. Gomez super d. 1. 80. Tauri. nu. 7. sed quidquid sit de iure, credo quod ubique obseruatur, non quidem ut cogatur stuprator pœne ad ducendam puellam in uxorem, sed alternatiue ad eandem in uxorem, uel concederet do-

tandam,

tandam. Et ita seruari practica attestatur Ant. Gomez in loco præallegato. nu. 8. Hæc autem omnia intelligenda sunt ut procedit, si puella, quæ stuprum passa est, sit honeste uitæ, alias uero nõ haberet locum dispositio dicti cap. Et ita illa iura intelligunt scribentes, ut attestatur Paris. consil. 160. nume. 14. lib. 4. ubi in facti contingentia ita consuluit. De iure autem ciuili pro stupro cum uirgine commissio, nõ imponitur pœna mortis. Et est cõmunis opinio, ut dicit Bermond. in tracta. præallegato, fol. 110. numero 34. sed dimidia partis bonorum cum relegatione, licet (ut dixi) non feruatur. Quod intellige, si tale stuprum sine ui commissum fuerit, nõ si uolentia interuenierit, utique punitur pœna mortis, ut habet in §. item lex Iulia, Insti. de publ. iud.

Sed pone, quòd stuprator dicat puellam non fuisse uirginem tempore, quo eam concubuit, ipsa uero dicat, quòd erat uirgo, cui eorum est magis credendum? Respond. quòd in dubio præsumitur uirgo, nisi ipse stuprator probet cõtrarium, Et ita tenet communiter Doctores, ut dicit Abb. in cap. 1. numero quinto. de adulter. quem refert Bermond. in tract. præallegato, post num. 9.

Ceterum pro stupro commissio cum uidua, ego nunquam uidi aliquem puniri, prout etiam in regnis Hispania de generalibus consuetudinibus abolitam esse pœnam huiusmodi stupri attestat Ant. Gomez. super 1. 80. Tauri. nu. 14.

Sed nunquid uidua committens stuprum, perdit dotem? Respond. In hoc uariæ fuerunt scribentium opiniones, nam Paul. de Cast. consil. 147. lib. 2. tenuit quòd illam amittat. Et hæc opinionem dicit esse communem Boer. decil. 338. nu. 1. apostill. ad Abb. in cap. plerumque, de donati. inter uirum & uxorem. put illum refert pract. Conradi, fol. 388. nu. 12. Bellon. in rub. C. de eden. num. 8. quem refert. Arius de bonis maternis. fol. 728. Multi uero tenuerunt contrariam, adeo quòd Soc. lun. consil. 111. nume. 7. in fi. lib. 3. dicit, quòd forte hodie contra Paul. de Cast. est magis communis opin. Quinimod Gulliel. de Benedictis in 3. parterepet. c. Raymtius,

fol. 15. nume. 202. dicit ex ratione, quòd hæc conuictio, quod uidua stuprum committens amittat dotem, communiter reprobatur. Et certè negari non potest, quin sint magna auctoritates hinc inde, credo tamen hodiernis temporibus opinionis cõtra Paul. de Castro esse magis communis, ut dicit Socin. lun. in d. consil. 111. & Roland. consil. 87. circa finem. lib. 2. & secum dicit illum in facti contingentia iudicauit Curia Burdegalen. ut refert Boer. in allegata decisio. 338. in fi. Pariter etiam secundum hanc opinionem plurics iudicatum fuisse attestatur Bida super quarto Decretal. folio 138. numero 10. & sequent. etiam quando tale stuprum fuerat commissum intra annu luctus. Et idem ad hæc opin. quæ etiam benignior est, non recedas in iudicando.

Generaliter autem licet omnes pœnae imposte de iure communis cõtra uiduas nubentes intra annum luctus, hodie sint sublatae, ut dixi supra lib. quarto §. Matrimonium. Adhuc tamen loci habent contra uiduas luxuriosas, & inhonestè uiuentis. Et est communis opinio, ut dicit Ioan. Garon. in rub. C. de secundis nupt. in 28. pœna. Io. Nico. Arrelar. in l. generaliter. in prin. num. 25. C. de secund. nup. Et consequenter non sunt sublatae in uidua committentes stuprum intra annum luctus, & ita tenent communiter omnes Doctores, ut dicit Ioan. Garon. in auth. eisdem pœnis. in 3. notab. in fine. C. de secund. nup. Et ideo uidua post morte testatoris stuprum committens, perdit tam ipsa, quam stuprator, omnia sibi relicta à testatore, & ea sibi applicat. Et est communis opinio, ut dicit Ioan. Garon. in l. 1. in textualib. nu. 38. C. de secund. nup.

Pariter etiam uidua inhonestam uitam duccens, non gaudet priuilegijs, quæ à iure uiduis concedunt. Et ita tenent omnes, ut dicit Felin. in cap. significans. ibus. post nume. 8. de offi. de lega. Quæ autem sunt priuilegia uiduarum, dixi supra lib. 2. §. Vidua. Amittit igitur uidua luxuriose uiuens priuilegium domicilij mariti. Et est communis opinio, ut dicit Claud. in l. cum qua dam puella. num. 4. ff. de iurisdic. omn. iudic. quem refert Cagnol.

in eadem l. cum quadam. post nu. 5. versic. Limita.

Item usadomus committens stuprum cum vxore uisita domini sui defuncti, puniatur feudo, ut dixi supra lib. 4. §. Feudum. questio. 84.

Fuit aliquando dubitatum, qua pena sit puniendus ille, qui dehorauit, seu dehorare conatus est puellam uirginem nondum uiripotentem. Et in hoc reperio aliquos tenuisse, quod debet puniri pena mortis, & dicit Ioan. Fabr. de Pub. Item lex Iulia. post num. 6. Infi. de pub. iudi. quod de consuetudine tales stuprantes uirgines immatras suspendantur, & illum refert, & sequi videtur A. dicit. super prima parte confit. Regni. rubr. 19. num. 14. Refert etiam Boss. in tit. de coitu damnato. nu. 67. Tu dic, quod tale delictum de iure communi non punitur pena mortis, sed humiliores in metallum damnant, honestiores uero in insulam relegantur, ut est text. expressus in l. si quis aliquid §. qui nondum uiripotentes. ff. de penis. Et secundum hanc opinionem refert Signor. conf. 207. Et ita reperio in sa. si contingentia iudicatum fuisse per conf. Neapoli. a quo fuit quidam condemnatus pro hoc delicto per septennium ad triremes, & ad do tandam puellam, ut refert Gramma. deci. 22. Hanc etiam opinionem pariter in sa. si contingentia seruauit curia Delphi. ut at testatur Guido Papae deci. 555. Vidi duhuari, quem refert Bermond. de concub. fol. 114. nu. 39. in fi. Ego in hac specie facti uidi per senatum diuersimode iudicari, nam Stephanus de Alice, qui cum puella nondu qua. Trieni uoluit coire, & ei fregit pudibunda, in fuis fuit capite truncari. 6. Sept. 1558. P. N. Et alius quidam Ioan. de Ratis, & puella quinque annoru uiolauerat, fuit tantimodo condemnatus ad triremes per decennium. 8. Iunij. 1555. I. D. P. quod etiam seruatum fuit in quodam Antonio Murinensi. 8. Augusti. 1556. P. N. Preterea crederem hoc delinquendum esse iudicis arbitrio, qui inspecta qualitate facti, & personarum, illam penam imponeret, qua ei uideret. Ego tamen semper fui in uoto, quod ubi esset solus conatus ad dehorandum, non puniretur pena mor-

tis, sed alia citra mortem graui, puta trirerium perpetuo, uel per decennium. Vbi uero frangeret pudeunda, nullo modo euadere deberet penam ultimi supplicij.

S. VSVRA.

SVMMARIVM.

*Usura quid sit.*

*Usura quibus modis committitur, uersic. Committitur. Remissio.*

*Usura an sint omni iure prohibite, uersic. Sciendum.*

*Et an de iure ciuili, uersic. Difficultas. Et an pro usura possit quis criminaliter puniri, uersic. Et ex hoc.*

*Casus, in quibus usura sine a iure permiffa, uersic. Calus autem. Remissio.*

*Uidei an possint de iure communi usuris licite exercere, uersic. Hac autem.*

*Usurarium crimen est ecclesiasticum, uersic. Hoc crimen. Remissio.*

*Usura an probetur per testes singulares, uersic. Quaro an crimen. Remissio.*

*Usurarium pena qua sit, uersic. Sed quaro. Usurarius tenetur restituere usuras, uersic. Item tenetur.*

*Et an dominium rerum, quas extorsit ex causa usurarium, in illum transferatur, uersic. Prater ea.*

*Usurarius mansissus an possit testari, uersic. Item uisarius. Remissio.*

*Et an donare causa mortis, ibid. Remissio.*

*Et quis dicatur usurarius manifestus, uersic. Sed hic quero.*

*Usurarij sint infames, uersic. Punitur etiam.*

*Usurarius, qui aliquando exercuit usuras, & postea desit sanerari, an adhuc dici possit usurarius, uersic. Ultimo quero.*



SVRA est lucrum ex mutuo, pacto debitum, uel exactum. Et hoc est distinctio uirginitatis in eologorum, quam Iuristarum ut dicit Alberic. in l. ubemus. columna quarta. uersic. Quod de tali. C. de sacrosan. ecclef.

Commit-

Committitur autem usura multis modis sed de hoc cum magis ad ciuilem contractuum materiam, quam criminalem pertinere uideret, diffusio tractati supra lib. proximo, ubi etiam dixi, an cibus mercatorum sint licita, &c.

Sciendum est autem, quod d. usurij sunt omni iure prohibite, & in primis quidem de iure naturali. Et est communis opinio, ut ait Didacus lib. 3. resolutionu. cap. 1. post num. 5. dicens, quod eam tenent frequentissimo omnium consensu Theologi, pariter etiam sunt prohibite de iure diuino etiam et angelico. Et ita Theologi, & Canonice frequentissimo omnium consensu existimant, ut ait Didac. in loco pre allegato, post num. 5. uersic. iure diuino. Item d. iure canonico. toto tit. de usuris. & in hoc nemo dubiet.

Difficultas est, an etiam sint prohibite de iure ciuili. Et in hoc quide uarij sunt scripturarij opiniones, ex quo uidetur, quod de iure ciuili usure iura legitimum modum sint permiffa, secundum opinionem quam dicit esse communem Alcia. in c. 1. nu. 78. de offi. ord. Et quod usuras omnino non prohibeat l. x. ciuili. dicit esse quasi omnium Doctorum opinionem Christoph. de Castill. consil. 36. post nu. 8. Caraita super actum magne curie. num. 5. Contrariam uero sententiam, quod scilicet et de iure ciuili prius auctoritatum usure sint prohibita, tenuerat communiter gl. Legistaram, ut ait Imola in clem. prima. num. 8. de iur. que refert Ana. in c. quia in o. inibus. post nu. 16. de iur. Et dicit Alberi. in l. cunctos populos. post nu. 15. C. de summa Trini. & fide calho. pro ita tenent communiter Doctores. Dicit etiam Imola in l. 1. col. 4. uersic. & aduerte. ff. de solutio. quod hanc opinionem tenent communiter Doctores Legista, & Canonista. Hanc etiam dicit esse communem Abbas in c. cum sit generale. nu. 18. de foro comp. quem refert. I. idacus in d. cap. 1. nu. 6. in §. omnes. nu. 14. Iusti. de actio. & in d. l. cunctos populos, num. 47. Berous in rubr. de usuris. nu. 80. Et hac opi. apud nos seruatur, ut scriptum subijciam, & ab ea tanquam ueniori, & magis communi non est aliquo modo

in practica recedendum.

Et ex hoc inferitur, quod usura apud os reputatur res illicita, & prohibita, & sic de licitum, & consequenter propter usuram potest quis etiam criminaliter puniri. Et fuit hęc opi. lac. Butrig. in l. improbum. C. ex quibus causis infra. in l. improprium. quod dicit uideri magis commune. Corn. 661. 19. in littera G. lib. 3. Hanc etiam dicit esse communem Alcia. in d. cap. 1. nu. 76. & sequen. quem refert Didacus super 4. Decretal. fol. 78. post num. 19. Et quamuis Roland. consil. 75. nu. 29. lib. 1. dicat, quod imo opinio contra iacob. Butrig. est magis communis, & quod Alcia. dicens contra riam deceptur, nihilominus si recentiaur autoritates, nulli dubium erit, quod committitur Alcia. uerum dixit, & ita plures fuit iudicatum per senatum, pontifico tales usurarios p. omni extra ordinaria, & facta etiam specialis delegatio, ut contra ipsos inquireretur. 22. Noubr. 1555. P. N. Et licet Corne. in loco parallelato, & 22. qui alij loquantur in iudice ecclesiastico, idem tamen dicenda est in iudice laico, cum, ut dixi, secundum magis communem opinionem, etiam de iure ciuili usure sint prohibite, & id o. sic triplis tenentur dicatur in lex laica, quia representat personam Regi. qui est princeps laicus, tamen, ut dixi, puniatur usuras p. pena arbitraria, p. omni etiam illos puniatur, & torturatur subijcet parlamenta Parisiense, ut refert Fr. R. de vlt. nu. 156.

Casus autem, in quibus usure sunt permiffa tam de iure ciuili, quam de iure canonico dixi supra lib. proximo.

Hac autem conclusio, quod usure sint omni iure prohibite, satis de plano uideatur procedere quo ad Christianos. Sed quod dicendum in iudeis nunquid ipsi de iure communi possint licite usuras exercere? Respon. quod non. Et est communis opinio, ut dicit Cur. In. in l. eius qui in p. omnia cia post num. 5. ff. si certum pec. Et quod peccent iudei sanerando Christianos, dicit esse communem opinionem Theologoru, & Cano. Alex. de Neuo consil. 100. nu. 1. adeo quod ecclesia non debet, neque potest hoc peccatum permittere, nec tolerare non inligendo penam, neque propter aliquod

aliquid maius malum vitandum, neque propter aliquod bonum, quod exinde sequi speretur. Et est communis opinio Canonist. & Theolog. ut dicit Alexand. de Neuo consil. 100. numero 9. & nume. 13. in fi. & cōf. 101. post nume. 14. ubi dicit se dolere malitiam Doctorum Christianorum, qui consulerunt contra tam apertā ueritatem. Et subdit rationem esse, quia nullus est offerens mercedem, qui petat consilium, quod Iudei nō possint fœnerari, nec reperitur aliquis offerens munera principib⁹, ut Iudeos expellant. Sed ueritas ista non dat pręmia terrena, sed eterna &c. Sed certę quicquid sit de iure, contrarium seruatur de consuetudine, nam ubique tolerantur Hebręi fœnerantes, etiam in terris Ecclesię, licet illam consuetudinem improbat Alexand. de Neuo in consil. 103. nume. 13. Et dicat quod tanquam nutritiua peccati non ualet. Quinimō si aliquis (nō quis exerceat usuras in iudaismo, ut ipsi communiter faciunt) & deinde efficiatur Christianus, tenebitur ad restitutionem usurarum, quas ante baptismum exoruit, ut dixi supra libro proximo.

Hoc crimen est merę ecclesiasticum, & hanc dicit esse communem cōclusionem Didacus super quarto Decreta. folio 78. numero 19. Tu uerō dic, quod est merę ecclesiasticum quo ad cognitionē iuris, an scilicet contractus sit usurari⁹, uel ne, scēus autem quo ad factum, ut dicit infra hoc eod. libro. §. fin. quęst. 37. vers. Quarto igitur. Item quo ad pœnam, est communis fori, ut ibi dixi.

Quero, an crimen usurarum possit probari per testes singulares? Dixi infra hoc eod. libro. §. fin. quęst. 35. uer. Dixi etiam.

Sed quero, quę sit pœna exercētis usuras? Respon. quod punitur extra ordine arbitrio iudicis.

Item tenetur usurarius restituere usuras. Hoc autem quomodo intelligendum sit & quibus casib⁹ procedat. & quid si habuerit remissionem a parte. Et an etiam heres usurarij teneatur ad earum restitutionē, & pleraq; alia ad hoc pertinentia, cum (ut dixi) ad ciuiles potius, q̄ ad cri-

minales causas facere uideantur, traclauimus supra lib. proximo.

Pręterea dominium rerum, quas creditor extorquet a debitore ex causa usurarum, non transit in ipsum usurarium. Et hęc opinio est apud Theologos, & Canonistas communi omnium consensu recepta, ut attestat Summa Siluestrina in §. usura. quęst. 6. num. 1. quę refert. & sequitur Didacus lib. 3. resolu. cap. 3. post nu. 6. ver. Sed ad huius.

Item usurarius manifestus non potest testari, nisi præstita cautione de restituendis usuris, ut dixi supra lib. 3. §. testamentum. quęst. 36. Item neque etiam potest donare causa mortis, ut dixi supra lib. proximo. §. donatio. quęst. 7.

Sed hic quero, quis dicatur usurarius manifestus? Respon. quod usurarius manifestus dicitur ille, qui palam, & publicę fœneraticiam artem exercet, ita ut ipsa facti euidētia excusari non possit, ita sentit Bar. in l. fur est manifestus. nu. 2. ff. de furtis. & in hoc omnes conueniunt, ut ait Didacus lib. 3. resolutionum. cap. 3. num. 4. Item si quis coram sacerdote & testibus publicę fateatur se esse usurarium, & mandet restitui usuras, dicitur usurarius manifestus, ita dicit gloss. in cap. quanquam. in uerbo, Manifesti, de usuris. in 6. & est communis opinio, ut attestatur Socin. consil. 127. num. 1. lib. 3. Item ille, qui in iudicio confessus est se esse usurariū, dicitur usurari⁹ manifestus, ita dixit gloss. in cap. 1. in uerbo, Manifestos, de usuris. in 6. quā Doctores sequuntur, ut ait Didacus in d. cap. 3. post nu. 4. vers. Est item. Pręterea ille qui tanquam usurarius est condemnatus a iudice, dicitur usurarius manifest⁹, secundum gloss. in d. c. 1. in uerbo, Manifestos quam dicit esse communiter approbatam Didacus in d. c. 3. post nu. 4. vers. Quarto etiam.

Punitur etiā usurarius, de iure ciuili, pœna infamie, ut est tex. in d. l. improbi. C. ex quib. causis infam. irroge. Et scias, quod hęc infamia irrogatur ipso iure, secundum gloss. in d. l. improbum. in glossa fina. & est communis opinio, ut ait Didacus in d. cap. 3. num. 2. Adde, quod hac infamia notantur etiam illi, qui exercent usuras

usuras intra modum a iure ciuili permittum, quidquid dixerit gloss. prima in dicta l. improbum, contra quā tenent communiter omnes Doctores, ut ait Salic. in d. l. improbum, num. 2. Gemin. consil. 77. post numero 5. Et hanc opinio. contra illam gloss. dicit esse communem Didacus in d. c. 3. post num. 2. Et ex hoc inferitur, quod usurarius non potest esse testis, neque

etiam in causa ciuili, ut dixi supra lib. 2. §. Testis.

Ultimo quero, nunquid ille, qui aliquando exercuit usuras, & postea desijt fœnerari, dicatur usurarius? Respon. quod sic, Et est communis opinio. ut ait Decius in c. r. num. 22. de probat. Vile quę dixi in d. §. Testamentum, quęst. 6. versic. Item quero.

PRACTICA  
**C R I M I N A L I S**  
 §. FINALI. LIBRO V.  
 SENTENTIARVM RECEPTARVM  
 CAPITA QVAESTIONVM.

20. 1. Quae causae dicantur criminales, & quae civiles.
- 2 Accusatio criminalis, & actio civilis quādo simul concurrere possint.
- 3 Quibus modis criminaliter procedatur.
- 4 In primis constare debere delictum commissum fuisse.
- 5 Quib. casib. p. inquisitionē procedi possit.
- 6 Diffamationem aperire viam iudici ad inquirendum.
- 7 Denunciationem aperire viam iudici ad inquirendum.
- 8 Quomodo contra deprehensum in flagranti crimine proceda possit.
- 9 Quomodo in notorio crimine procedatur.
- 10 Quae etiam patris aperire viam iudici ad procedendum.
- 11 Quomodo procedatur via inquisitionis.
- 12 Accusationis materia explicatur.
- 13 Plures eundem, vel unus plures an accusare possint.
- 14 Quae personae accipere possint, vel non.
- 15 Subijciuntur nonnullae quaestiones ad idem pertinentes.
- 16 Quae personae accusari possint, vel non.
- 17 An pro omni crimine pmissa sit accusatio.
- 18 Quomodo procedatur in iudicio accusationis.
- 19 Quomodo procedatur in delictis per viam actionis, vel exceptionis.
- 20 Quae sint genera iudiciorum.
- 21 Tractatur de nonnullis iudicijs in specie.
- 22 Quomodo iudicia legitime probentur.
- 23 Quis modus in assumendis iudicijs servandus sit.
- 24 Quae personae non possint in causis crimi-

- nalibus testificari.
- 25 Testes an in aliquo b. casib. torquendi sint.
- 26 Testes extra territorium degentes quomodo exanimari possint.
- 27 Quid facere debeat iudex si contra delinquentem nulla sint iudicia.
- 28 Tractatur materia captivae.
- 29 Quid agendum sit, si rixus familiae vestiat, vel eximatus, vel ausugiat.
- 30 Quibus casibus reus ad ecclesiam confugiens, tunc sit ipsius ecclesiae immunitate.
- 31 Quomodo reus rei citandus sit.
- 32 Procurator an in causis criminalibus sit admittendus.
- 33 Excusator an admitti debeat in criminalibus casibus.
- 34 Quae excusationes pro eis absentibus proponi possint.
- 35 Quis in causis criminalibus sit iudex competentis omnium, incipiendo a summo Pontifice, usque ad privatum.
- 36 Clerici in quibus casibus a iudice seculari possint pro eorum criminibus iudicari.
- 37 Quae sint crimina communis fori, in quibus uterq; iudex, tam ecclesiasticus, quam secularis contra laicum procedere potest.
- 38 Iudicem loci delicti posse contra quenquam que, qui in suo territorio delinquit, procedere.
- 39 Iudicem originis, ac domicilij posse contra subditos suos, etiam extra territorium delinquentes procedere.
- 40 Vicarij an possint in causis criminalibus cognoscere, & iudicare.
- 41 Causae criminales an possint delegari.
- 42 Iurisdicchio in causis criminalibus an possit prorogari.

- 43 Iudex in causis criminalibus an possit tāquam suspectus recusari.
- 44 Quibus modis contra reos contumaces procedatur.
- 45 De reorum comparationis examine, ac restituta repetitionibus, ac confortationibus.
- 46 Quibus casibus reus carceri tradendus sit, vel fideiussoribus relaxandus.
- 47 Explicantur multa, quae ad satisfactionem de non offendendo materiae pertinent.
- 48 Quae dilationes in causis criminalibus cōcedi debeant.
- 49 Copiam iudiciorum reo decernendā esse, dandumq; terminum defensionis.
- 50 De exceptionibus, quas reorum defensores contr. s. processū criminalis formā proponere solent.
- 51 De exceptione praescriptionis peremptoriae instantiae, & huiusmodi.
- 52 De negativa probatione.
- 53 De exceptionibus, quae contra testes in causis criminalibus opponi possint.
- 54 De exceptionibus, quae adversus instrumēta a. atque in causis criminalibus producta proponuntur.
- 55 De exceptionibus, quae contra propriam confessionem opponi possunt.
- 56 Quid si reus contentat se id, de quo impunitur, licite facere potuisse.
- 57 Quid si ostendat se pro eodem crimine alius fuisse, absolum, vel puniunt.
- 58 Quid agendum sit si reus remissionem a parte offensae habitam exhibeat.
- 59 Quid si per gratiam a principe liberatus fuerit.
- 60 Quae res in delictis a pana excusent, vel solum profint ad panam ipsam mittendam.
- 61 De publicatione processus faciendā, Et an in causis criminalibus concludatur ita ut omnino praclusa sit postea via probandi.
- 62 Accusatore non probante, reum esse absolventum.
- 63 An in causis criminalibus locus sit iuramento in supplementum, vel purgationis.
- 64 Tractatur materia torturae, quando, & contra quos inferri, ac repeti possit.

- 65 Reum qui delictum confessus est, omnino condemnandum esse.
- 66 Reum de crimine convictum, etiam si illud non fateatur, condemnari debere.
- 67 Quae sint genera panarum.
- 68 Ex quibus delictis reus sit ultimo supplicio dammandus.
- 69 Membris amputatio quibus casibus a lege imponatur.
- 70 Recensentur alia etiam a pena corporales.
- 71 De exilij pena.
- 72 Infamia pana quibus casibus incurratur.
- 73 De pana privationis officij, dignitatis, vel beneficij.
- 74 De pana depositionis ab ordine, sine de gradationis.
- 75 De pana suspensionis.
- 76 De pana interdicti.
- 77 De pana excommunicationis.
- 78 De pana confiscationis omnium bonorum.
- 79 De pana confiscationis certae partis bonorum, vel aliquarum rerum.
- 80 De panis pecuniarij.
- 81 De pana falienis.
- 82 De panis statuarij.
- 83 De panis arbitrio iudicis imponendis.
- 84 Traduntur nonnullae conclusiones, quae in causis criminalibus iudicem scire oportet.
- 85 Explicantur multa, ad quae iudex in panarum impositione maxime debet attendere.
- 86 Vnum pro alio puniri non debere.
- 87 An ex sola scientia delicti committendi sit aliquis puniendus.
- 88 Et an ex consilio ad delinquendum alteri dato.
- 89 Et an ex mandato.
- 90 Et an pro auxilio delinquentis praestito.
- 91 Et an ex sola cogitatione quis puniatur.
- 92 Et an effectus sine conatus ad delinquendum puniri debeat, etiam si delictum consummatum non fuerit.
- 93 Quomodo modi sententiae criminales proferri debeant.
- 94 An sententia in criminalibus appellatio, vel dictio de nullitate sit admittenda.

- 95 De executione sententiarum criminalium pecuniarum.  
 96 De executione sententiarum corporaliū.  
 97 De quibus causis executio sententia capitalis sit differenda.

- 98 Quæ executionem sententia capitalis impediunt.  
 99 Quæ sit forma: exequendi sententias capitales.  
 100 De cadaveribus damnatorum.

## §. FIN. PRACTICA CRIMINALIS.



**I**ACTENVS de varijs ac diuersis criminibus dictum est, sequitur nunc, vt de ipsa criminum cognitione, ac iudicijs, quæ in criminalibus negotijs agitari solent, breuiter videamus. Quamuis enim de toto iudiciorum ordine proximo libro tractare proposuerimus, cum tamen hæc ipsa criminalia iudicia plerisque casibus aliter quam ciuilia tractentur, existimauimus oportunum fore, vt statim post cognititas delictorum species ac qualitates, consequenter quibus modis contra delinquentes ipsos procedendum esset, subnecteremus. Est autem hæc rerum criminalium materia longè omnium, quæ in foro versantur, pulcherrima. Nulla enim adeo frequens est, nulla huic vtilitate, aut grauitate comparari potest, cum hic non de tritico, aut oleo legato, sed de hominum fortunis, existimatione, ac capite agatur, quibus rebus nihil est orbe terrarum preciosius.

## QVAESTIO

QVAESTIO PRIMA.  
SVMMARIVM.

*Quæ dicuntur casus criminales, et quæ ciuiles. Et quid si poena partim applicetur parti, & partim sibi, uersus. Quarta igitur. Et quid si agatur ad poenam extraordinariam, uersus. Quintus est casus. Et quid si nulla præcedat accusatio, uersus. Adde quod. Et quid si agatur per viam exceptionis, uersus. Sextus, & ultimus. Remissus.*



**I**N primis igitur pro intelligentia terminorum quero, quæ dicatur causa criminalis, seu iudicium criminale? Vtilitas autem huius questionis potest esse maxima, puta ratione competentie iudicis, qui multi sunt, quorum iurisdicatio est particulariter circa criminalia, ut sunt iudices maleficiorum in multis ciuitatibus Italiæ, & multi, quorum iurisdicatio est solummodo circa causas ciuiles, vt sunt vicarii prætorum, Et ideo multum interest intelligere, an cā sit ciuilis, vel criminalis, ad hoc, vt sciri possit, a quo eorum pertineat eius cognitio. Præterea circa modum procedendi, nam in criminalibus plerumque proceditur per capturam, secus autem in ciuilibus, Itē in criminalibus nō admittitur procurator, Itē in criminalibus inferuntur tortura reo, secus autē in ciuilibus regulariter, item multi testes repelluntur a testificando in causis criminalibus, qui non repelluntur in ciuilibus, Variter etiam circa diffinitionem ipsius causæ in criminalibus requiruntur probationes luce clariores, in ciuilibus. autem secus, item in multis locis adiuntur flata, quæ in causis criminalibus non decur appellatio, neque reuocatio, prout est generale decretum in hoc Ducatu, Et alia hu-

iusmodi, quæ per te videre poteris in discussa materia. Et sic vides, quæ hæc questio est valde vtilis pro resolutione multarum dubitationum, quæ quotidie circa prædicta contingunt. Scias ergo, quæ in hoc articulo variæ fuerunt scribentium opinionēs, Nam glo. in l. lex Cornelia, in princ. in verbo, for. ff. de iniur. videtur simpliciter tenuisse, quod quandocumque agitur de crimine, dicatur causa criminalis, Sed hæc opinio communiter reprobat per doctores, qui fere omnes concludunt, quod de crimine potest etiam ciuilliter agi, vt dicit Blan. in prac. crim. fol. 61. num. 158. Secunda vero fuit opinio, gl. in l. si qua per calumniam, in verbo, Auri. C. de episco. & cleric. quæ videtur tenere, quod quando pro crimine imponitur poena corporalis, causa dicatur criminalis, quādo vero imponitur poena pecuniaria, causa dicatur ciuilis. Sed hæc etiam opinio communiter non tenetur, vt ait Decr. in Rubrica, de iudicijs in decretal. num. 94. in prima lect. Illam etiam communiter reprobari attestatur Blan. in loco præallegato, versus. Secunda opinio, nam in publicis iudicijs plerumque imponitur poena pecuniaria, vt in §. r. Inst. de publ. iud. & similib. Et tamen certū est publica iudicia esse criminalia, vt est text. in l. r. C. quando ciuilis actio crim. præiud.

Tertia fuit opinio, Abb. in Rubri. de iud. nu. 5. quod scilicet, aut agitur principaliter ad effectum, vt quis pro delicto puniatur poena ordinaria: & tunc causa dicatur criminalis, siue poena applicetur sibi, siue parti, aut non agitur directo, vt puniatur poena ordinaria, & tunc semper dicatur ciuilis. Sed certe hæc etiam doctrina Abb. communiter reprobat, vt dicit Maranta in suo spec. fol. 21. nu. 2. & videtur esse contra textus, quos allegat Aretin. in ea. Rubr. post num. 19.

Quarta igitur fuit opinio, gloss. in l. 3. in principio, in verbo, Centum aurorum. ff. de

ff. de sepulchro viol. que tenet, quod quando pro crimine agitur ad poenam applicandam parti, iudicium dicitur civile, quando vero agitur ad poenam applicandam fisco, tunc dicitur criminalis. Et hanc tenent omnes, ut dicit Barto. in ea. l. 3. in principio, quem refert Abb. in d. Rub. de iudic. nu. 5. & Zas. conf. 19. nu. 1. lib. 1. Et dicit Ioan. de Platea in l. 2. in ultimis verbis. C. de his qui ex pub. rō. lib. 10. sp. ista glo. communiter tenetur per Doctores, quem refert Gomez in ff. de a. sio. in principio, post nu. 18. relatus, & ipse per Cephal. conf. 141. num. 21. lib. 1. Idem dicit Curt. in un. Rub. ff. de iud. nu. 18. que refert Duēnas reg. 315. in 2. ampl. Hanc etiam opi. dicunt esse communem canonista in d. Rub. de iud. & in specie Aret. nu. 19. & Dec. nu. 95. in 1. & 2. lec. num. 51. quem refert Af. H. in 3. parte confit. Regni, Bub. 32. §. varietates, nu. 9. & Ripa in d. Rubrica, nume. 91. & seq. & Cephal. conf. 37. nume. 31. lib. 1. Barba. in tract. de testibus in 3. parte nume. 2. licet in libro meo videatur esse corrupta eius verba, Corsetus in repertorio Abbat. in verbo iudicium. af. in Rubr. C. de iud. nu. 2. quem refert A. post. ad Felin. in d. Rub. de iud. versic. 7. & vit. & Villalob. in sua collecta communium opi. in litera C. num. 25. Bertrand. conf. 247. in primis verbis lib. 8. Decret. in l. 2. post nume. 41. C. de edendo. Sapia in l. Imperium, nu. 17. ff. de iurisd. omni. iud. Maranta in suo spec. fol. 21. nu. 2. & seq. Apostil. ad Abb. in loco preallegato, sub nu. 5. in verbo, Fortiter. Socin. in un. conf. 99. nu. 26. lib. 7. Don Ant. de Padilla in l. transigere, post num. 106. C. de transact.

Ex quorum omnium dictis habes, quod tunc iudicium dicitur civile, quando agitur ad commodum priuatum, sine causa descendat ex delicto, siue ex cōtractu, illud autem dicitur criminalis, in quo agitur ad commodum publicum, siue sit imponenda pœna corporalis ad publicam vindictam, siue sit ex delicto imponenda pœna pecuniaria, que veniat applicanda fisco, Et ab hac opinione, que communis est & vera, nullo pacto est contulendo, aut iudicando recedendum.

Ego tamen pro clariori intelligentia in primis volo vt scias, quod in hoc proposito possunt considerari duo genera delictorū. Primum per quod offenditur publica iustitia, siue iniuria, siue offensioe alicuius tertii, prout est crimen heresis, simonia, & huiusmodi. secundum per quod offenditur nō solum publica iustitia, sed etiam sit offensio, seu damnum tertio, prout est homicidium, incendium, furtū, & similia. Ex prima specie delictorū vna tantum actio oritur, quæ est ad vindictā publicæ iustitiæ, quia cum non agatur de offensioe alicuius personæ, nulla potest alicui competere actio ad interesse. Ex secunda autem specie duplex oritur actio, vna que tendit ad publicam vindictam, alia que tendit ad resarcendum damni, seu interesse partis offensæ, Et iō si quis committat violentiam in bonis alicuius, potest contra eum agi ad poenam impositam a lege, vel statuto pro vi publica, vel priuata. Et hæc actio competit cui libet de populo, cum sit ad publicam vindictam. Potest etiam ille, in cuius bonis commissa est violentia, agere ad emendam damni, & interesse, Et hæc actio competit tantummodo parti offensæ, cum tendat ad priuatum commodum.

Scias etiam duo esse genera poenarū, quæ pro delictis imponuntur, ordinariā, & extraordinariā. Ordinaria dicitur, quæ a lege, vel statuto est imposita committenti illud delictum, quod in iudicio deducitur, pura pro homicidio pœna captis pro furto pœna fustigationis vel amputationis auriculæ, extraordinaria est, quæ quis propter crimen priuati officio, beneficio, dignitate, administratione, tutela, vel similibus.

Item scias, quod in casibus, in quibus oritur ex crimine duplex actio, vt supra dixi, potest offensioe vtrunque opponere, scilicet illam que tendit ad vindictā publicam, & illam que tendit ad interesse priuatum, Et potest vtrunque intendere simul in eodem libello, licet non æque principaliter, vt dixi infra quæ. Proxim. versic. Et hæc quidem. Potest etiam proponere alteram actionem tantum, vel petendo simpliciter, quod puniatur, nulla

facta

facta mentione priuati interesse, vel petendo simpliciter restitutionem rei non agendo ad poenas, p delicto a iure impositas. Præterea etiam potest proponi crimen aduersus aliquem ad alium finē, scilicet, neque vt puniatur poenis iuris, neque vt damnum resarciat, sed ad pœnā extraordinariā, puta vt priuet beneficio vel tutela, vt supra dixi. Postremo potest etiam ad alium effectum proponi, puta ad repellendum aliquem a testimonio, vel ad debilitandum eius testimonio excipiendo aduersus eum qui in testem producit de aliquo crimine, vt dixi infra quæstio. 19. versic. Per exceptionem. Et sic colligendo omnia supra dicta, habes multos casus, in quibus d. uelmodi crimina in iudicium deduci possunt.

Primum est, quando agitur ad poenam ordinariā corporalem, nulla facta mentione priuati interesse, Et hoc casu nulla est controuersia, quin tale iudicium dicatur criminalis, Et in hoc nemo dubitat.

Secundus autem est casus, quando agitur ad poenam pecuniariā tantum fisco applicandam, Et in hoc varie fuerunt opin. inter doctores, vt superius dixi, sed magis communis opinio est contra gl. in d. l. si qua per calumniam, quod scilicet etiam si agatur de pœna pecuniaria tantum, nihilominus si illa est applicanda fisco, causa dicitur criminalis.

Tertius est casus, quando simul cum pœna corporali, siue pecunia fisco applicanda proponitur etiam interesse partis, puta quia aliqua pars applicetur etiam ipsi parti offensæ, vel quia pars ultra poenam agar etiam incidenter ad rei restitutionem, vel restitutionem damnorum, &c. Et tale iudicium a plerisque appellatur mixtum, scilicet criminale quatenus concernit publicam vindictam, & civile quatenus concernit interesse priuatum. Et Boss. in tit. de appell. num. 8. attestatur, quod hæc est communis opi. prout etiam sentire videtur Iason. in d. Rubr. C. de iudic. & Gomez. Arias super l. 80. Tauri, num. 20. in fine. Sed ego puto esse aduertendum, quia si ex natura condemnationis necessario simul cum pœna pu-

blicæ vindictæ venit etiam interesse partis, puta quia idem pœnitenti pro furto imponat poenam scutoium 10. versus fisci, & quisque versus partem, vel quod fur fustigetur, & restituat rem furtam, certe iudicio meo absurdum esset dicere, quod hæc causa dicenda esset mixta, scilicet partim criminalis, & partim civilis, Et id eo proculdubio de ea tota iudicanda est secundum eius dignorem partem, & sic tã quæ de mere criminali. Sed si interesse partis venit tanquam quid separatū, & non de necessitate connexum, puta quia restitio damnorū, vel restitio rei ablata veniat non ex eadem lege, vel statuto, sed ex alia tunc forte possit habere locū opin. de qua per Boss. in loco preallegato, vt scilicet tale iudicium ceteri debeat partim criminalis, & partim civile. Ego tamen semper vidi per sententiam reijci appellaciones a condemnationibus damnorum, vel expensarum litis in causis criminalibus, siue venirent ex eadem lege, siue ex alia, sed solummodo admittat appellatio, siue reuifio respectu excessus.

Quartus casus est, quando solummodo agitur ad interesse partis, puta rei restitutionem, vel restitutionem damnorum, &c. Et tunc nulla est difficultas, quin iudicium dicatur mere civile, licet agatur p delicto, quicquid dixerint gl. in dicta l. lex Cornelia, contra quam est communis opin. vt supra dixi.

Quintus est casus, quando agitur ad poenam extraordinariā, puta priuatione officij, seu beneficij, & nihil applicat fisco, Et hoc casu iudicium dicitur civile, non autem criminale, & in hoc omnes concurrunt, vt ait Grat. conf. 77. num. 9. lib. 2. Et licet hæc conclusio aliquando mihi visā fuerit dura, ex quo talis actio principaliter intentata videtur ad viudictam publicam, præsertim si officium, de cuius priuatione agitur, esset publicum, nihilominus iudicando non crederem ab ea esse recedendum, intelligendo tamē, vt statim dixi, quod talis pœna priuationis non sit pœna ordinariā, que p delicto imponeretur.

Adde quod hæc conclusio locum habet, siue priuatur ad huiusmodi priuatio

Pract. Iul. Clar. G nem

nem officij, uel beneficij, precedente accusatione, uel exceptione partis, siue nulla precedat exceptio, uel accusatio partis, sed agatur tantummodo via inquisitionis. Et ita communiter teneri attestatur Maranta in suo spec. fol. 24. numero 27.

Sextus, & ultimus est casus, quando agitur per viam exceptionis, proponendo crimen contra reum, non ad effectum ut puniatur, sed ut eius delictum non recipiatur, uel receptum non noceat, Et hoc casu omnes concludunt, quod ex quo agitur tantummodo ad priuatum commodum, & interesse partis, causa dicatur mere ciuilib, secus tamen esset, si tale crimen proponeretur ad puniendum, ut dixi infra q. 19. versic. Per exceptionem. Et hęc omnia bene nota, quia sepe contingunt in practica.

## QVAESTIO. II.

### SUMMARIVM.

*Accusatio criminalis, & actio ciuilib quando simul concurrere possit.*

*Et quid si criminalis intentetur principaliter, & ciuilib incidenter, uersic. Et hęc quidem.*

*Et an post intentatum iudicium criminale actor possit intentare aliud iudicium ciuile ex diuersa causa, uersicula, Aut queris.*

*Et an reus conuentus ciuilibiter possit contra actorem criminaliter agere, uersic. Sed quero.*

*Et quid conuerso, an conuentus criminaliter possit contra accusatorem intentare actionem ciuilem, uersic. Sed quid conuerso.*

*Et an accusationem criminalem, uersic. An autem. Remissio.*

*Et an absoluto uno iudicio, scilicet ciuilib, uel criminali, possit deinde agi alia via, uersic. Vtcrius quaro.*



**D**IXI supra quaest. proxima, quod ex eodem delicto regulariter oritur duplex actio, scilicet criminalis ad publicam uindictam, & ciuilib ad priuatum commodum, & hoc apud iuris peritos pro expedito esse attestatur Pontif. super consue. Blesens. fol. 183. colum. 1. circa med. Quero nunc quomodo hęc duo remedia simul aut separatim concurrere possint? Respond. Hoc potest multis modis contingere, propterea est distinguendum, nam aut queris, an utraque actio, scilicet ciuilib & criminalis, possint ab eodem, & contra eundem ex eadem causa intentari, Et dicendum est, quod non, Tex. est in l. interdum. ff. de pub. iud. qui semper ad hoc proposito solet allegari, & licet ille text. loquatur, quando pendente iudicio ciuilib actor uult intentare iudicium criminale, tamen conclusio secundum Doctores indistincte procedit, siue ab initio intententur simul in eodem libello, siue iam cepto, & pendente iudicio ciuilib prius intentato, uelit deinde actor ex eadem causa intentare iudicium criminale.

Et hęc quidem conclusio absque difficultate procedit, quando actor uult dista duo remedia intentare eque principaliter in eodem libello, nam eo casu non possunt simul cumulari, Maior enim, & dignior est causa criminalis, quam ciuilib, & ubi una causa est maior altera, non possunt duae actiones simul cumulari, iuxta ea, que traduntur per doctores in l. edita. C. de edendo, & dixi infra lib. prox. Sed si actor intentaret iudicium criminale principaliter, & deinde incidenter peteret rem ablatam sibi restitui, eo casu, utique talis petitio admittitur, ut dixit Bar. in l. interdum. §. qui furem. nu. 6. ff. de furtis. quem sequuntur communiter scribentes, ut attestat Curt. lun. in d. l. edita, nu. 198. Hiero. ad Ang. de malef. in verbo, Et ad querelam. in ult. apostill. col. 3. versic. 2. casu, quem refert Rolan. col. 30 nu. 2. lib. 2. Ita etiam communiter teneri ait Rom. in ea. l. edita, post nu. 143. versic. Non obstat sua ratio. Et hanc dicit esse communem opin. A ret. in c. qualiter, & quan-

& quando. et secundo. §. ad corrigendos, nu. 139. de accusatio. Et ita obseruat consuetudo, teste Bal. in l. data opera. num. 6. in fi. C. q. accusa. non poss. Eademq; ratio non admittit libellus criminalis concludens delinquentem de delicto puniri, & condemnari secundum formam iuris, & statutorum, cum refectione damnorum, interesse, & expensarum, &c. Et ita practice agitur, ut attestatur Ang. in l. vnica. nu. 6. C. quando ciuilib actio crim. prauidicat, quem refert August. ad Ang. de malef. in verbo, Et vestem celestem. nu. 11. A mad. de syn. nu. 216. vntum tamen nota in hoc proposito, quod hoc calu iudex maleficio rei non potest condemnare reum ad rei restitutionem, vel ad damna partis, nisi quando illi condemnat per sitam propriam confessionem, secus autem si illum condemnaret propter confessionem fictam, & sic in contumaciam, nam officium iudicis non deseruit nisi vere confessioni. Et hęc est notabilis decisio Bal. in l. qui crimen. nu. 28. C. qui accusa. non poss. quam dicit esse communem Roland. in d. col. 30. nu. 18. subdens, quod licet quando reus per testes conuincitur, aliqui tenent contrarium, tamen quando condemnat ex contumacia, nullus est qui eam impugnet. Illam tamen intellige ut procedat, quando talis condemnatio ad restitutionem rei furtiue non venit ex eadem lege, vel statuto penam criminalem imponente, nam eo casu non potest iudex, nisi reus, vel per testes conuictus sit, vel proprio ore confessus, officium suum impartiri, Sed si eadem lex imponeret penam criminalem, & rei restitutionem, semper uidi utraque condemnationem simul proferri, etiam contra contumaces. Non enim debet eadem dispositio diuerso iure censi. Et il lud, quod dictum est, quod non potest iudex maleficiorum cognoscere de restitutione rei furtiue, nisi incidenter, habet locum non modo quando proceditur ad querelam partis, & sic per uia accusationis, sed etiam quando proceditur ex officio, & sic per inquisitionem. Et est communis opinio, ut dicit Boss. in tit. de decreto Mediolani. nume. 31.

Aut queris, an post intentatum iudicium

criminale possit accusator intentare iudicium ciuile ex diuersa causa, & penit? separata? Et dicendum est, quod non, ita allegatur tenere Bart. in d. l. edita. cum quo tractant communiter Doctores, ut dicit Curritus fun. ibi, nu. 188. & hęc conclusio elicitur ex tex. in l. fi. C. de ordi. cogni. secundum illum intellectum, qui est magis communis, teste Alex. in l. reu criminis. col. 1. versic. Bart. autem. C. de procurator. quem refert Claud. in d. l. edita. nume. 68. Effert enim valde iniquum, quod per huiusmodi litis ciuilem impediatur reus in defensionibus suis faciendis.

Sed quaro, quid in reo conuento, nunquid ipse poterit contra actorem aliam actionem instituire? Respond. quod si conuentus est iudicio ciuilib, potest pendente eo iudicio, accusare actorem criminaliter, nam ex causa penitus separata, quam etiam ex causa oriens ex eodem iudicio prout quotidie fieri uidentur, quando reus accusat de falso testes actoris, qui contra eum deposuerunt in causa ciuilib, & etiam ipsum actorem qui eos produxit. Et eo casu suspenditur iudicium ciuile, donec sit super ipso iudicio criminali pronunciatum. Et ita concludunt communiter Doctores, ut dicit Sigismundus consil. feudali. 6. nume. 6. Et hoc propter preeminentiam, & maioritatem iudicij criminalis. Quo tamen intellige ut suspendatur iudicium ciuile, quo ad hoc tantum, ne possit super eo ferri sententia, non autem quo ad hoc ut impediatur, quominus in ipso iudicio ciuilib possit procedi usque ad conclusionem in causa. Et ita reperio decisum fuisse per consil. Neap. vbi Capic. decif. 25. in causa Reuer. ubi multum eleganter tractat hunc articulum.

Sed quid si conuerso, nunquid pendente iudicio criminali, poterit reus conuenire ciuilibiter suum accusatorem ex alia causa, & penitus separata? Respond. quod non, ita colligitur ex tex. in d. l. fin. C. de ordi. cogni. secundum communem intellectum, ut dicit Claud. in d. l. edita. nu. 68. Et ita concludunt omnes, ut attestatur Curt. lun. in d. l. edita. nu. 182. in fine. Et hoc ne propter talem litis ciuilem distraharur accusator a prosecutione iudicij

criminalis, in quo vertitur publicum interesse, ne. l. d. l. si impunita remaneant. An autem reus criminaliter accusatus possit reaccusare suum accusatorem, dixi infra quaestio. decima quarta. versic. Tertius est casus.

Alterius quoque, nunquid absoluto iudicio civili contra aliquem intentato, possit postea actor intentare contra eundem accusationem criminalem ex eadem causa, vel è contra, absoluto iudicio criminali intentare actionem civilem? R. espō. quod si actio civilis, & criminalis tendit ad diuersa, tunc potest agi altera via, non obstante, quod prius actum sit una, si vero tendunt ad eundem finem, tunc vna intentata, altera tollitur. Et ita intelligitur text. in l. r. C. quando civil. actio crim. prauid. & est communis conclusio, ut attestatur Maranta in suo spec. fol. 21. nu. 6. vbi potest indere exempla. Et ita tene menti, quae male declarantur a Doctoribus, vt dicit Claud. in loco praegallegato. Bene verum est, quod licet haec materia cumulationis sit subtilis, ratio tamen contingit in practica, secundum Alber. in d. l. edita. col. f. versicul. circa quarum. quia (ut ipse ait) advocati nolentes intricare processum, communiter procedunt in prima causa, deinde ea expedita, proponunt ea, quae volunt in alia instantia, & hoc modo cessant omnes difficultates. Praeterea cum hodie ex quotique crimine possit iudex ex officio inquirere, non admitteretur reus, qui contra querelam, siue accusationem contra se proferatam opponeret huiusmodi exceptiones ad evitandum iudicium criminale. Faciunt quae dixi in d. q. 14. vers. Tertius est casus.

### QVAESTIO III.

#### SVMMARIVM.

*Quibus modis criminaliter procedatur.*

*Et quid sit procedere per viam inquisitionis, versic. Et aduerte.*

*Accusationem esse remedium ordinarium, inquisitionem vero extraordinarium, versic.*

*fic. Debes autem. & versic. Sed certe.*

*Et an superveniente accusatore cesset inquisitio, versic. Ex hac autem.*

*Iudex regulariter non potest de iure civili per inquisitionem procedere, de iure autem canonico potest, versiculo. Debes autem.*

*Et quid de consuetudine, versiculo. Sed certe.*

*Accusatio, & inquisitio an possit simul cumulari, versic. Hinc inferitur.*

*Iudex an debeat priusquam inquirat statueri patri offensa terminum ad accusandum, versic. Et consequenter.*

*Et quid si pars ipsa offensa id petat, versic. Cessat pariter.*

*Iudex an debeat facere sibi dari licentiam ab accusatore procedendi in causa, versic. Superflua etiam.*



**Q**VAERO quibus modis criminaliter procedatur? Respond. In hac quaestione multi ex doctoribus, praecipue modernis, multum se inuolunt, nam aliqui dicunt, quod tribus modis proceditur, scilicet per accusationem, denunciationem, & inquisitionem, aliqui addunt, quod etiam per executionem, & per notorium, & per deprehensionem in flagranti crimine. Et adeo intricate loquuntur, vt vix possit ex omnium dictis haberi vera solutio, quae vel ad regulas iuris communis, vel ad communem practicum recte possit accommodari. Tu ergo dic, quod in causis criminalibus duobus modis proceditur, scilicet vel ex officio, vel ad instantiam patris, neque ego intendo in toto re civili, aut canonico, neque in tota practica, quae ex consuetudine communiter observatur, aliquem alium modum procedendi. Et scias, quod in hoc proposito, & in tota hac materia ego non intendo, aliquid tractare de illa inquisitione generalissima, quae fit per officiales, & de qua (secundum aliquos) loquitur text. in l. c. g. n. ff. de offi. pr. si. cum loco hodie succedit, illud boni generale contra omnes homines male conditionis, & fame, quod faciunt

faciunt fieri potestates per proclama in principio sui officij, ut attestatur Ang. de malef. in verbo, Hec est quaedam inquisitionis. nu. 33. & Anad. de syndicatu, post nu. 30. versic. Tertia propter, & Maranta. fol. 81. num. 31. neque de alijs speciebus inquisitionum, de quibus per Bart. in l. 2. §. si pulico. ff. de adul. & alios criminalistas in locis ordinarijs, neque etiam de illa inquisitione generali, quam facit iudex statim confitio de delicto ad inuestigandum delinquentem, de qua dixi infra quaestio. 5. versicul. Poterit igitur, & quaestio. 50. versic. Item quia, sed tantum de inquisitione particulari, quam iudex facit contra aliquem. Dico igitur, quod ad instantiam partis proceditur, quando pars offensa, vel alius, ad quem de iure spectare potest ius accusandi, porrigit accusationem, seu querelam, & super ipsa querela proceditur, sit hoc est illud, quod scribenti appellat procedere per viam accusationis. Ex officio proceditur, quando iudex a se ipso, & ex suo officio assumit informationes contra delinquentem, & contra eum procedit, Et hoc est quod dicitur procedere per viam inquisitionis.

Et adverte, quia in hoc proposito multi falluntur, putantes, quod procedere per viam inquisitionis sit, quando iudex tramittit reo inquisitionem, sed in hoc grauer errant, nam (vt eleganter dicit signorol. consil. 245. in primo iudicio plerim nu. 5.) actus inquisitionis secundum communem loquelam, & dispositionem iuris, baptizatur, & appropriatur primo actui, quo mediate per viam officij iudex videtur velle procedere contra aliquem, non autem attribuitur actibus sequentibus processibus, Et sic recte loquendo, inquirere contra aliquem, non est ei transmittere inquisitionem, sed est recipere testes, seu informationes contra eum, charta vero inquisitionis, siue libellus criminalis, qui contra reum formatur, atque ei intimatur cum termino comparandi, est actus communis vtique modo procedendi, Et ideo indifferenter transmittitur reo absenti, tamen procedatur ad accusationem, seu querelam patris, quam si procedatur ex officio Sic etiam formare inquisitionem contra

aliquem, non est ipsam chartam, siue libellum inquisitionis ei transmittere, illud. n. potius est illum citare, vt dixi infra q. 31. sed est facere processum informationum assumendo informationes, & indicia contra vnum super aliquo delicto, & quibus deinde informationibus, & iudicijs elicitur titulus, & series facti quae postea narratur in ea, quam appellamus inquisitionem, quae sic formata, & in scriptis edacta transmittitur reo in vim citationis, & libelli, vt dixi in dicta q. 31. ver. Quare nunquid & seq. & infra q. 28. ver. Scias autem.

Debes autem scire, quod ex istis duobus modis, seu remedijs procedendi contra delinquentes, loquendo secundum ius commune, alterum scilicet accusationis, seu querelae erat ordinarium, alterum vero, scilicet inquisitionis, siue ex officio erat extraordinarium, ita dicit Innoc. in cap. cum oporteat. de accusatio. quem sequuntur communiter Doctores, vt ait Diaz Reg. 336. & est communiter opinio, vt dicitur Canonistae in Rub. de iudicijs, & in specie Dec. in prima lect. post num. 76. & in secunda lect. post num. 43. Sapia in Imperium, num. 29. ff. de iurisdic. omnium iud. Et licet aliqui teneant, quod de iure canonico remedium inquisitionis esset ordinarium, ex quo secundum dispositionem iuris canonici super omnibus criminibus indifferenter possunt iudices inquirere, & procedere ex officio ad publicam utilitatem, secundum Ancon. in ca. felices. §. fin. de pacis. in sexto. cum 3. opi. dicit esse commune Marian. in d. qua liter. & quando, cum. 103. in fi. ubi, minus magis commune opin. videtur esse, quod tam de iure canonico, quam de iure civili sit extraordinarium, & ita in specie hanc esse commune opin. attestatur Alciat. in cap. 1. num. 14. de sic. ord. Histor. in Apoll. ad Ang. de malef. in verbo. Hec est quaedam inquisitio, post num. 80. Dec. in Rub. de iud. per illa refert Boill. in tit. de Inquis. nu. 17. Et ratio huius conclusionis est, quia de iure commune regulariter quilibet admittitur ad accusandum vt dixi infra q. 14. circa principium, merito accusatio dicitur remedium ordinarium. Ex aduerso autem iudicium inquisitionis Prae. Iul. Clar. G 3 dicitur



dicatur extraordinarium, quia de iure cōmuni regulariter iudex non potest ex officio procedere per viā inquisitionis, vt dicit gl. in d. l. 2. §. si publico, in verbo, si x accusatore. ff. de adult. qu. in hoc est communiter approbata, vt dicit Alber. in l. ea quidem. post. nu. 4. C. de accusatio. prout illum refert Apostil. p. alleg. ad Ang. de malefic. post. nu. 48. versum. In quantum Ang. Et dicit Marian. in repet. d. cap. qua liter, & quando, nume. 106. quod hanc opin. secuti sunt omnes antiqui doctores. Illam etiam dicit esse cōmūnem Cuma. consil. 136. circa fin. Pract. Conradi. fol. 245. num. 1. merito ergo iudicium inquisitionis dicitur extraordinarium, Et quauis de iure canonico videatur iudicium inquisitionis regulariter permissum (vt supra dictum est) ex quo tamen etiam illo iure non seruatur in iudicio inquisitionis ea que regulariter seruari deberet in iudiciis criminalibus, ut in discursu materie demonstrabitur, necessario fatendum est veram esse cōmūnem opin. qd scilicet tam de iure canonico, quam de iure ciuili remedium inquisitionis dicatur extraordinarium.

Ex hac autem conclusione resultabat maximus effectus, quia cum secundum cōmunes iuris regulas remedium ordinariū faciat semper cessare remedium extraordinariū, necessario sequebatur, qd pars volens se defendere, & preferenda iudici in hoc proposito fore omnes faceret, & Alber. in materia par. 2. dicit, quod si attestatur et reatōnūm iurariū, quod scilicet qd dicitur accusator idoneus, cessat inquisitionis, vt dicit etiam Bal. in addit. ad specul. in d. de sententijs. col. 7. prout illum refert host. in tit. de inquisitione. sine. 19. Et sic patet, quod si in iudicio permissio super ea proceditur, & pronuntiat non esse procedendum super inquisitione, Et licet super hoc etiam articulo, an accusatio faciat cessare inquisitionem, magna fuerit varietas inter scribentes, præsertim quando iam cōpta inquisitione superuenit accusator, semper tamen recurrit ad longam distinctionem, quam ponit Salic. in d. l. ea quidem, num. 54. C. de accus.

quod scilicet, aut accusator superuenit ante receptas probationes, aut post. Primo casu, aut potest imputari negligentia accusatori, & non cessat inquisitio, sed accusator repellitur, Aut vero non potest imputari, & tunc si prosequitur suam, vel suorum iniuriā, auditur, & cessat inquisitio, nisi esset suspensus de collusionē. Si vero neque suam, neque suorum iniuriā prosequitur, non est audiendus. Secundo autem casu, quando scilicet accusator superuenit post receptas probationes, tunc aut delictum est probatum, & repellitur accusator, Aut non est probatum, & tunc admittitur, Et hanc distinctionem Salic. dicit communiter teneri Felin. in d. c. qualiter, & quando. §. licet autem. in final. versibus de accus. quem refert Maranta in suo Spec. fol. 82. nu. 38. & Boss. in tit. de inquisitione, num. 18. Diaz in pract. crim. canon. cap. 6. versum. An autem iudex, Apostil. ad Ang. de malef. in d. gl. Hæc est que dam inquisitio, post. num. 80.

Sed certe qui dicit sit de iure cōmuni, hæc omnia tenent ex cōsuetudine presentis temporis, nam etiam de iure ciuili hic in quocunque casu permissum est iudici procedere ex officio, & sic per inquisitionem, prout de hac generali cōsuetudine attestatur Cand. de malef. in tit. quomodo cognoscatur de malef. per inquisitionem, post. num. 6. versum. Sed hodie, vbi etiam subdit, quod ita vidit communiter obseruari, quem refert Bald. in l. ea quidem. post. num. 44. C. de accusat. & Card. Alex. in c. de accusatione, col. 15. post. medium secunda. q. octaua. lo. And. in addit. spec. in tit. de inquisit. §. quando autem. in princ. vbi dicit, quod iudices secularis fori de cōsuetudine faciunt sibi reguli inquirendi de quolibet maleficio. lo. Fabr. instit. d. de publ. iud. in prin. vbi dicit, quod ita seruatur de facto, Guid. Suzar. de malef. in Rubr. qualiter fiat inquisitio, Cuman. in d. consil. 136. circa fin. quem refert Apostil. ad Ang. de malef. in d. glof. Hæc est quedam inquisitio, sub num. 36. in verbo specialis. & Boss. in tit. de inquisit. nu. 8. Vital. de malef. in Rubr. de inquisitionibus, num. 6. Blanc. de indic. nume. 5. Ita etiam practicari in regno Castellæ attestatur

in Ant. Gom. ca. 1. delictorum. nume. 49. in fi. Et sic hæc cōsuetudine attenda, facienda est conclusio in contrarium, quod scilicet inquisitionis remediū est ita ordinariū, prout est remediū accusationis. Et ita dixit And. de Pils. relatus p. Bald. in l. prima. §. in initio. post. num. 7. versum. Sed nunquid. ff. de offic. præfec. vrb. quod di. sum quasi omnes sequuntur, vt dicit Anan. in d. ca. qualiter, & quando. §. licet autem. num. 9. Et ratio est, quia hodie de cōsuetudine in quocunque crimine regulariter sicut efficitur accusator, vt ait Pract. Millei fol. 3. num. 31. & aduocati, & syndici fiscales assumunt partes accusaris, etiam si pars non quereret, vt quocidie videm<sup>9</sup> in practica seruari. Quinimo in aliquibus locis remediū inquisitionis factum est ordinariū, & remediū accusationis factum est extraordinariū, prout est in Regno Neapo. in quo nullus admittitur ad accusandum, nisi sitam, vel suorum iniuriam prosequatur, vt dixi infra q. 14. versum. Tertius est casus. in fin. & in Francia, vbi (quod plus est) p. ordinationes Regias prohibita est accusatio, etiam si quis velit suam, aut suorum iniuriā prosequi, quantum scilicet ad vindictā publicam, sed duntaxat permittitur, p. suo interesse ciuili, & sic in omnibus causis proceditur per solam viā inquisitionis, vt attestatur Guliel. de Bened. in secunda parte repet. cap. Raynutius. fol. 95. num. 200. pract. Millei fol. 17. nu. 53. & fol. 32. nu. 48. Pariter etiam in Flandria ex inolitibus iam olim stylo, & cōsuetudine pars offensa non potest concludere ad pœnam criminaliter, sed tantum sicut, vt attestatur practi. Iodo. fol. 68. nu. 13.

Hinc inferitur, qd licet de iure loquendo, accusatio, & inquisitio non possunt simul cumulari, vt omnes cōcludunt, teste Roma. in l. edita. post. nu. 138. C. de edendo. sed accusatio facit cessare inquisitionem, vt supra dixi, nihilominus attenda hæc generali cōsuetudine, vnum ex istis duobus remedijs, accusationis scilicet, & inquisitionis, non facit cessare aliud, sed ambo simul concurrunt, seu concurrere possunt in principio, medio, & fine totius iudicii criminalis. Et ideo, etiam si iudex

procedat ex officio pro aliquo delicto, quandoque superuenit pars, q. velit querelare semper admittitur, & cōter so si pars ab initio querelat, non propter ea cessat iudex ex officio accipere informationes, & examinare testes etiam non productos neque subministratos a parte, adeo quod modus procedēdi, qui hodie nis temporibus obseruatur, est quidā modus, in quo potest cōcurrere mixtura, seu cumulatio vtriusq. remedii, scilicet ex officio, & ad instantiam partis, & vni ab altero non impedit, quinimo multoties concurrunt denunciatio, inquisitio, & accusatio in eodem processu, vt infra etiam dicemus. Et hic modus procedēdi a cōsuetudine introductus, conuenit opinio, quam tenebat Nicol. de Matarel. quod scilicet accusatione superueniente procedatur super vtroq. iudicio inquisitionis, & accusationis, & super vtroq. simul vnica tantum sententia feratur, de qua opinio, mentionem facit Aret. licet eam non sequatur, in d. c. qualiter & quando. in principio. post. num. 14. ver. Secunda iust. frentens Butr. ibi. post. num. 13. dicentem, qd hæc opinio esset approbanda per principes, & Pontifices, quia secundum eā cessant omnia inconuenientia. Nam si compareat accusator, qui suam, vel suorum iniuriam prosequatur, non excludet a prosecutione suā iniuriā, pariter etiam procedente iudice super inquisitione, cessabit suspicio collusionis accusatoris, & ipse colludet, non colludet iudex.

Et consequenter hodie superflua est illa practica, quæ tradit Alex. in apostill. ad Bart. in d. l. 2. §. si publico. post. num. 2. in verbo, Modū inquisitionis. ff. de adult. quod scilicet iudex omnino statuatur parti offensa terminum ad accusandum, quo elapso poterit deinde, vbi pars non accuset, ex officio procedere, neque poterit postea pars, etiam si velit accusare, impeditur processum ipsius iudicis inquirentis, quod etiam practicari in Regno Castellæ a peritis iudicibus attestatur Ant. Gomez. ca. delictorum. in. 17. Et enim de iure indubitatum, quod potest statim parti terminum ad accusandum, & quod vbi in eo termino nō accusauerit, non est

l. m. 9. in d. Gomel. d. 17. de n. 49. Notab. 8.

postea audienda, secundum Bart. in l. Papi-  
pianus §. r. nume. 2. ff. de inoffic. testa-  
tus opin. communiter tenetur, vt dicit  
Imola in ca. tu. circa finem. de procura-  
torib. Et hanc practicam quā tradit Alex-  
and. sequuntur communiter Doctores, vt  
ait Blanc. in prac. crimi. fol. 6. nu. 41.  
Sed certe hodie, cum ex dicto generali cō-  
suetudine possit iudex in omni casu in-  
quirere, non est opus hac cautela, ex quo  
non potest timeri, ne per superuentiā  
accusatoris inquisitio impediatur. Et ita  
se aliquando obtinuisse in factō attestat  
Alber. in d. l. ea quidem. post nu. 8. versic.  
Nunc aliquas. Et ideo licet forte de iure  
iudex, qui antequā formet inquisitionem  
non statim terminum in iuriato ad accu-  
sandum, teneatur in syndicato, hoc tamē  
in practica non seruat, vt attestat Amad.  
de syndicat. post nume. 32. quem refert  
Boss. in tit. de inquisitione. num. 68. & in  
tit. de cita. tit. 41.

Cessat pariter cautela, quā tradit Ce-  
solla cautel. 25. ad differendum proces-  
sum inquisitionis, quod scilicet compa-  
reat offensus, & petat sibi statim terminū  
competentem ad accusandum, quo termi-  
no durante iudex non potest ex officio pro-  
cedere, & illam dicit esse notabilem Blanc.  
in loco proxime allegato. tit. 43. subdens,  
quod Doctores eam communiter sequun-  
tur. Cessat autem ( vt dixi ) quia cum ex  
supradicta consuetudine introductum sit  
vt vnus modus procedendi alterum non  
impediat, non debet iudex expectādo ac-  
cusatorem ab inquirendo, & procedendo  
desistere.

Superflua etiā redditur alia practica,  
quam ponit Bart. in l. inter accusatorem,  
num. 8. ff. de publi. iud. ad euitandum, ne  
accusatio impediatur inquisitionem, quod  
scilicet facta, & producta accusatione, iudex  
faciat sibi dari licentiam ab accusatore,  
q. possit procedere, subdens hanc esse  
consuetudinē Italiz, quā refert Aret. in  
c. licet. num. 20. de accus. & assist. in se-  
cunda parte consilio. Regni. Rub. prima.  
post nume. 28. relatus, & ipse per Cai. au-  
tam super ritu 2. magis Curie. post nu-  
me. 2. Hoc idem attestatur tenere omnes  
Doctores Eal. in l. si accusatori. nu. 4.

C. de accusatio. vbi etiam dicit, q. cauti  
assessores faciunt scribi, quomodo pars  
dat ei licentiā expediendi processum, &c.  
quem refert Anan. in dicto ca. licet. num.  
6. Sed certe statim predicta consuetudine  
frustra peteret iudex licentiam à parte,  
eius, quod ab ipsa consuetudine ei conce-  
ditur. Et ita hodie istam practicam Bar.  
non obseruari de stylo neque de consue-  
tudine attestatur Blanc. in d. pract. crimi.  
fol. 11. num. 25. Potest enim iudex ipse ad  
vindictam publicam ex officio prosequi  
iam ceptam accusationem, vel etiam no-  
uum processum formare, & ita practica-  
tur, vt dicit Ang. de malef. in verbo, Cō-  
paruerunt, & negauerunt tortum, nu. 20.  
quem refert Boss. in tit. de accusa. nu. 14.  
Vide quā dixi in hoc proposito infra que-  
stio. 45. versic. Facta autem. & questio. 51.  
ver. Sed quid si accusator. & questio. 58. cir-  
ca princip. Bene verum est, quod vbi non  
vigeret talis consuetudo, istudum esset in-  
meris terminis iuris communis, & habe-  
rent locum tradita per Doctores in locis  
superius allegatis.

### QVAESTIO. III.

#### SVMMARIVM.

*Iudici ante omnia constare debet de delicto.  
Et quomodo dicatur consilium de delicto ad  
effectum procedendi, ibid.  
Et quomodo de delicto facti transiens, ut  
sic. Scias tamen.  
Et quomodo de delicto facti permanenti,  
versic. Quando verò.  
Et quid si dubitatur, an delictum interuen-  
rit, versic. Hæc autem omnia.*



**D**ICTVM est, quibus mo-  
dis criminaliter procedi  
possit. Sciendum est au-  
tem, quod in omnem ca-  
sum nunquam debet iudex  
procedere ad aliquem actum, nisi prius  
illi cōstet delictum ipsum fuisse commissum,  
& ita semper faciunt practici ass-  
sessor, vt dicit Catus inter consilia crimi-  
nalia

nalia diuersorum, consil. 99. post nume. 7.  
versic. secundo etiam. lib. 1. Est enim vul-  
garis, & trita conclusio, quod ante omnia  
debet iudici constare de delicto, quā col-  
ligitur ex cex. in vulgata l. prima. §. item  
illud. ff. ad velle. quem tex. sciunt omnes,  
vt dicit Boss. in tit. de delicto. nu. 2. licet  
re vera ille tex. loquatur de tortura, vt sci-  
licet reus nō subiciatur torture, nisi prius  
constet delictum fuisse commissum. Et  
hoc adeo verum est, quod etiā si reus con-  
fiteretur delictum aliquod commisisse, non  
potest condemnari nisi de ipso delicto ali-  
ter quam ex eius confessione appareat, vt  
dixi infra questio. 55. versic. Potest etiam.  
Sed quia doctores in hac materia facis in-  
trigate loquuntur, debes scire, quod aliter  
debet constare de delicto ad effectum tor-  
quendi, seu condemnandi, de quo dixi in  
loco præallegato. & questio. 64. versic. l.  
Debet autem. & q. 66. circa principium.  
& aliter quo ad effectum inquirendi, seu  
procedendi, nam quo ad inquirendū so-  
la querela, vel denunciatio sufficit, quin-  
imo habita querela, seu denuntiatione, te-  
netur iudex procedere, & inquirere, & si  
id nō faciat, poterit puniri tam ex dispo-  
sitione iuris communis, quam ex forma de  
cretorum huius Ducatus in nouis consti-  
tutionibus in titulo de accusationib. ca-  
pit. delatis. & dicit Bal. in l. manci. nu. 1.  
C. de seruis fug. q. vidit semel condemna-  
ri quandam iudicem, qui peruenit ad cam-  
eram accusationem sibi delatam, & nō  
luit super eam procedere, & illum refert  
Amad. de synd. nu. 72.

Scias tamen aliqua esse delicta, in qui-  
bus iudex tenetur priusquā inquireat con-  
tra delinquentem, inquirere de veritate  
delicti. Aliqua vero, in quibus nō requi-  
ritur alia inuestigatio super veritate crimi-  
nis, sed immediate procedi potest contra  
delinquentem. Et ideo debes præsuppo-  
nere, quod quando delictum est tale, q. so-  
lo animo perficitur, vt hircus, vel etiam  
tale q. licet factō committatur, & ita ta-  
men facti nulla solent remanere vestigia,  
vt est adulterium, & alii coitus, q. sine fra-  
ctura committuntur, furtum pariter sine  
fractura, percussiones quæ fiunt à lapā, vel  
baculo sine luore, iniuriæ verbales, vel si

milia, in istis criminibus non requiritur  
ad procedendum alia inuestigatio delicti,  
sed statim portectā querela, potest, & de-  
bet iudex inquirere contra delinquentem  
assumendo cōtra eum informationes. Et  
habitis iudiciis, illum carcerari, vel cita-  
ri facere, prout qualitas delicti requiret  
alias infinita delicta impunita pertransi-  
rent, quod nullo modo est dicendum, &  
super hoc in practica nulla solet fieri dif-  
ficultas.

Quando verò est delictum facti permā-  
nētis, cuius scilicet certa remanent vesti-  
gia, puta homicidii ipsum cadaver, incen-  
dii locus cumbustus, & similia, tūc etiam  
portectā querela, vel denunciatio, nō  
dicitur legitime constare de delicto, nisi  
prius iudex, seu curia corpus ipsum, seu  
locus incendiij oculis subiciat. Et ita su-  
periorib. annis, cū fuisset accusata quædā  
Antonia de Nouello, q. partum necasset,  
& ipsa aufigesser, senatus rescriptit pra-  
tori Luini, vt antequam contra eam pro-  
cederet, prius faceret cadaver in fatis ps-  
quiri. Ego tamen quandoq. vidi per sena-  
tum aliquos impunitos de homicidio co-  
gi ad præstantiam fidelitatis de se præ-  
sentādo toties quoties, &c. licet de cada-  
uere non appareret, prout seruatum fuit  
in quibusdā Marchettis de loco Arona.  
12. Jan. 1555, & hoc, ne si postea cadaver  
reperitū fuisset, illi possent fuga impug-  
nari euadere. Vidi et, q. senatus iussit procedi  
contra quosdam de Longinis, qui simul  
visi fuerant cum eo, qui dicebatur inter-  
fectus, etiam quod cadaver reperitum nō  
fuisset. 10. Septemb. 1555. P. N. Statim igitur  
quod ad iudicis notitiam peruenit,  
delictum fuisse commissum, puta homine  
fuisse interfecitum, debet iudex ipse ac-  
cedere ad eius cadaver videndū, & inspicie-  
dum, & hæc est communis practica, vt di-  
cit Blanc. in prac. crimi. fol. 3. nu. 6. Vel se-  
cundū alios metere notariū, qui cadaver  
ipsum inspicit, & vulnera describit. Et  
ita seruat consuetudo, vt ait Nouel. in  
prac. crimi. fol. 59. num. 2. Pract. 10d. c. 95.  
num. 3. hanc etiam dicit esse communem  
practicam totius orbis Itan. de Amicis,  
consil. 131. num. 7. Ita etiam obseruari di-  
cit Boss. in loco præallegato. numero 2.

Et ita seruandum esse rescriptis senatus praetori Mallei. 14. Febr. 1551. P. N. Et debet recognosci cadaver per testes, q. dum interfectus in humanis esset, illi cognoverit, si vid fieri potest, si vero, cuius esset, ignoratur, det per vestes, & signa describi, & particulariter annotari omnia vulnera. Et hoc modo dicitur constare de licito, & ita doceant omnes, vt ait Poller. in practica crimin. fol. 15. nu. 4. licet enim ignoretur nomen occisi, dummodo confiter de corpore, satis dicitur constare de delicto, & proceditur etiam ad condemnationem. Et hoc omnes sciunt, vt dicit Boss. in loco praallegato. nume. 33. & dicit Bal. in l. quoties. §. si quis nomen. ff. de here. insti. quod ipse vidit de facto, q. fuit facta inquisitio contra vnum, qui occidit rat quendam, cuius nomen ignorabatur, & fuit missus ad fircas. Et illum refert Marfil. in prac. crim. in princ. post nume. 17. vbi etiam refert Ang. in l. 1. §. interdum. num. 1. ff. si pars here. per. dicendum, q. siue ignoretur nomen delinquentis, siue nomen offensis, ipse vidit vtroq; casu practitari, quod procedatur, & quod est bona practica, ne ex eo, quod nomen ignoretur, delicta impunita remaneant. Vide quoq; dixi infra quest. 52. versic. Vltimus etiam. Quinimo dicit Ang. in l. eum qui. §. si non pra. num. 3. ff. de iniur. & in l. fallis. §. qui alienum. nu. 3. per illius tex. ff. de furtis, quod procedit inquisitio contra furem, narando, quod furatus est contra voluntatem domini, licet non sit aliquis dominus nominatus. Et refert, q. ita fuit Peruli obtentum in contradictorio iudicio contra quosdam, qui fuerunt suspensi, ex eo q. furati fuerant quosdam porcos domus sapientiae, & illum refert Anan. in c. qui cum fure, in vltimis verbis. de furtis, quod est summe notandum, quia de facili quis responderet contrarium. Et aduertat notarius, vel index, vt describat, seu describi faciat omnia vulnera particulariter cum omnib. qualitatib. suis, & cum genere armorum illata videantur, & an puctum, vel celum, &c. & in scriptis reducat mortalia pro mortalibus, & non mortalia pro non mortalibus, prout dicit obseruare consuetudinem mundi Ang. in l. si

in rixa. nume. 2. ff. de fidei. h. ac enim quae sunt magnae importantiae ad cognoscendum a quo sint illata vulnera, puta ex genere armorum, quo apparet ex processu quemlibet ex vulnerantibus, seu adine nantibus eo tempore armatum fuisse, & similia, propter ea, q. dixi supra hoc eod. lib. §. Homicidium. versic. Alia est etiam, & relatio huius visitationis comuniter per totam Italiã appellatur, Visum, & repertum, quia notarii per illa verba eas in capiunt in actis redigere, vt dicit Marfil. in prac. crim. in prin. nu. 4. in fine. Et haec quoque dicta sunt de homicidio, intelligenda sunt etiam de similibus delictis, quorum remanent vestigia, puta in incendio, vt visitetur locus incendi, & reliqua combustionis, in furto, vt videat fractura facta in arca, hostio, vel pariete, in stupro illato puero, vel vi illata puella, vt inspicatur partes pudendae per obstetrices, vel chirurgos, vel alias personas, vt quotidie fit. Et vbi tales personae referant cum iuramento se credere stuprum illatum, vel puellam corruptam fuisse, satis dicitur constare de delicto, quo ad hoc vt contra delinquentem procedi possit.

Haec autem omnia de plano procedunt, quando apparet in re ipsa delictum interuenisse, puta quando in corpore inspicitur vulnera, vel signa violationis, vel similia. Et hoc est, q. innuit tex. in d. §. ite illud. ibi scelere interemptum, &c. Sed quid si dubium sit an scelere, an vero alia de causa? Et potest poni exemplum in eo, qui repertus est mortuus in puteo, vt in casu in quo consuluit Dec. consi. 438. potest enim esse, q. quis seipsum praecipitauerit, & quod ab alijs praecipitatus fuerit, & etiam q. casu ceciderit. Sic etiam in eo, qui dicitur habere signa veneni, potest enim esse venenum in corpore generatum, & ab alijs propinatum, & etiam ex acris corruptione contractum, vt eleganter in facti contingentiã declarat Grammat. vo to 31. num. 21. Ego dico, quod his casibus index debet omnino inquirere, & informationes assumere, non quidem aequam de maleficio, sed vt veritate facti intelligat, ex qua deinde apparere possit, an sit delictum, vel ne, adhibedo etiam, vbi opus sit

fit iudicium medicorum, vel aliorum peritorum, Et vbi ex informationibus assumptis constet scelus non interuenisse, sivebit processus, vbi vero resulset aliquid indicium, poterit ad vltiora procedere, Et hoc modo nihil ei poterit imputari. Et hanc practicum sentit cauti Iudices, & assessores, Et paucis ab his annis vidi duos processus agitari contra duos nobiles in ciuitate Papię, quorum alter imputabatur venenasse propriam vxorem, altera strangulasse eius concubinam, Et certe poterat dici, quod vix apparebat de delicto & tamen fuit contra eos processus, etiam re in senatu relata cum maxima seueritate. Scio etiam plerosque viros, quos pro certo fertur proprias vxores venenasse, absque vlla molestia per urbem ambulare, quia delictum fuit non constare de delicto, Sed iudices, qui dolose palliant inuismodi delicta, non euadent aeterni iudicis condemnationem.

## QVAESTIO V. SUMMARIVM.

*Index constituto de delicto, statim debet delinquentem inquirere.*

*Et an regulariter per inquisitionem procedi possit, versicid.* Quaro in quibus.

*Et an sint aliqui casus, in quibus etiam de iure communi per inquisitionem procedi possit, versic.* Scias etiam.

*Aliquid procedere debere, ad hoc ut aperiantur iura iudicis ad inquirendum, ibid.*

*Potest index statim constituto de delicto, generaliter contra delinquentem inquirere, versic.* Poterit igitur.



**P**OST QVA Migitur iudici legitime constat de licito commissum fuisse, statim debet super ipso delicto inquirere, vt qua primum scire possit, q. delictum ipsum commissum sit, Quia in re maxime necessaria est celeritas, & diligentia ne forte ipse mortuus, qui a indice interponat, non modo delinques ipse

fuga euadat, sed etiam detur spatium eius fautoribus, & amicis testes de negotio ipso informatos subornandi, & a veritatis depositione deterrandi, vt saepenumero contingere videmus. Sed hoc quod loco, in quo de ipsa inquisitione tractare incipiunt, plura essent praeterita, quae ad terminum cognitionis pertinet. I. quid sit inquisitio, ac quocumplex, & huiusmodi, quae tamen cum in practica nunquam serere tractari contingat, consulo omittere decreuimus, poterit enim studiosus lector in locis ordinarijs ea omnia facile inuenire.

Quaro, in quibus casibus per inquisitionem procedi possit? Respond. dixi supra quest. 3. versic. Debes autem scire, q. regulariter de iure ciuili non potest index per inquisitionem contra aliquem procedere, Nemo enim sine accusatore puniri debet, vt dicit gl. in l. 2. §. si publico, i. verbo, Sine accusatore. ff. de adulter. quam tenent communiter omnes, vt dicit Angel. ibi, num. 2. Et hoc secundum ius commune non ita habet difficultatem. Caterum de consuetudine regulariter in omnibus casibus potest index per viam inquisitionis procedere, vt dixi supra eadem in quaest. tertia, versic. Sed certe.

Scias etiam de iure communi multos esse casus, in quibus circumscripta omnia consuetudine potest ex officio procedi, adeo vt de facili possit fieri regula in contrarium, Hos autem casus inquirere poteris apud eos, qui de maleficijs scripturae sub Rubr. de inquisit. plerisque etiam recensent Ange. de maleficijs in verbo, Hec est quaedam inquisitio, i. tibi etiam Aug. in additio. num. 12. vtque ad nume. 48. qui non modo sunt communiter approbati, sed in eis nemo contradicit, vt attestatur idem Aug. ibi, post num. 48. versic. Item aduerte. Tu per te illos videre poteris, sed aduerte ne erres, quia ad hoc vt index possit in aliquo casu contra aliquem inquirere, & ex officio procedere, non sufficit dicere, quod ille est vnus ex casibus, in quibus est permissa inquisitio, neq; contra eum est aliquod indicium eius proximum maleficio, sed tunc, quod in quocumque casu, in quo index huc de iure communi, siue statuto, siue ex consuetudine potest

potest procedere ex officio, & sic per viam inquisitionis nunquam debet neq; potest a seipso procedere ad inquirendum, siue assumendas informationes, vel iudicia specialiter contra aliquem, nisi aliquid procedat, quod aperiat viam inquisitioni, scilicet vel diffamatio, vel querela partis, vel denunciatio, vel huiusmodi, aliter processus esset ipso iure nullus, etiam si delictum fuisset deinde plene probatum. Et memini ego, quod fuit grauiter reprehensus Prætor Vallis Sicidæ, qui processerat contra quendam de incestu, quod propria filiam carnaliter cognouisset, nulla præcedente querela, vel denunciatone, & ambo fuerunt absoluti. 9. Nouemb. 1560. P. N. neque in hoc attenduntur notificationes factæ extraiudicialiter, neque illæ, quæ fiunt incerto auctore & suppresso nomine notificantis, nam super huiusmodi notificationibus prohibuitur esse procedi, etiam si in eis essent nominati testes de ipso delicto informati, Et si super eis fieret processus, esset ipso iure nullus. Et de hoc extat decretum in nouis constitutionibus in titulo de accusatio. capitul. omnibus. Nec etiam. Et omnes illi, contra quos fuit processum super huiusmodi notificationibus, vel denunciatibus factis per personas incertas, fuerunt per senatum absoluti, & in specie anno 1561. quædam Gatharina Zanetta. P. N. & 20. Decembr. eiusdem anni idem fuit rescriptum Prætori Vallis Sicidæ. P. N. Et ex hac causa fuit processus commissarius Matij, qui processerat cõtra quosdam super huiusmodi notificationibus secretis. 15. Septembris 1561. P. N. Hoc autem fuit a iure introductum ad referendam maliciam, & proteuitatē iudicū. Si enim daratur eis facultas procedendi ex abrupto contra omnes ad sui libitū, possent multos indebite vexare, & ideo statutum est, vt prius aliquid procedat, quod iudicem ad procedendum inducat, & quodammodo ex necessitate officij sui impellat, puta fama, vel clamor vel querela partis, vel denunciatio officialis, vel aliquid aliud ex his, quæ infra proximiis questionibus subiiciemus.

Poterit igitur iudex in prædictis casibus enumeratis per doctores in locis præ-

allegatis, ex officio procedere, & specialiter contra aliquem inquirere. Bene verū est, quod absente eo, quod aliqui specialiter procedat contra aliquem, quotiescūque iudici constat aliquod maleficium commissum fuisse, statim potest inquirere generaliter super ipso maleficio, ut inueniat personam, quæ commisit ipsum maleficium, & habito aliquo iudicio contra aliquem vocat deinde illum ad se defendendum. Et ita seruat totus mundus, vt dicit Inno. in cap. bonæ. el primo, nume. 5. de electio. subdens, quod illud, quod longam interpretationem recepit ex iterato ne factorum, mutari non debet. Et hoc dicit Inno. refert Bald. in l. edita. in repet. Parauina, num. 30. C. de edendo, & in l. ea quidem, num. 42. C. de accus. & Ana. in d. cap. qualiter, & quando, el secundo, §. debet, num. 9. & Card. Alexan. in cap. de accusat. colum. 14. versiculo, Inquisitio generalis, secunda questio. 8. & alij, quos retuli infra questio. 50. versiculo, Item quia, & sequen. Præctica igitur est, quod si non sit porrecta contra aliquem querela vel denunciatio, vel aliter aperta via in iudici ad specialiter inquirendum, sed tantum constat delictum fuisse commissum, iudex statim ex officio inquit, generaliter, interrogando testes, quos putat à negotio informatos, in genere, an sciant, quis delictum commiserit, neminem nominando, Quando vero certus est delinques putat quia porrecta est contra aliquem querela, vel denunciatio, tunc iudex nõ inquit generaliter, sed specialiter, interrogando testes, quid sciant de contentis in ipsa querela, vel denunciatone, in qua ille est specialiter nominatus. Tunc autem illa inquisitio generalis transit in specialem, quando testes, qui sunt in genere interrogati, secundum ea, quæ statim dixi nominat ipsi in specie delinquentem, nam eo casu illa nominatio aperit viam iudici ad inquirendum specialiter cõtra illum nominatum, id est ad alias in formationes contra eum assumendas, nã vbiunque ex informationibus assumptis super inquisitione generali, oritur aliquod iudiciũ de crimine contra aliquem, illud iudiciũ licet receptũ sit parte non

citata,

citata, inducit tamen præsumptionem cõtra eum, quæ sufficiens est ad inquirendũ specialiter contra ipsum, ut dicit Barro. in d. l. secunda. §. si publico. nume. 9. & est communis conclusio, ut attestat Areti. in c. cum oporteat. nu. 44. in fi. de accusatio. Quinimò si ex dictis huiusmodi testium receptorum super inquisitione generali, resularet sufficiens iudiciũ contra aliquem, posset ille capi, vel citari absque alia speciali inquisitione. Et hoc est quod voluit dicere Innoc. in loco præallegato. Et licet ipse loqui videatur in maleficio notorio, est tamen intelligenda ei doctrina in quocunque maleficio, de quo iudici legitime constat. Scias enim i hoc proposito dici potest notorium id, de quo apparet ex actis, vt dixi infra lib. 7. §. Notorium. Et hæc omnia nota, quia ille locus Innocen. non est ab omnibus bene intellectus.

## QVAESTIO. VI.

### SVMMARIVM.

*Diffamationem procedere debere, ad hoc, vt iudex per inquisitionem procedere possit.*

*Et quid in iudice ordinario, versicul. Sed retenta.*

*Et quid si iudex ex mero officio procedat, versic. Idem etiam.*

*Et an etiam ad assumendas informationes super ipsa fama, versic. Scias etiam.*

*Et quid in inquisitione generali, ibid.*

*Et quid in inquisitione, quæ sit contra officiales syndicandos, versicul. Ceteram quando.*

*Et quid in crimine heresit, versic. Item scias.*

*Et quid si formetur inquisitio ex mandato principis, versic. Præterea scias.*

*Et quid si non fuerit de hoc oppositum, versic. Vltimus scias.*

*Et an hæc conclusio de consuetudine obseruetur, versic. Vltimo scias.*

*Fama quomodo probetur, versic. Sed quo niam.*

*Et an per duos testes tantum, versiculo. Sciendum.*

*Et an debeant reddere sufficientem causam scientiæ, versic. Illud tamen.*

*Et an debeant dicere, quod illud audierunt à maiori parte populi, versiculo. Debent etiam.*

*Et an debeant dicere, quod illud audierunt publicè dici, versic. Item requiritur.*

*Et an debeant nominare eos, à quibus audiuerunt, versic. Amplius etiam.*

*Et quid si non fuerint super hoc interrogati, versic. Sed quid si non.*

*Et an debeant scire, quid sit fama, versic. Postremo scias.*

*Fama an probetur per assertionem iudicis, versic. Sed quætor. Remissivè.*

*Fama an requiratur, vt super ad iudicis aures ascendat, versic. Quætor nunc.*

*Et an sola fama sufficiat, an auctorem etiam requiratur, vt procedat clamorosa insinuatio, versic. Item quætor.*

*Iudex quid facere debeat post assumptas informationes super infamia, versic. Successivè quætor.*

*Et an reo petiti dande sit copia iudiciorum super fama assumptorum, versiculo.*

*Sed quid si reus,*



**I**CTVM est supra quæst. proxima posse iudicem procedere ex officio, siue inquirere specialiter contra aliquem dūmodo aliquid præambuli legitimi præcedat, quod aperiat iudici viam ad procedendum contra eum. Inter cetera autem si præcedat contra aliquem diffamatio, omnes fatentur posse iudicem procedere, & super ipso crimine contra eum informationes, & iudicia assumere. Talis etiam diffamatio succedit loco accusationis, vt tenent communiter Canonist. teste Cardina. Alexan. in d. cap. de accusat. col. 14. in fi. secunda, quæ est. octava, quasi videatur populus ipse, illi vt reum criminis iudici deferre. Quinimò dici solet, quod de iure communi, ad hoc vt possit procedi ex officio, siue per viam inquisitionis, requiritur quod præcedat diffamatio rei de crimine

rimine, pro quo iudex contra eum procedere intendit, ita colligi videtur ex verbis d. c. qualiter, & quando. de accusa. Et hoc etiam sonant illa verba, quae solent in inquisitionibus apponi, FAMA PVBLICA PRÆCEDENTE, &c. & hac est communis sententia Doctorum, ut attestatur Hieron. in apofth. ad Ange. de malefic. in verbo, Hac est quadam inquisitio. post num. 68. versic. Secundò in quantum Nouell. in pract. crim. fol. 63. post num. 17. Sed certè qui quid sit de iure, totum contrarium docet practica, quae cõter obseruatur. Iudex enim confitò de delicto assumit informationes in genere, ut dixi supra quæst. proxima. versic. poterit igit. & interrogat primò testes, quos putat esse de negotio informatos super veritate criminis, scilicet an sciat quod maleficium illud commiserit. Et si dicant se nescire, tunc interrogat eos super diffamatione, neminem nominando, sed in genere interrogando, contra quem illius delicti fama laboret, ut dixi infra versic. Sed quoniam. Et si ex eorum dictis resultet probatio famæ contra aliquem, tunc specialiter contra eum inquit, & ad ulteriora contra eum procedit, vel per citationem, vel per capturam, iuxta qualitatem indiciorum. Et sic vides, quod eorum contextu iudex assumit informationes super veritate criminis, & super diffamatione, neque ego unquam vidi fieri aliquem processum, qui inciperet ab huiusmodi diffamatione. Sed semper præcedit querela, uel denunciatio, vel aliter aperitur via iudici ad inquirendum, iuxta modos, de quibus supra dictum est, & infra etiam dicemus.

Sed restat communi conclusione, quod scilicet ad hoc, ut iudex possit inquirere, requiratur, quod diffamatio præcedat, scias, quod Ang. in rep. l. si vacatia. C. de bo. vac. videtur tenere, quod in hoc facienda sit differentia inter iudicem ordinarium, & delegatum, ut scilicet iudex ordinarius possit absque diffamatione inquirere, non autem delegatus. In hoc tamen Ang. communiter reprobat, ut dicit Alci. in c. 1. nu. 34. de offic. ordi. & hanc opin. contra Angel. dicit esse communem Card. Alex. in d. c. de accusatione. col. 25. versic. Tamen

fortius, quem refert Foller. in practica crimina. fol. 86. nu. 32. Et ideo (secundum Doctores) modus procedendi est, ut iudex antequam procedat contra aliquem, assumat à seipso informationes super infamia rei de illo crimine, deinde competito cum esse de ipso delicto diffamatum, examinet testes contra eum super ipso maleficio. Et aduerte, quia de iure communi si iudex vellet procedere super veritate criminis, non facta prius inquisitione defama, posset reus appellare. Et ita dicunt communiter doctores, ut ait Card. Alex. in d. c. de accusatione. col. 25. circa medium. Contrarium tamè, ut dixi communiter obseruatur de consuetudine.

Idem etiam Ang. in repe. d. l. si vacatia. nu. 177. videtur tenuisse, quod hæc conclusio non procedat, ubi iudex non ad possessionem partis, sed ex mero officio inquireret, nam eo casu (secundum eum) non requiritur, quod præcedat diffamatio, & dicit Aug. ad Ang. de malefic. in verbo, Hac est quædam inquisitio. nu. 57. quod alios communitè obseruatur. Sed certè in hoc contra eum proculdubio est magis communis opinio, ut dicit Hiero. in apofth. ad Ang. in loco præallegato. post nu. 68. versic. Quareò in quantum, quem refert Grat. cons. 57. nu. 1. l. 2. & Roland. cons. 24. circa fi. lib. 1. Boss. in tit. de ind. nu. 75. in fi. Hippol. Riminal. inter consilia criminalia dierforum, cons. 105. nu. 27. lib. 1. Quæ etiã est rationi magis consentanea, nam quando proceditur ex mero officio, tunc magis necessaria esse debet diffamatio, quæ succedit loco accusatoris, ut dicunt scribentes in d. c. qualiter, & quãdo. & dixi supra in princ. quæst.

Scias etiam, quod hæc conclusio, quæ habet requiri diffamationem priusquam super delicto possit iudex ex officio inquirere, intelligenda est, ut non procedat in inquisitione, quæ fit contra aliquem super ipsa fama, nã ista fieri potest modica diffamatione præcedente. Ita dicit Inno. in cap. licet. in ultimis verbis. de accus. quæ sequuntur communiter Doctores, ut ait Marian. in eodem cap. licet. numero 19. Idemquæ dicendum est in inquisitione, quæ fit ad inueniendum ipsum crimen, nã in

ca pa-

ca pariter etiam non requiritur, quod in fama præcedat, Et hoc dicit omnes fateri Berous in d. c. qualiter, & quando, num. 54. Et ita obseruat practica, ut scilicet ad eam inquisitionem, quæ fit ad inueniendum crimen, vel ad assumendas informationes super fama, non solum modica diffamatio sufficiat, sed immo nulla diffamatio requiratur, intellige quando in genere inquiretur neminem nominando, sed in specie contra certam personam nunquam vidi practitari, ut nulla præcedere querela, vel denunciazione assumantur huiusmodi informationes super diffamatione, ut sic præ dixi.

Ceterum quando syndicatores procedunt contra officiales in syndicato, utique formant contra eos inquisitionem generalem, etiam nulla fama publica, vel clamor infamatione præcedente, Et hoc valde de consuetudine obseruatur, ut dicit Angel. in repe. d. l. si vacatia, num. 170. quem refert Marian. in Rub. de accus. nu. 9. & in repe. d. cap. qualiter, & quando, post num. 167. versic. L. 1. quæro, & Marfil. in pract. crim. §. constante, post num. 20. Sed certè illa inquisitio non fit ad puniendum, neque ex ea sequi potest condemnatio, nisi secundum ea, quæ dixi infra quæst. 50. versic. Scias etiam, Et ideo nihil interest, an diffamatio præcedat, uel non præcedat. Iudex enim, qui vult aliquem syndicare, sicuti dupliciter femouet ad procedendum contra ipsum, ita etiam duo remedia proponit, quorum primum est ad beneficium priuatorum illos excusando per edictum, quod solet in principio ipsius syndicatus publicari, quod scilicet quicquid vult querelare &c. neque super ipso edicto iudex aliquid ulterius facit, nisi ad ipsarum partium querelam, Aliud remedium est ex officio, & ad hoc proponit iudex illum libellum, qui appellatur inquisitio generalis, cuius forma traditur per Amadeum in suo tractatu syndicatorum, Et super hac inquit iudex ex officio reuendendo libros, & acta, & condemnationes &c. Et si aliquid reperiat, in quo officialis deliquisse uideat, uocat ipsum & sic litis cõtestatio &c. ut dixi in d. versic. Scias etiam. Et sic vides, quod utroque casu

impertinens esset requirere, quod aliqua diffamatio præcederet.

Item scias, quod prædicta conclusio non habet locum in crimine hæresis, nam in eo, propter delicti ipsius enormitatem, potest procedi absque eo quod præcedat diffamatio, sed sufficit ad inquirendum vehemens suspicio, ita communiter tenetur, ut dicit Felinus in d. cap. qualiter, & quãdo. in principio, in ultimis verbis. Credo tamen, quod ultra ipsam suspicionem adhuc requiratur querela, uel denunciatio, prout in alijs criminibus, alijs daretur nimis late habere inquisitoribus, si possent ex suo capite contra omnes inquirere, nulla notificatione, uel querela, uel diffamatione præcedente, sed ex sola suspicionem tantum, quod nullo modo est dicendum, Erit tamen hoc speciale in hæresis, quod licet in alijs criminibus de iure requirantur legitima indicia ad formandam inquisitionem, ut dixi infra quæst. 20. versic. Ad formandam, in hoc crimine sufficit vehemens suspicio. Vide quæ dixi supra hoc eod. lib. §. Hæresis, versic. Habet etiam.

Præterea scias, quod non habet locum quãdo inquisitio formatur de mandato, aut cõscientia principis, nam eo casu non requiritur, quod præcedat aliqua diffamatio, ita dicit Innoc. in d. c. cum oporteat, post num. 5. de accusat. & post eum Bald. in l. nullus, nu. 1. C. ad l. Jul. Maiest. Aduerte tamen (secundum aliquos) quia ista doctrina simpliciter intellecta fecit errare multos ignorantes, ut dicit Augustin. ad Ang. de malefic. in verbo, Fama publica. post num. 5. subdens etiam, quod audiuit sepe multos peritos, & aduocatos in hoc errare, ideo secundum eos intelligenda est, ut procedat, quando tale mandatum emanauit motu proprio, secus si ad postulacionem partis, nã eo casu adhuc debet præcedere diffamatio, ita tenet glo. in ca. 2. in verbo, Fugerat, de accus. in 6. quæ in hoc communiter à scribentibus approbatur, ut dicit Marfil. in pract. crim. in d. §. constante, post nu. 22. versic. Sed hanc tamen, sed certè ex quo talis postulatio partis habet vim quære, uel denunciacionis, sicut pces, super quibus impetratur scriptum habent, loco

loco libelli i causis ciuilib<sup>9</sup>, vt dixi infra libro proximo. Credo ego, quòd etiam sine diffamatioue possit vtroque casu iudex inquirere & informationes assumere. Et ita semper vidi seruari, quia (vt dixi) hæc practica diffamationis apud nos recessit ab aula. Item intellige, vt procedat, quando princeps vti verbis assertiuus, secus aut si vti verbis narratiuis, hoc enim casu pariter est necessaria diffamatio. Et ita communiter tenetur, vt dicit Anan. in d. c. cum oporteat, num. 2. Et in hoc non videtur dubitandum.

Vtcrius scias, quòd si fuerit processum non procedente infamia, & hoc non fuerit oppositum, valet processus. Et hæc est communis opi, vt attestat Arer. in cap. qualiter, & quando, el primo, colum. 3. de accusatio, prout illum refert Fol. in pract. crimina. canon. fol. 102. versiculo. Itè potest opponi, Et ex hoc corrumpit illa opinio. Hostien. q. si pri<sup>9</sup> recepti fuerint testes su per veritate criminis, quã super infamia, licet deinde pbeatur infamia, testes prius recepti super veritate criminis non probant crimen, ex quo non fuit seruata forma, vt scilicet pri<sup>9</sup> constaret de infamia, quam recipere testes super crimine, quã quidem opinio per omnes reprehendit, vt dicit Arer. in loco præallegato. post nu. 11. valet enim processus, vt supra dictum est, licet omnia sit inquisitio fama, si pars non opponat. Effectus autè est maximus, nam quando huiusmodi præpositæ ratio ordinis reddit processum ipso iure nullum, potest opponi in quacunque parte iudicij, vbi vero nõ annullat processum nisi parte opponente, tunc non potest opponi post litem cõfestatam, vt dixi infra lib. 7. §. Exceptio. Et aduerte quia doctores in hac materia loquentes, & dicentes, qd omnino fama debet precedere inquisitione, intelligendi sunt de inquisitione, qd fit assumendo informationes super delicto cõtra aliquem, contra quem nulla sit que rela vel denunciatio, non autem de inquisitione libello qui transmittitur reo quã do citatur, vt in iudicio compareat, nam, cum id nõ fiat nisi procedente processu informatiuo legitime formato, proculdubio nõ requiritur in specie, qd fama præ-

cedat ad inquisitione reo transmittendã, sed sufficit etiam aliud iudicium, prout etiam obseruari attestatur Boss. in tit. de inquil. num. 27. Et in hoc multi etiam docti viri aequiuocido decepti fuerunt, cum tamen nemo deberet esse ita inepus, ut crederet tot patres sensibile, quòd si adessent duo vel plures testes, qui de visu maleficii depositissent tempore visitationis cadaueris (vt plerunque contingit) non posset contra reum transmitti inquisitionis libellus, nisi fama præcederet, quòd esset omnino absurdissimum.

Sed quoniam plerunque contingit, de licet occulte committi, quo casu difficilia, & quandoque etiam impossibilia est inuenire testes, qui de veritate criminis depo nant, quòd sæpe euenire solet, etiam in delictis palam commissis, ex quo nõ reperitur de facili qui velit i causa criminali contra aliquem ad offensam deponere, conuenerunt iudices, vt dixi, ijs casib<sup>9</sup>, postquam eis legitime constat delictum fuisse commissum, neque reperitur testis, qui de veritate criminis deponat, interro gare testes super fama, vt intelligens quis sit de ipso crimine diffamatus. Et vbi ex ipsis informationib. assumptis super infamia, resulret suspicio contra aliquem, procedat ad vltiora, contra eum super ipso crimine inquirendo. Videamus igitur, quomodo talis fama contra aliquem probetur.

Sciendum est autem, qd potest fama probari etiã per duos testes tantum, ita videtur sensisse gloss. in l. tertia. §. eiusdem, in verbo, Confirmat. ff. de probatio. Et in hoc omnes concordant, vt dicit Alber. in d. l. ea quidem, num. 24. Hanc etiam dicit esse communem opinio. Sal. in d. l. ea quidem in sexta charta. versic. Venio ad septimam, prout illum refert Dec. consil. 272. num. 4. sed certe Salic. in eo loco, qui est num. 82. loquitur de probatione notorij, & in eo proposito attestatur de comuni opi, vt ego fideliter retuli infra quest. noua, vers. Quæro nunc. Est tamen tenenda hæc conclusio, in qua, vt dixi, oes concordant, qd scilicet duo testes sufficiant ad famam probandam, cum in ore duorum, vel trium stet omne verbum.

Illud

Illud tamen in primis sciendum est, qd huiusmodi testes deponentes super fama debent reddere sufficientem causam scientiã, alias non probant, ita dicit Bar. in l. de minore. §. plurimum, post nume. 19. ff. de questio. Et in hoc omnes concordant, vt dicit Corne. in dicto consil. 233. in litera D, lib. 2. & consil. 216. in litera H, lib. 3. Hanc etiam dicit esse communem opin. Simancas de hæret. ca. 63. nume. 16. debet enim testis deponere de his, quæ sensu corporis percipiuntur, vt dixi supra lib. 2. §. Testis.

Debent etiam dicere, quod illud audierunt à maiori parte populi, alias non probant, ita dixit gl. præallegata, in d. §. eiusdem, & sequitur Bar. in dicto §. plurimum, nu. 19. Et ita concludere videntur doctores omnes, vt ait Marfil. in eo. §. plurimum, nu. 46. Et ex hoc infert Bar. in dicto §. plurimum, nu. 22. quod non sufficit, quod testes deponentes super fama, dicant, quod audiuerunt illud publice dici: potest enim esse, quod audiuerint illud dici in loco publico, sed tamè à paucis, vel etiam ab vno tantum, sed opus est, quod dicant, quod illud audiuerunt à maiori parte populi. Et ita communiter teneri affirmat Imola in l. hæres palam. in princ. num. 1. ff. de testa. quem refert Alexan. consil. 212. nume. 5. lib. 2. & consil. 20. post num. 9. lib. 4. & consil. 2. nu. 16. lib. 7. & consil. 35. nume. 6. eod. vol. Corn. consil. 84. in litera G, lib. 1. & consil. 68. in litera B, lib. 2. & consil. 198. in litera G, eo. vol. & consil. 232. in litera D, eo. vol. & consil. 316. in litera H, lib. 3. & consil. 304. in litera L, eo. vol. vbi dicit, qd ita alias obtinuit contra d. Benedictum Capram in causa eius propria, & sapius vidit in iudiciis hoc profatis claro reputari, Card. Alex. in c. cum in tua. circa fi. de sponsal. Dec. in c. 1. nu. 53. de appel. & cõf. 133. nu. 4. in fi. & consil. 210. post nu. 9. versic. Secundo, dato Curt. sen. consil. 82. post nu. 9. Crauetta consil. 41. num. 5. & consil. 262. post nu. 5. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Alex. cõf. 123. nu. 3. lib. 7. Socin. consil. 54. nu. 27. lib. 4. Dec. consil. 37. post nume. 10. versic. Tertius testis, Bertrand. consil. 74. num. 10. lib. 8. So-

cin. Iun. consil. 69. num. 24. lib. 1. Gramm. consil. crim. 26. post num. 14. Sed certe hæc opin. Bar. est multum aspera, & si teneretur in practica, vix reperiretur ex mille testib. vnus, qui recte super fama publica deponeret, & ideo Bal. in c. literas. nume. 2. de presumptio. tenuit totum oppositum, quod scilicet testis, qui dicit se audiuisset aliquid publice dici, probat famam, quia intelligitur publice, id est publica voce à populo Et hæc secundum eum est aptior expositio, & secundum communem intellectum loquentium, & hæc opin. Bald. in practica feruatur, & contra Bar. est communis obseruantia, vt attestat Casador. decif. 3. maxime, num. 7. de probatio. Et post eum ita seruari in curia Romana attestatur Paris. consil. 52. in fi. lib. 3. Hieron. Mont. in tractatu de finib. fol. 50. num. 4. Ferret. consil. 168. post num. 19. quam quidem obseruantiam Romanæ curiæ in materia probationum omnes alij curiæ deberent imitari. A pud nos èt indistincte feruatur opi. Bal. cõtra Bar. & ille aduocatus, qui vellet sup hoc insistere, reputaretur cauillosus, & proculdubio succumberet. Quinimo hanc opi. cõtra Bar. esse communem, & in iudicando sequendã attestatur Calcan. consil. 8. nu. 11. Et dicit Alex. sibi contrarius, consil. 102. num. 17. lib. 7. videri, quod magis communiter damnetur illa opin. Baris.

Itè requiritur, quod dicant se audiuisset id publice dici, licet enim deponent, qd illud audiuerunt à maiori parte populi, si tamen illud secreto, nõ publice audiuissent, non diceretur probata fama secundum theoreticam Bar. quam dicit esse communem Imola in loco præallegato, prout illum refert Corn. consil. 221. in litera C, in fin. lib. 3. Sed certe iudicio meo Bar. in d. §. plurimum, iam supra dicto totum oppositum. & Imola iam supra fuit per me fideliter relatus in versiculo, Debet etiam.

Amplius etiam debent testes deponentes super fama, si fuerint interrogati, nominare eos, a quibus audiuerunt id, de quo deponunt esse publicam vocem, & famam, alias nõ probant, ita dicit Bar. in d. §. plurimum, nume. 23. & ante cum In-

Pract. iul. Clar. H noc.

noc. in d. c. qualiter, & quando, numer. 1. quem sequuntur communiter doctores vbi que, vt attestatur Alex. cons. 100. post num. 4. versic. Sextus testis. lib. 1. Et dicit Aret. in d. c. cum oporteat, post num. 38. versic. Communiter tamen, quod hęc est magis communis opinio, quę etiam seruatur in practica.

Sed quid si non sunt super hoc interrogati? Respond. qd adhuc debent nominare eos, a quibus audierunt, vt possit iudex perdere ex eorū qualitate, quanta sit illis fides adhibenda, et ita seruari attestatur Ioan. Andr. in d. c. cum oporteat, de accus. prout illum refert Marfil. in d. §. plurimum, num. 50. & consil. 76. nu. 22. & Gram. consil. crim. 42. num. 19. & voto 34. num. 14. quauis ego in libro meo non reperiam 10. And. id attestantem. Sed certe communis practica est, qd interrogentur, Et adhuc si nō essent interrogati, crederem, quod in criminalibus non probarent, nisi nominarent eos, a quibus audierunt. Debet n. fama habere originem a personis honestis, & fide dignis, non autem a maleuolis, vel improbis, vt omnes fatentur, quod intellige, nisi agatur de re turpi, nam eo casu non esset contemnenda fama, quę ortum haberet a turpibus personis, puta si agatur de re commissa in lupanari, poterit oriri fama a meretricibus, & lenonibus, nō autē a doctorib. vel equitibus, qui non solent ibi conuersari, sic etiam si agatur de chartis, vel taxillis falsis, poterit fama hortum habere a lutoribus, & barris, & non erit, vt dixi, per iudicem contemnenda.

Postremo scias, quod huiusmodi testes super fama deponentes, debent scire qd sit fama, & si interrogentur quid sit fama & respondeant se nescire, nihil probant, Et hęc est communis opin. vt dicit Marfil. in d. §. plurimum, nu. 104. & seq. Et ex prædictis potes conicere, quia sit difficilis probatio fame, adeo vt vix sufficerent ad eam recte probandam testes, qui essent iurisperiti.

Sed quęro, nunquid fama probetur p assertionem iudicis? dixi infra quę. 31. in vers. Fama publica.

Quaro nunc, nunquid ad hoc vt super

fama possit formari inquisitio, requiritur qd fama sepe ascendat ad aures iudicis? Respond. quod sic de iure loquendo, Et est communis opinio, vt attestatur Aret. in d. cap. qualiter, & quando, num. 75. & seq. sed ( vt sepius dixi ) practica hęc nō obseruat, quia hodie ( saltem apud nos ) non inchoantur processus super diffamatione, nisi aliud concurrat, quod aperiat viam iudici ad procedendum.

Item quaro, nunquid sola fama sufficiat, ad hoc vt possit formari inquisitio? Respond. quod non, sed de iure requiritur etiam clamosa insinuatio, quę ipsam famam ad aures iudicis sepius detulerit, ita colligitur ex. tex. in d. c. qualiter, & qñ ex quo videntur sumpta illa verba, quę communiter in inquisitionib. apponi solent, ET CLAMOSA INSINUATIO, NE, SVESEQUENTE, NON TANTVM SEMEL, SED SAEPĒ, ET SAEPĒ I V S, &c. Quoties autem requiritur, quod clamor, & infamia peruenierint ad iudicem, ad hoc vt possit ex officio cōtra aliquem inquirere, nō est a iure determinatum, & ideo dic, quod est arbitrarium iudici, & ita tenent cōmuniter doctores, vt ait Marian. in d. cap. qualiter, & quando, num. 119. Hęc tamen omnia intellige, vt procedant quando inquisitio fit cōtra prælatum, nam eo casu non sufficit simplex fama, sed requiritur, quod sit talis, quę non possit sine scādalo, vel periculo tolerari, secus autem quando inquisitio fit contra subditum, tunc n. sufficit, quod fama præcedat, etiā quod non sit scandalosa, neque periculosa, & ita tenent cōmuniter doctores, vt dicit Card. Alexand. in dicto ca. de accusatione, col. 28. in fin.

Succesſiue quęro, qd facere debeat iudex post assumptas informationes super infamia? Respō. debet vocare ad se eum, contra quem intendit p. cedere, & ei dicere, ego intendo inquirere contra te super tali crimine, super quo es diffamatus, & vbi ipse confiteatur crimen, & infamiam, poterit eum punire, vbi vero neget, poterit ad vltiora procedere, ita dicit gl. in dicto cap. qualiter, & quando. in gloss. 2. Sed certe hęc practica cōmuniter de consuetudine non seruatur, imō seruatur oppositum, quia primo fit inquisitio, & post ea super ea inquisitus interrogatur, & examinatur, vt dicit Ang. in repe. d. l. si vacātia, num. 197. quem refert Ang. Aret. de malef. in d. verbo, Hęc est quidam inquisitio, & Card. Alex. in d. c. de accusatione. col. 36. circa medium. licet ipse Ang. Aret. dicat, quod illa doctrina Ange. procedit, quando iudex contra absentem inquit, sed si reus est presens, & in fortia officialis, tunc (secundum eum) semper iudex eū interrogat cum tortura, & si non, ipse camē rare pluries, vt videat bene super quo possit formare inquisitionem, & post eius interrogationem format inquisitionē, de quo tamen ego dixi infra q. 45. Marian. autem in repe. d. c. qualiter, & quando, post num. 212. versic. LXX. quaro, dicit, & ipse, qd illa practica quam ponit gl. præallegata, communiter non seruatur, sed communiter citatur inquisitus, vt cōpareat ad se defendendum, & subiicit formam ipsius citationis. Ego verō supra in prin. quæst. dixi, qd tota hęc practica diffamationis hodie non seruatur, nisi quando alia indicia haberi non possunt, propterea si casus cōtingeret, debet iudex habita informatione sup infamia, si reus est presens, illū interrogare, si vero est absens, debet illū citare, iuxta ea, quę dixi infra q. 31. & inter ea perquirere fortiora indicia super ipso crimine. Indicum enim fama solū, licet sufficiat ad inquirendum, ut dixi supra in prin. quæst. nō tamē sufficit ad torturam, vt dixi infra quæst. 2. i. vers. Fama sola.

Sed quid si reus dicat iudici, vt priusquam ad vltiora procedat, det ei copiā indiciorum, quę super diffamatione assumpſit? Respond. Ang. in d. repe. l. si vacātia, num. 89. dicit, quod cauti aduocati hoc petunt, vt possint impugnare testes diffamantes, & vt videant, si fama est probata, nam si aduocatus poterit videre famam non esse probatam, vel testes esse suos, obtinebit in causa. Et dicit hoc vidisse fieri, & peti in ciuitate Aretij, qđ quide proculdubio esset valde vtile ipsi reo, præsertim cū probatio fame sit multū difficilis, vt potuisti videre supra vers. Illud tamē, & seq. Sed certe mirum est,

quod Doctores ad o variē loquantur in hoc proposito. Si enim secundum magis cōuenientem opinionē, creditur iudici asserenti famam esse contra aliquem, nec tenetur aliter de parte fidem facere, ut dixi in 4. quæst. 31. vers. Fama publica. nō uideo ego, quomodo sit danda eius copia reo petenti præsertim cum ex consuetudine generali iudex possit etiam non præcedente infamia inquirere, vt supra dixi. Et ideo dicit Ang. in loco præallegato, qd hodie Perusij hoc non seruant de consuetudine, ex quo ibi secundum formā statutorum potest de omni crimine inquire. Dic ergo, quid cum ex generali consuetudine non seruetur, vt prius assumatur indicia super fama, deinde super crimine, sed omnia eodem contextu recipiantur, iudex circa copiam diffamationis danda vel denegandam reo inquisito, debet obseruare ea quę generaliter dicta sunt de copia indiciorum infra quæst. 49.

## QVAESTIO VII.

### SYMMARIUM.

*Denunciationem aperire viam iudici ad inquirendum.*

*Denunciare quis possit, versic. Quaro igitur, & vers. Dixi supra, & seq.*

*Dictum denunciantis an sufficiat ad inquirendum, vers. Habes igitur.*

*Officiales quomodo constituantur ad denuncianda delicta, versic. Scias autem.*

*Et an possint denunciare etiam delicta non notoria, vers. Scias etiam.*

*Et an teneantur denunciare etiam ea maleficia, quę sunt de iure impunita, vers. Sed quaro.*

*Denunciare an cuiusque liceat, versic. Dixi supra.*

*Monachus an possit denunciare, versic. Item quaro.*

*Lacus an possit denunciare clericum de crimine, vers. Quaro etiam.*

*Denunciatiois forma quę sit, vers. Quaro nunc.*

*Et an sint seruandę solemnitates iurii, vers. Vltius quaro.*

Denunciator, qui non pro bat contenta in denunciacione, an sit in expensis condemnandus uersus se. Sed nunquid.



**D**ICTVM est supra quaest. 5. vers. Scias etiam multos esse casus, in quibus potest iudex ex officio procedere, etiam si nulla partis accusatio, vel querela praecedat. Diciturque est et supra quaestione proxima, diffamationem inter cetera operari, ut iudex contra diffamatam inquirere possit. Nunc scias aliam etiam esse modum, per quem aperitur via iudici ad inquirendum, si facta sit denunciatio apud acta, quod aliquis maleficus aliquid commiserit. Et in hoc proposito ego omitto ea omnia, quae de iure canonico dicuntur de materia denunciacionis, de quibus dixi infra libro septimo. §. denunciatio. Sed tantummodo loquor de illis denunciacionibus, super quibus solet criminaliter procedi. Et in hoc debes aduertere, quia licet aliqui dicant, quod iste modus procedendi per denunciacionem est modus ordinarius procedendi, sicut alij, & Boss. in titu. de denuncia. nu. 1. affirmet, quod ita dicunt omnes Doctores, nihilominus vera modus procedendi per denunciacionem non est modus separatus ab inquisitione, nam denunciatio nihil aliud operatur, nisi quod succedit loco diffamationis vel querelae, & sic aperit viam iudicij ad inquirendum ex officio contra aliquem, quod alias de iure non posset non praecedere querela, vel diffamacione, ut sepe supra dictum est adeo, quod ita dicitur procedere iudex ex officio, quando procedit sola denunciatio, sicut quando praecedit sola diffamatio. Et ideo facta denunciacione iudex super ea assumit informationes, & indicia, & eis assumptis, format libellum siue inquisitionem in qua narrat, quomodo propter denunciacionem datam per tale officialem intendit ex officio procedere, contra, &c. Et ita cõiter seruatur in practica, teste Prac. Pap. in forma inquisitionis, in verbo. Hæc est quedam inquisitio, post nu. 38. Et ita et quoties esse in usu attestatur Bos. in loco per allegato. num. 2. Quæ

omnia intelligo tam in denunciacione, quam fit ex necessitate officii, quam in ea, quæ fit ab alio non exercente officio, ut statim dicam.

Quæro igitur pro intelligencia terminorum, quis possit denunciare? Respond. Bar. in l. diuus. nume. 7. ff. de cult. reorū, dicit, quod qui prohibetur accusare, est etiam prohibitus denunciare, sed hæc opinio Bartol. communiter in practica non seruatur, nam isti officiales, qui constituuntur ad denunciandum, ut plurimum sunt personæ pauperes, & viles, & quandoque etiam infames, & tamen admittuntur, & super eorum denunciacionis proceditur ad inquisitionem, & ita communiter obseruari attestatur Ang. de malef. in gl. nec non & ad denunciacionem. nume. 4. quem refert Card. Alexan. in d. c. de accusacione. col. 65. in fine. vers. Secundò quaero. secunda, quaestione octaua, & Marian. in repe. c. qualiter, & quando. num. 81. & pract. Conradi, fol. 236. nu. 9. Et re vera ridiculum esset in practica, si quis vellet aliquam exceptionem proponere contra personas huiusmodi antianorum, siue consulum, qui delicta denunciant. Tu igitur dic, quod aut agitur de delicto, super quo ex forma statutorum, vel consuetudinis non potest procedi, nisi ad instantiam partis, & tunc rectè procedit opus. Bar. ut qui non potest accusare, seu querelare, non possit etiam denunciare, alius fieret fraus legi, si ille, qui non posset accusare, admitteretur ad denunciandum. Faciunt quæ dixi infra q. 10. vers. Scias autem. Aut vero agitur de delicto pro quo potest iudex procedere ex officio, & sic per viam inquisitionis, siue de iure, siue de consuetudine, & tunc quilibet admittitur ad denunciandum, & ita procedat allegata consuetudo. Et hoc siue iste denunciet motu proprio, siue ex necessitate officij, quidquid distinguit Ang. in loco prealleg. cuius opus in practica non seruatur, & merito. Publicè. n. iter est delicta ad magistratum notitia quocumque peruenire, ne impunita remaneant, & talis denunciatio modici est momenti, quia cum nihil aliud operetur, nisi quod aperit viam iudici ad inquirendum, non potest super ipsa denunciacione iudex contra aliquem procedere ad citacionem, neque ad capturam, nisi

prius

prius habitis contra eum legitimis indicij siue informationibus. ut inferius dicemus.

Habes igitur, quod dictum denunciantis maleficiū sufficit ad inquirendū, Et hæc dicit esse communem conclusionem Boss. in tit. de denunciacione, post num. 2. quā tamen intellige ut procedat, quo ad inquirendum, id est ad recipiendum indicia, siue informationes contra eum, qui pro reo nominatur in denunciacione, ut statim dixi, Si vero intelligamus ad inquirendū, id est ad transmittendam inquisitionem contra eum, qui de ipso delicto imputatur, tunc est distinguendum, nam, aut talis denunciatio fit per ipsam partem offensam, & non sufficit, etiam si ipse denunciatus ex vulnere moriatur, & in ipsa denunciacione usque ad mortem perseueret, licet in hoc ultimo consuetudo contrarium obseruet, ut dixi infra q. 21. vers. Assertio vulnerati, aut fit per tertiam personam priuatam, & pariter non sufficit, quia ipse videtur in tali denunciacione fungi vice accusatoris, Et ideo super eius denunciacione, etiam iurata, non potest vllum fieri fundamentum, etiam si deponat de vitio, Et in hoc nullus est qui dubitet, Aut vero fit per syndicum, siue officialem deputatum auctoritate publica ad huiusmodi denunciaciones faciendas, Et tunc aut ipse testificatur cum iuramento vera esse ea, quæ denunciat, & reddit causam scientiæ, & eo casu facit fidem, prout alij testis, qui super ipso delicto deponeret, Et potest super eius dicto formari inquisitio, aut vero non deponit ipse super delicto, sed dicit alios esse informatos, & tunc eius dictum nihil operatur, nisi quia (ut dixi) aperit viam iudici ad inquirendū, & non potest super eo procedi, nisi legitima adsint indicia. Et ita obseruat communis practica. Bene negum est, quod si huiusmodi denunciator fuisset deputatus non modo ad denunciandum, sed etiam ad custodiendum, puta agros uel passus, uel ad capiendum, puta fraudantes gabellas, uel deferentes arma, uel similia, tunc ei daretur plena fides non modo ad inquisitionem formandam, sed etiam ad condemnandum, nisi denunciatus probaret sitam innocentiam, Et hoc propter iuramentum,

quod tales officiales præstant in principio officij sui. Et ita de consuetudine obseruatur, ut dicit Gand. in tit. quomodo in maleficio cog. per denunciator. post nume. 4. quem refert August. ad Ang. de malef. in verbo. Nec non & ad denunciacionem, post num. 6. Sed hoc intellige ut procedat in causis, seu delictis leuibus. Ceterum in causis grauibilibus, & in quibus ingeritur poena corporalis, non credo quod talis denunciator haberetur per integro teste, sunt enim ut plurimum uiles personæ, & infames, scilicet Beruarij uel similes, quos Mediolani Borlæctos appellamus. Et ideo non putare eis tantquam omnino exceptione maioribus, plenam fidem adhibendam, nisi alibi circumstantiæ iudicis animum mouerent.

Scias autem, quod antiquis temporibus magistratū deputabant officiales, qui eis delicta denunciarent, hodie uero constituuntur syndici per parrochias, siue castra, qui sunt tanquam officiales constituti ad denunciandum delicta, Et ita hodie communiter seruatur per Italiam, ut dicit Marian. in d. c. qualiter, & quando. nu. 30.

Scias etiam, quod de iure huiusmodi officiales (secundum aliquos) non possunt denunciare nisi delicta notoria. Et ita tenent communiter canon. ut dicit Card. Alexan. in d. c. cap. de accusacione, col. 67. vers. Quæro, an maleficia, secundum quæ st. 8. Ita etiam communiter teneri attestatur Marian. in d. cap. qualiter, & quando. post num. 179. Sed quicquid sit de iure, contrarium seruatur de consuetudine, nam tales syndici non modo possunt denunciare etiam delicta occultata, & non notoria, imò ex necessitate eorum officij tenentur ea denunciare, sub poena in statutis ciuitatum uel locorum expressa, Et hoc etiam admittit stylicum curiarum ecclesiasticarum, ut attestat Diaz in practica crimin. canon. cap. 6. quem refert Prac. Conradi. fol. 235. num. 5. in fin. nisi forte delictum esset ita occultum, quod syndicus illud non denunciatus excusari posset, Et ita Alb. in 2. par. statut. q. 82. dicit sepe obtinuisse, super quo in præsentia nihil determino. Bene uerum est, quod Senatus de facili excusat huiusmodi consules, Pract. Jul. Clar. H 3 siue



sine ancianos, propter non factas denunciations, ubi non potest in eis argui dolus, vel lata culpa, puta si fuerit aliquis percussus in agris remotis a domibus, & percussus rem ipsam consili non notificavit, put contingit in loco Casaleti Landensis, & fuerunt homines ipsius loci absoluti. 12. Augusti. 546. P. N. & in alijs etiam plerisque casibus similibus ita semper vidi per senatum iudicari.

Sed quæro, nunquid talis syndicus teneatur denunciare etiã ea maleficia, quæ sunt de iure impunita, puta si sit occisus bannitus, qui ex forma statuti possit impune offendi, vel huiusmodi? Respond. quod sic, nam ad ipsos non pertinet iudicari, an delictum sit punibile, vel ne, ita tenet Bar. in l. si quis in gravi. §. si maritus. ff. ad sylle. & est cõis opinio, vt dicit Aug. post Ang. de malef. in verbo, Nec non, & ad denunciationem, nu. 7. Et ita in practica obseruatur. Quinimõ ex consuetudine teneatur denunciare quatuorq; offensiones, & mortes violentas, etiam si casu contingit se dicantur, puta si quis in flumine submergatur, vel e tectõ decedat, plerunq; enim hæc, & similia dolose commissa, tolerant casu impuniti, ppterca bonum est, vt ad noticiam iudicũ pertineant, ad effectum vt rei veritas detegi possit, prout ego in facto multoties vidi.

Dixi supra, qd non modo officiales ad hoc deputati, sed etiam alij admittantur ad denunciandum, quæ res, licet forte de iure cõi aliquam habeat difficultatem, tã de consuetudine passim seruatur, qd quilibet accedit ad iudicem, & denunciat iniuriam sibi, vel alteri factã, & iudices de facili procedunt, vt attestat Alb. in d. l. ea quidem, nu. 9. sumptis tamen prius debitis iudicij, Et est bona practica, ne aliquo modo delicta impunita pertranseant.

Item quæro, nunquid monachus possit denunciare? Respond. in forma iudicij nõ potest denunciare nisi proprium Abbate, & transiudicialiter autem, & ad penitentiam potest denunciare quemcumque. Et ita est cõmunis opinio, vt dicit Abb. in cap. ex parte, nu. 6. de accus. sed hoc raro contingit in practica.

Quæro etiam, nunquid laicus admitta-

tur ad denunciandum clericum de crimine? Respond. quod regulariter non admittuntur laici ad denunciandos clericos, prout neq; ad accusandum, vt dixi infra quæstio. 14. versic. Propter reuerentiam, est tamen speciale in laico parrochiano, vt possit prelatum suum denunciare, Et est communis opinio, vt attestatur Arer. in cap. illa, num. 7. de accusat. Plurimum enim interest etiam laicorum habere bonos prelatos.

Quæro nũc, quæ sit forma huiusmodi denunciationis? Respond. syndicus seu officialis ad hoc deputatus notificat iudici apud acta, die tali commissi fuisse tale maleficium a titio, & esse de eo informatos Petrum, & Ioannem, &c. Et ita vsus obseruatur, vt dicit Ang. de malef. in loco præallegato, nu. 20. quem refert Pract. Conrad. fol. 236. num. 11. Et hoc sufficit, neque teneatur denunciatio ulterius aliquid facere, sed relinquat iudici faciendum, cuius partes sunt statim ingredi de delicto contra nominatum pro deliquente in denunciatione, examinando testes in ipsa denunciatione nominatos, & etiam alios a quibus veritas haberi possit, Et ideo licet de iure denunciator teneatur probare vera esse ea, quæ in sua denunciatione continent, vt est rex. in d. l. diuus, & in l. ab accusatione. §. nunciatores. ff. ad Turpill. tam enim communis vsus, & practica hoc non admittit, vt dicit Ang. in loco præallegato Salic. in d. l. ea quidem, nu. 23. Marian. in d. c. qualiter, & quando, nume. 179. in fin. Card. Alex. in d. c. de accusatione, col. 68. versic. Quæro an isti, sed sufficit (vt dixi) quod in cedula denunciatiois inscribi faciunt nomina testium, qui dicuntur esse de contentis in denuncia informati. Hęc autem omnia intellige vt procedant, quando ad noticiam ipsius denunciantis peruenit nomen delinquentis, & testium. Si vero est ei occultum, sufficit, quod dicatur nomina eorum, a quibus illud intellexit, Et tunc iudex facit citari partem offensam, vt habeat iudicia, & plerunq; etiam mandat ipsimet denuncianti, vt melius se informet, & termino bidui, vel tridui veniat de omnibus informatus, & curia referat. Vltimus quæro, nunquid in huiusmodi

denunciationibus seruanda sint solemnitates iuris? Respond. Lucas de Penna in rub. de delator. col. 2. versic. Item dicunt aliqui lib. 10. dicit, qd etiam denunciator teneatur se inscribere ad penam talionis. Subdens, quod ita hodie de consuetudine obseruatur, prout illum refert Caranita super ritu 68. magnæ curiæ, num. 11. cum tamen re vera loquatur in de latore, prout eum fideliter refert Grammat. super consuet. Regni. fol. 61. nu. 15. Sed Ang. in d. l. ea quidem, numer. 3. dicit quod imò denuncians non teneatur se inscribere ad penam talionis, sed in alijs solemnitatibus, quæ requiruntur in libello accusatorio, scilicet expressio criminis personarũ loci, & temporis, tenet, qd idem seruandũ sit in denunciatione, quod in accusatione, subdens, quod ita etiam videtur obseruari de consuetudine per totum mundum, & ita illum refert, & sequit August. ad Ang. de malef. in loco præallegato, post nu. 12. vbi etiam libidit, qd licet denunciator non teneatur se subscribere ad penam talionis, debet tamen ipsa denunciat, quã vult dare iudici, esse in scriptis. Et dicit, quod ita volunt Doctores, & idem in effectu dicit Boss. in tit. de denunciat. nume. 14. & ita etiam quotidie videmus obseruari, quia tales syndici nunquam se subscribunt ad penam talionis, sed tantummodo deferunt in scriptis suam denunciationem iuxta formam, de qua supra dictum est, aut ipsemet narret eam notario, qui ipsis distantibus illam redigit in actis.

Sed nunquid, si reus absoluat, denunciator ratione calumniæ erit in expensis condemnandus? Respond. quod sic, ita dixit Cyn. in l. seueriter. in vltimis verbis C. de excusa. tutorum. Et ita tenent communiter Doctores, vt attestatur Alb. in l. sancimus. nu. 6. in fi. C. de iudi. quem refert Gratius, consil. 97. num. 2. lib. 1. Et ita fuisse de facto terminatum in ciuitate Regij attestatur nonnulli, quos refert Catald. de synd. quæstio. 183. Et dicit Guido Pape decit. 269. Denunciator. nume. 1. qd in curia Delphi denunciãns aliquem nominatum pro aliquo delicto, si ille sit absolutus, condemnatur in expensis, si vero

denunciãt delictum in genere, non teneatur, nisi deinde subministrauerit probationes contra aliquẽ, vel infligauerit iudicẽ ad eum condemnandum. Subdens, quod ita etiam vidit suis temporib. sæpe iudicari. Sed certe quicquid fit de iure, hodie de consuetudine isti iudicet non puniuntur propter calumniã, nam ex quo denunciant ex necessitate eorum officij, cessat omnis presumptio calumniæ. Et ita de facto seruari testatur Alber. in d. l. ea quidem, nu. 9. in fin. & Arred. de synd. nu. 85. Quod tamen ego intelligo vt procedat, quantum ad hoc vt excusentur ab assumpta calumnia, quæ scilicet oritur ex eo ipso, quod delictum non probat, vt dixi infra quæst. 62. versic. Dixi supra. Sed si appareret de vera calumnia, tunc procederet communis opinio, vt deberet in expensis cõdemnari, & forte etiam grauius puniri iudicis arbitrio, iuxta ea quæ dixi in fra q. 81. ver. Sed quæro. vbi vero esset alij quis denunciator, qui non ex necessitate officij, sed sponte accederet ad denunciandum, crederem de eo iudicandũ esse, prout de accusatore, & ideo ratione calumniæ illum esse condemnandũ, vt de accusatore dictum est in locis præallegatis.

## QVAESTIO VIII. SVMMARIVM.

*Deprehensionem rei in flagranti crimine aperire iuram iudicis ad inquirendum.  
Et qui faciat plenam probat ionem, uersic. Scias tamen.*

*Et in reo deprehensõ in flagranti crimine dandus sit terminus defensionis, & copia iudiciorum, uersic. Sed nunquid.*

*Et an requiratur sententia, uersic. Quæro, an quando.*

*Et quid si iudex oculis proprijs uideat malisum committi, uersic. Sed pone.*



Ita etiam modis aperit iudici via ad inquirendum, in illa grela, aut denunciatione precedentem, puta si deliquit fit in flagranti

flagranti crimine repertus, tunc enim nō modo iudex potest cōtra eum inquirere, sed etiam procedere vsque ad sententiā iuris ordine seruato.

Scias tamē, q̄ deprehensio in crimine non facit plenam probationem, sed tantummodo operatur, vt reus possit torqueri, & ita cōmunitur tenet, vt ait Albe. in l. defensores. nu. 2. C. de defen. ciuita. Et ideo debet iudex bene aduertere, ne statim procedat ad executionem contra eum, qui ad pretorū dicitur tanquā deprehensus in flagranti crimine, nisi aliter ēt cōstit tale delictum ab eo commissum fuisse. Solēt itaque cauti iudices tales homines, qui ad eos conducuntur tanquam deprehensi in flagranti crimine, examinare, & vbi fateantur, exequi p̄nam cōtra ipsos, vbi verō negent, statim absque aliquo processu ducere ad torturam, vt eos cogant ad delictum confitendum. Et hac practica vniuersales assessorēs, ut dicit Ang. in l. inter dum. § qui furem. nume. 8. ff. de furtis. Et scias, q̄ licet talis postea reperiatur innocens, non propter ea iudex, q̄ illum torfit, tenebitur in syndicato, q̄ illa in ciuilibus dicitur ipsum ita ductum in illud periculum posuit, vt dicitur in d. § qui furem. & notar Ang. ibi, subdit tñ, Vtere hac tortura velut homo discretus, secundum causam, qualitatem, & conditionem personæ, ne alius vt iudex p̄uersus recipias p̄nationem. Hęc autem intellige, ut procedant in grauib. delictis. pro quibus etiam p̄na grauis imponit. Ceterum in leuibus delictis potest iudex aliquem repertum in flagranti crimine ponere ad catheram, uel berlinam, vt vulgō dicitur, absque aliquo processu, & ita seruari ex consuetudine terrarum attestatur Ang. in d. l. ea quidem. num. 1. in fine. subdens ab huiusmodi consuetudine non esse recedendum. Et illum refert Paris Put. de syndico. 287. nu. 8. Et ita se practicas attestatur Bart. in l. leuia. nume. 12. ff. de accus. Dicit etiā Ang. in l. iustus furtium. nu. 2. ff. de his, qui not. infam. q̄ videmus hodie seruari, q̄ inuenti ad furtum vnas per officiales rectorum, absque interlocutoria, aut diffinitiua ducuntur cum vnis ad collum per ciuitatem. Et eo

dem modo inuenti cum armis de facto ducuntur ad palatium, & compelluntur ad soluendam p̄nam antequam recedant. Idem dicit Cagnol. in l. vnica. in princ. nu. 98. ff. si quis iudic. non obtemp. Adde tamen, dummodo ille deprehensus sit persona vilis, secus autem si esset persona nobilis, vel honesta, talis enim non esset p̄niendus. vna infamia. Bene videt aliquis dō etiā nobiles deprehensos cum armis, siue processu plebii iudicibus finis publicæ, & non est iudicio malo practica, quā uis Paris Put. de syndico. fol. 339. cap. 2. post num. 2. aliter sentiat, dicens, q̄ tortura est maxima p̄na &c. & ego sepe vidi illam obseruari, licet quandoque ex eo iudicibus male euenerit.

Sed nunquid reo capto in flagranti crimine debet dari terminus defensionis, aut copia iudiciorum? Respond. Bal. in l. v. vim. num. 2. ff. de iust. & iure. tenuit, q̄ nō debet ei dari copia processus, neque statui aliquis terminus ad se defendendum. Et dicit Foller. in pract. crim. fol. 197. col. prima. in fi. q̄ illud dicitur Baldi quodiē practica, prout etiam fuisse practicum Neapoli in illis nobilibus, qui fuerunt reperti cum scalis ad domum cuiusdam nobilis mulieris, refert Grammat. super confitu. Regni. fol. 58. nume. 15. & decif. 36. Ego, si reus confiteretur delictum, vtique transfrem cum hac sententia, sed si negaret, putarem illi esse valde periculosam. Et ideo consulo iudicibus, vt cautē procedant in huiusmodi casibus, neque exequantur p̄nas capiales non datis defensionibus, nisi sit reus præter talem deprehensionem, etiam per testes idoneos de ipso delicto manifestè cōuictus, uel cōfessus. Bene verum est, q̄ vbi esset periculum maioris scidali, puta quia delictum esset atrox, & populus magnis clamoribus postularēt eius supplicium non deferri, vel quia esset concitata seditio, nec posset de facili sedari, nisi aliquis, qui esset deprehensus concitare populum, statim suspenderetur, tunc crederem posse iudicē excusari q̄ illud faceret. Licet. n. dicit foliat, q̄ vane voces populi non sunt exaudiendæ, illud tamen intelligendum est, quo ad hoc vt innocens condemn-

tur, vt contigit Saluatori nostro Christo Iesu, vel vt nocens absoluat. Sed bene quandoq; exaudiuntur, vt p̄na nocenti acceleretur, & non differatur, donec principi rescribatur. Et hæc est communis resolutio, vt dicit Sali. in l. decurionū, in fi. C. de penis. & ita fe vidisse de facto Florētiæ attestatur Catald. de syndico. q. 212.

Quæro, an quando reus est deprehensus in flagranti crimine, requiratur sententia? Respon. gl. in l. iustus furtium. in glo. 1. in primis verbis. ff. de his, q̄ not. infam. videtur sentire, quod nō, sed quod potest ei infligi p̄na absque sententia, & illam dicit esse communiter approbatam Boss. in tit. de denuncia. num. 10. Practica tamē obseruat, quod collaterales nunquam faciunt executionē alicuius p̄næ, nisi sententia præcedat, possent tamen his casibus omitti solennitates requisitæ in sententia prolatione, & sufficeret simplex ordinatio à iudice subscripta.

Sed pone, quod iudex oculis proprijs videat aliquem aliquod maleficium committere, nunquid poterit illum condemnare? Respond. q̄ non, nisi aliter probeat, & ita tenent Doctores, vt dicit Alber. in prima parte statutorū. quas. 53. Licet enim lex multum de iudice confidat, vult tamē q̄ secundum acta, & p̄bata iustitia ministretur, alias posset iudex aliquem suspēdi facere, & dicere q̄ ipse vidit aliquod maleficium ab eo committi, quod esset intollerandum. Vide quæ dixi infra q. 66. versic. Scias autem. Et licet aliqui dixerint q̄ poterit iudex eo casu illum torquere, tamē in hoc etiam contrarium tenetur per Doctores, vt dicit pract. Carer. fol. 108. num. 144. Bene ex eo quod iudex videat aliquem delinquere, poterit absque alia querela, aut denunciatione statim super eo informationes assumere, & contra eum procedere, & sic iste erit vnus ex casibus, in quibus aperit via iudici ad inquirendū absque vlla querela, denunciatione, vel diffamatione præcedente. Et adde, q̄ etiā hoc casu danda est reo copia processus, & terminus defensionis, prout rescripsit senatus in causa cuiusdam M. Antonij Cribelli, qui corā prætorē, & fiscali blasphemauerat. 6. April. 1559. P. N.

## QVAESTIO. IX.

SVMMARIUM.

Notorietatem delicti aperire vniuersi iudici ad inquirendum.

Et quod dicatur delictum notorium, ibid.

Et an requiratur q̄ sint etiam notorie qualitates ipsius facti, versic. Sed aduerte.

Et an in processu, qui fit super notorio, requiratur citatio, versic. Quæro nunquid.

Et an requiratur probatio ipsius notorijs, versic. Item Quæro.

Et per quos testes probetur notorium, versic. Quæro nunc.

Et an in crimine notorio danda sit reo copia iudiciorū, & terminus defensionis, versic. Quæro etiam.

Et an in notorijs requiratur sententia, versic. Præterea quæro.

Et an in notorijs admittatur appellatio, versic. Vterius quæro. Remissio.



**S**ED quid dicendum in crimine notorio? Resp. q̄ notorietas delicti nō modo aperit iudici viā ad inquirendū, sed etiā facit vt possit etiam vsque ad executionem procedere iuris ordine non seruato. Vt autem scias, quid dicatur notorium, vidēda sunt quæ dixi infra lib. 7. §. notorium. Nam vt dicit glos. vnica. in ca. manifesta. 2. que est. 1. quoridie. de notorio loquimur, & quid sit notorium ignoramus. in hoc tamen proposito dic, quod illud dicitur crimen notorium, quod aliqua tergiversatione celari non potest, vt illud, quod fit coram populo, vel maiori parte populi, & ita dicit Doctores, vt ait Cy. in d. l. ea quidem. col. 2. versic. Quia ergo. Et sic vides, quod nō modo illud, quod est facti permanenti, sed etiam illud, quod est facti momentanei, potest transfire in notorium, licet aliqui contrarium dixerint. Et hæc est communis opinio, vt dicit Tort. inter consilia Anto. de Zutr. consil. vltimo. potest nume. 27. versic. Ex prædictis.

ctis ergo. Apofit. ad Aug. de maleficijs. in verbo. Etiam per modum notorij. sub numero primo.

Sed aduerte, quia in hoc proposito nõ sufficit factum ipsum esse notorium, puta quod Seius interfecerit Caium, nisi etiã sint notariæ qualitates ipsi facti, scilicet quod nulla defensio, aut excusatio competat Seio, quominus puniend<sup>9</sup> sit p̄ pena homicidij. Et hanc dicit esse cõmunem omnium conclusionem Colleg. Floren. inter consilia Curtij Sen. consil. 21. nu. 13. Tortus in d. consil. vltimo. post num. 28. vers. Nec obest textus. Potest enim esse, quod homicidium fuerit ad sui defensionem commissum, vel p̄ alijs Caius impune occidi poterit, vel huiusmodi, de quib<sup>9</sup> dixi diffusus supra hoc eodem libro. §. Homicidium.

Quæro, nunquid in notorijs requiratur citatio? Respon. quod ad sententiam vtrique requiritur, & in hoc nullus dubitat, vt dicit Alber. in d. l. ea quidem. nu. 14. in fi. Hanc etiã dicit esse magis communem opinionem Aret. consil. 163. nu. 7. quæ refert Boss. in tit. de denunciatione. num. 9. in fi. & in titulo, quomodo procedat in crimine notorio. post nu. 6. Quædam intellige iuxta ea, quæ dixi infra q. 31. versic. Sed hic quæro. Sed ad assumenda iudicia super ipso delicto notorio non est reus citandus, quotiescumque ex tali citatione reus instrueretur ad fugam. Et hanc dicit esse communem opinionem Ferret. consil. 31. num. 11. Et licet Ant. de But. in c. cum olim. de re iud. dixerit esse speciale in Papa, vt processus per eum factus in notorijs abiq; citatione valeat, nihilominus illud dicum cõmuniter reprehenditur, vt dicit Barb. cõf. 70 nu. 14. li. 4. Dixi infra quæst. 31. circa principiu. Bene verum est, qd si notorium esset, nullam defensionem competere, eo casu (secundum aliquos) posset procedi sine citatione. Et hanc opinionem dicit esse cõmunem, & veram Colleg. Floren. inter consilia Curtij Sen. consil. 21. numero. 15. Tortus in d. consil. vltimo. num. 30. Secus autem quando certum esset defensionem cõpetere, vel esset dubium, vt ibi. Et hæc distinctionem fieri per omnes attestatur

Pract. Carer. fol. 28. vers. Et an, & quãdo. Ego, vero indistincte teneo, qd in quo. unque notorio, si reus est absens, debet citari non modo ad processum, si non sit suspicio fugæ, nam eo casu debet (si potest) personaliter capi, sed etiam ad sententiam vt supra dixi, non enim video, quomodo constare possit nullam defensionem, aut excusationem reo competere, nisi eo monito, & audito. Si vero sit presentis, scilicet in carceribus detentus, credendum, quod posset procedere communis opinio, quod vbi certum esset nullam defensionem competere, nulla citatio requireretur. Sed bene reus ipse verbo monendus & etiam audiendus esset, si vellet aliquid ad sui defensionem deducere.

Item quæro, nunquid in notorijs requiratur probatio delicti? Respon. qd non. Et est communis opinio, vt dicit Alber. in l. ea quidem. in m. 18. Et ideo dicit Ange. in l. ius sustinum. m. 4. ff. de his, qui not. infra. quod mos hodie mouent, qd reiores immediatè abique aliquo processu faciunt decapitari, & suspendi, & membra mutilari de factis malefactorib. notorijs, quibus, vt ipse ait, ita penas imponi subito expedit rei publicæ. Et licet (y. in d. l. ea quidem. col. 2. versic. Secundo iuxta hoc, teneat, qd vbi negetur, debeat probari, nihilominus secundum Albe. in loco præ allegato eius opinio non seruatur, nec approbatur per Doctores. Sed certe iudicio meo, Albe. non refert fideliter verba Cy. Et ideo puto, quod male illum reprehendat. Propterea scire debes, quod magna est differentia, an dicatur notorie constare de crimine, vel dicatur constare crimen esse notorium, iuxta ea, quæ dixi in d. §. Notorium. dico igitur sic, quod aut quæris an sic probanda notorietas ipsius delicti, scilicet ipsum delictum, de quo agitur notorie, commissum fuisse, & dic, qd sic, & ita loquitur Cyn. Et in hoc nemo contradicit, neque sufficeret, quod notorie & eo appareret. Potest enim esse, qd vel per testes de visu, vel per confessionem ipsius rei, ex quib. dicimus notorie constare de crimine probaretur delictum, & tamen nullus sani capitis dicit delictum ita probatum posse dici notorium, ad

ad effectum vt super eo tiquam notorio, ex abrupto procedi possit. Aut quæris, an sit probandum ipsum crimen, quod pretenditur esse notorium, Et adhuc est distinguendum, nam Aut quæris an debeat constare iudici ipsum crimen fuisse commissum, & tenendum est, quod sic, iuxta ea quæ dixi supra quæstio. quarta, Aut quæris an debeat vere probari, quod crimen fuerit commissum ab eo contra quod pretenditur esse notorium, Et dic, quod non. Et ideo licet non adsint testes, qui deponant super scientia delicti, si tamen appareat de delicto, & adsint testes idonei probantes concludentes, esse notorium, quod Titius illa crimen commisit, poterit Titius ex eo condemnari, Et ita procedat opin. Albert. & communis, quæ tamè iudicio meo est multum periculosa, Et ideo recte dicit Sali. in d. l. ea quidem, num. 93. Caueat iudex, ne afferat delictum notorium, cum non sit, multa enim dicuntur notoria, quæ non sunt, propterea cõsiliat iudici, vt maiorem partem vicini examinet super delicti commissione, ne postea tempore depositi officij puniatur, si de notorio non doceret. Debet igitur iudex super tali notorio informationes assumere, Et hæc est communis opinio, vt attestatur Afflic. super secunda parte constitutionum Regni, Rubric. decima, post num. 30. Et ticias, quod debet notorium constare iudici, vt iudici ex actis secundum communem opinionem. vt dicit Pract. Conradi, folio 240 in fin. & fol. 241. num. 14. Et ideo non sufficerent informationes ab ipso iudice extrajudicialiter assumptæ.

Quæro nunc, per quot testes notorium probetur? Respon. dico in c. Deus omnipotens. §. quando autem, in verbo, iudicis, secunda quæstio. 1. dicit, quod probatur per duos testes, Et ita se habet communis opin. vt attestatur Sali. in d. l. ea quidem, nu. 82. vt in ore duorum vel trium stet omne verbum. Faciunt quæ dixi supra quæst. 6. versic. Sciendum est.

Quæro etiam, nunquid in crimine notorio danda sit copia iudiciorum, aut terminus defensionis? Respon. qd sic. Et hanc dicit esse communem opinionem

Ant. Gomez. capitulum. 1. delictorum, post num. 43. referens id attestari Sali. in d. l. ea quidem, numero 84. qui tamen in libro meo hoc ibi non dicit. Vt ergo dic, quod, Aut reus proponit aliquam exceptionem, vel defensionem ad excusandum delictum, & danda est ei defensio, Aut ipse fatetur nullam excusationem habere, & nõ est illi danda. Et hanc practiam seruat totus mundus, vt dicit Boss. in tit. de denunciatione, numero 6. in fin.

Præterea quæro, nunquid in notorijs requiratur sententia? Respon. glo. in c. euidencia, in verbo, Non indiget clamore, de accusatio. tenuit, qd etiam super notorio ferenda sit sententia, Et illam dicit esse communiter approbatam Marsil. in pract. criminali. §. Aggredior, nu. 133. Pract. Conradi, fol. 238. post numero 4. Et licet aliqui tulerint, quod vbi crimen est ita notorium, quod nulla potest tengeri iustificatione celari, non requiratur sententia declaratoria, quod etiam in plerisque locis frequentius omnium consensu receptum esse attestatur l'adacus in repat. capituli, Alma mater, folio 42. r. num. 9. de sentent. ex cõmuni. in 6. nihilominus quicquid sit de iure, certe de consuetudine indistincte obseruatur, vt etiam in criminibus notorijs requiratur declaratoria. Et ita hanc sententiam esse in praxi receptam fatetur idem Didac. in loco præallegato.

Plus dicunt aliqui, quod non potest dici delictum notorium, quod excusationem non habeat, nisi prius fuerit super hoc cognitum, & declaratum per iudicem, illud esse notorium, citatio etiam ipso reo, Et hanc opinionem attestatur esse communem Arcum in d. cõsilio 163. quæ refert Ferret. consil. 31. nu. 5. & 35. licet Aret. in libro meo hoc explicite non dicat, Et ideo iudices in huiusmodi notorijs caute ambulant, ne si nimis properent, se ipsos inuoluant, vt supra dixi. Vide etiam in proposito citationis quæ dixi supra versic. Quæro nunc.

Vltius quæro, nunquid in notorijs admittatur appellatio? Dixi infra quæstio. 94. versiculo. Solet etiam.

## QVAESTIO X.

## S V M M A R I V M.

*Querelam partis offensae aperire viam iudici ad inquirendam.*

*Et an querela successerit loco accusationis, versic. Scias autem.*

*Promotor, seu instigator inquisitionis quis dicatur, versic. Aliquid etiam, & s. g.*

*Et an sit citandus, versic. Quæro nunquid.*

*Aduocatus, seu procurator fiscalis, qui instigant inquisitionem, an reo absoluto sint in expensis condemnandi, versic. Sed nunquid.*

*Et an siccus debeat querelam porrigere versic. Sed quæro.*



**A**LTVS est modus, p. quæ iudici aperitur via ad inquirendum. Querela partis offensae, Et licet isti duo modi procedendi, scilicet querela, & ex officio, videantur, non modo diuersi, sed etiam quodammodo incompatibiles, tñ consuetudo admittit, q. super querela partis iudex statim incipiat inquirere, scilicet informationes ex officio assumere, ut dixi supra q. 3. versic. Hinc inferitur.

Scias autem, q. hæc querela multum differt ab accusatione, nam in accusatione de iure requiritur solemnitas libelli & inscriptio, ut dixi infra q. 12. versic. Dixi quoque, sed modus ille procedendi per viam solennis accusationis abiit prorsus in consuetudine, & loco accusationis successit hic modus querelandi. Et ideo hodie per totam Italiam observatur, quod libellus non datur, sed simpliciter fit quædam scriptura, quæ datur loco libelli, & debet talis scriptura continere nomen accusatoris, & accusati, & iudicis, & criminis commissi, & quoloco, anno, & mense commissum fuerit, necnon & diē dati ipsi libelli. Et si hæc deficiant, non procedit talis scriptura, quæ hodie datur loco libelli, ut dicit Gand. de malef. in Rub. qualiter fiat accusatio, nu. 6. quæ refert Aug. ad

Ange. de malef. in verbo, Et ad querelam num. 3. & Boff. in tit. de accusat. num. 2. & Caraita super ritu 20. magna curie, nu. 4. & super ritu 202. num. 6. & Pract. Conradi, fol. 225. nume. 5. Dum tamen ipse Boff. postea subdit num. 6. quod vsus non admittit tales querelas p. accusationis. Tu dic, id verum esse, si sumatur accusatio in forma solennis, prout de iure requiritur, sed certe hodiernis temporibus utiq; dici potest huiusmodi querelas subrogatas esse loco accusationis, Et quamuis, ut ipse dicit, non disputetur super istis querelis, an habeant requisita vel ne, hoc procedit ex eo, quia talia requisita in parte sunt à consuetudine sublata, ut apparebit infra in discursu materia accusationis. & præsertim quæst. 18. per totum, Et etiam quia hodie inquisitio concurrens in omnibus ferè p. cessibus cum ipsa querela sine accusatione, ut dixi supra in d. versic. Hinc inferitur, Et sic iudex ex officio supplet quoscunque defectus. Sed in casibus, in quibus ex forma statuti, vel consuetudinis iudex non potest procedere nisi ad querelam partis, proculdubio ea, que possent de iure opponi contra accusatorem, & accusationem, possent opponi contra querentem, & querelam, Et ita multoties vidi in facto observari, Plus dico, quod si non esset aperta via iudici ad inquirendum aliter quam per querelam, puta quia non procederet denunciatio, neque diffamatio, neque aliquid aliud ex his, que aperiant viam inquisitioni, non deberet iudex procedere super huiusmodi querela, nisi haberet legitima requisita, iuxta ea, que dicit Gandin. in loco præallegato, licet contrarium plerumque observetur de consuetudine, secundum quam iudices valde prompti sunt ad procedendum, neque multum super istis subtilitatibus insistant.

Aliquid etiam hoc loco dicendum est de promotore, seu instigatore inquisitionis, super quo ego pauca tantum modo attingam, ne aliquid prorsus omnium fuisse videatur, certa reperire poteris in locis ordinarijs.

Scias igitur, quod tria sunt genera eorum, qui instigatores, seu promotores inqui-

inquisitionis appellantur. Aliqui enim id faciunt ex necessitate, vel saltem ex debito eorum officij, prout sunt aduocati, & procuratores, seu syndici fiscales, ad quos maxime pertinet instigare assil. ut, vt iudices contra delinquentes inquirent. Aliqui verò id faciunt ex præcepto, siue deputatione iudicum, qui solent deputare aliquem coadiutorem, qui loco partis, seu fiscalis assistat in inquisitioni, nam in quocunque calu i quo iudex potest ex officio procedere, potest etiam creare, & constituere fiscalem, qui accuset. Et ita practicitur, teste Anto. Gomez. c. r. delictorum. post nume. 10. in prima ampliat. intellige qui accuset, nō vt aperiat hoc modo, via inquisitioni, sed vt postquam illi est aperta via ad inquirenda assistat ipsi inquisitioni, prout faceret accusator. Et hoc quando non adest aduocatus, seu procurator fiscalis ordinarius, tunc enim non solet aliquis alius deputari. Postremo aliqui id faciunt sponte, quia comparant in iudicio, & subministrant testes, & indicia contra reos inquisitos.

Quæro, nunquid instigator sit citandus in causa inquisitionis? Respond. de aduocato, seu syndico fiscali nulli dubium est, quia sit citandus, nam in quocunque iudicio, in quo potest ex officio procedi, fiscalis est loco partis. Idemq; dicendum est in eo, qui sit a iudice deputatus, nam & ille succedit loco fiscalis, & de eo idem iudicandum est in illa causa, quod de fiscali. Si vero loquimur de instigatore, seu promotore voluntario, tunc dicit Boff. in tit. de inquisitione. nu. 27. quod si talis instigator prius querela ait, & ad eius querelam iudex inquisit, tenet oculi partis, & ideo est citandus, & subdit, quod ita concludunt Doctores, & quod ita seruatur, & cum eo est lis contestanda, prout etiam cum accusatore, secundum g. in c. cum I, & A. in verbo, Lite non contestata, de re iudi. quam dicit esse ab omnibus approbatam Card. Alex. in c. de accusatione, col. 27. in principio. secunda, quæst. 1. in c. r. Quod tamen intellige secundum ea, quæ de lictis contestatione dixi infra quæst. 45. circa principium. Ego autē dico, quod si querelam, tunc non est citandus tamquam instigator, seu promotor inquisitionis, sed tanquam

accusator, quia (vt dixi supra) tales querelæ succedunt loco accusationum, sed quæ do quis non querelat, sed tantum instigat, seu promouet inquisitionem, non est de necessitate citandus, nisi compareat, & petat in actis se citari, nam eo casu, licet prius non querelaerit, habetur loco partis, & citatur, & vbi succumbat condemnabitur etiam in expensis vt accusator, prout in facti contingentia condemnatus fuisse quosdam instigatores refert Papo lib. 2. q. ti. 1. Arresto 2. Et ita seruatur communis practica.

Sed nunquid aduocatus, vel procurator fiscalis, qui instigant inquisitionem, & faciunt procedi contra aliquem, tenebuntur ad expensas, si reperit fuerit illum non esse culpabilem? Respond. de iure forte posset dici, quod sic, sed de consuetudine apud nos contrarium seruatur, prout etiam seruari in patria Delphina attestatur Guido Papæ decif. 269. Denunciator. post nu. 1. Et quod de consuetudine procurator Regis non subiciatur expensis actiue, neq; passiuæ, attestatur pract. Milei, fol. 16. nu. 45. Bene verum est, quod si dolose, & calumniosè persequeretur aliquem, esset in expensis, & damnis versus partem condemnandus, vt quilibet priuatus. Et ita pluries seruatum fuisse per lamentum Parisiense attestatur Papo in d. tit. primo. Arresto 4.

Sed quæro, Tu scis, quod hodie nemine querelante fiscalis succedit loco accusatoris, vt dixi supra quæst. tertia. versic. Sed certe, nunquid ergo debet eo casu fiscalis querelam, seu accusationem porrigere, super qua iudex deinde procedat? Respond. quod non, sed tantum procedat ad informationem eo instante, & ita se habet communis observantia omnium curiarum, vt dicit Caraita super 20. ritu magna curie, post nume. 4. Et dicitur semper instare fiscalis, vt procedatur contra delinquentes, etiam si de huiusmodi instantia in actis non appareat, debet tamen prius esse aperta via iudici ad inquirendum aliter quam per inquisitionem ipsius fiscalis, iuxta sapientia dicta, vt iudicibus precludatur via subditos vexandi indebitis impensis.

## QVAESTIO XI. SVMMARIVM.

*Inquisitio an fiat contra absentem.*

*Et an sit citandus ille contra quem assumitur iudicia, vers. Item quarto.*

*Et an pars offensa, versiculo, Sed quid e conuersio.*

*Iudex an debeat interrogare reum super his, de quibus contra eum intentat inquirere, vers. Quero etiam.*

*Et an ante inquisitionem danda sit reo copia iudiciorum, vers. Vterius quero. Remissus.*



**N**UNC videamus, quomodo procedendi sit in iudicio inquisitionis, intelligendo semper, quod inquirere sit ex officio testes, seu in formationes recipere contra aliquem per aliquo delicto, vt dixi supra q. 3. in principio. Et in primis quero, an possit procedi per inquisitionem contra absentem, an autem contra presentem tunc? Respon. de iure loquendo regulariter non procedit via inquisitionis nisi contra presentem, si verò reus sit absens, modo non per contumaciam se absentem fecerit, non potest inquiri, ita notat per omnes in d. e. qualiter, & quando. Sed certe quidquid sit de iure, hoc de consuetudine non obseruatur, sed semper fit inquisitione de delicto, siue inquisitus sit presentis siue sit absens, & siue per contumaciam se absentauerit, siue non, vt attestatur Marian. in repet. d. capit. qualiter, & quando. num. 91.

Item quero, nunquid priusquam, iudicia contra aliquem, debeat ille citari? Respon. de iure communi utique requiritur, partis citatio, alias testes examinati reo non citato, nullam contra eum fidem facerent, neque ad sententiam, neque ad torturam. Et hæc est communis opinio, vt dicit Blanc. in prac. crimin. fol. 5. nume. 33. Anton. Gomez cap. 12. delictorum. post nu. 18. Quintimo Anto. de Butrio in d. ca. qualiter, & quando. S. debet. post. numer.

40. dicit, quod in reptione testium in causa inquisitionis specialis debet reus citari, & quod ita obseruatur in communis practica, & illum refert Aret. in cod. S. debet. nu. 98. Sed certe quidquid sit de iure, contrarium seruatur de consuetudine, vt attestatur ipsemet Blanc. in loco preallegato, subdens, quod propterea defensores reorum non debent multum insistere super ista communi sententia. Hanc etiam dicit esse communem practicum omnium curiarum Foler. in practica crim. canon. fol. 109. nume. 1. Dicit etiam Blanc. ibi, num. 6. quod stylus, & consuetudo est in ciuitatibus Lombardie, quod testes, siue si per generali, siue super speciali inquisitione, & etiam super accusatione examinantur sine citatione partis, & allegat Alexan. com. 65. nume. 9. in si. libr. primo. quod est duplicatum in consi. 41. libro septimo qui dicit, quod (vt verbo fert) ita est stylus, & consuetudo in partibus Lombardie, quod testes recipiantur sine citatione partis. Et ita esse stylum Italicæ asserit pract. Caloni, fol. 103. post numer. 1. Dicit etiam Berber. in Viatorio iuris, in rubri. de iud. col. 27. quod vltus consuetudo, & stylus hæc opinionem approbat. Hunc etiam esse receptum vltum, stylum, & consuetudinem attestatur pract. Iodoci, fol. 24. num. 18. Tu autem dic, bene verum esse, quod de consuetudine huius provincie testes, qui assumuntur ad informationem curie contra reum absentem, recipiuntur parte non citata, ad effectum procedendi ad capturam, siue citationem contra reum, & si ipse deinde vocatus fuerit contumax, faciunt fideni, etiam quo ad hoc, vt super eorum attestacionibus possit contra eum ferri sententia diffinitiva. Et hæc practica fuit optima ratione introducta, ne si reus citaretur, statim autgeret, vel posset facilius testes examinandos subornare. Sed si reus cõparet, tunc attestaciones talium testium examinatorum absque citatione partis nullam fidem faciunt, neque ad condemnationem, neque ad torturam, nisi parte ipsa presente, aut legitime citata, seu monita deponant, vel prius peos deposita repetant, & in eis persistant. Caterum quando processus, sit reo comparente,

parente, vel in carceribus existente, semper seruatur communis opinio, etiam in hac prouincia. Dixi infra quest. 45. versiculo. Caterum si reus.

Sed quid e conuersio, nunquid in hac inquisitione debet citari pars offensa? Respon. de iure forte dici posset, quod sic, sed hoc de consuetudine non obseruatur nisi Florentia, vt dicit Ange. in d. repe. l. si vacancia. C. de bon. vacan. quem refert Marian. in repet. d. e. qualiter, & quando, post num. 21. in 7. quest. & Ang. de malefic. in verbo, Et ibi caput. nu. 2. Tu vero dic, quod aut pars querelauit, & de necessitate citanda est, aut non querelauit, & tunc quamuis necessario citari non debeat, tamen cauti, & iusti iudices illam semper citari faciunt ad ministrandum iudicia, si que habet ad coadiuandam intentionem iudicis, & ita seruatur in hoc ducatu, etiam si procedatur per inquisitionem, vt attestatur Bossa in titu. de senten. num. 81. in si. Vide quæ dixi infra q. 31. vers. Vterius quero.

Quero etiam, nunquid priusquam iudex inquirat, debeat reus interrogare super his, de quibus intendit contra eum inquirere? Dixi supra quest. 6. vers. Succellit. quero.

Vterius quero, nunquid ante inquisitionem sit danda reo copia iudiciorum? Dixi in d. q. sexta, vers. Sed quid si reus.

Cetera autem, que pertinent ad formam processus criminalis, scilicet quomodo, & a quibus assumenda sint iudicia, & quid agendum sit post ipsas informationes assumptas, cum non minus iudicio accusationis, quam inquisitionis communita esse videantur, paucis in primis de accusationis iudicio specialiter præmissis, infra suo ordine explicabimus.

## QVAESTIO. XII.

### SVMMARIVM.

*Accusatio quid sit.*

*Et an sit remedium ordinarium, versiculo.*

*Quero nunquid. Remissus.*

*Et an sit a iure, vel officium iudicis, versiculo. Item quarto.*

*Inquisitio an sit actio, vel officium iudicis, ibidem.*

*Iudex procedens super accusatione, an dicatur procedere officio iudicis nobili, vel mercenario, ibid.*

*Accusationis forma quæ sit vers. Quarto quæ sit.*

*Accusatio an debeat fieri in scriptis, ibid.*

*Et que in ea requirantur, versiculo. Preterea.*

*Et an si omittantur, sit accusatio ipso iure nulla, versiculo. Dixi exprimendum.*

*Et quid si agatur de crimine ciuili, vers. Adde quod d.*

*Et quid si procedatur per viam inquisitionis, ibid.*

*Et an locus notorius debeat per confines designari, vers. Sed pone.*

*Et an dies exprimendus sit in accusatione, vers. Dixi etiam,*

*Et quid si dies expressus non probetur, vers. Sed quid si accusator.*

*Et an accusator teneatur se inscribere ad panam talionis, vers. Dixi quoque, & vers. De iure autem.*

*Et que sit forma inscriptionis, versiculo. Forma autem.*

*Et quid de consuetudine, versiculo. Caterum.*

*Et quid de iure canonico, versiculo. Scias tamen.*

*Et an accusantes de adulterio teneantur se inscribere ad panam talionis, versiculo. Sed regentia.*

*Et an uxor teneatur se inscribere, vers. Quero etiam.*

*Et an in accusatione requiratur conclusio libelli, vers. Vltimo quero.*



**A**CTENVS de inquisitione dictum est, nunc de accusatione videamus. Quæro igitur in primis, quid sit accusatio? Respon. Accusatio est delatio alicuius criminis ad vindictam publicam, legitima interueniente subscriptione, ita diffiniunt communiter doctores,

vt dicit Felin. in Rub. de accusat. num. 3. quem refert Gigas de crim. l. e. q. Maieft. fol. 58. quaest. 1. num. 4. Et dicit Marian. in d. Rubr. de accus. num. 1. quod hanc diffinitionem omnes doctores sequuntur. Mihi (vt Lepius dixi) disputatio super diffinitionibus in pract. visa est semper inuicis. propterea multa, quae contra hanc dici possent, consulto omitto.

Quaero, nunquid accusatio sit remediū ordinariū? Dixi supra q. 3. vers. Debes autem, & vers. Sed certe.

Item quaero, nunquid accusatio sit actio vel sit officium iudicis? Vtilitas aut huius quaestiones potest esse maxima, puta si ex ter statutum, quod non soluens collectas non admittatur ad agendum, certesi est actio, non poterit accusare, si vero est officium iudicis, vtique poterit, nam qui prohibetur agere, nō prohibetur iudicis officium implorare. Propterea multae, & magni momenti sunt differentiae inter actionem, & officium iudicis, quas ponit Bar. in l. 1. r. nu. 10. ff. de iurisdic. omnium iudi. In hoc autem articulo magis communis opin. videtur esse, quod sit potius iudicis officium, quam actio, prout attestatur Berous in Rubr. de accusat. num. 7. in fin. licet ipse post multa teneat, quod sit quaedam tertia species. Ego vero semper tenui, quod accusatio (prout erat de iure introducta) esset potius actio, quam officium iudicis, Sed hodie cum ex generali consuetudine sublate sint fere omnes solennitates, & formae accusationum, proptereaque (vt supra dixi) cum accusatione, seu querela partis officium iudicis inquirere semper fere simul concurrat, crederem, quod posset sustineri communis opinio, Et ideo non putarem ab ea esse in practica recedendum, quae etiam magis fauorabilis est, ne delicta impunita remaneant. Ant. l. ene verum est, q. si effemus in casibus, in quibus non potest ex officio procedi, forte verius esset dicere, qd esset de ea iudicandum, prout de actione. Haec tamen difficultates raro contingunt in practica. De inquisitione vero, nulli dubium est, quin sit officium iudicis, Et hoc omnes sentiunt, vt dicit Berous in dicta Bubr. de accusatio. numero 10. Scias

autem in hoc proposito, quod iudex procedens super accusatione, dicitur procedere officio iudicis nobili, non mercenario. Et haec est communis opin. vt attestant scribentes in l. imperium. ff. de iurif. omnium iud. & in specie Caecialup. nu. 11. & Gaspar Valal. nu. 40. & Sapia, num. 23. quod de iure potest esse vitale ad multa, licet in facti contingentia, nunquā viderim de his tractari.

Quaero quae sit forma accusationis, & in primis nūquid debeat fieri in scriptis? Respon. Salic. in l. penult. num. 2. C. de accusat. tenuit, quod siue accusator porrigat libellū dictatū iudici in scriptis, vel porrigat verbalem querelā apud acta iudicis, & tabellio eam in scriptis redigar, iuxta formam l. libellorum. ff. de accusat. quod satis est solennis accusatio, vt iuratis tamen aliis seruandis. Cōtrarium autem sententiam, quod scilicet libellus accusatorius debeat porrigi in scriptis, tenet Bar. in extrauagā. ad reprimendū. in verbo, Per inquisitionē, nu. 33. Et hanc dicit esse veram, & communem opin. Cardi. Alexan. in d. ca. de accusatione, colum. 6. vers. Ponitur etiam, secunda quaest. octaua. Cum n. iudicia criminalia procedant ad instar ciuiliū, vbi aliter iure cautū non reperit, & in ciuilib. debeat libellus offerri in scriptis, vt dixi infra libro proximo, idem etiam dicendum videtur de libello accusatorio, vt scilicet in scriptis offerri debeat. Sed certe quicquid sit de iure, in practica seruamus opinio. Salice, vt scilicet sufficiat verbalis querela p notarium in scriptis redacta, modo in ceteris seruatur seruanda. Et ita quotidie fieri videmus.

Præterea in libello accusationis requiritur dies, & annus, quo porrigitur accusatio, nomen accusatoris, & accusati, & species delicti, & locus, & tempus, quo de delictum commissum fuisse dicitur, ite in scriptis accusatoris, de quibus omnibus est text. in l. libellorum. ff. de accusatio. Sed certe quo ad diem, & annum imperatoris, siue consulum, quo porrigitur accusatio (quicquid sit de iure) multi doctores dicunt, quod hodie illud nō est in vtu, & in specie Salice, in l. penul. num. 3. C. de

C. de accusat. quem refert Ang. de malef. in verbo, De anno presenti, nu. 13. Idem dicit Ang. in d. l. libellorum. prout illum refert Augu. ad Angel. de malef. in loco præallegato. Apud nos tamen vtique seruatur, qd apponatur dies, & annus porrigat accusationis, seu querelae, vt dixi 3. q. 10. vers. Scias autem, Et si notarius non faceret apparere in actis, quo die fuisset porrecta querela, posset tanquam imperitus, vel suspensus officio priuari, non tamen credo hoc esse de substantia, ita qd si non apponatur, vitietur querela.

Dixi exprimentum esse locum, & tempus delicti, & caetera iuxta dispositionem d. l. libellorum, Et si accusatio criminalis ea non contineat, erit ipso iure nulla, etiā si pars non opponat, Et haec est communis opin. vt dicunt scribentes in l. edita. C. de edendo, & in specie Alex. nu. 13. Decr. nu. 34. Claud. nu. 22. Ripa num. 26. Curt. l. un. num. 83. Idem attestatur Aret. in d. capit. qualiter, & quando. §. debet, numero. 115. prout illum refert Villalob. in libr. communium opin. in litera A, post nume. 13. ibi tamen Aret. loquitur in inquisitione, non autem in accusatione, vt ego fideliter retuli infra q. 31. vers. Quod de anno. Soc. conf. 109. post nume. 2. lib. 3. Gomez. Infti. de actio. in princip. num. 45. Bellon. conf. 63. num. 2. Nisi enim exprimeretur locus, & tempus commissi criminis, proculdubio incerta redderetur accusatio, ita vt non posset reus probando negatiuam corroboratam se aliquo modo defendere, neque (si opus esset) testes, qui contra eum deponerent, de falso conuincere.

Adde, qd haec conclusio procedit non modo, quando agitur de crimine criminali, sed etiam quando agitur de crimine ipso ciuili, adhuc enim debet exprimi locus, Et est communis opin. vt dicit Marian. in d. c. qualiter, & quando, num. 2. co. in fine, Et ideo etiam quando proceditur per viam exceptionis, necessarium est exprimere in ipsa exceptione locum, & tempus commissi delicti, iuxta formam dictae l. libellorum, Et est communis opin. vt dicit Socin. in l. 1. post nume. 4. versicul. Quarto inferitur. ff. de exceptio. Boer. decilio. 321. nume. 2. vbi refert ita fuisse per

illam curiam bis iudicatum. Et haec quidem absque difficultate procedunt, quando actor proponit actionem ciuilem, ex qua tamen condemnatio infamat, nam eo casu proculdubio necessaria est solennitas dicta l. libellorum, Et sic quod exprimat in libello locus, & tempus, alias fecus, Et haec est communis opin. vt attestatur Alexan. in l. 1. in princip. nume. 30. ff. de edendo, & in d. l. edita, nume. 13. Socin. in d. conf. 109. num. 1. & sequen. lib. 3. Mariana in suo speculo, fol. 24. nu. 30. August. ad Angel. de malef. in verbo, Et ad querelam, num. 55. licet subdat, quod haec opin. non obseruatur in curia Romana, Est tamen tenenda, & obseruanda in practica, vbi enim agitur actione famosa, licet ciuili procedatur, dicitur tamen causa grauis, & equiparatur criminali, ex quo apud honestos, & probos viros, fama, & vita æquiparantur. Quam tamen intellige vt procedat, si opponatur à parte, nam eo casu necesse est exprimi locum, & tempus, sed parte non opponente, quando ciuili ter agitur, procedit libellus, etiā si ea non exprimitur. Et hanc opin. dicit esse magis communē Socin. in d. consil. 109. numero 4. vbi in facti contingentia ita consuluit, quod nota, quia est pulcherrima limitatio.

Est autem exprimentus locus in libello accusationis, illum designando per cohaerentias, vt videre potes apud Ange. de malef. in verbo, In platea communis, qd quidem optime procedit in delictis, quae committuntur aliquid faciendo, sed si committantur non faciendo, puta quia accusatur syndicus, qui non denunciavit maleficium, eo casu, cum delictum non habeat locum determinatum, quo circumscribatur, non credo locum habere hanc conclusionem, nisi quis forte vellet apponere locum palatii, in quo solent syndici deferre denuncias, tanquam ibi commissum fuerit negligentia, prout feruari Florentiae attestatur Bal. in l. in causis, num. 7. C. de accu. qd est iudicium meo ridiculum.

Sed pone, qd sit aliquis locus publicus notorius, prout est platea cōis, vel palatium Potestatis, nunquid adhuc erit designandus per confines? Respon. qd sic. ita dixit Pract. Iul. Clar. I Gand.

Gand. de malef. in Rub. qualiter fiat accusatio, nu. 3. prout illa refert Ang. in l. hac consulti. nu. 2. C. 9. test. facere poss. subdendens, quia tenet confuetudo, quem etiam refert Aug. post Ang. de malef. in verbo. In platea communis, post nu. 11. Sed certe Gand. in libro meo hoc non dicit, bene affirmat posse sustineri libellam accusationis, in quo tantum dicitur malefictum commissum fuisse ante domum dicti Petri, & q. accusator poterit illud declarare, subdendens ita consulti fuisse Bononiæ per plures legum doctores, non tamen loquitur Gand. quando locus est adeo notorius, vt declaratione non egeat, ideo dic verum esse, vt dicit Ang. in d. l. hac consulti. q. de consuetudine (vt plurimum) solent apponi coherentia, etiam si locus sit notorius, sed tñ etiam si non apponantur, procedit querelæ, & accusationes, & etiam inquisitiones, modo locus sit certus. Et hæc opinio dicit esse veram, & magis communem Menchaca lib. 1. de testa. in 1. parte. §. 4. nu. 33. neq. ego vnquam vidi propter hoc annullari aliquem processum, neque dicerem esse annullandum.

Dixi etiam q. est exprimendum tempus delicti, scilicet annus, & mensis, vt in d. l. libellorum. Sed pone, q. accusatus compareat, & petat exprimi per accusatorem diem certam delicti, q. forte intendit ipse ad sui defensionem probare, q. eo die erat in alio loco, remota à loco delicti, nūquid eo casu det iudex cogere accusatorem ad ipsam diem exprimered? Respon. Bar. in l. is qui reus, nu. 10. ff. de pub. iud. & in l. arbitaria. §. si quis Ephesi, n. 6. ff. de eo quod certo loco. & in d. l. libellorum. in prin. nu. 3. tenuit, q. sic, Et dicit Cortes. in repertorio. A. bbatis, in verbo, Accusator, q. illi sequuntur communiter doctores, ita et communiter teneri attestatur Tal. in d. §. si quis Ephesi, post num. 1. quem refert Simancas de hæret. c. 4. num. 4. & Boff. in tit. de inquisitione, nu. 92. Præf. Comrad. fo. 224. post nu. 3. Plotus inter consilia crim. diuersorum conf. 109. post num. 4. lib. 1. A. postill. ad Vital. de malef. in Rub. quid sit accusatio, sub nu. 12. in verbo, Sed anni. Vitius in lib. communium opin. in verbo, Accusator vel silicus. Et hoc dicit

se aliquando obtinuisse coram magnis peritis, existentibus. Bergomi ad officium malefictorum, Albe. in d. l. libellorum. in prin. nu. 5. ff. de accus. Alias enim tolleret reo magna pars defensionis sue, scilicet facultas probandi negatiuum, quod esset inconueniens, qui d. quid dixerit signorol. q. in contrarium consulti conf. 244. vbi, nu. 25. dicit, q. hoc dicit Bar. est fallum, & q. sua opinioniones videntur multum singulares, & pharasticae, & deuiantes à communibus opinionibus nostrorum maiorum. Intelligit q. tenetur accusator reo id petenti exprimere diem, non autem illum probare, Et hoc omnes sententur, vt dicit Bertram. conf. 16. nu. 2. lib. 6. Quod tamē intellige in xtra ea, quæ statim dicam infra in verbo, sed quid si accusator, Et subdit ibi Bertram. q. sufficit, si die exprimat accusator, tempore, quo datur reo terminus suarum defensionum, est enim ei satisfactum, ex quo potest debere negatiuum in suis defensionibus, quod est notandum. Scias etiam, q. quis iudex possit cogere accusatorem ad exprimeredum diem, potest nihilominus accusator dicere, quod non recordat de die, Et erit excusandus, Et ita communiter practicatur, vt dicit Ang. in d. l. libellorum, nu. 5. quem refert Aug. ad Ang. de malef. in verbo, De anno præfenti, post nu. 4. & A. postill. ad Salic. in d. l. in canis, sub nu. 5. C. de accu. quod ego etiam admittem, si casus contingeret dummodo accusator id affirmaret cum iuramento.

Sed quid si accusator in sua accusatione exprellerit diem, cum non teneret, & deinde non probauerit, nūquid det propterea succumbere, licet testes alias deponant de crimine? Respon. Barto. in d. l. is qui reus, nu. 9. ff. de pub. iud. tenuit, q. sic, Et dicit Bertram. conf. 17. nu. 2. lib. 6. q. ita respondent communiter doctores Hanc etiam sententiam vti communem refert Aug. & Ang. de malef. in verbo, De anno præfenti, num. 4. Quæ tamen opinio, mihi nunquam placuit, & credo, quod cum magna difficultate posset sustineri in practica, nisi qualitas diei esset de substantia delicti, puta quia ad esset statutum disponeus, quod tali die aliquid non fieret, vel huius

huiusmodi, tunc enim proculdubio detur pñari dies, ad hoc vt reus possit de ipso facto tanquā de delicto puniri, sed si fuerit, quod opponitur, esset ita delictum in vno die, prout in alio, non crederem probato delicto, licet dies expressus non probaretur, reum esse absolendum. Solet enim in libello accusationis, seu querelæ apponi illæ clausulæ soluta res, Non se astringendo, &c. Et super quibus omnibus, &c. que saluant, & sustinent accusationem, & processum, etiam si non sit probata qualitas accusationis de iudice, modo de crimine confet, ut dixi infra quest. 66. vers. sed quid si pro parte.

Dixi quoque, q. de iure tenetur accusator se subscribere ad penam talionis, vt est text. in d. l. libellorum. & in l. tertia. C. qui accus. non poss. & est communis opinio, ut attestatur A. Felic. sup. consilii. Regni, in quibusdā locis, prout illum refert Duenas regula 27. in prin. licet ego in libro meo non reperiam A. Felic. ibi, id attestantem. Refert etiam Marian. in c. super his, nu. 19. de accusa. fo. And. attestari, q. hæc sit communis opinio, q. scilicet inscriptio sit de substantia libelli accusatoris. Idem attestat Bertram. conf. 267. in prin. lib. 4. sicut; hoc optima ratione introducum ad retinendam temeritatem accusatorum, vt scilicet, vbi accusationem non probarent, ipsi in seipos sententiā talionis propria subscriptione susciperent. Licet autem communiter appellatur inscriptio, tamen recte loquendo deberet appellari subscriptio, secundum Car. Ale. in d. c. de accusatione. col. tertia. vers. In scriptio, & ita illam appellat iurisconsultus in d. l. libellorum. vers. Itæ subscribere, quamvis secundum Felic. in d. c. super his, nu. 10. communiter videtur q. inscribere, & subscribere non differunt. Et ita videmus, qd in hoc proposito Doctores vtunt; ponunt indifferenter.

Forma autem huiusmodi inscriptiois erat, q. accusator se obligaret ad similitudinem penæ, & pmitteret de accusatione prolequenda vique in finem. ita dicit Bar. in l. si cui. in prin. nu. 2. ff. de accus. Et est cōs. conclusio, vt dicit Aret. in d. cap. super his, nume. 33. Hanc etiam for-

mam dicit communiter approbati Marian. in d. c. super his, nu. 17.

Ceterum hodie de consuetudine non obseruatur ista solemnitas subscriptionis vt dicit Spec. in tit. de accusa. §. 1. nu. 4. in si. que refert Foller. in pract. crim. fol. 136. post nu. 3. & Millius in suo repertorio in verbo, Accusator. & prac. Crædi, fol. 224. nu. 4. & Marcus decif. 683. queritur qualiter, num. 6. io. An ad Spec. in ti. qui accus. non poss. prout illum refert Grammat. super consilii. Regni. fol. 61. num. 11. Idem dicit Gandi. de malef. in rubr. qui accusare possunt, nu. 38. & in rub. qualiter fiat accusatio, post nu. 6. Bar. in d. l. si cui in prin. nu. 2. in ff. de accus. Salic. in l. q. crimine. nu. 4. C. qui accusa. non poss. An gel. de malef. in verbo, Et ad querelam. nu. 5. & ibi August. in apost. Practic. Papiensis, in forma inquisitionis, in verbo, Hæc est quo rdam inquisitio, num. 1. in si. A. postill. ad Vital. de malef. in rubr. qd sit accusatio, sub nu. 12. in verbo, Inscribere rubr. in l. pen. §. ad crimen. nu. 5. ff. de publ. iud. Gigas de crimine. l. de malef. stas, fol. 58. quest. prima. num. 6. Boff. in tit. de inquisitione, post nu. 14. Didac. lib. 2. resolut. cap. 9. nu. 1. Duenas in d. regu. 27. vers. Est tamen notandum, idem etiā obseruari in regno Franciæ attestatur pract. Millei, fol. 15. numero. 25. & fol. 28. num. 2. præterquam in crimine falsi, nā in eo moribus receptum est in ea prouincia, vt necessaria sit inscriptio, nulla facta distinctione, an ille, qui vult aliquid instrumentum, uel aliam scripturam de falso redarguere, sit actor, uel reus prout etiam attestatur Igneus in l. fidei commissum. nu. 155. ff. ad sylle. Ratio autem, cur hodie non obseruetur illa solemnitas subscriptionis, est, quia cū hodie pariter ex consuetudine sublati sit pñæ talionis secundum ea, que dixi infra quest. 81. in persuasum est etiam subscriptio, propter quam actor ad ipsam ponam talionis se obligabat.

Scias tamē, quod de iure canonico ad huc necessaria est huiusmodi inscriptio. Et ita quoties seruamus, vt dicit Card. Alexand. in cap. libellorum. circa fin. cuncta, questio. octaua. Et ideo in curia

Romana ubi quis impetrat beneficium per priuationem alterius ex aliquo crimine, non datur ei signatura, quo ad priuationem, nisi in forma, vt scilicet se subscribat ad penam talionis, & iuxta formam iuris, ut ibi, quem refert Gigas in loco preallegato. q. r. in fin. Idem etiam loquendo per verbum forte dixit Barto. in d. l. si cui. num. 2. in fin.

De iure autem civili talis solennitas subscriptionis, vt dixi, abiit in delictum, quoniam quoniam secundum aliquos (etiam circumscripta consuetudine) talis solennitas subscriptionis nunquam fuit necessaria. Nam obligatio ad penam talionis, etiam si expresse non fiat, subintelligitur ex legis dispositione, prout videtur tene regl. in d. l. in causis. in gl. fi. in fi. C. de accusa. quæ vult, q. ex subscriptione, in qua accusator affirmet se dedisse illum libellum, censetur se obligasse ad penam talionis. Refert etiam Felin. in d. c. super his. post nu. 10. q. Bar. i. d. l. si cui. attestatur, q. hæc est cõis opinio, licet ego in libro meo non reperiam Bartol. id attestantem. Sed quidquid sit, tenenda est hæc conclusio, q. etiam de iure, cessante subscriptione, accusator, qui accusationi se non subscripsit, punitur nihilominus pena talionis, perinde ac si subscripsisset, quam dicit esse communem Ab. in d. c. super his. nu. 8. Are. in eo. c. super his. nu. 21. Et ideo, etiam si omiſſa sit, non propterea vitaretur processus, prout etiam tenere communiter Doctores affirmat Card. Ale. in d. c. de accusatore. col. 3. in fi. Follet. in pract. crim. cano. fol. 50. nu. 50. licet in hoc ultimo re vera circumscripta consuetudine, forte dici possit contrariam opinionem esse uerriorem, quod scilicet omiſſa subscriptione, accusatio eiſet nulla, ex quo tradita uideatur pro forma, sed hæc nunquam contingunt in practica.

Sed reſerua conclusio, q. subscriptio sit necessaria. Quæro, nunquid maritus, & alij accusantes de adulterio, qui præsumunt accusare propter immensum dolorem, & ideo excusantur à præsumpta calumnia, teneantur se subscribere ad penam talionis? Respon. q. sic, & ita communiter teneatur, ut dicit Ana. in c. cum dile-

ctus. post n. 24. de calumnia. Et licet Are. in d. c. super his. nu. 19. referat Doctores communiter dicere, q. maritus de adultério accusans, iure mariti, non teneatur se subscribere, sed tatum quando accusat iure extranei, tamen indistincte tenendum est, quod teneatur se subscribere. Quamuis enim excusetur a præsumpta calumnia, non tamen propterea debet excusari a uera, & consequenter neque etiam a subscriptione, ut per Aret. ibi.

Quæro etiam, Tu scis, quod regulariter mulier prohibetur accusare, ut dixi infra q. 14. ver. Præterea dixi, nisi in quibusdam criminibus exceptis, nunquid ergo in casibus, in quibus admittitur ad accusandum teneatur & ipsa se subscribere? Respon. de iure civili utiq; debet se subscribere, sed de iure canonico non teneatur. Ita dicitur tenere gl. in d. c. super his. quæ per Doctores communiter approbatur, ut dicit Card. Ale. in d. c. de accusatione. col. 1. Hanc etiam opinionem communiter teneri a Canonistis attestatur Hieron. in apostil. ad Ang. de malef. in d. verbo, Et ad querelam. nu. 1. & quam etiam communem appellat Aret. in d. c. super his. nu. 20.

Ultimo quæro, nunquid in accusatione criminali necessaria sit conclusio libelli? Respon. q. non, secundum Bar. in l. libello. rum. nu. 19. ff. de accus. & est communis opinio, ut attestatur Maria. in repe. c. qualiter & quando. nu. 217. de accus. Et dicit Bald. in l. si quis se. in fi. C. de accus. q. ita dicunt omnes Doctores. Ratio autem, quare non requiratur conclusio libelli in criminalibus, vt in civilibus, est secundum eum, quia in civilibus pars potest, diuersis modis concludendo libellum facere, vt diuersis etiam modis possit sequi suam, nam etiam si quis sit creditor de mille, potest concludere tantummodo in centum, & iudex non poterit ultra illa centum condemnare, etiam si de maiori debito appareat, sed in criminalibus ex narratione facti oritur certa iuris dispositio, quæ pro eo delicto penam imponit, quæ ex diuersitate concludendi variari non potest. Et sic lex ipsa semper concludit ad modum facti, & iustitiæ complementum. Sufficit ergo quod libellus accusationis ita concludat. Quæro

peto

peto ipsum puniri iuxta formam iuris, & statutorum, &c. Et ita est de consuetudine, ut dicit Albe. in l. interdum. in princ. nu. 2. ff. de publ. iud. Sali. in d. l. in causis, num. 22. C. de accu. quem refert August. post Aug. de male. in verbo, Hæc est quedam inquisitio, nu. 66. Idem dicit Ange. de malef. in d. verbo, Et ad querelam, nu. 56. quem refert Pract. Conradi. fol. 225. nu. 7. Ita etiam de consuetudine seruari ait Card. Ale. in d. c. libellorum, col. 2. ver. Nota, quod non videtur, secunda q. octaua. Faciunt quæ dixi infra q. 31. verſi. Super quibus omnibus.

## QVAESTIO. XIII.

### SVMMARIUM.

Plures an possint in eodem libello accusare eundem.

Et an plures possint simul accusari, uersic. Quæro nunc.

Et an unus possit accusari de pluribus criminibus simul, uersic. Sed nunquid.

Et an unus possit de pluribus criminibus separatum accusari, uersic. Item quæro.

Et an supersedendum sit in uno, donec super alio cognitum sit, ibid.



ICTVM est de accusatione, & forma libelli, accuatorij, nunc successiue videndum est, an in eodem libello plures accusare, vel accusari possint, Et in primis quæro, nunquid plures possint simul accusare eundem? Respon. Aut cuiuslibet accusantium interest ratione officij, puta quia sint plures tutores, vel administratores, & tunc possunt simul accusare in eodem libello, non autem in pluribus, idemque il eorum interest ratione communis iniuriæ, puta si communis eorum seruus occisus sit, Aut nullus eorum interest, neque ratione officij, neque communis iniuriæ, & tunc non admittuntur simul ad accusandum, neque in eodem libello, neque in diuersis, sed vnus eorum meligitur, qui sit magis idoneus. Ita dicit Salic. in l. si accu-

fatoribus, uume. 2. C. de accusa. Et hæc distinctio in omnibus tribus membris communiter tenetur, vt attestatur Hiero. in A. postil. ad Ange. de malef. in verbo, Et ad querelam, nu. 65. sed hoc vltimum, vt C. quando plures, qui non prosequuntur suam, vel suorum iniuriam, volunt accusare, debeat iudex vnum eligere, intellige vt procedat parte opponente, nam si pars non opponat, valet iudicium, Et hæc est cõmunis opinio, vt attestatur Are. in c. olim, nu. 19. de acc. quem refert Villalob. in sua collecta communium opinio in litera A. post nu. 1. 3. Item intellige vt procedat, nisi ipsi omnes vellent vnum procuratorem constituitur. tunc n. possit procurator nomine omnium causam prosequi, ita tenet Inno. in d. c. olim, nu. 5. quem sequitur communiter Doctores, vt attestatur Imola in d. c. olim. in fi. prout illum refert Ana. in c. r. post nu. 3. ver. Quid autem si plures, de collus. deteg. dicit etiam Are. in loco preallegato, post nu. 11. quod hanc doctrinam approbant communiter Doctores, & illum refert Villalob. vbi supra.

Quæro nunc e conuerso, nunquid possint plures simul accusari? Respon. quod regulariter quis non potest duos, seu plures in eodem libello accusare, etiam, si suam, vel suorum iniuriam prosequatur, Ita tenet Spæ. in tit. de accusatore, ver. Item, q. non potest, Et dicit Maria. in c. j. post nu. 143. col. 4. uer. Est ergo uera, de libel. ob. quod ipse secundum hanc conclusionem concludit, & q. ita fuit iudicatum. Hæc tamen conclusio intelligenda est, ut procedat, quando agitur de diuersis delictis, sed quando agitur de eodem delicto a pluribus simul, uel ex eadem causa commissio, tunc possunt plures in eodem libello accusari, etiam si essent mille, quod dixerit gl. in l. qui pupillam. in gl. h. ff. de adult. cuius opinio communiter reprobatur, ut dicit Marian. in loco preallegato.

Quod nunquid potest accusator de pluribus criminibus in eodem libello accusationem proponere? Respon. An accusat vnum tantum, & potest contra eum multa crimina in eodem libello deducere, Aut accusat plures & non potest ex diuersis delictis eos in eodem libello accusare, Et Pract. Iul. Clar. I 3 hæc



hec est coram iudicis opin. vt dicit Roma. consil. 240. post nu. 1. quem refert Apostil. ad Ang. de malef. in verbo. Et ad quarelam, in 5. m. m. 25.

Item quæro, nūquid possit quis de pluribus criminibus separari in accusari? Respon. qd sic non modo si talia crimina ex pluribus factis resistent, sed etiam si ex eodem facto oriatur plura crimina, & sint specie diuersa, potest enim delinquens de ipsis omnibus separari accusari, & de pluribus quoque puniri, Et vbi super vno crimine sit conclusum in causa, adeo qd sola sententia expectetur, erit super sedendum, donec causa, etiā super altero crimine expediat, ita tenet Bar. in l. qui de crimine, versu. Venio, ad fin. C. de accu. Et hæc conclusio est communiter approbata, vt dicit C. de iudic. crim. lib. 3. q. 1. nu. 13. Quod tamen intellige vt procedat, quando tales causæ tractantur sub eodem iudice, secus autem si coram diuersis, nam eo casu quilibet iudex procedit alio non expectato, nisi tamen reus sit in vno loco carceratus, tunc enim debet in alio super federi iuxta ea, quæ dixi infra q. 34. versu. De carcerato. Vide quæ in hoc proposito dixi infra q. 16. ver. Quæro nunquid.

QVAESTIO. XIII.

SVMMARIUM.

- Accusare qui possint, vel non.
- Et quid si suam, vel suorum iniuriam prosequantur, versu. Volo etiam.
- Et an clericus possit accusare, versu. Dixi in primis.
- Et an miles, versu. Quæro etiam.
- Et an filius familias, versu. Sed quid in filio.
- Et an pupillus, versu. Dicebam etiam.
- Et an minor, versu. Sed quid maiore.
- Et an mulier, versu. Præterea dixi.
- Et an criminosus, versu. Dixi quoque.
- Et an constitutus in peccato mortali, versu. Quintum.
- Et an infamis, versu. Secundus est casus.
- Et an excusatus, versu. Tertius est casus.
- Et quando dicitur nomen accusati rece-

- prum inter eos, versu. Sed hic acciderent.
- Et an absolutus de crimine, versu. Quartus est casus.
- Et an condemnatus de crimine, versu. Quintus est casus.
- an excommunicatus, versu. Quarto nunquid.
- Et an inimicus, versu. Vltimus dixi.
- Et qua dicitur capitalis inimicitia, versu. Remissio.
- Et an pauper, versu. Sed hic etiam.
- Et quis dicatur pauper, ibid. Remissio.
- Et an laicus possit accusare clericum, versu. Propter reuerentiam.
- Et an patronus clericum in suo beneficio institutum, versu. Sed nunquid.
- Et an vasallus dominum, versu. Sed quæro.
- Et an syndicus vniuersitatis, versu. Item quæro.
- Et an compater, vel filius spiritualis possit accusare de morte compatris, versu. Quarto an compater.
- Et an filij illegitimi debent accusare parentem, versu. Quarto an filij.
- Et an spurij, ibid.
- Et an spurij possint accusare de morte matris, versu. Sed an tales.



UNC videamus que per se non accusare possunt, vel non; Et qui materia est satis trita, breuius, quam fieri poterit, me expediam. Plenus, videri potest in titulis ordinarijs, & apud criminalitas in suis rubricis. In primis igitur fac regulam, quod quilibet potest accusare, qui non est a iure prohibitus, nam hoc edictum est prohibitorium, vt dicit Specu. in ritu. de accus. §. j. in primis uerbis, vel melius permittitur, quia. i. generaliter omnibus illis permittitur est accusare, qui expresse prohibiti non reperiuntur, tex. in l. qui accusare, ff. de accusa. Et hanc regulam popunt communiter Doctores teste Ant. Gomez. c. 1. delict. num. 31. sunt autem aliquæ causæ, propter quas multe personæ ab accusando repelluntur. i. Aut propter dignitatem vt clericus, & miles, Aut propter defectum concernentem statum personæ, puta filiusfam.

familias, vel seruus, Aut propter defectum ætatis, vt pupillus, & minor, Aut propter imbecillitatem sexus, vt mulier, Aut propter indignitatem personæ, vt criminolos, infamis, & anatus, excōcatus & hmōi; Aut propter defectum fidei, quia. f. Lex de ep. plenè non cōfedit, vt inimicus, & pauper. Aliquādo et pupillus quis ab accusando propter reuerentiam, ad quam obligatur verius eum, quem accusare intendit, puta si seruus, aut libertus, aut vasallus velit accusare clericum, Repellitur etiam quicquid propter amorem, ad quem obligatur, puta maritus versus uxorem, aut frater versus fratrem, de q. omnib. videamus.

Sciatis tamē, quod huiusmodi quæro in practica occurrunt, quia, vt sepius dixi, ex generali consuetudine in omnibus ferè casib. hodie per inquisitionem, seu ex officio proceditur, etiam si nemo accuset. Et ideo iudices nunquam reijciunt querelam ab alio porrectam propter aliquam ex predictis causis, ex quo ipsi etiam sine querela partis possunt ex officio procedere. Quinimo talis querela aperit iudicium assumendi informationes, & inquirendi super illo delicto, etiam si sit porrecta ab eo qui de iure accusare non potest, vt quotidie videmus in practica obseruari. Bene verum est qd in locis, in quib. legitur ius commune, possent que questiones esse valde viles. Pariter etiam in locis, in quibus non possunt iudices super omnibus delictis ex officio procedere, prodesse in illis casibus, in quibus non posset procedi nisi ad querelam partis, que hodie succedit loco accusationis, vt dixi supra questio. 10. versu. Sciatis autem.

Volo etiam, vt præsupponas vnum pro absoluto in hac materia, qd scilicet omnes illi, qui regulariter a iure prohibiti sunt accusare, admittuntur nihilominus indistincte ad accusandum, si suam vel suorum iniuriam prosequantur. l. hi tamen omnes. ff. de accu. Et est communis theoria Doctorum, vt attestatur Villalp. super l. 22. c. 50. post nu. 4. magis enim fauendum est his, qui propriam iniuriam prosequuntur Appellatione autem suorum in hoc proposito qui veniant, non est a iure de-

terminatum, & Doctores multum varie loquuntur, prout refert Ant. Gomez in c. de delictorum. num. 33. Vbi recenset quatuor opiniones, & eadem dicit, qd vera, & communis opinio est, qd ille dicitur accusando prosequi suorum iniuriam quando non cogetur contra eum, cuius iniuria prosequitur, inuitus dicere testimonium. Tu vero dic, qd in hoc proposito appellacione suorum veniunt parentes, & descendentes oēs, item patroni, & patronæ, & eorū liberi, frater, soror, uxor, socer, foror, gener, nurus, uirgines, noxeræ, & priuignus. Et in hoc refidet cum effectu Ab. in c. de cetero. nu. 7. de testib. cuius opinio dicit esse communem Bell. in c. cum dilectus nu. 9. de arci. quem refert Marañ. in suo speculo. fol. 84. nu. 62. & Caraita super 192. rituum. magne curie. num. 2. Quod bene nota.

Dixi in primis, Aliqui propter dignitatem prohibentur accusare, Quæro nunquid clericus possit accusare? Respon. qd sic, dummodo ex eo crimine, de quo alius accusare intendit, non ingereatur pena sanguinis, nam eo casu si accuset, effectus irregularis. Tex. est in c. 2. & c. postulat. de homic. & est omnium communis sententia, vt ait Didacus in clem. si furiosus. de homic. fol. 312. ver. Tertio eodem. Bene verum est, qd si clericus in actu ipsius accusationis protestetur, qd non intendit agere ad vindictam corporalem, eo casu non effectus irregularis, vt dixi infra li. 7. §. irregularitas. Et hanc cautelam vidi sepius in practica obseruari, vide tamē que dixi infra q. 24. ver. sed quid si clericus.

Quæro etiam, nunquid miles possit accusare? Respon. de iure oēs milites prohibentur accusare, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequantur, tex. in l. non prohibetur. & in l. crimine. C. de accu. debent. n. milites currere ea, quæ ad militiam pertinent, non autem se criminalibus iudiciis immiscere. Tu vero dic, qd hoc forte poterat locum habere in militibus antiqui temporis, de quibus dixi supra lib. 2. §. miles. Sed hodie milites nostri temporis indistincte admittuntur ad accusandum, & ita cōtercludunt. Doctores omnes, vt dicit Novell. in tract. ad defensionem. fol. 73. nu. 32.

Dixi etiam q̄ propter defectum concernentem statum personæ aliqui prohibentur accusare Exemplum in seruo, & statu libero, qui alios accusare non possunt, præterquam in nonnullis casibus exceptis...

Sed quid in filiofa. Resp. si accedat consensus patris, nulli dubium est, quod poterit accusare. Punctus est, an possit accusare sine consensu patris, & in hoc gl. in l. si §. necessitatem. in gl. magna. in verbo, Imponenda. C. de bo. quæ liberis. tenuit, quod non. Ea ita magis communiter tenentur attestatur præc. Carer. fol. 67. post nu. 108. Sed certe quidquid dicat Carer. illa glo. communiter reprobat, ut dicit Card. Alex. in cap. de accusacione. colo. 9. versum. Item secundum aliquos secunda, quæst. octava. Hieron. post Ang. de malef. in verbo, Et ad querelam. post nu. 81. Dixit etiam Prætica Papien. in forma inquisitionis. in verbo, Contra & aduersus. nu. 3. quod istud, quod filiusfamil. non possit in iudicio criminali esse sine consensu patris, male per iudices obseruatur. Et ita videmus quotidie contrarium seruari, q̄ scilicet non requiratur consensus patris, siue filiusfa accuset, siue accusetur de publico crimine. Et fuit opinio Bar. in l. inter libros §. 1. ff. de adulte. quæ dicit esse communem Hieron. in loco præallegato. subdens non esse in iudicando ab ea recedendum, quem refert Caraita super 201. ritu magnæ curiæ. nu. 5. Hoc idem attestatur Anto. de Tremo. in addit. ad Bonac. in præc. Exceptionum in rub. quibus modis suo no. ani. nu. 13. prout illum refert Villalob. in sua collecta communium opinionum in littera F. nu. 133. Et dicit Aret. consil. 138. in primis verbis quod ista est communis omnium sententia, quod in criminalibus, maxime ubi filius se defendit, non requiritur patris consensus. Ego certe nunquam vidi in prætica dubitari in causis criminalibus an filiusfa. siue agendo, siue defendendo possit stare in iudicio sine consensu patris sed semper vidi procedi, siue ageret de crimine publico, siue de crimine priuato, & iō putare minime mutanda esse, &c. Et licet Alb. in l. pe. §. ad crimen. nu. 15. ff. de pub. iud. dicat, q̄ aduocari cōiter ad tollendum omne dubium, fa-

ciunt interuenire patris consensum. Ego tamen vidi sepe contrarium obseruari, nihilominus abundans cautela non nocet. Dicebam etiam, quod propter defectum gratis nonnulli ab accusando repelluntur, prout est pupillus, qui non admittitur ad accusandum, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur. l. 2. §. pupillus. vbi Doctores. ff. de accus. & est communis opin. ut ait Hiero. in d. verbo, Et ad querelam. post nume. 29.

Sed quid in maiore 14. ann. minore autem 25? Respond. si est minor 20. ann. adhuc repellitur ab accusando. Et ita videtur concludere communiter Doctores, ut dicit Abb. in c. 1. nu. 10. de accus. Intellige, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur, ut in pupillo supra dictum est. Et ita hanc esse communem opinionem attestatur Anto. de Tremo. in loco præallegato. nu. 6. versum. Ad illos casus, prout illum refert Villalob. in loco præallegato. in littera M. nume. 91. Si vero est maior 20. ann. tunc etiam si sit minor 25. potest indistincte accusare, etiam si suam, vel suorum iniuriam non prosequatur, ita tenet Barto. in d. l. 2. §. pupillus. nu. 2. & est communis opinio, ut attestatur Ale. in l. de pupillo, quam legit cum §. præcedere, qui incipit, Si in publico. nu. 8. ff. de noui oper. nunc. quæ refert Nouel. in trac. ad defensam. fol. 67. nu. 13. Idem attestatur Zanet. in c. j. de accus. prout refert Hieron. in loco præallegato, post nu. 29. & Viuius in libro communium opin. in verbo, Accusare regulariter. Hanc etiam dicit esse communem opi. Moderorum Salic. in l. si cautiones. nu. 3. C. qui accus. non poss. Sed certe quid sit de iure, consuetudo indistincte admittit minores ad accusandum, dummodo 14. etatis ann. exceperint.

Præterea dixi, quod propter defectum sexus mulier ad accusando repellitur, ut est tex. in l. de crimine. C. qui accusare non poss. Scias tamen, quod si suam, vel suorum iniuriam prosequatur, non est ab accusando excludenda, ut dicit tex. i. d. l. de crimine. Hinc inferitur, quod potest vxor accusare homicidæ de morte mariti. Et hæc est omnium receptissima sententia, ut attestatur Placa lib. 1. delictorū. c. 40. nu. 2. subdens.

subdens etiam, q̄ est obseruantior, quam ipse viderit, sunt enim maritus & vxor tanquam duo in carne vna.

Dixi quoque, quod propter indignitatem personæ multum accusare prohibentur, Quæro ergo, nunquid criminofus repellitur ab accusando? Respond. Hęc quæstio potest multis modis contingere, nam aut loquimur de criminofis nondum diffamato, nec accusato, aut de iam diffamato, & nondum accusato, aut de accusato nondum condemnato, neque absoluto, aut de iam absoluto, aut de iam condemnato. Primo casu, quando loquimur de criminofis nondum diffamato, nec accusato, distinguendum est inter forum ecclesiasticum, & seculari, nam in foro ecclesiastico talis criminofus regulariter repellitur ab accusando, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur. Et hoc de iure canonico tenetur pro certo, ut dixit Card. Alex. in c. prohibentur. versum. Nota, quod regulariter secunda, quæst. prima.

Quinimodò de iure canonico non modò criminofus, sed etiam simpliciter constitutus in peccato mortali, de quo penitentiam non egerit, repellitur ab accusando, & hanc dicit esse communem opinionem, Berous in dicto c. 1. nu. 35. de accusato. Molum autem interest inter criminofum, & peccatorem, ubi per te videre poteris. Sed certe si peccatores non admittentur ad accusandum, nullus reperiretur, qui posset accusare. De iure autem ciuili, propter crimen quis ab accusatione non repellitur, nisi ex eo factus sit infamis, ut infra dicam.

Secundus est casus, quando loquimur in criminofis nondum accusato, sed tamè de ipso crimine iam diffamato. Et tunc si quidem crimen est tale, ex quo non refellet infamia, non est de huiusmodi diffamatione curandum. Si verò ex tali diffamatione effectus est infamis, videndum est generaliter, nunquid infamis possit accusare. Et in hoc scias esse distinguendum inter infamiam iuris, & infamiam facti, nam infamis infamia iuris proflus repellitur ab accusando, tam de iure ciuili, quam de iure canonico. ca. infames. sexta, quæst. 1. l. qui accusare. C. de accusa. Et hæc est com-

munis, & indubitata conclusio, ut dicit Hieron. post Ang. de malef. in verbo, Et ad querelam. post num. 23. Infamis autem infamia facti de iure canonico repellitur ab accusando, sed de iure ciuili admittitur, & ita tenent communiter Doctores, ut dicit Berous in d. c. 1. nume. 44. Hanc etiam opinionem dicit esse communem Hieron. in loco præallegato, quem refert Viuius in lib. communium opinio. in verbo, Accusator non potest. Quis autem dicitur infamis infamia iuris, & quis infamia facti, dixi supra lib. 2. §. infamis.

Tertius est casus, quando agitur de criminofis iam accusato. Et tunc est distinguendum, nam aut nomen ipsius accusati nondum est receptum inter reos, & tunc potest accusare de maiori crimine, nedum quemcunque extraneum, sed etiam suam accusatorem. De pari aut, seu minori crimine neminem accusare potest, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur, secundum opi. Azo. quam dicit esse communem, Imola in l. is qui reus. nu. 21. ff. de publi. iud. Marlan. in c. 1. nu. 67. de iustis petitione. Et hanc opinionem quantum ad hoc, q̄ possit prosequi de suam iniuriam reaccusando suam accusatorē, & quod super utraq; sit procedendum, dicit seruari Bal. in l. 1. post nu. 21. versum. Dicunt ergo, C. qui accus. nō poss. Odo. aut tenuit, q̄ etiam de pari, vel minori possit accusatorem suum reaccusare. Et hæc opi. per totam Italianam de consuetudine obseruatur, ut dicit Gand. de malef. in titu. qui accusat. post nu. 41. quem refert Aug. ad Ange. de malef. in d. verbo. Et ad querelam. post nu. 63. Et ideo ab hac sententia non putarem in prætica recedendum, reo tamen prius in carceribus constituto, ut statim dicam. Postquam autem eius nomen est receptum inter reos, potest de maiori crimine alium quæ accusatorem suum accusare. Et hanc partem sequuntur cōiter Doctores, ut dicit Imola in d. l. is qui reus. nume. 17. Quinimodò potest etiam ipsi iurmet accusatorem suum reaccusare de maiori crimine, modò suam iniuriam prosequatur, & hæc est communis opin. ut dicit Marian. in d. cap. 1. post nu. 73. versum. Aduerte etiam. Et hoc etiam dato, quod ille, qui primo loco accusauit, pariter

pariter & ipsam suam iniuriam prosequitur. adhuc enim potest accusatus illum reaccusare, & super utraque accusatione pariter erit procedendum, quidquid dixerit glo. in d. l. is qui reus. in verbo, Accusare. cōtra quam est communis opinio, ut dicit Imola in ea. l. is qui reus. post nu. 6. versic. In ea. gl. ibi. q. accipit, Maria. in d. c. 1. post nu. 73. versic. Et prædicta procedunt. Sed si secunda accusatio esset de minori crimine, vel æquali tunc dicit Angel. in l. qui prior. post nu. 2. versic. Quandoque utraque. ff. de iud. & in l. quoniam. post nu. 1. C. de adult. q. licet ordo naturalis causarum postularet, q. prius super prima, deinde super secunda accusatio cognoscere, nisi hominis gratia minuendum litium poterit super utraque cognosci. Et ponit exemplum: Accusatus de vulnere mihi illato, tu accusas me de falso, & q. falsam accusationem instituit, carpe dicit ipse ista crimina inuicem se contingunt, & potest dici, q. vnum non sit maius alio. Et ideo ait consuetudine obtentum esse, q. super utraque procedatur, & ex probationibus hinc, & inde factis feratur sententia super utraque iustitia mediante, & hoc dicitum Ang. refert Afflict. super 2. parte consuet. Regni. rubr. 20. nu. 1. Eandem opinionem de consuetudine obseruari attestatur idem Ange. in l. 1. nu. 5. C. de calum. subdens q. hæc practica sibi videtur multum commendabilis. Et illum refert Ioan. de An. in c. 1. nu. 10. de calum. subdens, q. est bonum verbum, & notandum, & Socin. cons. 118. nu. 3. in fi. lib. 1. dicens ei credendum esse de hac consuetudine attestanti. Apud nos autem regulariter non admittitur in practica querela accusati cōtra querelam accusatoris super eodem facto, nisi reus sit personaliter in iudicio constitutus. Alias enim esset destruere totam practicam criminalem, quia per indirectum reus admittitur ad faciendum suas defensiones extra carceres, q. non est dicendum, & ita hæc obseruatur, etiam si secunda querela sit de grauiori delicto. Vbi vero reus est in iudicio personaliter constitutus, semper admittitur querela contra querelam, siue de grauiori, siue de minori crimine agatur, q. crimina se inuicem contingunt, vt loquitur

tur Angel. in locis præallegatis, & super utraque proceditur & c. Ceteram vbi crimina se non contingunt forte in aliquibus locis seruaretur cōtra opin. vt non admittatur reus ad reaccusandū, nisi de maiori crimine, & in quo suam iniuriam prosequatur, vt supra dixi. Sed in hoc Ducato, in quo potest ferre de quocunque crimine ex officio inquiri, hæc exceptio pariter prodesse, nam ad instantiam fisci solent semper, & super omnibus assumi informationes ex officio, nulla habita ratione an super eo crimine possit accedere accusatio, & ita vidi pluries obseruari. Bene verum est, q. si iudex videt, q. accusatus reaccusatur suum accusatorem, vt illum inuenerit a prosequenda accusatione, solet quandoque accipere fiduciam ab accusatore de se constituendo, quotiescunq. ipsi iudici videbitur, & super prima accusatione procedere. In regno autem Neap. hæc oia. sunt superflua, cum enim nemo admittatur ad accusandum, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur, indistincte admittitur accusatus ad reaccusandum suum accusatorem, vt declarat Maranta in l. iij. spec. fol. 42. nu. 48. subdens, q. nocte in Regno nulla causa est prejudicialis alteri, sed super utraque eodem tpe proceditur. Idem tamen Maranta ibid. nu. 55. allegat quendam ritum magne curie, secundum quem dicit non admitti accusatorem ad reaccusandum, & consequenter correcta esse iura communia, & et constitutiones Regni. Tu vide Carauicam super ritu 199. ego enim solo super his multum laborare, satis est ea transeundo attigisse. Et id illa Regnicolis diffinenda relinquo. Vide tū tu Regnicola Grammat. super cōsti. Regni. fol. 65. col. 3. in fin. vbi dicit iudicatum fuisse per consil. Neap. q. q. utraque querela oritur ex eodem fonte, potest super utraque eodem contextu procedi. Et ita seruauit Magistratus in quadam causa ardua superioribus diebus, in qua vnum, cuius famuli deprehensi fuerat conducere bladum extra territorium, falsus est delictum, & querelauit officialem, quod eius consentit illud conducere faceret petens se liberari vt iure editorum publicatorum, ex quorum promotione denunciatus officialem conuenisset frau-

fraudibus cōsequitur impunitatem, nam sua admittit querela istius cum fideiussione factum mille de comparatione quando inque in sum fuisse magistratum, Et ceptum est super utraque querela procedi, & causa adhuc p̄st̄det. Solet etiā Senatus quandoque ex causa, vbi videt secundum accusationem esse saluam inuicem, mandare vt super prima prius procedatur, prout factum fuit in causa ciuili d. Margaritę Cribellę 34. Octobris 1559. A. C. & alias sic per. Quando autem criminaliter accusatus postulat accusatorem suum ciuilitate recedere, dixi supra quest. 2. versic. Aut quæris. Sed hic inci denter quero, q. nomen accusati dicitur receptum inter reos? Rōd. in hoc articulo doctores varie locuti sūt, in vero dicit, q. regulariter si reus est presentis in iudicio, permissis cōtestationem dicitur eius potest accipi inter reos, Et hoc sub opin. Petri, quomodo consuetudo approbare videtur, vt dicit Bald. in l. 1. post nu. 3. C. de accus. non pos. Et dicit Vil. Bald. super l. 22. ca. 2. in vltimis verbis, q. ita magis cōter cōsoludum, nam. Et secunda dicitur, q. ex consuetudine nō sit aliquis accusatus dicitur inter reos, tanquā adus separatus; prout etiam id non esse in vlti attestatur, Salu. in d. l. 1. nu. 7. in fi. sed solummodo sit litis cōtestatio, id est que dicitur est ex ipsa litis cōtestatione dicitur receptum esse nomen accusati inter reos, nam si statim, q. iudex interrogat eum, an commiserit ipsum delictum, de quo inquit tunc, illicite siue reus cōfiteatur, sine neg. facta responsione dicitur eius nomen receptum inter reos. Et in hoc nulla videtur esse difficultas, talis enim interrogatio iudicis, & responsio inducit litis cōtestationem, vt dixi infra questio. 45. circa p̄ncip. si vero reus non est derentus, sed procedatur contra eum absentem iuxta formam iuris communis in casibus, in quibus cōtere permissum est cōtra absentem procedi, vel statutorum id permittentium, tunc si quidem ex parte reus sit, propositæ exceptiones concernentes merita causę, & reus est contumax, statim in primo termino contumacia dicitur eius nomen receptum inter reos, quia ex dispo-

tionem statutorum contumax habetur pro confesso, & consequenter etiam pro presente, & ideo contumacia quo ad hoc, succedit loco vere confessionis, & contestationis litis, si vero opponantur exceptiones delatorię, siue declinatorię, puta concernentes incompetentiā iudicis, vel inhabilitatem accusatoris, vel huiusmodi, tunc quod iudex declarat super ipsis exceptionibus, & illas expresse reicit, vt eis non obstantibus, procedit ad vltiora, dicitur nomen imputati receptum inter reos, & non ante. Et hoc est distinctio Bar. in d. l. is qui reus, nu. 3. ff. de public. quam dicit esse communem Alexan. in l. cum mulier, nu. 6. ff. sol. matrim. Et dicit Angel. de malef. in verbo; Et ad querelam, nu. 61. quod ad hoc opin. Barto. in practica obtentatur, quem refert Card. Alex. in ca. de accusatore, col. 8. circa n. ed. 2. qu. sic. 8. Et Hieron. in A. postulat Angel. in loco præallegato, dicit, quod est vera, & communis.

Quartus est casus, quando loquimur in accusato, qui tunc fuit de ipso crimine absolutus, & hoc casu cessat omnis difficultas, talis enim proculdubio poterit post absolutionem etiam ipsiusmōt accusatorem suum accusare, & ita tenent cōnes 1. octores, vt dicit Marian. in d. c. 1. nu. 8. de multis petio. licet dicit, quod de iure canonico quo ad ipsum accusatorem non transit sine dubio.

Quintus est casus, q. loquimur de criminoso iam condemnato, & tunc etiā est distinguenda, nam, si tunc condemnatio est talis, propter quod condemnatus non amittat iuriam, nec ciuitatem, neque libertatem, Et hoc casus dicendum est, q. pariter poterit accusare, Et ita concludunt octores, vt attestatur, Marian. in d. c. 1. post nu. 81. Aut verò q. condemnationem a misse famam, sed non ciuitatem, nec libertatem, Et tunc aliqui dicunt, q. potest accusare suum accusatorem, etiam si suam iniuriam non prosequatur, extraneum vero non potest accusare, nisi suam iniuriam prosequatur, Et dicit Imol. in l. is qui reus, post nu. 13. versic. In ea. glo. ibi ei dicit, q. ita tenent communem opin. Martian. in d. c. 1. nu. 82. det

de mut. peti. Alij vero indistincte, tenet, quod criminolus dānatus de crimine publico per sententiam non potest accusare, Et hanc dicit esse communem opin. Berous in d. c. j. num. 25. & seq. de accusatio. quae etiam mihi magis placet, ex quo talis proculdubio efficitur infamis, vt dixi infra quaest. 72. ver. Damnatus publico, merito est ab accusando repellendus, iuxta ea qua dixi supra, ver. Secundus est casus, quem tamen intellige vt procedat, nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur, nam eo casu non est ab accusatione repellendus. Adde quod haec conclusio locum habet etiam in criminib. exceptis, nam huiusmodi infamis ex damnatione publici iudicii, neque etiam in illis admittitur ad accusandum, ita tenet glo. in l. qui iudicio publico, in verbo, Mortem. ff. de ac. & est cōis opi. vt dicit Berous in d. c. j. nu. 43. de accusatio. Aut vero per talē condemnationem amisit ciuitatem, vel libertatem, Et tunc non poterit de nouo accusare, sed bene poterit accusationem iam inchoatam prosequi non solum aduersus suum accusatorem, sed et aduersus extraneum, Et ita communiter tenetur, vt ait Imo. in d. l. is qui reus, nu. 15. Hanc etiam opi. dicit esse communem Maria. in d. c. j. nu. 83. de mutuis peti. Et hęc oia bene no. quia forte nō inuenis alibi tā clare posita.

Quæro, nūquid excommunicatus possit accusare, Respond. quod non, nam excommunicatus nō potest stare in iudicio, vt dixi sup. lib. 2. §. excommunicatus, Et est receptissima doctorum sententia, vt dicit Placa lib. j. delictorum. c. 44. num. 101. Quae quidem locum habet etiam in foro ciuili, nam ( vt dixi in loco praallegato ) quamuis hoc, vt excommunicatus non possit stare in iudicio, sit introducum de iure canonico, tamen seruandum est etiā in foro Caesareo.

Vtcrius dixi, quod nonnulli repelluntur ab accusando, quia lex de eis plene nō confidit, prout est inimicus. Scire tamen debes, qd hoc nō omnino absolute procedit, sed est distinguendum secundum qualitatem inimicitiae. Non enim ex quolibet odio quis est prohibendus, ne alium accuset, secundum Vin. in c. repellantur.

de accusatio. quem sequitur communiter doctores, vt dicit Hiero. post Ang. de malef. in verbo, Et ad querelam, post nu. 77. alias pauci essent qui possent accusare; Certum est. n. qd nullus amicus alium sibi amicum accusat, sed semper accusationem praecedere solet aliqua animorum offensio. Ceterum si esset inimicitia capitalis, vtique talis inimicus esset ab accusatione repellendus, & ita communiter tenetur, & seruatur, vt dicit Ange. in loco praallegato, num. 36. vbi etiam Hiero. in Apof. dicit, qd ita tenent communiter Doctores, Hanc etiam dicit esse communem opi. Berous in d. c. j. nu. 47. & seq. de accusatio. talis. n. praesumitur potius accusare ad priuam vindictam, quam zelo iustitiae, hoc tamen intellige, nisi propriam iniuriam prosequeretur, tunc enim nullo modo esset ab accusatione repellendus. Quae autem dicatur capitalis inimicitia, vel non, relinquatur arbitrio iudicis, vt dixi infra quaest. 24. ver. Item quarto.

Sed hic etiam quaero, nunquid pauper repellatur ab accusando? Solet enim lex de pauperib. non multum considerare. Respond. quod regulariter pauper repellitur ab accusando, qui si habeat in bonis minus quam quinquaginta aureos, vt dicit tex. in l. nonnulli. ff. de accusatio. Bene verum est, quod si talis pauper est bonus, & honesta fidei, & vitę, & non suspectus propter paupertatem, non repellitur ab accusando, & secundum gl. in d. l. nonnulli. in gl. vnica, quam sequuntur oēs, vt ait Berous in d. c. j. post nu. 54. subdens non esse ab ea consulendum, aut iudicandum recedendum. Quis autem dicatur pauper, dixi supra libro 2. §. Pauper.

Propter reuerentiam dixi etiam aliquos repellī ab accusando, puta si laicus velit accusare, seu denunciare criminaliter clericum de aliquo crimine, non qd admittitur, nisi suam iniuriam prosequatur, Et hęc est communis opin. vt dicit gl. in summa secunda q. 7. gloss. vnica, Et hoc omnes admittunt secundum Foller, in pract. crim. canon. fol. 48. num. 43. quae etiam locum habet ( secundum aliquos ) in clericis primę tonsurę, ut scilicet de iure neque ipsi a laicis accusari possint, licet

licet hoc priuilegium quoad ipsos in desuetudinem abiit, ut attestatur pract. Casoni, fol. 99. n. 5. Ratio autem huius conclusionis est malevolentia laicorum versus clericos, propter quam laici praesumuntur potius moueri odio, quam zelo iustitiae, si clericos accusarent. Adde qd neq; etiam admittitur laicus ad proponendum crimen ciuilem contra clericum, & est communis regula, ut ait Feli. in c. ex parte, nu. 6. & seq. de testibus. Scias tamen, qd in accusatione versatur crimen, siue ius publicum, puta dilapidationis, bonorum ecclesie, tunc quilibet laicus etiā extraneus admittitur ad accusandum clericum, & ita tenent communiter Doctores, ut ait Ferret. conf. 183. nu. 3. Praeterea scias, qd quilibet laicus etiam extraneus potest accusare clericum prosequendo suam vel suorum iniuriam corporalem, etiam criminaliter. Et ita tenent omnes Doctores vbiq; ut attestatur Ferret. in d. conf. 183. post nu. 4. ver. Quinto corroboratur.

Sed nunquid potest patronus laicus accusare clericum institutum in ecclesia, in qua est patronus? Respond. gloss. in d. c. ex parte. in verbo, Tacito. in fi. tenuit qd sic, sed certe communiter tenetur oppositum ut attestatur Arc. in ca. cum dilectus. post nu. 10. de accu. Bene uerum est, qd in libro meo illa gl. dicit totum contrarium eius, ad quod allegatur, uidentur enim tenere, qd non potest accusare, sed tantum admittatur ad denunciandum. Vide quę dixi supra q. 7. versu. Quæro etiam.

Sed quæro, nunquid vassallus possit accusare dominum de delicto? Respond. qd licet inter Doctores sit controuersia, an possit illum criminaliter accusare, tamen qd possit ciuilem hoc ab omnibus communiter recipitur, ut ait Gratus consil. 1. num. 60. libro 1. Vide quę dixi infra lib. 7. §. actio.

Item quaero, nunquid possit quis nomine alieno accusare? Respond. qd regulariter non potest. Hinc inferatur, qd syndicus uniuersitatis nō potest aliquem accusare nomine syndicario, sed opus est, qd accuset suo nomine, ad utilitatem tamen ipsius uniuersitatis, & hęc est cōmunis opi.

Legistarum, ut attestantur scribentes in c. dilectus. el. secundo. de simon. & in specie To. And. super gl. pen. & Anch. & Henric. Boich. & Anan. nu. 16. quos referunt Aug. & Hieron. post Ange. de malef. in dicto verbo, Et ad querelam. post num. 20. Sic etiam potest tutor nomine suo accusare ad utilitatem pupilli, sed tenetur nomine proprio se inscribere, secundum communem opinionem, ut dicit Anan. in c. 2. nu. 20. de calum. Villalpand. super li. 22. c. 29. nu. 3. in fi. Sed certe Bal. in l. r. nu. 35. C. de accus. tenuit indistincte, qd syndicus uniuersitatis possit in iudicio capitali comparere pro ipsa uniuersitate tam accusando, quam defendendo, & subdit, qd ita tenent omnes Doctores, quę opinio mihi magis placet, & etiam uideatur consuetudo illam approbare. Possent autem contraria opin. procedere loquendo secundū dispositionem iuris, communis, secundum quam accusans subijcitur poena talionis. Sed postquam hodie sublata est illa poena talionis, non uideo, cur uniuersitas non possit accusare per syndicum, uel procuratorem, sicut quilibet alius, iuxta ea quę dixi infra q. 32. versu. Quæro nunquid. Et idem dico in tutore.

Quæro, an compater vel filius spiritualis, quem vulgo filiastrū appellamus, admittatur ad accusandum pro iniuria, vel offensa facta eius compatri, vel patri spirituali? Respond. qd sic, ita tenet Bald. in l. r. num. 55. C. qui accus. non poss. licet dicat se nescire, quod de hoc reperitur lex, neque decretales. Maior enim est cognatio spiritualis, quam carnalis, & ( nisi fallor ) Placa lib. 1. delictorum ca. 40. num. 11. in fi. dicit, qd nemo vnquam Doctorem refragatus est.

Quæro, an filij illegitimi admittantur ad accusandum de morte eorum patris? Respond. si quidem sint naturales, sed licet nati ex soluto, & soluta, non modo admittuntur ad accusandum, sed etiam praesentantur ceteris consanguineis, ita vt ait Bal. in d. l. r. num. 50. C. qui accus. non poss. & est receptissima opinio reuerentia, vt dicit Placa lib. 1. delictorum ca. 41. num. 3. Si uero sint spurij, ad accusandum, uel inuestigandum, non admittuntur, & est communis

communis opinio, ut dicit Fel. in c. nonnulli. §. si sit & alii. nisi. 78. de rescript. & Villalpand. in l. 2. §. 42. in. 7. pro ut illos refert Placa in d. c. 41. num. 25. in fi. & seq. Tales enim filii uti a lege reprobari, pro filius non habentur. cum certum patre non agnoscant. Et ideo ubi certum patre agnoscerent, forte non essent ab accusatione repellendi, & ita concludunt communiter Doctores, ut attestatur Petr. Bellus de re milit. fol. 19. num. 84.

Sed an tales filii spiritui potestunt accusare de morte eorum matrum? Respon. q. sic, & est omnino receptissima sententia, ut dicit Placa in d. c. 41. num. 29. certa est enim mater, & quo ad ipsam lex eos pro filii accipit, ut dixi supra lib. 2. §. filius, qd tamen intelligendum est ut procedat, modo tales spiritui non sint nati ex damnato eorum, & a lege punibili. Vide que dixi infra quest. 8. v. c. Scias autem.

QVAESTIO XV.

S V M M A R I V M.

*Iudex an possit ex officio repellere accusatorem non idoneum.*

*Et quid si accusatus contra eum aliquid opponere non possit, vers. Et haec quidem.*

*Et quid si uterque sit infamis, versic. Sed quero.*

*Accusatore minus idoneo si pars non opponat, an processus valeat, versic. Sed pone.*

*Iudex an possit cogere partem offensam ad accusandum, vers. Item quero.*

*Quis in accusando praeservatur, vers. Succellus quero.*



ISVM est, que persone accusare possint, uel non, restat ut pro complemento aliquas etiam quaestiones in hoc proposito subiciamus. Quero igitur in primis, nunquid iudex possit ex officio repellere accusatorem non legitimum, etiam si pars non opponat? Respon. q. sic, ne si legitimus non fuerit accusator, frustra fatigetur ac-

cusatus, ut dicit rex. in c. de accusa. & ita communiter dicitur, vt ait Didac. consil. 122. numero 1.

Et hoc quidem de plano procedit, qd accusator ex culpa, uel defectu suo repellitur ab accusando. Sed pone, qd accusatus (iure in sui odium ita disponens) non possit opponere contra personam accusatoris, puta episcopus contra familiarem suum, vt est rex. in c. nulli. de accus. nunquid adhuc poterit iudex ex officio suo illum repellere? Respon. q. sic, ita sentit loquendo per verbum, forte, gl. in d. c. nulli. in gl. si cuius opin. communiter ab omnibus approbatur, ut dicit Corlet. in reper. Ab. in verbo, iudex. Potest enim iudex in his, que sibi, ut iudici nota sunt, procedere ex officio, & consequenter proponere exceptiones, quas ipsi parti opponere non liceret.

Sed quero, quid si aliquis, qui non potest accusare, puta infamis, uel excommunicatus, accuset alium infamem, uel excommunicatum, & iste excipiat contra accusatorem, qd est infamis, nunquid erit haec exceptio admittenda, an autem poterit accusator dicere reo, qd cum ipse sit infamis, non debet posse talem exceptionem proponere, iuxta illud, quod vulgo dici solet, Nihil Iudeus Iudaeo, nihil Catilina Cethego? Respon. qd reus potest hac exceptione repellere accusatorem, non obstante, qd ipse sit infamis, ita dicit Bar. in l. feruos, ff. de accus. cuius opi. communiter tenetur per Doctores, vt attestatur Hieron. in apostil. ad Ang. de malef. in verbo, Et ad querelam. post nu. 69.

Sed pone, qd aliqua persona ex his, que de iure accusare prohibentur, aliquem accusauerit, & non fuerit contra eam oppositum, nunquid processus factus super huiusmodi accusatione sustinebitur, an autem erit ipso iure nullus? Respon. qd talis processus factus parte non opponente valet, ita tenet Bar. in l. j. §. accu. nu. 2. ff. ad Turpil. & dicit Ana. in d. c. 1. nu. 2. de accu. qd ita tenent coiter Doctores. Hanc etiam attestatur esse communem opinionem Azein d. c. 1. nu. 21. in fi. quem refert Prac. Contradi fol. 30. nume. 14. Hiero. post Ang. de malef. in verbo, Et ad querelam. post nu. 40. Sibi enim imputare debet accusatus, qui

exce-

exceptionem sibi competentem non proponit, sed hoc raro contingit in practica, quia cum in quocunque crimine (vt sepe dixi) possit iudex per inquisitionem procedere, nunquam ferè disputatur, an accusator sit idoneus, vel non.

Item quero, si alicui sit illata iniuria, vel facta aliquo offensio, & ipse nolit de hoc querelare, siue accusare, nunquid iudex poterit illum cogere ad accusandum? Respon. qd non, ita tenet gl. in l. si quis homicidii, in verbo, Coges. C. de accus. quae frequenti doctorum consensu probatur, vt ait Didac. lib. 1. resolutionum. c. 11. cir ca fin. Et licet Bar. in l. in eum, nu. 1. ff. de accus. tenuerit, qd specialiter in crimine homicidii haec possit cogi a iudice ad portrigendum querelam, siue accusatione de homicidio commisso in personam eius, cui successit, tamen contra eam est cois opi. vt attestatur Sali. in ea. l. si quis homicidii, nu. 10. Hier. post Ang. de malef. in d. verbo, Et ad querelam. post nu. 57. Bene verum est, qd Bal. in d. l. si quis homicidii, nu. 2. dicit contrarium communiter obseruari, scilicet, qd iudex potest cogere haec redes oculi ad accusandum de eius morte, quem refert etiam August. post Angel. in loco praallegato. Sed certe neque in hac provincia, neque alibi ego vnquam vidi hoc obseruari. Bene cogitur offensus narrare cum iuramento judicialiter ferriem rei, sed potest ipse dicere, vel cum quaerela, uel sine quaerela, prout sibi magis placeat, Et ita semper vidi praedicari.

Successive quero, si multi sint qui velint accusare, quibus etiam de iure spectet ius accusandi, quis eorum sit in accusando praerendus? Respon. qd ille, qui prosequitur suam, vel suorum iniuriam, praeretur extraneo accusare volenti, Inter eos vero, qui prosequuntur suam, uel suorum iniuriam, proximo praeretur, Si autem omnes sint in pari gradu, omnes simul admittuntur, ita tenent communiter doctores. teste Ant. Gomez. hb. delictorum, c. 1. num. 35. Et quod proximiores defuncti sint ipsa accusatione ceteris praerendi, dicit esse frequentiore doctorum sententiam Placa lib. 1. delictorum. c. 39. numero 4. Proximus autem est, quem nemo

antecedat, ut dixi supra li. 2. §. Proximus. Inter extraneos vero accusare volentes, iudex potest, & debet eligere magis idoneum, vt est text. in l. si plures. ff. de accus.

QVAESTIO XVI.

S V M M A R I V M.

*Accusari qui possint, uel non.*

*Et an accusatus de uno delicto, possit de alio crimine accusari, versic. Quero nunquid.*

*Et an condemnatus, uel absolutus de uno crimine, possit de eodem crimine accusari, versic. An autem. Remissio.*

*Et an damnatus pro uno delicto, possit de alio accusari, versic. Sed nunquid.*

*Et an ille, qui post delictum poenitentia ductus est, possit de eo delicto accusari, versic. Item quero.*

*Officialis an possit durante officio accusari, versic. Praeterea quero.*

*Universitas, uel collegium an possint accusari, versic. Vterius quero.*

*Et quomodo dicatur Universitas uel collegium delinquere, ibid.*

*Et quomodo possit Universitas puniri, versic. Sed quomodo.*



UCCESSIVE videamus, que persone accusari possint, uel non, Et in hoc pariter facienda est conclusio, qd regulariter oes de quibuscunque delictis accusari possunt.

Quero, nunquid accusatus de uno crimine possit eodem tempore etiam de alio crimine accusari? Respon. quod sic, non modo ab alio accusatore, sed etiam ab ipso met, qui de primo crimine accusauerit, modo in hac secunda accusatione propria, uel suorum iniuriam prosequatur, Et ita seruatur de consuetudine, vt dicit Angel. in l. qui de crimine, post numerum 5. versiculo. Descendo igitur. C. de accusato. Sed certe apud nos accusatus de uno crimine potest a quibuscunque etiam pluribus de aliis quibuscunque crimi-

criminibus accusari, Et ita quotidie recipiuntur huiusmodi querelæ, eam enim (vt sepius dixi) in quocunque crimine procedatur ex officio, & sic per inquisitionem, non attenditur persona, neque causa accusatoris, sed omnes querelæ solent admitti, & super omnibus procedi. An autem omnes processus sint eodem contextu expediendi, dixi supra quæst. 13. vers. Item quarto.

An autem accusatus de uno crimine, possit de eodem crimine iterum accusari, dixi infra quæstio. 57. per totum. Vnum tamen perpetuo non obliuiscaris, qd si reus accusatus de aliquo crimine coram vno tribunali, fuerit contumax, potest de eodem crimine ad instantiam accusatoris coram alio tribunali accusari, & banniri si in eo pariter fuerit contumax, ita dicit Bal. in l. r. num. 7. C. ubi de crim. agi oportet, & est in iurid. obseruantia, vt dicit Carauita super ritu 205. magnæ curiæ nu. 1. neque tenetur secundus iudex neq; ad instantiam partis, neque ad instantiam primi iudicis in causa supersedere, uel causam ipsam illi primo iudici remittere, Ita dicit Bar. in l. sepulchri, nu. 3. ff. de sep. viol. Et ita quotidie obseruatur, ut attestatur Carauita in loco præal. nu. 3.

Sed nunquid bannitus pro vno delicto poterit de alio delicto accusari, & banniri? Respond. qd sic, ita dicit Spec. in tit. de accus. §. Sequitur videre, num. 23. & dicit Nell. de bann. in 1. parte 1. temp. q. 3. qd ita determinant communiter Doctores, quæ refert Boss. in tit. de bann. nulli. num. 9. Dicit etiam Io. And. in addit. ad Specul. in loco præallegato, quod ita uidemus de facto seruari. Ita etiam teneri, & seruari attestatur Alber. in Rub. ff. de his qui notan. infam. post num. 8. versic. Et faciunt prædicta. Bene uerum est. quod hoc casu potest bannitus potest sibi concedi saluum conductum, ad hoc ut possit non obstanti prima condemnatione comparere, & se defendere, qui non est illi denegandus, ut dixi infra q. 32. versic. Tu scis quod bannitus.

Item quero, pone quod aliquis post commissum delictum, puta homicidium, penitentia ductus fuerit, & penitentiam

pro delicto fecerit, nunquid talis penitens poterit deinde accusari de ipso delicto? Rñ. qd sic, Et ita tenent communiter Doctores, ut dicit Aret. in c. accusati, num. 5. de accus. quem refert Villalob. in sua collecta communium opin. in litera A, post num. 13. nam in delictis penitentia non excusat, ut dixi infra q. 6. vers. Fui quandoque, Quinimo neque etiam pœna imposita in foro conscientie liberat delinquentem a pœna imponenda in foro contumelioso, ut dixi infra q. 57. ver. Sed nunquid.

Præterea quero, nunquid officiales possint accusari durante eorum officio? Rñ. Aliqui dicunt simpliciter qd non, sed qd debet expectari tempus syndicatus, Et ita obseruari ubique locorum attestatur Vitali. de malef. in Rub. qui accus. non poss. in ultimis uerbis. Tu uero dic. qd Aut delictum de quo officialis accusatur, est tale pro quo à iure imposita sit pœna priuationis officij, puta quia forte aliquid dedit, ut haberet officium, uel quia commiserit baratariam, uel huiusmodi, Et tunc potest accusari, & condemnari etiam durante officio, aliis si esset expectandum finis officij absurdum esset dicere, qd lex imponeret pœnam cui tempore condemnationis locus esse non posset, Aut uero pro delicto non imponitur pœna priuationis officij, & tunc expectandum est tempus syndicatus, Et ita de facto obseruatum fuisse in ciuitatibus, Florentiæ, & Castelli refert Amad. de synd. num. 43. in quodam capitulo & collateralis, qui fuerunt durante eorum officio de barataria accusati, & ab officio remoti, Et ita etiam ego quandoque uidi seruari, Et qd pro barataria, & furis possit officialis etiam durante officio accusari, non expectato tempore syndicatus, dicit esse communem opi. Boss. in tit. de offic. corrup. pec. num. 34.

Vltius quo, nunquid vniuersitas, uel collegium possit accusari? Rñ. qd potest accusari, & puniri criminaliter, Et ita cõter tenet, ut dicit Alb. in l. ea quidē, post nu. 15. C. de acc. Et qd vniuersitas, collegium, siue capitulum possit consentiendo & etiam committendo delinquere, & consequenter puniri, dicit esse communem opi. Alb. in l. si quis in tantam, col. 3. ver. Quidam

Quidam dicunt. C. vnde vi. Paris. consil. 27. num. 30. lib. 4. Sed hic aduerte, quia ad hoc vt ciuitas, vniuersitas, uel collegium dicatur delinquere, & possit pro tali delicto puniri, non sufficit, qd totus populus, uel omnes de collegio aliqui faciant, sed necesse est, qd præcesserit ad id consilij publici conuocatio, & eius deliberatio, ita dicit Bart. in l. aut facta. §. si. nu. 9. ff. de pec. Et est cõmunis opi. vt dicit Ab. in c. dilectus, el secundo, nu. 13. de iur. iura, quæ refert summa Siluestrina, in uerbo. Excommunicatio. 7. in 15. excommunicatione in quarto dubio, Tortus inter consilia Ant. de Butr. consil. vi. num. 3. Anan. in d. c. dilectus, el secundo, nu. 12. Collegium Florentinum inter consilia Curtij Sen. consil. 27. num. 5. in fi. Curt. Jun. consil. 174. num. 36. & consil. 183. quod est consil. vi. num. 9. Felin. in d. c. dilectus, el secundo, num. 12. put illi refert Blanc in pract. crim. f. 26. num. 85. Prac. Carer. fol. 497. num. 348. & seq. in fin. Boss. in tit. Banniri qui possunt, nu. 1. Et ita in factis contingentiæ eleganter consuluit Corn. cont. 224. lib. 4. Sed si omnes de collegio, uel vniuersitate non præuia consilij deliberatione committerent aliquid delictum, tunc non puniuntur ipsa vniuersitas, siue collegium, sed illi, qd deliquerunt tanquam singuli, & ita seruauit quidam prætor Verona, qd processit contra conuictum, & fratres sancti Francis, ex eo qd interfecerunt quendam Cremonensem, qui apud eos hospitatus fuerat, & fecit ipsos oēs, qui erant ultra numerum 50. suppedi per eorum hortulanum, qui erat minus grauatus, vt refert Marian. in repet. d. c. equaliter, & quando, num. 41. de accusatio.

Sed quomodo puniuntur vniuersitas pro delictis, quæ ab ipsis de vniuersitate, & totam vniuersitatem representantibus committuntur? Respond. Aliquando puniuntur in ademptione priuilegiorum, & iurium suorum, quandoque publicantur bona ipsius vniuersitatis, & quandoque etiam ciuitates ipsæ subijciuntur aratro, vt de his omnibus potes videre exempla apud Doctores in locis præallegatis, Quandoque etiam puniuntur vniuersitas ciuilitate. Sin publicatione alienius rei, uel in pœna pecu-

niaria, seu multa, Et tunc sciendū est, qd si talis pœna pecuniaria non aq; cadit in singulos de vniuersitate sicut in ipsam vniuersitatem, puta qd publicat res ex delicto, tunc si illa res est vniuersitatis, ipsa vniuersitas puniuntur, Et in hoc contentiosus, vt dicit Boer. de seditionis in septimo præsupposito, nu. 16. 31. vero pœna eque cadit in singulos, tunc aut collegium est paruum, & non puniunt totum collegium, sed tantum delinquentes, aut est magnum, & puniunt totum collegium, siue vniuersitas, vt dicit Bar. in d. l. aut facta §. si. post nu. 7. ff. de pec. opi. vt dicit Boer. in d. 7. præsupposito, post nu. 26. Scias tamen, qd in omnium casum non euadent penam rectorum, & gubernatores ciuitatis, qui consilij, & mandatum cederit, & ita fuisse practica uia attestatur Au. C. mez. c. 1. delictorum, nu. 53. in fi. ubi dicit, qd qd aliquæ ciuitates illius regni fuerunt rebelles contra Carolum Imperatorem, licet cõi consilio deliquissent, cõ fuerunt etiam punite perlonæ particulares, & singulares, quæ vere, & realiter commiserunt delictum, & similiter ipsi rectores, & gubernatores culpabiles, Et ita etiam meminim ego obseruatum fuisse cont. sicut. Gandensem, & eius rectores,

## QVAEST. XVII.

## S U M M A R I U M.

Accusatio in de quocunque crimine iustitiam possit.

Et an pro crimine priuato, ibid.

Et quid si pro huiusmodi crimine priuato imposita sit pœna pecuniaria si sic applicanda, ibid. vers. Sed quid si pro aliquo.

Et an in criminibus priuatis pœna per inquisitionem procedat, ibid.



V A E R O, an p omni crimine licita sit accusatio? Rñ. Si crimen est publicum, vniuersi; licet pro eo accusatio deesse, si uero est priuatum, regulariter non admittit ad accusat. Iul. Clar. K cusan-

cusandū, nisi ille, cuius interest. Quæ vero sunt duplicia, vel priuata delicta, dixi supra hoc eol. §. j. circa principiū. Et dixi regulariter, nā aliqñ ratione publicæ utilitatis lex pmitit vt etiam pro crimine priuato quilibet possit accusare. Et potest poni exemplum in suspecto tutore, qui potest accusari à quolibet de populo, vt est in §. Consequens Inst. de suspect. Tut. Et tamen illud est crimen priuatum scdm cōm opin. vt attestat Salic. in l. cū rationibus circa fi. C. qui acc. non pos.

Sed quid si pro aliquo delicto priuato puta pro furto imponeretur pœna pecuniaria, quæ veniret applicanda fisco, nūquid eo casu propter illam pœnam quilibet de populo admitteretur ad accusandum? Respon. Bart. in Rub. ff. de popul. actio nu. 5. tenuit qd sic, Et hanc esse cōm opin. attestatur Aug. post Ang. de malef. in verbo. Et ad querelam, nu. 9. quem refert Pract. Conradi, fol. 216. post num. 9. versū. Declara secundo. Contrariam autē sententiam. C. q. mo etiam si pro crimine priuato imponatur pœna pecuniaria applicanda fisco, non admittat ad accusandum nisi ille, cuius interest, tenuit Bal. in Rub. C. qui accus. non poss. nu. 9. & 10. dicens, qd contra Barto. tenuit cōm opinio Doctorū maiorū nostrorū. Et illud refert Anan. in Rub. de furtis, nu. 10. & seq. Illā etiam opin. Bart. esse communiter reprobata attestatur Rom. conf. 152. nu. 2. Et opin. Bal. communiter hodie in prac. seruari attestatur Blanc. in prac. crim. fol. 69. nu. 41. in fi. Ego vero dico, qd vbiunque etiam pro crimine priuato imponit pœna pecuniaria applicanda fisco, semper admittit accusatio per quemlibet de populo, Et hęc opi. est magis cōm, vt ostēdit Angust. in loco preallegato, & ideo obseruanda, nisi certa cōsuetudo alicuius prouincię esset in contrarium, tanto magis quia fauet iustitię, ne delicta impunita remaneant, Et de dicto Bal. non est curandū, ex quo fuit et sibi in hoc contrarius, vt dicit Aug. ad Ang. in loco palle. Adde, qd plerunq; non modo ad querelam, siue accusationē proceditur pro priuatis delictis, sed et ex officio, & sic per inquisitionem, etiam qd non sit imposita pœ-

na corporalis, nec certa pœna pecuniaria & talis delinquens punitur extra ordinē vt ego vidi quondam; seruari in crimine vsurari, quę practica fundat. super illa conclusione, quę habet, qd pro quolibet delicto etiā priuato potest ratione interesse reip. procedi ad pœnam extraordinariam, quam dicit esse cōm regulā Decr. col. 170. post nu. 1. Contrariū tñ vidi seruari in furto, nā nemine querelante vidi reos absolui reb. stantib. & in specie quędam Hieron. de Lardis imputatum, qd priuatus fuisse exāmen apū. 17. Nou. 1559. Idem et vidi seruari in adulterio, vt dixi §. hoc eol. lib. §. Adulteriū, versū. Est autē.

## QVÆSTIO XVIII. SVMMARIVM.

*Quomodo procedatur in iudicio accusationis secūdam dispositionem iuris communis Et quomodo secundum consuetudinem. Accusator an teneatur sibi serbare de lite prosequenda, Et pro expensis versū. Eodem etiam. Et versū. Teneatur etiam. Et an teneatur inuare de calumnia, versū. Dicit etiam. Et an teneatur simul cum accusato carcere ingredi, versū. Quando deinde.*



**Q**UÆRO, quō procedat in iudicio accusationis? Rñ. de iure cōm accusator debet corā iudice presentare, & ei dicere, Dāe ego volo accusare Titium de tali crimine, vñ potestulo, vt eū citetis, ita colligit ex tex. in l. nullus. C. de exhib. reis. Sed hoc de consuetudine non seruatur, vt dicit Spec. in tit. de accusatione §. 1. num. 3.

Debet autem iudex ei dicere, Ex quouis illū accusare, obliga te, qd accusabis, & qd inscribes, & qd accusationem prosequeris, & alia facies, quę sunt in accusatione necessaria, & sic citabo tū. Sed hoc etiam vltus non tenet, vt dicit Spec. in d. §. 1. num. 5. nam (vt ipse ait) Iudices par-

tati

tati ad pradam, ad nutum citant, nec clamorem expectant, tanto magis cum de cōsuetudine pariter sublatæ sint huiusmodi inscriptiones, vt dixi supra q. 12. versū. Ceterum hodie.

Hoc factū reus citatur per edicta, vt dicitur in l. absentem. C. de accusat. scilicet per tria edicta, cum intervallo 30. dierum pro quolibet, secundum communem opin. vt dicit Salic. in ea. l. absentem, nu. 5. Maria. de citat. in 27. arti. principali, in 8. q. num. 58. & seq. quę nō refert Bo. in titu. de sentent. nu. 20. Sed neq; hæc edicta hodie sunt in vsu, vt attestatur idem Salic. in d. l. absentem, num. 7. sed sunt citationes per nuncios, vt dixi infra q. 31. Et etiam numerus dierum, & quantitas & latitudo non seruatur ex generali consuetudine, teste Spec. in titu. de citat. §. Vltio de temporum interitiis, post nu. 1. quem refert Maria. in loco preallegato post nu. 59. Sed iudex in citatione habita consideratione persone, & locorum, ponit terminum arbitrio suo. Apud nos communiter in citationibus, siue inquisitionibus, quę reis trāmittuntur, solet dici, qd statim habito precepto compareat. Sed deinde, si petatur dilatio, solet concedi, Puto in his (vt supius dixi) seruanda esse statuta, & consuetudines loci, in quo fit processus.

Reo citato nō comparente, anpotantur eius bona, vt dixi infra q. 44. in prin. Si vero velit comparere, dādus est ei terminus 30. dierum ad componendum mœstos penates, vt habentur in d. l. nullus. C. de exhib. reis. Sed neque hoc de consuetudine seruatur, vt quotidie videmus, sed allegatur aliqua alia iusta causa, propter quam reus impedire sit comparere, illud autē qd dictum est de dicto numero dierum, de facto non seruari attestatur Specu. in d. §. 1. num. 15. in fin.

Postea accusator offert libellum accusationis, de cuius forma, & solemnitatibus requisitis dictum est supra in d. q. 12. Sed certe hodie non datur libellus accusationis secundum consuetudinem totius Italiae, vt dicit Calep. inter consilia criminalia diuersorum cons. 52. nu. 9. lib. 1. Sed datur simplex accusatio, siue querela, vt dixi supra q. 10. versū. Scias autem.

Eodem etiam in contextu tenetur accusator prestare fideiussorem de accusatione vsq; ad finem prosequenda, vt habetur in l. 3. C. qui accus. non poss. Sed neq; hoc de consuetudine obseruatur, vt dicit Vitali. de malef. in Rub. quid sit accusatio, num. 15. Marcus decisi. 687. Queritur generaliter, nu. 4. Et ideo cum quidam prator con suetudinis ignarus admitteret in causis criminalibus huiusmodi exceptiones de iurando, & satisfaciendo de prosequenda querela, senatus illum seuerè monuit, ne illas admitteret. 2. Sep. 1558. P. N.

Tenetur etiam accusator satisfacere de soluendis expensis in casu succumbenti. Sed hæc etiam satisfactio recipit ab aula, vt dicit Boss. in titu. de accusat. §. 4. Repertio tamen, quod Carauita super ritu magne curie 199. numero 4. dicit, quod parte accusata petente tenetur accusator prestare hanc cautionem, & subdit, quod ita seruatur. Sed in hoc vt in ceteris iudex debet seruare consuetudinem prouincię, in qua ius dicit, Et ita faciendum non erabit.

Dicit etiam Parto. in l. 1. n. 6. C. de iura. calum. quod hodie secundum communem vsum Italię, accusator teneatur rare tempore quo offert libellum, quod accusatio est vera, & quod non animo calumniandi hoc facit. Et illum refert Aug. ad Ange. de malef. in verbo, Et ad querelam, post num. 4. & Mantua in l. transigere. §. 1. n. 23. C. de transa. & Xuar. 2. in libr. repetitionum, fol. 845. num. 16. vbi etiam dicit, qd Sylus Hispanię in hoc concordat cum stylo Italię, Et ita de generali consuetudine seruari attestatur Alber. in l. libellorum in princ. num. 11. ff. de accus. Hanc etiam dicit esse communem practicā, & consuetudinem Curt. §. 1. de iur. calum. in princ. num. 2. Et quod in causis criminalibus iurandum sit de calumnia attestatur esse communem opin. Aposill. ad Ange. de malef. in verbo, Hęc est quędam inquisitio, post num. 68. versū. Sexto quoq; Sed certe hoc apud nos hodie non seruatur in practica, prout etiam nūquam se vidisse illud obseruari, nisi petente aduersario, attestatur Foller. in prac. crim. canon. fol. 50. num. 51.

Quando deinde accusatus cōparet, & est pro crimine in carceribus ponendus, teneatur etiā ipse accusator carceres ingredi eodem tempore, vt si deinde non probet accusationem, possit puniri pœn talionis, vt est tex in d. I. nullus. C. de exhib. reis. Sed neque hoc de consuetudine seruatur, vt dicit Bar. in l. fi. C. de accus. Vitali. de malef. in loco præallegato, nu. 14. Idē attestatur Feli. in c. super his. nu. 6. de accusat. quem refert præc. Conradi, fol. 224. post nu. 4. Boer. super consuetudi. Bituricen. fol. 23. vbi prima. Boff. in tit. de tortura accusatoris. num. j. Marcus decil. 709. nu. 4. Et dicit Guido de Suzar. in l. fi. C. de accusat. quod saepe vidit peti, quod accusator in carcerem detruderet, tamen hoc nunquam de consuetudine seruatum fuit, quem refert. & idem attestatur Alber. in eadem l. fi. numero 2. & Rubens in l. pen. §. ad crimen. numero 4. ff. de publ. iudi. Item etiam obseruari de cōsuetudine regni Franci 2. attestat præc. Millei, fol. 15. numero 27. Et re vera, cum hodie sublata sit illa pœna talionis, vt dixi infra q. 5. §. ito. §. 1. superfluum omnino esset accusatorem ipsum ex ea causa in carceribus detinere.

Et hæc est forma, secundam quam proceditur de iure cōmuni in iudicio accusationis, que tamen (vt vides) tota ferē abijt in desuetudinem. Volui tamē illam non prætermittre, vt scias quid seruadū sit de iure cōmuni, & quid de consuetudine. Cetera vero ad examen rei, & alios actus iudicij pertinentia, præsertim quomodo reo contumace procedatur, infra suis locis explicabimus.

## QVAESTIO XV.

## SUMMARIUM.

Quomodo procedatur in delictis per viam actionis.

Quomodo procedatur in delictis per viam exceptionis ciuilitate, versio. Per exceptionem.

Et quomodo criminaliter, versio. Criminaliter autem.

Quomodo procedatur in delictis per viam confessionis, versio. Vltimo non est omnitendum.



**R**IVSQVAM tamen ad vltiora progrediamur, paucis dicendum est quomodo in delictis procedat per viam actionis, vel exceptionis. Tu scis, præregulariter ex quocumque delicto, vltra accusationem criminalem, que oritur reipublice, ad publicam vindictam, oritur et parti actio ciuilibis ad interesse, vt dixi supra quest. 1. circa principium. Quando autem pars intentat pro crimine actionem ciuilem ratione proprii interesse, neque veniat imponenda aliqua pœna corporalis, aut pecuniaria a iudice applicanda, hoc non pertinet ad presentem materiam, quia illud dicitur iudicium mere ciuile, vt dixi supra quest. 1. & infra lib. proximo. Neque de eo aliquid hoc loco attingam, vbi de criminalibus causis tantummodo tractatur, ne materias ipsas cōtra operis ipsius institutum confundamus. Illud enim iudicium in omnibus, & per omnia regulat secundam formam iudicij ciuilibis, & quous actio ipsa oritur ex crimine, nihil habet commune cum criminalibus.

Vnum tamen scias, quod hic etiam est vnus ex modis, per quos aperit via iudici ad inquirendum, nam si iudex coram quo agitur huiusmodi causa ciuilibis, habeat iurisdictionem etiam in causis criminalibus, poterit consilio ei de crimine ex probationibus, factis in ipsa causa ciuilibis, accedere contra delinquentem ad eum puniendum, & contra eum ex officio inquirere, et nulla partis querela criminali procedente, & hoc ubi pro eo delicto possit alius per inquisitionem procedi. Et ita de facto seruatur, ut dicit Iac. de Bel. in præc. crim. fol. 28. in rub. de cau. crim. nu. 3. & 2. A quo autē probationes facte in hoc iudicio ciuilibi faciunt fidem in criminali, dixi infra q. 34. uersio. Item si producantur.

Per exceptionem autem deducitur crimen in iudicium duobus modis, scilicet ciuilitate, & criminaliter. Ciuilitate, puta quā excipio de crimine contra testem, vel contra

contra instrumenti, & peto nullam fidem ei adhiberi, dicitur autem hoc casu procedi per viam exceptionis ciuilitate, quia si per huiusmodi processum non potest sequi sententia criminalis etiam quod consistit de delicto, sed tamen sententia ciuilibis, vt testis repellatur a testimonio tanquam criminiosus, vel instrumentum non probet tanquam suspectum de falso, Et ideo in omnibus, & per omnia hoc iudicium reputat ciuile, & ad instar iudiciorum ciuilibi in eo proceditur, vt dixi infra lib. 7. §. Exceptio, Neque potest iudex talem testem, etiam si sit de crimine conuictus, punire pœna ordinaria, neque extraordinaria secundum magis cōter Doctores, vt dicit Boff. in tit. quomodo procedatur per exceptiones nu. 2. Bene verū est, quod si ex probationibus, factis super hac exceptione appareat de delicto, poterit iudex criminaliter procedere, & inquirere contra delinquentem, prout etiam dixi supra versio. Vnum tamen, quod delictum per viam actionis ciuilibis fuit deductum in iudicium, Et ex hac noua inscriptione, & nouo processu poterit reus criminaliter puniri, Et ita obseruatur, vt dicit Bar. in l. 2. §. si publico, nu. 20. ff. de accusat. Vide que dixi infra versio. Vltimo non est. An autem probationes facte in hoc iudicio ciuilibi exceptionis, faciant fidem in iudicio criminali, recurrendum pariter est ad ea, que dixi infra in d. q. 54.

Criminaliter autē agitur via exceptionis, quando quis excipiendo putat contra testes, petit illum tanquam falsis nulli fide adhiberi, prætereque eos de falso puniri, Et hoc quidem casu ita excipimus dicitur assumere partes accusatoris, Et perinde proceditur cōtra ipsos testes, ac si fuissent accusari, seu querelari de falso, & per contra eos ferri sententia condemnatoria criminalis, & iudicium ipsum, quamuis a principio fuerit ciuile, efficitur criminale, & in ea proceditur in omnibus, & per omnia ad instar criminalium iudiciorum.

Hinc inferitur, quod sicut iudicij criminalibus, in quibus vsque ab initio proceditur per accusationem, vel inquisitionem, requiritur, quod in ipsa accusatione vel inquisitione exprimat dies, & annus, & locus commissi delicti, pariter etiam ea-

dem sunt exprimenda, quando proponitur crimen per viam huiusmodi criminalis exceptionis, ut dixi supra quest. 12. versio. Adde quod.

Item sicut in iudicij criminalibus non potest regulariter procurator interuenire, quando ceptum est agi via accusationis, vel inquisitionis, ita nec etiam quando agitur hac via exceptionis criminaliter intentate, vt dixi infra quest. 31. versio. Tu scias, quod in causis.

Et breuiter dic, quod ea omnia, que seruantur in iudicio accusationis, seruanda sunt in hoc iudicio exceptionis criminalis, quia (vt dixi) talis exceptio, que tendit ad puniendum, equiparatur accusationi.

Vltimo non est omnitendum, quod alio et modo deducitur crimen in iudicio ab aliquo accusatione, vel exceptione, quando scilicet accuset pars, seu testis incidat confiteatur se aliquid delictum perpetrare, prout de facto quandoque videtur contingere, Et hoc quidem casu scias, quod talis confessio incidit sententia non nocet consentienti, quo ad hoc vt possit se ea puniri, operatur tamen vt ex ea aperiat via iudici ad inquirendum super ipso crimine confessato, absque ulla partis querela, Et eo casu debet iudex inchoare nouum processum super illa confessione, & dare suas defensiones reo, & alia facere, que in processibus criminalibus requiruntur, ita dicit Bart. in l. si confessus, circa fin. ff. de custod. reorum, & in d. l. 2. §. si publico, nu. 20. ff. de adult. Vbi etiam dicit, quod ita obseruatur, prout illum refert Boff. in tit. quomodo procedatur per exceptionem, nu. 4. & ego etiam supra retuli versio. Per exceptionem, Et ita in facti contingentia fuit iudicatum per con. Neap. teste Affli. decil. 176. Quædam mulier, quem refert Foller. in præc. crim. fol. 276. num. 31.

## QVAESTIO XX.

## SUMMARIUM.

Iudiciorum gradus quis sint.

Et qua iudicia sufficiunt ad inquirendum versio. Ad inquirendum, Præc. Iul. Clar. K 3 Et



*Et que ad inquisitionem formandam, ver. Ad formandam.*

*Et que ad torturam, vers. Ad torturam.*

*Et que ad condemnationem, vers. Ad condemnationem.*

*Et an ex indicij, vel præsumptionibus quis possit in penam corporalem condemnari, vers. Scias tamen.*

*Et quid in criminis assensionibus, & simonia vers. Scias etiam. Responsum.*

*Et quid si præsumptio sit posita a lege, vers. Item scias.*



**ONSTITO** de delicto iuxta ea, quæ dicta sunt supra quæst. 4. solent iudices recipere informationes, siue indicia contra delinquentem, Conueniens igitur est, vt de ipsis indicij videamus, Reperenda tamen sunt hoc loco ea, quæ in hoc proposito dicta sunt supra quæst. 5. vers. Item. Poterit igitur, quod scilicet iudices ad indicia attribuenda duobus modis procedunt, nam quando non est certus delinquens, procedunt inquirendo generaliter quando verò est certus delinquens procedunt inquirendo, siue assumendo indicia specialiter contra eum, vt ibi declarauimus. Hoc præmissis scire debes, quod secundum omnes in materia indiciorum non potest dari certa doctrina, sed totum relinquatur arbitrio boni viri, scilicet iudicis, qui secundum qualitatem persone, & delicti, & demonstrationis, seu suspitionum iudicabit indicium esse sufficiens, vel non, Et ita dicunt Doctores, vt attestatur Ang. de malef. in verbo, fama publica, num. 9. dicit etiam Pract. Gasoni, fol. 14. num. 2. quod ita dicunt omnes. Nihilominus vt materia ipsa distinguendo clarior reddat, dico ego tres esse gradus indiciorum, Aliqua enim sunt leuia, aliqua graua, & aliqua grauissima, Leuia sufficiunt ad capturam, non tamen, vt statim debeat reus examinari super delicto, ita vt eius nomen recipiat inter reos, sed ut tollat ei facultas fugiendi, iuxta ea, quæ dixi infra quæst. 28. circa principium, sufficiunt etiam ad inquirendum. ad assumendum ex officio informationes contra aliquem de delicto, non tamen ad illi trans-

mittendam inquisitionem, vel citationem. Et huiusmodi indicia, si non sint multis vigetia ego puto recte appellari posse suspiciones: si vero magis vigetia, crederem posse dici præsumptiones, siue argumeta. Graua sufficiunt ad transmittendam inquisitionem reo absenti, vel si sit captus ad examinandum eum super delicto tantquam reum, & etiam ad torturam, Et hoc ego credo proprie in hac materia appellari posse indicium, quod si sit plusquam simplex præsumptio, & etiam ad torturam, & hoc ego credo proprie in hac materia appellari posse indicium, quod si sit plusquam simplex præsumptio, & etiam ad torturam, in primo modo torturæ, gl. in l. cum probatio, in glo. ff. de probat. Et idem etiam tenent Doctores communiter omnes, teste Corne. conf. 101. in littera L. lib. 2. Grauiissima vero sufficiunt etiam ad condemnationes, Et hac proculdubio debent esse non: nono plusquam plena probatio, sed etiam quasi plena probatio. Et sic habes in hac materia suspiciones, præsumptiones, indicia, semiplenam probationem, & plusquam semiplenam probationem. Et ex hac breui distinctione vna cum exemplis inferius positus, facile poterit quilibet iudex intelligere, quomodo in quocunque casu procedere debeat, præsupposita tamen semper supradicta conclusione, quæ per omnes Doctores traditur, quod in hac materia indiciorum non potest dari certa regula, sed iudicium iudicis arbitrio committitur.

Ad inquirendum igitur, id est ad assumendum informationes super delicto, dixi sufficere leuia indicia, & sufficere etiam aliqua probabilis suspicio, propter quam iudex rationabiliter credat delictum ab eo commissum fuisse, contra quem inquirere intendit, vt dicit sali. in l. ea quidem, num. 41. C. de accusat. cum eo concordat communis practica, vt attestat Marian. in repet. cap. qualiter, & quando, post nu. 108. de accusat. quem refert Boss. in tit. de Inquisit. num. 8. Et potest poni exemplum in dicto, seu assertionem morticis, vt dixi supra quæst. 6. circa principium. Hæc et eadem sufficiunt etiam ad capturam, iudicis tamen arbitrio, iuxta ea, quæ dixi allegata quæst.

quæst. 28. circa principium. considerata facti, & personarum qualitate.

Ad formandam, seu transmittendam inquisitionem contra aliquem, 1. ad eum citandum pro delicto, de quo imputatur, omnes Doctores concludunt, quod omnino necesse est vt precedant legitima indicia, & ita generalis consuetudo interpretatur, vt dicit Fulg. consil. 175. post nume. 1. Et ideo male faciunt iudices, qui nulla fama, vel indicio procedentibus, formant inquisitiones, prout facere consueuissent officiales Mōtis ferrati dicit Pract. Pap. in forma inquisitionis, in verbo, fama publica, nu. 2. Et senatus grauiter reprehendit capitaneum Vicomercati, ex eo quod non procedentibus legitimis indicijs formaret inquisitionem contra quosdam de Vertemate. 11. Decembr. 1532. C. Merito igitur inquisitio taliter formata cum omnibus exinde secutis est nulla. Et ita Doctores intrepidè tenent, vt attestatur Cratus cont. 57. per quæ. 11. lib. 2. & hanc conclusionem, quod inquisitio non præcedente demonstratione, & non sumptis informationibus, super ea, sit nulla totus mundus sequitur, vt dicit Catus inter cōsilia criminalia diuersorum consil. 99. num. 1. lib. 1. vbi etiam, nume. 3. dicit, quod hæc conclusio est valde trita, & consulescentes omnes illam affirmant. Sed quæ sint ipsa legitima indicia, Doctores in specie non expriment, & quidem (secundum aliquos) non deberent iudices procedere ad transmissionem alicuius inquisitionis, nisi delictum esset contra reum taliter probatum, quod super eo possit etiam torqueri. Vltus tamen contrarium obtinuit, nam iudices valde prompti sunt ad huiusmodi inquisitiones formandas, etiam si non subsint indicia legitime probata, quos appellat malos assessores, & peruersos, & ignorantes iuris Vitali. de malef. in tit. de inquisitionibus, nu. 8. subd. 2. quod tales non sunt iudices, sed potius canes nuncupari merent. Nihilominus attendi a hac generali consuetudine, vel potius corruptela, poterit fieri conclusio, quod ex vehemēti suspicione, quæ contra reum ex probabilibus argumētis resultat, poterit contra eum formari inquisitio, licet talia indicia non sint talia, vel taliter probata, quod super

eis possit reus torqueri. Et id dicit Boss. in tit. de inquisit. nu. 61. quod ad formandam inquisitionem sufficiunt indicia leuia, puta diffamatio delicti. Et subdit, quod ita feruatur, quod tamen ego non puto de iure verum, nisi, vt dixi §. ver. Ad inquirendum. Hæc autem, quæ dixi in proposito formandæ inquisitionis, intelligo vt et procedant in examine siue interrogacionis, quæ sunt reo presenti, in locis, in quibus quæ reus est in carceribus, non solet formari aliqua inquisitio, prout seruatur in hoc Ducatu. Nunquam n. reo presenti legitur capitula, neque inquisitio, sed examinatur reus super delicto. Dico igitur, quod sicut non potest contra absentem transmitti inquisitio, nisi præcedentibus indicijs legitimis, ita etiam non debet iudex interrogare siue examinare aliquem præsentem super crimine, & sic facere, ut eius nomen recipiatur inter reos, nisi præcedant talia indicia, quæ sufficerent ad formandam inquisitionem vbi reus esset absens. Cæterum vbi indicia ad formandam inquisitionem videntur iudici debilia, apud nos seruatur, quod iudex det reum detineri, nam ad capturam sufficit quacunque informatio, vt dixi §. quæst. 28. circa principium. Et successiue vbi reus non inuenit, fit de hoc relatio apud acta, quo casu dicitur constare de eius fuga, quod quidam fuga proculdubio iuncta cum aliis præsentibus indicijs sufficit ad transmittendam reus inquisitionem, iuxta ea, quæ dixi infra quæstio proxima, vers. Item. Fuga delinquentis. Et est, iudicio meo, factis bona practica.

Ad torturam etiam, quæ indicia sufficiant, non potest dari certa doctrina, sed pariter relinquatur arbitrio iudicis, vt dixi §. quæst. 64. ver. Dixi quod. Poterit tamen videri aliqua exempla infra quæst. proxima. Sufficiunt autem minus quam semiplena probatio, secundum glo. in l. cum probatio de qua dixi supra circa principium, quæstio.

Ad condemnandum vero grauissima indicia requiruntur, & (vt Doctores appellant) indubitata, & potest poni exemplum infra quæst. prox. ver. si aliquis, & huiusmodi. Scias tamen, quod in hoc articulo Doctores multum varie loquuntur, nam aliqui dicunt, quod regulariter ex præsumptionibus

nibus violentis, vel iudicijs quantumcū que indubitate non debet aliquis in causa criminali cōdemnari, quam opinionē dicit esse communem Dec. cōf. 175. post nu. 8. col. fi. versu. Præterea etiam Marfil. in rubr. de probatio. numero. 237. circa fin. Nouell. in pract. crim. fol. 118. nume. 34. Alii dicit, quod si agatur ad pœnam pecuniariam, potest reus ex iudiciis indubitate etiam criminaliter condemnari. Et ita cōmuniter tenet attestatur Gratus, cōf. 136. nu. 22. lib. 2. secus autem si agatur de pœna corporali. Alii dicunt, quod ubi ex præsumptionib. proceditur, multum debet iudex temperare suam sententiam, & maxime ne condemnet nisi raro, & modice ad pœnam, nec pecuniaria, nec corporalem. Et hæc sunt verba l. n. licet non multum fideliter per doctores relata in c. quia verisimile. nu. 2. de præsumpt. quem dicit sequi communiter Doctores Marfil. in l. 1. §. diuisi Adrianus. nu. 25. ff. ad leg. Corn. de fidei. Cauens. super ritum magne curie 274. nu. 15. Hanc etiam dicit esse communem opinionem Placa Ruitos in allegatione heresis. §. 1. & la. in rub. ff. de probatio. nu. 7. prout illos refert Placa lib. 1. delictorū. c. 14. num. 3. in fi. & Duēnas regula 303. critica med. Apostil. ad Ang. de malef. in verbo, Fama publica. sub nu. 32. quem refert Vilalpan. in repet. l. 22. c. 10. post nu. 7. Gand autem de malefic. in tit. de præsumptio. circa finē, dicit, quod de cōsuetudine vidit obseruari, quod ex iudiciis quantumcūq; indubitate non imponitur pœna corporalis, sed tantum pecuniaria, quod dicit Gand. refert, & sequitur Pau. de Cast. cōf. 299. nu. 3. in fi. lib. 2. subdens, q. propter illud defendit quandam imputatū de homicidio, & Cepolla cōf. crim. 32. circa fin. & cōf. 49. in primo dubio. versu. Nec propter dictam. & pract. lod. fol. 143. num. 11. & Aug. ad Ang. de malef. in verbo, Fama publica. nu. 28. & Brun. de ind. & tortura fol. 57. nu. 16. & Marfil. cōf. 96. nu. 10. Et ita tenere communiter Docie. es attestatur Carer. in pract. crim. fol. 36. nu. me. 56. Hanc etiam opinionē dicit esse communem Boss. in tit. de cōiutis. nu. 34. & seq. affirmans q. ita seruatur in practica, &

quæ est communis sensus Doctorem Hoc idem te obleruari vidisse attestatur Mal. in l. milites. nu. 6. C. de x. q. 1. prout illa refert Ant. de Canar. de quæst. in secundo mēbro. post nu. 44. licet Bal. in libro meo nihil dicat de obseruantia. Alii dicunt totum contrarium, q. etiam ex præsumptionibus reus est condemnandus pœna ordinaria delicti neq; propterea est aliquo modo pœna mitiganda, & q. illud dictum l. n. com. verber. probatur. Et ita attestari videtur Seilamer. de c. 689. ver. Ad vndecima dico. Alii vero dicunt, q. quod iudicia sunt indubitate, semper potest denegari ad condemnationē, maxime in delictis occultis, & difficilibus, probationis, & tractantibus secretis & in quibus veritas clarius haberi nō potest, prout etiam communiter tenent attestatur pract. Carer. fol. 72. ver. lix quibus omnium. Et hæc opi. apud nos seruatur, quantum ad hoc vt ex præsumptionibus denegari ad condemnationē, nā quotidie ex iudicijs, & præsumptionibus, vt per senatum condemnantur, non quidem in pœnam mortis, neq; pœnam ordinariā ipsius delicti, sed in pœnas etiā corporales, puta trinemium, fustigationē, lectuū funis, & huiusmodi, & in specie ita seruatiū fuit in quodā Antonio Maria Faytag. cū esset iudicijs indubitate grauatus de homicidio, fuit per deceniū ad trirēnes condemnatus. 2. Ian. 1557. P. N. & in alijs multis. Eridem etiā seruatur in sacro cōsilio Neap. vt videri potest apud Grammaticum, præsertim decif. 42. & alibi sepe.

Scias etiam aliquos esse casus, in quibus etiam de iure communi ex præsumptionibus potest quis ad mortem condemnari, prout est in assassino, vt dixi §. hoc eo. lib. §. assassinium. versu. Præterea. & in crimine heresis, vt dixi supra hoc eo. lib. §. heresis. ver. Habet etiam. & in crimine simoniae, vt dixi supra hoc eo. lib. §. simonia. versu. Item scias, quod qñ præsumptio est posita a lege, tunc potest ea sequi cōdemnatio capitalis, & ita tenent omnes, vt dicit Boss. in tit. de cōiutis. nu. 29. ponēs exemplū in ea præsumptione, de qua habetur in l. si qu. C. de adulter.

QVAESTIO XXI.

S V M M A R I V M.

*Fama an sit sufficiens iudicium ad inquirendum, & ad torturam, versiculo. Fama sola.*  
*Testis de vrsu an faciat iudicium ad torturam, versu. Vnus testis.*  
*Et quid si non viderit, sed audierit, & dicit cognouisse ad hoc, versiculo. Sed quid sit testis.*  
*De fama seu dispositione socij criminis an faciat iudicium ad inquirendum, versiculo. Retentia igitur.*  
*Et an ad formandam inquisitionem, versu. Si vero queris.*  
*Et quid si sit etiam per iurum, versu. Scias a. n. n.*  
*Et an faciat iudicium ad torturam, versu. Successiue quæro.*  
*Et quid in criminibus exceptis, versu. Sed quid in criminibus.*  
*Et quid si sint plures socij criminis, qui contra alium deponant, versu. Sed pone.*  
*Et an requiratur, quod socius criminis deponat cum iuramento, versu. Quæro nunquid.*  
*Et an quod confirmet dictum suum in tormentis, versu. Scias etiam.*  
*Mandatorij dictum an probet contra mandantem, versu. Et ex hac.*  
*Reus regulariter non debet de socijs interrogari, versu. Dictum socij.*  
*Asse vero vulnerati an faciat iudicium ad inquirendum, ver. Assertio vulnerati.*  
*Et an ad capturam, ibidem.*  
*Et an ad excusandum a calumnia haredē, qui accusat nonne iustus, ibid.*  
*Et an ad torturam, ibid.*  
*Fuga an probet contra delinquentem, versu. Fuga delinquentis.*  
*Et quid si opponatur ut delictum, ibid.*  
*Et quid si opponatur ut iudicium, ibid.*  
*Et an semiplene probet in criminalibus, ibidem.*  
*Et an sit sufficiens iudicium ad torturam, ibidem.*  
*Et quid si reus resistat post formatam inquisitionem, ibid.*

*Et quid si reseruetur, ibid.*  
*Et quid in fuga facta a carceribus, ibidem, versu. Tertio autem modo.*  
*Et quid si non erat legitime detentus, ibid.*  
*Et an indubite carceratus possit licite ausugere, ibidem.*  
*Et quid si statim ad carceres reseruetur, ibidem.*  
*Et an fuga iudicij, qui non stetit in syndaca ru per quinqueaginta dies, faciat contra eum pl. an probationem, versu. Et altera etiam.*  
*Et an inimicitia faciat iudicium, versu. Inimicitia.*  
*Et an confessio extrajudicialis, versu. Confessio extrajudicialis.*  
*Et an confessio facta coram iudice incompetenti, versu. Sed hic quæro.*  
*Et quid si illam deinde corā iudice competenti renouauerit, versu. Sed quid si reus.*  
*Et an confessio clerici facta coram iudice laico, versu. Hanc tamen.*  
*Et an confessio facta corā iudice non sedente pro tribunali, versu. Sed hic cadit.*  
*Et an confessio facta in tormentis, et deinde renouata, versu. Vltterius quæro.*  
*Et an mixta, versu. Mixta præcedentes.*  
*Et an pax facta cum offensa, versu. Pax, seu trinita 2io.*  
*Et an mendacium, inconstancia, macillatio, & irrepudatio rei, versu. Mendacium, & versu. Ceterum.*  
*Et an si iustus fuerit cum gladio sanguinolento, versu. Si aliquis.*  
*Et quid si res seruata sit penes aliquem, versu. Si res seruata.*



**D**ICTVM est de iudiciis in genere, nunc in specie de aliquibus iudicijs videamus. Fama sola, q. fit contra aliquē, q. maleficiū commiserit, est iudicium ad inquirendum contra eū, vt dixi §. q. 6. circa principiu, ipsa aut fama absq; alijs adminiculis nō est sufficiens iudiciū ad torturam, et ita tenent communiter Doctores, vt ait Marfil. cōf. 3. nu. 4. in fin. Hanc etiam dicit esse communem conclusionem l. si in repet. l. ad mouendi. nume. 207. ff. de iureiurand. quem

quem refert Crauetta conf. 41. num. 6. & Blancus de iudicijs. num. 313. & Duénas regula 300. in principi. & Villalobos in fua collecta communium opinionum, in litera F. nume. 7. & Foller. in pra. crim. fol. 156. num. 28. Crotius in tracta. de testib. nume. 147. Marfi. in l. de minore. §. plurimum. nu. 30. ff. de quest. & sing. 97. fama sola quem refert Diaz regula 333. Carer. in pra. crim. fol. 82. nu. 111. quem refert Plotius in repe. l. si quando. num. 891. Et quavis in hoc articulo magna sit controversia inter scribentes, & Io. And. ad Spec. in titu. de not. crim. §. fama. in verbo, Veniens. circa fin. quem refert Paris Put. de synd. fol. 446. c. 1. num. 2. & Marfi. in d. §. plurimum. nu. 30. ff. de quest. 72. nu. 16. attestetur contrarium de consuetudine feruari, q. l. fama sola sit sufficiens ad torturam, prout etiam se vidisse aliquando per assessores observari dicit Gand. de malef. in tit. de q. num. 39. quem refert Aug. ad Ange. de malef. in verbo, fama publica. post nu. 41. & Carautia super 41. ritu magna curie. num. 8. & Brunus de iudicijs. fol. 41. nu. 32. Ego tamen semper secutus sum communem opinionem, & ab alijs etiam iustis iudicib. semper vidi observari, vt nisi cum ea concurrat aliquid aliud adminiculum, nunquam ex fama sola procedatur ad torturam, quam etiam credo tutiorem, & veriore. Fama a. in criminalibus non probat, neq. etiam semiple. ne, vt videtur sentire gl. in c. veniens: el primo. in verbo, illorum. de testib. quam ait communiter esse approbatam Berous in d. c. qualiter, & quando. nu. 78. de accu. & hanc esse communem opinionem attestatur. Dec. in d. c. veniens. nu. 25. prout illum refert Blacus de ind. nu. 313. Et dicit Salic. in d. l. ea quidem. nu. 133. de accu. q. ita se habet communis practica, quem refert, & sequitur attestans ita se habere communem opi. Bertran. conf. 126. num. 11. lib. 7. Et licet ( vt dictum est supra quesi. proxima. ver. Ad torturam. ) videat sufficere ad torquendum minus quam semiplena probatio, nihilominus cu fama sit iudicium valde remotum a delicto, sit et iudicium valde fallax, vt quotidie experientia docet, credere tutius facere iudicem, si

nullo alio adminiculo concurrere, reum tormentis non subiceret. Ceteru si cum ipsa fama concurrat aliqua alia adminicula, eo casu utiq. faceret iudicium ad torturam, & hoc omnes fatent, vt dicit Gramus in d. conf. 57. nu. 8. lib. 2. Possit et esse delictum adeo. l. iudicis, probationis, vt sola fama sufficeret, vt inque etiam vidi feruari. Quomodo autem fama probetur, dixi supra q. 6. uers. Illum tamen, & seq. Sed pone, q. reus, contra quem est probata fama publica de aliquo maleficio, probet in suis defensionib. se esse bona uocis, conditionis, & fame, nunquid adhuc erit torquendus? dixi infra q. 60. uers. Frequens etiam. Scias tamen, q. hec oia peccant in sola fama, que sit contra aliquem in specie de eo delicto, de quo agitur, sed si esset mala fama in genere, quia scilicet ille est homo diffamatus de alijs delictis & sic male uocis, conditionis, & fame, tunc ex qualibet leui suspitione attingere delictum, de quo agitur, solet reus tormentis subijci, modo illa fama sit in eodem genere delicti, nam semel malus semper presumitur malus in eodem genere mali. cap. semel malus. cum ibi no. de reg. iur. in c. & hac est communis regula, ut attestatur Blanc. in pra. cri. fol. iudicis. cautela 14. Ceterum si delicta essent dissimilia, non oriretur contra eum ex ea fama aliquod iudicium, nam ad hoc ut mala fama noceret reo, debet esse in eodem genere mali. Et ita dicunt oes ut ait Pra. Casoni fol. 16. nu. 5. Bene uerum est, q. si talis ita diffamatus probaret, q. per triennium proximum non iuxisset, & fuisset bone uocis, conuersationis, & fame, illa mala fama contra eum probata nihil ei noceret, sed ceteretur in totu purgata. Ita dicit Salic. in l. si minor. post nu. 2. C. de in integ. rest. min. Et dicit Gramma. super cap. Regni. fol. 142. nu. 7. q. ita concludunt omnes. Quod nota, q. possit tibi facere magnum honorem in practica. Vide in hoc proposito ea, que dixi in d. uers. Frequens etiam.

Vnus testis deponens de maleficio facit iudicium contra reum, hoc tamen intellige ut procedat quo ad inquirendum, id est quo ad assumendas specialiter contra eum informationes super delicto. Sufficit enim unus

unicus testis etiam alias inhabilis, & minus idoneus. Et ita ( iudicio meo ) intelligi debet dictum Bal. in l. seruos. C. de testib. quammis aliqui illum intelligant, vt loquatur de inquisitione generali, & hoc appellat Bal. ibi, iudicium facti, q. l. dirigat iudicem in via perferuationis ad indagandum, an ille talis qui ab eo nominatur sit reus illius delicti, & sic ad inquirendum specialiter contra ipsum. Ceterum ad hoc vt testis faciat legitimum iudicium, quod Bal. ibi appellat iudicium iuris, requirit q. sit integer, & omni exceptione maior id est talis, contra quem nulla possit opponi exceptio, & hac est ois oia sententia, vt dicit Rui. col. 147. post nu. 3. li. 5. Et hmoi. testis sufficit et ad torturam, secundum eodem opi. de qua attestatur Ro. confil. 451. nu. 4. Vnius in lib. cōium opi. fo. 300. ver. Testis vnicus. Plot. in rep. l. si quando. nu. 879. quam tamen intellige iuxta ea, que dixi infra q. proxima, circa prin. & ver. vnum tū. Reperio tamen, q. pra. Ca. soni, fol. 12. nu. 4. dicit q. ( secundum opinionem multorum ) quando tractatur de inquirendo, siue torquendo, testes etiam non integri admittuntur. Et re vera multi iudices de facili etiam super dicto testis inhabilis, & minus idonei formant inquisitiones, & q. q. et torquent, & male faciunt, quia sepe vexant in debite innocentes.

Sed quid si testis non viderit committi maleficio, sed deponat se audiuisset, puta de nocte, Titium percipientem Casu, & dicat se eum cognouisse ad vocem, nunquid faciet contra eum iudicium ad torturam? Resp. Bal. in l. si non speciali. nu. 1. C. de testa. loquendo per verbum, forte, tenuit q. sic. Et dicit Contra memor. in verbo, Testis deponens, q. hoc firmat Doctores vbiq. Hoc rñ intellige, vt procedat, modo testis ita deponens habeat verisimilitudinem ad eam notam vocem rei, vt deicipi non possit, alias secus, tale. n. iudicium vocis est multum fallax, & periculolum, & ego multos cognoui ita proprie imitantes vocem aliorum, vt omnes etiam familiarissimos, & domesticos eorum facile deciperent. Ceterum testes, qui dicunt se vidisse, cum esset de nocte, nec dicunt, q. luna lucebat, vel q. lumen erat accensum, a se

ipsi naturaliter reprobantur, & nullam fidem faciunt. Et ita dicunt Doctores, vt ait Bosl. in tit. de iudic. nu. 172. Dicit etiam Io. Arn. dialogo. 70. licet vera, q. ab hac conclusione Doctorum nullus discrepat, quam etiam communem appellat Vnius in libro communium opinionum. fo. 255. ver. Testis deponens. Videtur enim deponere ea, que secundum naturam esse non possunt, vt manifeste patet.

Dictum socij criminis facti in dictura contra eum, qui p socio nominat. Debes autem scire, q. regulariter delinquens non potest interrogari de socijs, tex. est in l. si. C. de accu. & est communis omnium sententia, vt dicit Io. de Amicis, conf. 27. nu. 1. praterquam in nonnullis criminib. in quib. propter eorum immunitatem permittuntur, ut interrogetur, que quidem dicuntur crimina excepta, & ea videre potes apud gl. in d. l. si. quavis Aug. ad Ang. de maleficio, in verbo, Et sempronium. nu. 5. dicat q. illa glo. simpliciter non approbatur a Doct. quia multi etiam alij casus traduntur per scribentes, prater illos, quos ipsa gl. enumerat, vt ibi per eum, Bar. autem in l. reperi. §. r. ff. de que stio. distinguit, quod aut agitur de delictis, que non committuntur principaliter in offensam, vel odium alterius, sed in commodum ipsius delinquentis, ut fallare monetam, furari, &c. Et tunc potest delinquens de socijs interrogari. Aut uero agitur de delictis, que principaliter committuntur in odium, uel offensam alterius, ut est homicidium, adulterium, &c. Et tunc non potest delinquens, licet contra se confessus, de socijs interrogari, & dicit Aug. ad Ang. de male. in verbo, Fama publica. post nu. 105. q. hodie assessores communiter videntur obscurare hanc doctrinam Bar. Si tamen interrogatur facti iudicium, non quidem ad torturam, sed ad inquirendum. Et hanc dicit esse communem conclusionem Public. super confite. Aluer. fol. 25. nu. 31. A. A. fuit opin. ead. in d. l. fin. qui more suo satis probe distinguit, & inter cetera adcludit, q. in ijs criminib. que regulariter non solent committi sine socijs, potest delinquens de socijs interrogari, & hanc appellat eodem opin.

Ant. Gomez. c. 12. delictorum, num. 16. in fin. & dicit Boff. in tit. de ind. num. 145. q. illa consideraciones Salice. seruantur in practica. Alij vero dicunt, quod quidq. sit de iure hodie ex consuetudine interrogantur rei in omni casu, & de hac consuetudine attestatur Gand. & Jac. de Beluif. prout illos refert Blan. de indicijs, num. 374. & Fulgo. consil. 173. num. 2. qui subdit illud intelligendum esse in eo, qui est male famæ. prout est questio proposita per Gád. in loco pra. allegato, Refert etiã Paris. Put. de synd. fol. 460. c. 4. post num. 1. & fol. 480. post num. 1. Pract. Cafoni, fol. 85. num. 6. & fol. 86. num. 3. Sed certe hæc consuetudo in hæc dominio non seruatur, nisi in iuribus, fraudatoribus salis vel bladorum, assaffinis, & latronibus, q. in viis publicis grassant, in cæteris autem semper vidi seruari ius cõmune, Et ideo laudabile esset iudicio modo adhærere iuri cõmuni, vbi in specie non viget talis consuetudo. Vnus tamen est casus, in quo semper reus interrogatur, & torquetur super mandante, quando scilicet apparet, quod illud delictum commisit non sua causa, puta quia nihil ad eum pertinebat, tunc enim quia tenetur pro certo, quod fecit ad alterius iniuriã, solet torqueri super mandante, Et ita seruari attestatur Bol. in tit. pra. allegato de in. post num. 156. versi. Primò considero, & licet ipse post Salic. loquatur in psona vili. ego tamen illud vidi in omnibus indistinctè obseruari.

Recenta igitur communi conclusionè. & dispositione iuris cõmunis, scilicet, q. delinquens non fit super socijs interrogandus, nisi in criminibus exceptis, secundum ius commune, vel consuetudinem loci, in quo proceditur, videamus quod iudiciũ faciat dictum ipsius delinquentis contra socium ab eo nominatum, Et pro resolutione dico, quod aut queris an dictum socij criminis sufficiat ad inquirendum, id est ad assumendum alias informationes contra eum, q. ab ipso nominatur, Et in hoc Rom. in l. & si certus. in prin. ff. ad Syll. dicit, quod communiter concluditur, q. sufficiat ad fundandam inquisitionem, quem refert, & sequitur Augul. ad Angel. de

malef. in verbo, Fama publica, num. 31. & Grammat. consil. 21. num. 10. & consil. 67. in fin. & Io. de Amicis consil. 27. num. 5. & Nouel. in pract. crim. fol. 64. num. 19. Et quod sufficiat ad inchoandam inquisitionem dicit cõmuniter ita intelligere Doctores Ioan. de amicis, in d. consil. 27. num. 3. Et hæc conclusio intelligenda est vt procedat, siue talis delinques illum socium nominauerit ad interrogationem iudicis ipsum in genere interrogatis, an in maleficio committendo aliquis alius interuenierit, siue etiam illi sponte sua nominauerit, dũ contra se examinaretur, pura quia postquã confessus est se Titium occidisse, iudex iubeat illum narrare, quomodo occiderit, & ipse dicat, quod tali die ipse, & Petrus tali, & tali modo illum occiderit, &c. nam vtroq. casu talis nominatio aperit viam iudici ad inquirendũ, & assumẽdũ alias informationes contra Petrum nominatũ, etiã si prius contra ipsum nihil aliud esset in processu neque puto faciem esse aliquam differentiam an finis in criminibus exceptis, vel non, nã etiam in criminibus non exceptis credo, q. faciat iudiciũ ad inquirendũ, Et ita loquendo etiã in criminibus non exceptis dicit tenere cõiter Doctores Blacug. de indicijs, nu. 389. quem refert Villalob. in sua collect. communium opin. in litera C. num. 203. Et licet Ruin. consil. 147. numer. 1. si fili. & dicit communẽ opin. eẽ, q. in casib. non exceptis nullũ faciat iudiciũ ad inquirendum neque ad procedendum, siue id sponte dixerit, siue a interrogatione iudicis, quem refert, & sequitur Roland. consil. 73. nu. 2. lib. 1. ego tamen credo contrariam opinionem esse magis communẽ, & illã semper vidi de consuetudine obseruari, hoc enim casu dictũ istius socij non est tanquam dictum testis, sed tanquã denunciatoris, vel notificantis, qui tãtũmodo aperit viã iudici ad inquirendũ, prout faceret qui cunq. alius notificator, seu denunciator, etiã infamis, & vilis. iuxta ea q. dixi supra q. 7. versi. Quarto igitur, & seu quilibet alius testis et non idoneus, iuxta ea, quã dixi supra ver. Vnus testis, Et opi. Ruin. posset pcedere in casu suo, scilicet ad fundandam inquisitionem, de quo dixi

infra

fra versi. Si verò queris. Debẽt tamen iudices, quantũ possibile est, cauere ne reos interrogent super socijs, nisi in casibus, in quibus id sibi est a iure vel a consuetudine permillum, p̄cipue verò ne in aliquibus casibus etiam permillis reos interrogent in specie de aliqua certa persona, nisi contra eam adit aliquid in titium sufficiens ad inquirendum specialiter cõtra ipsam, siue sit in criminibus exceptis, siue non, id est potius est offi. iũ suggererentis, quã interrogatis, debeatq. ab eo iudices omnino abstinere ne proprias animas perdant, & alios indebitè vexet. Et hoc casu crederem, quod totus processus, qui deinde fieret contra aliquem ita suggerentem a iudice nominatum, non p̄cedentibus aliquibus indicijs, esset ipso iure nullus, & proximis mensibus in facti contingentia ita iudicatum fuit per magistratũ, & grauius reprochẽsus quidam p̄tor a nobis delegatus, qui de iure uentem, ita suggerendo, contra alium interrogauerat.

Si verò queris, an dictũ socij criminis sufficiat non modo ad fundandam, vel inchoandam inquisitionem, vt supra dictũ est, sed etiam ad formandam, & transmittendam inquisitionem, seu libellũ criminalem contra socium nominatum, ita vt teneatur personaliter cõparere, & defensiones suas facere. Aliqui tenent q. sufficit, & dicit Boff. in tit. de inquil. nu. 44. & Clarus in tit. de ind. nu. 182. q. ita seruatur, in quibus locis loquitur etiã in casibus nõ exceptis. Et allegat in hoc proposito decil. 80. quam ego superius retulii. ver. Recentia igitur. Tu dic q. imò in casibus non exceptis non est sufficiens iudiciũ ad formandam inquisitionem, & hæc dicit eũ eõdem Doctorum Interessã Dec. cõf. 189. nu. 9. quem refert prac. Cõrad. fol. 255. i. prin. & Viuis in lib. cõf. opin. num. fol. 263. ver. in teste non admittitur. Rol. cõf. 16. nu. 7. li. 1. sed in exceptis vtique est sufficiens, secundum Rol. in cõf. 16. nu. 3. q. dicit, q. hæc est recepta Doctorum sententia, q. sufficiat ad inquisitionem, nõ tamen clarè explicat, an simpliciter ad inquirendum, an autem etiam ad transmittendam inquisitionem, sed ego ita semper vidi seruari.

Scias tamen, quod hæc conclusio, q. dictũ socij criminis sufficiat ad inquirendũ, locum non habet, quãdo talis socius criminis, vltra illud crime, esset etiã queritur, nã eo casu neque etiam facit iudiciũ ad inquirendum. Et hæc est indubitata iuris cõsentio, vt dicit Rol. consil. 73. nu. 8. lib. 1. q. quidem ego intelligo, vt procedat quo ad transmittendam inquisitionem, sed quo ad assumendas informationes certe sufficeret, quãtũmo etiam ad formandam inquisitionem, & plerumque etiã ad torturam, consuetudo obseruatur, q. sufficiat. Vide quã dixi supra hoc eõdem lib. §. falli. u. veri. subnormans.

Succellive querò, nõquid huiusmodi nominatio facta p̄loci criminis faciat iudiciũ ad torturam? Respõ. Si loquamur in criminibus nõ exceptis, in quibus non potest delinquens de cõsocijs interrogari, res de iure nullã habet difficultatẽ, talis enim nominatio nullum facit iudiciũ nisi ad inquirendum, vt dixi supra versi. Si vero queris. Et ita tenent cõmuniter Doctores, vt dicit practi. Carer. fol. 95. nu. 122. Sed quidq. fit de iure dicit Gád. de malef. in tit. de qõ. nu. 28. q. de cõsuetudine vidit torqueri. Idẽ et fere per eade verba dicit Lac. de Beluif. in pract. crim. in tit. de qõ. col. 11. versi. Quia hoc querit, & Guid. de sũ. in tracta. de iudicijs, & tortura. nu. 55. & Ead. in tracta. de quest. fol. 258. nu. 4. in fi.

Sed qd in criminibus exceptis? Respõ. q. aliuc talis nominatio alia p̄sumptione non concurrẽte non est sufficiens iudiciũ ad torturã, & est communis opi. vt dicit Boer. decil. 319. nu. 1. quem refert Rol. in d. consil. 16. nu. 17. Grammat. voto 6. nu. 7. quem refert Villalob. in sua collecta communium opin. in litera C. num. 152. Roland. in d. com. 75. nu. 20. Et dicit Afflic. super prima parte cõst. Regni, rubr. 27. nu. 34. quod vidit p̄ multos sapientes sic fuisse decisum, in facti contingentiã in crimine lesã maiestatis, vt illum refert practi. Carer. fol. 320. nu. 101. in fine. Bene facit hæc nominatio contra nominatum aliqualem p̄fectionem, vt fere omnes teneantur, & de eũ esse cõmunem opin. Boer. in d. decil. 31. num. 4.

num. 4. que quidē aliquis presumptio habet tantā vim, q̄ concurrente aliqua alia suspiciōe potest reus tormentis subiici, ita concludit Salic. in l. si. circa fin. ff. de accusa. C. de accusa. Et dicit Boff. in tit. de ind. nu. 149. q̄ illud dicit Salic. quotidie practicat, & doctores illud sequunt, & ita sapius vidi seruari.

Et ex hac conclusione inferri, q̄ solum dictū mandatarij non facit indicium ad torturā contra mandantem, nisi alia concurrat, & est communis opinio, vt dicit Patris Put. de synd. catu. in verbo. Tortura. el. terzo. put illū refert Nouel. in pract. crim. fol. 66. nu. 31. & seq. licet ego eū in eo loco id dicentem in libro meo non inueniā. Et ita in facti contingentiā consultit Signorol. conf. 209. Reperio tamē, q̄ Bal. conf. 429. li. 3. distinguit, q̄ aut talis mandatarius non suscepit mandatum & facit indicium ad torturam, aut vero suscepit, & non facit sufficiens indicium ad torturā, & dicit Boff. in tit. de ind. num. 154. q̄ ita obseruat. Mihi placet communis opin. vt nullo casu faciat indicium ad torturā, nisi aliqua alia presumptio, uel saltem suspiciō concurrat contra eū, qui nominat pro mandante, alias est in facultate cuiuslibet scelesti, fatere q̄ quilibet vir probus subiij ceret tormentis, q̄ esset impium, & absurdum. Et ita semper seruati vidi ita tamē vt in criminibus exceptis leuiores suspiciones sufficiat, quā in non exceptis.

In hoc autem proposito aduerte tu, q̄ vis excipere contra sociū criminis, vt nō dicas, excipio contra te, q̄ es socius criminis, ne videaris fateri delictū, sed dicas, excipio contra te, q̄ tu hoc delictū commissisti, & ita consultit Vber. de Bobio. Vel si est tale delictū q̄ sine socio committi non possit, vt sodomia, vel huiusmodi, dicas, excipio contra te q̄ facis te sociū criminis, & ideo nihil probas, q̄ est indicio meo, tutius.

Sed pone q̄ non vnus tū, sed duo socii criminis contra aliquem deponant, nec quid iste dicit conuictus, ita ut possit contra eum sequi condēnatio? Rnd. q̄ non, sed bene faciunt contra eum indicium ad torturam. Et ita in facti contin-

gentia seruauit curia Burdegaleā. in quodam notario, contra quem deposuerant duo testes, qui asserēbant se ab eo corruptos fuisse, ut refert Boer. in allega. decif. 119. vbi etiam nu. 17. attestatur idem seruatum fuisse in quodam alio imputato de homicidio, contra quem deposuerāt tres testes socii criminis, & tamē solummodo fuit tormentis subiectus, & idem etiā seruati per curiam Parisiē. attestatur Papa li. 22. tit. 13. Aristo 2. & 3. Et nota, q̄ hoc casu tales testes faciunt indicium ad torturam, etiam q̄ sint singulares, & ita seruati attestatur Boff. in titu. preallega. de ind. nu. 159. Idem etiā seruati in Regno Neap. ut scilicet faciant indicium ad torturam, attestatur Grammat. super cap. Regni. fol. 120. col. 1. in fi.

Quero, nāquid ad hoc, ut dictum socii criminis faciat indicium, requiratur q̄ illud deponat cum iuramento? Respond. Marf. in pract. crim. ca. 1. genter. nu. 62. tenet q̄ sic, & parat h. p̄pterea liberaffe quendam furem, & dicit q̄ in hoc totus mundas errat, & iudicio meo uerū dicit, quia licet quo ad seipsum sit reus, tamen dum deponit contra alium, fungitur ut ce testis, merito non est ei adhibenda fides, nisi cum iuramento, ut dixi supra li. 2. §. testis & ita semper vidi seruati, q̄ qd dicat Blas de indic. nu. 384. sed intellige, q̄ sufficiat, quando cumq̄ interueniat iuramentum. scilicet, siue antequam ponatur ad torturam, siue etiam si iuret presentē ipso, contra quem deposuit, prout seruatur in confrontatione, teste Boer. in allegata decif. 319. post nu. 4.

Scias etiam, q̄ dictū socii criminis, ad hoc ut fidem faciat, requirit q̄ fuerit confirmatus in tormentis, cum enim ex proprio delicto effectus sit infamis non debet admitti in testem sine tortura, iuxta ea, que dixi 7. q̄ 6. 25. circa principium. & ita apud nos seruatur, licet Chaff. super c. si. Burgun. fol. 44. post nu. 14. dicat, q̄ sepe hoc allegant in curia, sed non uoluit ad illud attendere. Dicit etiam Simancas de h. ref. cap. 62. nu. 6. q̄ iudiciorum vnus illud non admittit. ego puto nostram consuetudinem esse magis iuridicā, ut tū obserua id, quod tibi seruatur, ubi vis dicis.

Affer-

Afferio vulnerati, dicentis se ab aliquo fuisse vulneratum, an faciat indicium contra eum, puto esse distinguendū, nam si quidē vulneratus conualuerit, res non habet difficultatem, quia tale dictum habetur loco denunciationis, siue querelæ. Et ideo nisi aliqua concurrant indicia, non potest super eo de iure procedi nisi ad inquirendum, id est ad summonendas infortmationes contra eum, qui ab offensa nominatur, non autem ad transmittendam illi inquisitionem, siue citationem, licet multi de facto contrarium obtulerint, quos appellat in l. ce. imperitos Ang. de malef. in verbo. Qui iudex ad probationem, numer. 6. de quo dixi supra quæst. 7. vers. Dixi supra. Si vero vulneratus moriatur, & vsque ad mortem in tali dicto perseveret de iure loquendo, non facit indicium, Et ita tenent, gloss. in l. mater. in gloss. l. C. de calum. quam dicit esse communiter receptam Villalpand. super. l. 22. cap. 61. post numer. 8. nihilominus quicquid sit de iure, certe de consuetudine practicat, quod sit sufficiens indicium ad inquirendum, Et ita seruati communis stylus, & obseruancia talis, vt dicit Igneus in l. Caius Seius, numer. 13. ff. ad Syll. Et quamuis contrariam sententiam, scilicet quod neque etiam sufficiat ad inquirendum, videatur communem asserere Plot. in tabala repet. l. si quando. C. vnde vi. in verbo, indicium ad inquisitionem, prout illum refert Pat. Conradi. fol. 256. ver. Decimo adde, licet Plotus ibi hoc explicet in d. dicat, ex quo tamen longo vnus obtentum est vt sufficiat, non putarem ab ea esse in practica recedendum. Est etiam tale dictum vulnerati mortis sufficiens ad capturam, secundum communem opinionem, vt attestatur Gomez. cap. 13. de lib. r. delictorum, cap. 13. num. 75. subdens, quod ita passim videmus in practica seruari. Est etiam sufficiens ad excusandum in calumnia, & temeritate h. redem mortui, qui motus est ad accusandum eū, qui fuerat distinatus a vulnerato mortis, secundum gloss. in d. l. mater. in glo. 1. C. de calum. quam sequuntur communiter Doctores, vt dicit Bertran. consilio

137. num. 10. lib. 2. in 1. parte Ad condēnationem vero non est sufficiens, nam talis assertio vulnerati mortis non probat plene delictum, & ideo non sufficit ad condēmandū, & est cōis opin. vt dicit Placa in loco preallegato. Sed nunquid facit saltem indicium ad torturam? Rnd. Ang. in d. l. si quis in graui. §. si quis mortis, post nu. 1. ff. ad Syll. tenuit q̄ sic, sed eius opin. cōiter non tenetur, vt dicit Grammatic. conf. 57. num. 13. & 14. Et ita contra Ang. esse communem opin. attestatur Placa in loco preallegato, Pract. Conradi. fol. 297. vers. Trigesimum septimum est indicium Dixit & Chaff. consil. 58. post nu. 28. q̄ ita tenentur omnes, ita etiā de stylo seruati, vt f. talis assertio ad torturam non sufficiat, attestatur Mantua conf. 118. in fin. libro 2. subdens quod minime mutanda sunt, & c.

Fuga delinquentis contra eū facit indicium, sed ad hoc vt habeas in materia si q̄ perfectā doctrinā, debes scire, q̄ fuga trib. modis opponit contra fugientē Primo vt crimen, puta q̄ miles in bello aufert, &igna deseruit, Et hoc casu pbata ipse fuga, dicit probatū crimē, nec; aliud requirit, ad hoc vt reus possit ex ipse fuga condēnari, Et ita tenet oēs, vt dicit Brude ind. fol. 26. nu. 7. Secundo opponit fuga tāq̄ indicium. q̄ dicit reū commisso a quo delicto aufugisse, & a loco ipso delicti se abientem fecisse. Et hoc casu. Aut est tale crimē, ad cuius pbōnem sufficiat sola suspiciō, puta in tutore. l. impub. §. ff. de susp. tuto. Et tūc sola fuga facit delinquentem suspectum, ad hoc et vt possit ex ea sola seq. condēnatio, vt ibi. Et in hoc etiā concordat oēs, ut dicit Brunus in loco preallegato. Aut vero est tale crimen, ad cuius pbōnem suspiciones nō sufficiat, sed plena pbatio requiratur, Et in hoc casu licet aliquā magna fuerit inter Doctores altercatio, an fuga delinquentis faciat cōtra eū plenā pbationem, uel semiplenā, & alij tenuerunt, q̄ solummodo faciat contra eum vnā probationem satis magnam, quam opinionem dixit esse communem Roman. in d. Ladme rudi, numero 70. & Curt. Summe numer. 130. & Caro sacrus, num. 78. tū magis communis opin. est.

fuga probet femiplene illud crimen, ad quod probandum plena probatio requiritur, et hanc esse communem opinio attestatur Ripa in d.l. admonendi, num. 168. Et ideo facit contra eum sufficiens indicium ad torturam, ita tenuit Boy. in l. diuus. ff. de cust. reor. et est communis opinio, ut attestatur Iaf. in d.l. admonendi in repe. nu. 158. que refert Duennas in regula 390. in principio, & Blan. de ind. nu. 278. & Gomez. Arias super lege 74. Tauri, nu. 18. Et dicit Io. An. in ad. h. Spec. in tit. de fump. §. 1. sub nu. 3. per hac opin. Dyn. de consuetudine obseruatur, prout illum referunt Doctores in locis preallegatis. Et ideo quatenus multi teneant contrariam opinio, quatenus fuga non sit sufficiens ad torturam, adeo vt Curt. Jun. in l. admonendi, nu. 49. & seq. dixerit illam esse magis communem, non tamen putarem ab opinio. Dy. aliquo modo esse in practica recedendum, quatenus tamen intelligenda est vt procedat in ea fuga, quod sit ante formatam inquisitionem, vel assumptas informationes talis enim fuga vere arguit eorum delicti commissi, Et haec est communis opinio, vt dicit Boss. in tit. de indicij, nu. 49. Quatenus si quis fugiat post transmissam inquisitionem, vel informationes assumptas per officium, talis fuga non est sufficiens ad torturam, et est cois opinio, vt dicit Blan. de ind. nu. 281. prout illum refert Villabobos in sua collecta communium opinio in litera F. nu. 175. Ripa in d.l. admonendi, nu. 168. prout illum refert Simancas de heret. c. 63. nu. 19. Ant. Gomez. sua per lege 76. Tauri, post nu. 12. Den Ant. de Padilla in l. transigere, nu. 3. C. de tra fact. Hoc tamen locum habet solummodo in causis capitalibus quatenus in non capitalibus si cum fuga concurrat fama publica, semper facit indicium ad torturam, siue sit ante, siue post accusationem, in capitalibus autem, quando sumus post accusationem, nunquam facit indicium ad torturam. Et haec est magis communis opinio, vt attestatur Io. de Amicis, consil. 17. numer. 5. & consil. 131. numer. 3. Scias etiam, quod quando illi, qui aufugit, postea citatus sponte comparere, tunc fuga precedens nullum contra eum facit indi-

cium, neque etiam, licet, secundum Bart. in l. quid sit fugitiuus. §. 1. ff. de gdl. edicto, quem omnes sequuntur, vt dicit Ioan. de Amicis consil. 7. nu. 19. subdens, quod in hoc profectio nemodum laborat, Hanc etiam dicit esse communem opinio, idem Io. de Amicis consil. 87. nu. 8.

Tertio autem modo opponitur fuga delinquenti tanquam confessio, puta quatenus a carceribus aufugerit, videri fateri delictum de quo inuitabantur, & ideo facit plenam probationem contra eum, Et ita communiter tenet, vt dicit Ripa in d.l. admonendi, nu. 12. Cato Sacca in ea l. admonendi, nu. 81. quem refert Duennas reg. 389. in secunda limitatione, licet loquatur in fugiente effractus carceribus, Talis enim, quod ex carceribus aufugit, habet pro confessio & conuictio de eo crimine, de quo est inuictus, vt est tex. in l. in eos. ff. de cust. reor. secundum communem doctorum sententiam, vt attestatur Boer. decif. 215. nu. 9. quatenus forte ille tex. hoc non probet, Hunc etiam fateatur esse communem intellectum illius legis, quamuis illum non sequatur. Anto. Gomez. ca. 9. delictorum, nu. 11. Et ideo potest de iuris rigore in poenis ordinariis, condemnari, licet sententia hoc non obstat, nisi contra contumaces, nam si quis post fugam captus sit, vel sponte reuertatur, non solet propter solam fugam a carceribus factam illum condemnare, sed tantum grauius torquere, prout etiam obseruatur in facti contingetia curia Neap. vt refert Gramat. voto 37. Quinimo scdm. aliquos illa lex non habet locum nisi in eo, qui aufugit fracto carcere, & ruptis ferris, & cippis cum conspiratione, vt dicit Pract. Carer. fol. 83. in si. quod ita illam legem intelligunt Doctores. Scias autem, quod haec conclusio, quod fuga a carceribus faciat contra reum plenam probationem delicti, intelligenda est vt procedat, quatenus talis carceratus iure legitime detentus, Talis enim iure carceratus non potest licite aufugere, quinimodum fuerit relaxatus cum promissione de redeundo, tenetur promissionem seruare, & ad carceres redire, Et est cois opinio, ut attestatur And. de Beter. in repe. l. 1. post nu. 59. C. de l. vofa. Eccl. Sed quatenus sit in debi-

te, &

te, & iuris ordine non seruato carceratus tunc propter tale fugam, et cum fractione carceris non ponitur, neque habetur pro confessio, & hanc dicit esse communem theoreticam doctorem Roland. consil. 7. nu. 47. lib. 1. Potest enim licite talis carceratus indebita detentus aufugere, & ita communiter receptum esse ait Didac. lib. 1. resolut. c. 2. nu. 11. quem refert Duennas reg. 393. in quarta limitat. neque tenet redire ad carceres, etiam si iurasset se rediturum, secundum gl. in elem. pastor, in verbo, per violentiam de re iud. quam dicit esse ab omnibus receptam Didac. in d. c. 2. post nu. 7. Placa lib. 1. delictorum. c. 23. nu. 6. subdens, quod doctores etiam communiter addit, quod reus, quod verisimiliter est iniuste damnatus, tenetur fugam arripere, si potest, & c. vt ibi per eu. Tre intelligenda est hec conclusio vt procedat in eo, qui aufugit ex carceribus publicis, secus autem si quis aufugiat de carcere priuato, & hec est communis opinio, vt dicit Boer. in d. decif. 215. nu. 13. prout illum refert Viuius. lib. 1. communium opinio in verbo, fugiens a carcere. Scias etiam, quod si carcerati aufugiat nulla facta violentia, puta quatenus inuenerint portam apertam negligentia comment. male carceres custodientis, non debent capi te puniri, & hoc se pluries de facto vidisse attestat Ange. in l. 1. ff. de affrac. Item scias, quod si carcerati non aufugerint, sed tantummodo tentauerint fractis carceribus aufugere, sententia non solet ex ea cum aliquid graue contra eos decernere, propter attentatam fugam, vel fracturam, & ita obseruatum fuit in carceratis Laud. 10. Decemb. 1543. P. N. Bene solet quatenus eos publice torqueri facere, & ita seruari vidi in duobus qui carceres frugerant, vt aufugerent. 16. Jul. 1558. P. N. Scias etiam, quod si talis fugiens a carceribus, statim ad ipsos carceres reuertatur, non est tanquam fugitiuus, vel fractor carceris puniendus, & est communis opinio, vt dicit Boer. in allegata decif. 215. num. 18. & 19.

Præterea etiam potest poni exemplum in iudice, qui post finitum officium non stetit per quinquaginta dies in loco officij, nam eo casu habetur pro confessio, & conuictio omnium, de quibus est querela

tus, vt colligitur ex tex. in l. conuictio. C. de assessio. secundum communem doctorum opinio, vt attestatur Igneus in l. leg. Corn. nu. 63. ff. ad Sylle. & Viuius in loco preallegato circa si. qui tamen tex. hoc non probat, & ideo tenendum est, quod talis fuga officialis solummodo operatur, & per querelantes potest contra eum iurari in litem, & iudicio meo in hac sententia vident inclinare communiter Doctores.

Inimicitia vigens inter offensum, & eum, quod est de delicto suspectus, si quidem orta est ex causa leui, non facit indicium, si vero ex graui, & capitali, tunc ex ea resultat indicium, & dicit Nouell. in prac. cri. fol. 60. nu. 3. quod cum ista opinione pertranseunt fere omnes doctores, & quod ex inimicitia leui non oritur indicium, dicit esse communem opinio. Plotius in repe. l. si quando, nu. 880. in si. Quæ autem dicatur capitalis inimicitia, stat arbitrio iudicis vt dicit infra q. 24. vers. Item quero. Tu vero dic, quod aut queritur, aut inimicitia faciat indicium ad formandam inquisitionem, & placet distinctio superius relata, vt si non sufficiat inimicitia, nisi ex causa graui, & capitali, nam, vt videtur sentire Blanc. de ind. nu. 175. oranes doctores in differenter tenent, quod grauis inimicitia sufficit ad inquirendum, quatenus ego intelligo non modo ad assumendas informationes specialiter contra eum super delicto, sed etiam ad formandam, siue transmittendam contra eum inquisitionem, Aut vero queritur, an faciat indicium ad torturam, & dicit, quod sola inimicitia non facit sufficiens indicium ad torturam, & hanc dicit esse communem opinio. Ant. Gomez. c. 13. delictorum, nu. 11. Et hoc non modo si sit leuis inimicitia, sed etiam si sit capitalis, & ita communiter tenet, vt dicit Gram. consil. crim. 3. nu. 16. Carer. in pract. crim. fol. 90. nu. 118. Hanc etiam opinio, quod indicium inimicitia (vti remotum a factio) non sufficiat ad torturam, dicit magis communiter teneri Grammat. voto 30. nu. 20. & voto 34. num. 7. Plotius in repe. d. l. si quando, num. 880. Et ita practicaur, vt dicit Boss. in tit. de indicij, num. 47. Bene verum, est quod si agatur tantummodo de captura, vel de inquirendo, id est procedo

Pract. Iul. Clar. L. dendo

dendo ad assumendas informationes, tunc poterit iudex arbitrari, quod faciat sufficientis indicium inspecta qualitate personarum, & delicti. Ego tamen quandoq; vidi, etiam quod ad torturam idem servari, quando delictum fuit clam commissum, & nullus alius imputatur, quia, si is concurrentibus, vidi aliquos propter solam inimicitiam suspectos torqueri.

Confessio extrajudicialis faciat contra confidentem sufficientis indicium ad torturam, ita tenet gl. in l. c. 3. in glo. fin. ff. de adult. que in hoc ab omnibus approbatur, ut dicit Masf. sing. 310. credo se scire. Hanc etiam esse communem opi. attestatur Felin. in cap. olim, num. 7. de rescri. Dec. in cap. ad si clerici, post num. 17. ver. Alia opi. principalis de iud. prout illum refert Publ. super conf. Aluer. fol. 20. nu. 6. vbi etiam dicit, quod omnes hoc fatentur, Ferrat. cautela 27. circa principium, Alciat. in c. cum non ab homine, num. 98. de ind. quem refert Villalobos in sua collecta communium opin. in litera C. nume. 135. Blancus de ind. num. 204. Et licet aliqui ex preallegatis Doctores in hoc opin. quod possit talis confessio hoc casu reuocari, etiam ad hoc ut evitetur tortura, licet non doceat de errore; hoc certe iudicio meo nullo modo esse tenendum, nam si sola reuocatio hoc operaretur, nunquam esset locus communi conclusioni, propter hoc non deuenitur ad torturam, quia reuocatus confessio, quia si reus non reuocaret, non esset opus tortura. Tene igitur, quod nisi probetur error, semper talis confessio faciat in dicitum ad torturam, & ita semper vidi observari.

Sed hic quod pro, an confessio facta coram iudice incompetenti faciat indicium ad torturam? Respon. quod sic, & est communis opin. ut dicit Inola in c. ad si clerici, num. 7. de ind. quem refert Bologn. conf. 8. col. 1. & Augu. ad Ang. de malef. in verbo, Nec non ad denunciationem, post nu. 22. & in verbo, Comparauerunt, & consentitur totum, sub nu. 14. relatus, & ipse per Praes. Contradi. fol. 282. nume. 10. vbi etiam dicit Abbatem, conf. 25. lib. 1. attestari contrariam opi. esse magis communem, quem tamen in libro meo hoc atte-

stantem non reperio, Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Alexan. in l. Magistratibus, num. 6. ff. de iurisdi. omnium iud. quem refert Dec. in ea. l. Magistratibus, num. 8. & Ruin. conf. 80. nu. 2. lib. 4. Soc. in d. l. Magistratibus, prout illum refert Blan. de ind. num. 218. Fel. in d. c. ad si clerici, in prin. nume. 15. in fi. Decius in d. c. ad si clerici, post num. 17. Boer. de c. 90. post num. 9. vbi in fine dicit, quod ita servatur, & quod ita iudicatum fuit, lafred. de c. 104. quem refert Viuius in libro communium opin. in verbo, Confessio facta coram, Menchiaca lib. 3. de testam. §. 23. nume. 32.

Hanc tamen conclusionem aliqui restringunt, ut procedat, modo iudex, coram quo facta est talis confessio, non sit prorsus incompetens, sed quod eius iurisdictio sit aliquo respectu prorogabilis, secus autem si esset prorsus incompetens, nam eo casu (secundum eos) talis confessio non operatur, neque ad condemnationem, neque ad torturam, & dicit Foller. in praes. crim. fol. 270. num. 1. quod omnes Doctores in hoc vident concurrere. Sed certe iudicio meo hec distinctio nullo modo est tenenda, si n. confessio prorsus extrajudicialis faciat indicium ad torturam, ut supra dixi, eadem ratione, & multo magis idem dicitum esse videtur, quando facta est in figura iudicij, licet coram iudice incompetenti, & ideo videmus, quod confessio clerici, facta coram iudice laico, facit contra eum indicium ad torturam, secundum eodem opi. de qua attestant scribes in d. c. ad si clerici, & in specie Are. & Dec. put illos refert Boss. in tit. de confessis, nu. 56. & Berous in eo. c. ad si clerici, nu. 124. in fi. Vbi et ipse nu. 127. & seq. affirmat illam esse communem opi. quod non metu tormentorum, sed sponte facta fuit, Boer. de c. 90. nu. 3. vbi etiam dicit, quod ita servatur, refert idem attestari Aysre. in reper. clem. pe. de off. ordinar. in tertia regula, num. 16. quem refert etiam Carauita super ritu 235. magne curie, num. 16. & seq. Et licet Blancus de iudicij. nu. 215. asserat, quod in contraria sententia resident communiter Doctores, vere tamen opin. affirmativa est magis communis, ut videre potes in locis preal-

preallegatis, ex qua necessario inferitur, quod confessio facta coram quocumque iudice, etiam prorsus incompetenti, & cuius iurisdictio prorogari non potest, ut est illa, que fit a clerico coram iudice laico, est sufficientis indicium ad torturam, & ita tenes. Bene verum est, quod si talis confessio extorta fuisset a reo per indicem incompetentem, vi vel metu tormentorum, eo casu nullum contra eum faceret indicium. Et hanc opinionem secutos esse Doctores communiter attestatur Berous in d. c. ad si clerici. nu. 126. Vide in hoc proposito ea, que dixi infra quae 36. ver. vltimo quaro.

Sed quid si reus, qui confessus est delictum coram iudice incompetenti, deinde postquam fuit constitutus coram suo iudice competenti, confessionem illam reuocauerit, nunquid nihilominus faciet contra eum indicium ad torturam? Respon. Bal. in l. vnica, num. 96. C. de confess. tenuit, quod non, sed contrarium in practica seruatur, ut dicit Boer. d. de c. 90. in vltimis verbis. Nam de facili quilibet reus talem confessionem reuocaret, & fieret fraus iustitiae. Bene verum est, quod si reus reuocando huiusmodi confessionem doceret de errore, crederem talem reuocationem ei prodesse debere, idemque, si doceret talem confessionem non sponte, sed metu tormentorum emanasse coram illo iudice, qui erat incompetens, ut supra dixi.

Sed hic cadit pulchra questio. Pone, quod reus constitutus coram iudice tanquam priuato, confiteatur delictum, nunquid poterit ex ea confessione condemnari? Respon. quod confessio facta coram iudice, non tamen in forma iudicij, sed coram eo tanquam priuato pro tribunali non sedente, non habet vim plenae probationis, ita ut possit reus ex illa condemnari, sed bene facit sufficientis indicium ad torturam, & est communis opinio, ut dicit Roma. l. si quis in graui §. primo. ff. ad sylle. prout illum refert Boer. in d. de c. 90. nu. 8. Idem etiam dicit Ro. conf. 80. post num. 2. Foller. in praes. crim. fol. 271. nume. 7. Et ex hoc inoleuit practica ad forum, quod faciunt reuocantem ad tribunal, ut ibi confiteatur in forma iudicij, ut dicit Ange. in l. ius suum. in fin. ff. de his, quod not. infam. quem

refert Barb. conf. 70. num. 4. i. fi. lib. 4. Faciunt que dixi infra quae 49. verfic. Sed hic incidenter.

Vltimus quaro, quid si reus confessus sit delictum in tormentis, & deinde ductus ad ratificandum huiusmodi confessionem extra tormenta, iuxta ea, que dixi infra quae 64. verfic. Ceterum si reus, reuocet ipsam confessionem, & neget delictum commississe, nunquid talis confessio facit contra eum indicium ita quod possit de nouo torqueri, & cogi ad perseueraandum in ipsa confessione? Respon. sic, ita dicit Bart. in l. vnicius. §. reus i vltimis verbis. ff. de quest. & ita tenent communiter Doctores, ut dicit Blanc. de ind. nume. 219. Practi. Carer. fol. 164. nu. 190. Hanc etiam esse communem opinionem attestatur Boss. in tit. de tortura. nu. 34. vbi etiam subdit, quod ita practicat vbiq; absque vlla hesitatione. Hanc quoque sententiam dicit esse vsum receptam in Siman. has de heret. c. 63. nu. 43. Aduerte tamen, quia dum Doctores dicunt, quod hoc casu potest reus reiterari ad torturam, ut in ipsa confessione perseueret, haec verba debent sano modo intelligi, ut scilicet possit de nouo torqueri, tanquam si vnum aliud nouum indicium superuenisset, non autem ut tadium torquendus sit donec in ipsa confessione perseueret, quod nota contra eos, qui reum in tormentis confessum die, noctuque torquendo fatigant, donec perseueret, quia non possunt hoc facere, & illos grauius reprehendit Augusti. ad Ang. de malef. in verbo, Comparauerunt, & consentitur totum, post nu. 10. Quinimo si reus iterum positus in tormentis confiteatur, & deinde in ratificatione iterum neget, prout refert in facto contigit se Paris. Put. de synd. fol. 482. c. 6. post nu. 1. non esse procedendum in infinitum, sed crederem sufficere, quod tormenta repeterentur vsque ad tertia torturam, & vbi deinde ductus ad ratificandum semper negaret, absolueretur rebus stantibus.

Minus est procedendum delictum, facit indicium contra eum, qui offensio minatus est, An autem faciant indicium ad torturam, est distinguendum, nam si quidem sunt minus prolixae per virum potentem, & male facit in eodem genere mali, qui

qui de facili potuisset minas suas exequi, & eas solitas erat exequi, faciunt indicium ad torturam, quidō. Cignozatur quis maleficiū commiserit, alias autem secus, & ita communiter distingui attestatur (mo la in l. h. num. 10. ff. de hered. insti. Carer. in pra. crim. fol. 102. nu. 126. quem refert Plot. in reor. l. si quando. nume. 887. Blancus de iudicijs. numer. 183. quem refert Deuenas reg. 102. in quarta amplia. circa fi. & Placa lib. r. delictorum. ca. 28. post. num. 18. versic. Secundo subiiciam. Hic etiam opinionem dicit esse communem Bosl. in vi de iudicijs. nu. 42. Ne i apud nos non semper admittuntur huiusmodi distinctiones, nam probatis minis, & causis minorum, senatus mandat (penumero reos tormentis subiici).

Pax, seu transactio facta per aliquem cum offenso de ipsa offensione, seu iniuria, facit contra eum indicium ad inquirendum, sed nunquid talis transactio, seu pax erit sufficiens iudicium ad torturam contra eum? Respon. Aut sumus in delictis, in quibus de iure licitum est transigere, & non sufficit, nam quod sit iure permittente, nemini obesse debet, Aut sumus in criminibus, in quibus non est de iure licita transactio, & in istis utiq; facit indicium ad torturam, & hæc est communis opinio, vt dicit Blancus de iud. num. 306. put illum refert Villalobos in sua collecta communium opin. in litera T. num. 12 r. licet Blanc. in libro meo in eo loco id non arte stetur. In quibus autem casibus licita sit transactio, dixi infra q. 58. ver. Successiue. Sed certe apud nos reperitur instrumentum pacis, illud plene probat delictum contra eum, qui pro eo pacem facit, & ideo cautela est, qd pax fiat per aliquem tertium nomine omnium, quorum interest. Talis enim pax valet, & prodest cuiunque illa producenti, non secus ac si esset in ipsa remissione specialiter nominatus, vt dixi in d. q. 53. ver. Dicitur et. & forte et si ille tertius in specie pacis faceret nomine ipsius rei, adhuc non deberet ei talis pax obesse, put in facti contingetia iudicauit curia Neap. vt refert Grammat. uoto 39. circa fin. Mendacium, seu variatio, inconstantia, & titubatio rei faciunt contra ipsum in-

diciū ad inquirendum, & in hoc nemo dubitat. Quò vero ad torturam solet allegari Bar. in l. h. nu. 3. ff. de qb. vbi dicit, qd ex inconstantia, & trepidatione potest haberi aliqua presumpcio cōtra reum, & qd si reperiatur fuerit in mendacio, erit maxima presumpcio contra eū, & sic videtur Bart. constituere differentiam inter eam presumpcionē, que oritur ex trepidatione, vt sit aliqualis presumpcio, & eā, que oritur ex mendatio, vt sit maxima presumpcio. Et propter hoc multi allegant Bar. in eo loco tenere, qd mendacium sit sufficiens indicium ad torturam, & hanc opin. in practica obseruari attestat Paris Put. de synd. fol. 44 r. post num. 4. quem refert, & sequi videtur Grammat. consi. 5. nu. 5. Sed re vera Bar. hoc non dicit, ut bñ animaduertit Paris Put. in loco preallegato, post nu. 6. sed statim, qd erit maxima presumpcio contra eum, licet Bosl. in tit. de iud. nu. 36. dicat, quod quidquid ille dubitat, ipse ita vidit semper illud dictum interpretari, vt si faciat indicium ad torturam. Et ibi etiā dicit, nu. 38. & seq. qd practica seruat, qd sola variatio rei, etiā sine trepidatione, modo sit circa substantialia, facit indicium sufficiens ad torturam. Et qd mendacium solū sit sufficiens indicium ad torturam, dicit concludere communiter Doctores, Nouell. in tracta. ad defensam. fol. 15. post nu. 5. Multi tamen tepuerunt contrarium, qd solum mendacium non sit sufficiens indicium ad torturam, sed solummodo faciat quandam suspitionem, que iūta cum alijs sufficiat ad torquendum, quam etiam dicit communiter tenere Præct. Carer. fol. 95. numer. 119. Hanc etiā dicit esse communem Grammat. vqto 30. nu. 15. in fi. Ego verò in hac varietate opinionū credere hoc esse relinquendum iudicis arbitrio, considerata qualitate personæ, & rei, super qua est mendacium, seu variatio, an sit talis, i qua veritatem possit cadere obliuio, & an sit circa substantialia negotij, & an incontinenti se correxerit, nā talis variatio diceretur potius emendatio, quam mendacium. Si tamen essem iudex, vix esset, vt ex solo mendacio, vel variatione ponerem reum ad torturam, nisi aliquid aliud admittit concu-

concurreret, Et hoc puto esse tutius. Ceterum sola inconstantia, titubatio, & trepidatio Rei proculdubio nō est sufficiens indicium ad torturam, sed tantum facit contra eum aliqualem presumpcionem, ut dicit Bar. in loco preallegato, Et ita cōmuniter tenetur, ut dicit Præct. Carer. fol. 92. nu. 120. Hanc etiam dicit esse veram, & receptam sententiā Simancas de hære. ca. 63. nu. 24. quam etiam communem appellat Plotrus in rep. l. si quando, num. 886. Multi enim sunt a deo natura timidi, ut cum ducuntur ad presentiam iudicis turbentur ita, ut nesciant quid dicant, etiam si sint innocentissimi, ut contingit illi nobili, de quo scribit Paris Put. de synd. fol. 44 r. nu. 7. quos propterea impium esset tormentis subiicere. Si aliquis uisus sit exire ex aliqua domo cum gladio sanguinolento, & cum facie pallida, que domus non habeat nisi vnicum hostium, & intus reperitur homo mortuus, tale indicium est sufficiens ad condemnationem. ita allegatur tenere Ang. in l. fin. in prin. ff. qd metus causa. Et est communis opi. ut dicit Blanc. de iudicijs, nu. 292. prout illum refert Nouell. in pra. crim. fol. 61. nu. 8. quamuis Ang. in loco preallegato in libro meo videatur tenere contrarium, quinimo ipsemet Ang. in l. que uisus in fin. ff. de fir. expresse tenuit contrarium. s. qd imo non sufficiat ad condemnationem, sed tantum ad torturam, & dicit, qd ita praticatur, que refert l. run. de iud. fol. 51. nu. 6. Igo in practica semper uidi seruari, qd hoc positum sit in arbitrio iudicis; nam aliquando uidi reos, contra quos extabant huiusmodi grauissima indicia, grauius torqueri, aliquando etiam uidi eos condemnari, non tamen poena ordinaria delicti, sed tantum extraordinaria, iuxta ea que dixi supra que est, p. ordina, versic. Ad d. conmandandum, Et idem poterit iudex, considerata qualitate facti, & personarum, amplecti quam opin. maluerit. Si res litata reperitur penes aliquē, talis indicio sit contra eum indicium ad torturam, nisi ipse doceat à quo habuerit. Ita dicit Bar. in l. fin. post num. 5. ff. de qua. ff. Et hæc est communis doctrina Do-

ctorum, vt dicit Marfil. consil. 130. nu. 42. Roland. consil. 45. num. 39. & seq. lib. 1. Et ita in facti contingencia consuluit Grammat. consil. crim. 14. & ait ita fuisse executum. Hæc tamen conclusio intelligenda est ut procedat, modo ille, penes que res furtiua reperta est, sit male uocis, conditionis & fame, secus autem si sit bonæ uocis, tunc. n. etiam si non doceat à quo habuerit, non facit contra eum indicium ad torturam, Ita dicit Doctores, teste Bruno de ind. fol. 25. nu. 5. Dicit etiam Aug. ad Ang. de mal. in uerbo. Et ueltem corlestem, sub nu. 19. qd hanc distinctionem omnes Doctores cōmuniter approbare uidentur, Ita etiam cōmuniter distingui attestatur Rol. in alleg. consil. 45. nu. 41. Et secundum hanc opin. in facti contingencia consuluit Bertrand. concl. 107. libr. 1. in 1. parte. Idem etiam dicendum est, si esset reperta apud aliquem, qui solitus esset emere, & uendere tales res mobiles, & illā palam teneret, nam eo casu nulla ex eo suspicio contra eum oriri posset.

QVAESTIO XXII.

SVMARIUM.

- Iudicia quomodo probentur.*
- Et an per unum testim. ibid.*
- Et quid si non sit omni exceptione maior. uerfi. Vnum tamen.*
- Et quid si cognouit tantummodo ad suocem uerfi. Sed nunquid. Remissive.*



ISVM est que sint species indictorum, quæ nunc, qualiter indicia ipsa probentur? Respon. Io. de Auicis consil. 127. numero 10. dicit, quod est indubitata in iure conclusio, quòd quodlibet indicium seu administratum, maxime si fit remotū à factō, quomuis minimum, & leue faciēs ad causam, de qua agitur, ad hoc ut de eo mentio, & ratio habeatur, de necessitate debet saltem per duos testes probari, Et subdit, quòd in ista conclusione non legit aliam contradiotionem. Hæc autem conclusio sumpta est ex uulgata glo. in l. fi. in Pract. Iul. Clar. l. 3. uerbo,



verbo, vel iudicij. C. tami. circ. quam sequuntur communiter Doctores, vt dicit Aug. de Castro inter consilia criminalia dicitur: in, conf. 94. num. 26. lib. 1. Illam etiam dicit esse communiter approbatam 100. consil. 54. nu. 2. lib. 4. Et dicit Michelus parocinio 46. post nu. 33. q. illam gl. passim Doctores sequuntur. Alia autem est gl. in l. si quis, in verbo, Conuictus. C. ad ul. mare. quæ videtur velle, q. per unum testem non dicitur conuictus, saltem semiplene, & sic, q. dictu unius testis sit sufficiens ad torturam. Et hanc gl. dicit esse communiter approbatam Boer. de c. 163. nu. 3. & Gul. de Benedic. in 1. parte repet. c. Raynuitius. fol. 217. nu. 34. licet dicant, quod ex ordinamentis, & stylo curiarum Francie contrarium seruatur, ad quod non aduertit Simancaz, qui Gul. refert in tra. de heget. c. 63. num. 12. tanquam de iure communi loquentem. Placa libr. primo delictorum. c. 47. post nu. 18. versic. 11. libet. Breuiter tu dicit, q. Aut adest un<sup>9</sup> testis de veritate, deponens de ipsomet delicto, puto quia vidit Titium vulnerante Seium, uel audiuit Senproniu blasphemantem, & tunc talis testis facit indicium ad torturam, Et ita procedat glo. in d. l. si quis, & ita etiam dicit communiter approbari Rolan. conf. 7. num. 3. lib. 1. Ita etiam communiter seruari in iudicijs attestatur Alber. in d. l. si quis, num. 1. Et dicit Cepolla. conf. crim. 40. in 4. dubio, vers. Imo plus, q. ita tener communiter Doctores, Et dicit Paris Put. de syndi. fol. 491. c. 12. in princ. q. ita communiter dicitur. Aut vero testis non deponit de uisu ipsius malefici, sed de aliquo actu, uel remoto, uel etiam proximo ipsi maleficio, Et tunc talis testis non facit indicium ad torturam sed requiruntur duo testes ad ipsum indicium probandum, Et ita procedat gl. in d. c. fin. & ita eam dicit communiter approbari 100. consil. 54. nu. 2. lib. 3. Marfil. conf. 59. num. 5. Et hanc distinctionem dicit esse canonizatam in iudicijs, & in scholis Alciat. conf. 451. num. 1.

Vnum tamen scias, q. ad hoc ut dictum unius testis faciat indicium ad torturam, requiritur, quod sit integer, & omni exceptione maior, alias autem vnus testis nu-

quam facit indicium ad torturam, Ita dicit Bar. in l. maritus, nu. 1. ff. de quaest. & ita concludit omnes, ut dicit Io. de Amicis conf. 37. nu. 6. Marfil. conf. 101. num. 37. Vide quæ dixi supra quaest. proxima, versic. Vnus testis.

Sed nunquid testis non deponens de uisu, sed dicens cognouisse delinquentem ad vocem, facit sufficiens indicium ad torturam; Dixi supra quaest. proxima, vers. Sed quid si testis.

## QVAESTIO XXIII.

### SVMMARIVM.

*Indicia a quibus personis sumi debeant.*

*Et an ad ea sumenda debeat pars citari, vers. Quæro nunquid. Respondit.*

*Et an sint danda interrogatoria testibus, a reo, versic. Item quæro.*



**Q**VAERO, postquam est aperta uia iudici ad inquirendum, a quibus personis debeat sumere indicia siue informationes? Respond. Si quidem pars in querela aut consul in denuncia nominauerit aliquos, tanquam de ipso delicto informatos, prout communiter fieri consueuit, ut dixi supra quaestio septima, versic. Quæro nunc, tunc eorum dicta ante omnia recipi debent, sin minus, examinandi sunt illi, qui uerisimiliter possunt esse informati, puta vicini, secundum practicam, quam docet Bar. in l. si. post. nu. 2. ff. de quaestio. Debent autem iudex in hoc caute ambulare, quia sepe numero delinquentes, seu agentes pro eis contrahunt secreto pacem cum offensis, & deinde facit, q. ipsi, uel alij eorum nomine subministrant testes, q. eorum attestacionibus destruit intentionem fisci. An autem uerum, uel falsum deponat, Deus scit. Et ita solere aliquando practicari admonet Blancus in pract. crim. fol. 22. post. nu. 59. Propterea forte bonu esset, q. iudex, uel notarius, q. sociipit testes super delicto, prius ab eis ore tenus intelligeret breuiter seriem fisci, quam eorum dicta in scriptis redigeret.

Et ubi cognoscerent, q. affectarent defensionem rei, possent eos diligentius interrogare, perscrutando a quibus fuissent uocari aut instructi, aut cu quibus allocuti fuissent antequam deponeret, & similia, cogendo etiam eos ad hedeiubendum, ubi ipsi iudici uiderent de subornatione suspecti, & hoc maxime q. tales testes superueniunt post iam fundatam intentionem fisci. Quod nota, quia aliquando uidit super hoc fieri egregias imposturas iudicibus non indoctis, neq. in expertis. Non aut probatio imo doctior quondam practica, quam seruauit multi iudices, & notarij parit timentes Deu, qui dum recipiunt, & in scriptis redigunt dicta testium deponentium ad informationem curie, scribit tantum modo ea, quæ faciunt profisco, & si testis aliquid dicat, quod exgrauer delinquentem, omittunt illud scribere, Male enim faciunt, q. debent veritatem inuestigare, tam pro fisco, quam contra fiscum, neq. aliquid omittere, sed ubi testis esset suspectus, bene pot. (vt dixi) iudex illi interrogare de subornatione, & facere, q. de hac suspicione in actis appareat cogendo etiam eum ad hedeiubendum, ubi ita ipsi expedire uideat. Et nota in hoc proposito vnum, quod licet regulariter iudex non debeat cauillare dicta testium, sed adquare, nihilominus si iudex heat testes p suspectis, potest, & debet studere vt eos in uerbis capere possit, eos interrogando etiam super circumstantiis, si autem esset clarum, uel nebulosum, quibus testibus erat indutus ille, de quo deponit, & quid habebat in capite, & similia. Ita dixit Azo in Summa. C. de testibus. nu. 7. & ita (ni fallor) dicit obliuari Grammat. conf. crim. primo. nu. 9.

Quæro, nunquid ad recipiendum examina testium, debet reus citari? Dixi supra q. 1. vers. Item quæro.

Item quæro, nunquid danda sint interrogatoria testibus ab ipso reo inquisito? Respon. Aut queris de testibus, q. examinant ad informationem curie parte absente, & res non habet difficultatem, q. reus non admittitur ad aliquid faciendum nisi psonaliter compareat, Aut vero queris, an si recipiant testes post litem con-

testatam, possit reus dare interrogatoria, Et dicit, q. de iure communi forte dicendum est, q. possit p text. in l. si postulauerit. 6. quaestio. ff. de adul. sed de consuetudine contrarium seruatur, quia. si non dantur interrogatoria per inquisitionem, & ita hodie seruari de stylo omnium curiarum attestatur Foller. in pract. crim. fo. 252. num. 32. Ratio aut, cur in causis criminalibus admittantur interrogatoria fisci contra reum, non autem rei contra fiscum, quauis in iudicijs seruanda sit equalitas, imo fauorabilior semper esse debeat, causa reorum, est secundum ipsum, q. reus deinde publicato processu, potest probare contra personas, & dicta testium, quod uidetur, fiscus autem non solet probare contra defensionem, neque datur ei aliquis terminus ad repellam, prout seruari attestatur Caranita sup ritu 258. magne curie. nu. 3. & est omnibus notissimum. Quæ tamen ratio non militat, q. extaret accusator nam eo casu, si perat, tamen ei datur terminus ad repellam. Sed quidquid sit, consuetudo utroq. casu obseruatur q. inquisitoris, uel accusatoris nunquam dat interrogatoria testibus pro fisco deponentibus, non etiam dat accusator interrogatoria testibus deponentibus ad defensionem, sed iudex aut fiscalis eos interrogat, prout si bi uidetur. Vidi etiam dari quædam per accusatorem interrogatoria faciendi testibus, qui ad defensionem deponunt, non quidem in forma iudicij, sed p quatuor in aliqua cedula ad instructionem ipsius iudicis vel fiscalis, quod mihi non displicet.

## QVAESTIO XXIII.

### SVMMARIVM.

*Testes in causis criminalibus, qui esse possint.*

*Et an mulier, vers. Quæro igitur.*

*Et an in causis capitalibus, vers. Adde q.*

*Et quid de iure canonico, vers. De iure autem.*

*Et an inimicus, vers. Item quæro.*

*Et quid si scietur sit reconciliatio, versic. licet.*

*Sed quid si scietur.*

*Et an ille, qui dixit contra me testimonium in alia causa, vers. Sed nunquid.*

Et an clericus, *versic.* Vterius quero. Et quid si profestetur, quod non vult reum puniri in pœnam sanguinis, *versic.* Sed quid si clericus.

Et an laicus contra clericum, *versic.* Præterea quero.

Et an pauper, *versic.* Quæro etiam.

Et an infamis, *versic.* Quæro modo.

Et an infamis, *versic.* Item infamis.

Et an meretrix, *versic.* Item meretrix.

Et quis dicatur meretrix, *ibid.* Remissive.

Et an constitutus in peccato mortali, *versic.*

Quæro nunquid.

Et an semel convictus de crimine, *ibidem.*

Et an pupillus, *versic.* Vidi quandoque.

Et an in subsidium testes inhabiles aliquando admittantur, *versic.* Sciendum est tamen.

Et an ad defensionem, *versic.* Item scias.

Iudex an possit cogere testem ad testificandum, *versic.* Succesive videamus.

Qui non possint cogi ad perhibendum testimonium, *versic.* Scias tamen.

Testis, qui non debuit examinari, si fuerit examinatus, an faciat iudicium, *versic.* Vidi etiam.



**AETERYM** in assumēdis indicijis, siue informationibus contra reum nō dēt iudex oēs passim ad testificandū admittere. multi enī sunt, q̄ a testimonio dicēdo repellunt, de q̄bus abūde dictū est supra li. 2. §. testis. Et licet ibi multa dicta sint de causis civilibus, scire tñ debes, q̄ qui repellit à testificandū in causa civili, multo magis repellit in criminali, in qua debent esse pbationes luce meridiana, clariiores, sicut cūcti. C. de pbati, put omnes sciūt, & dñe, ut ait Bosl. in tit. de conuictis, num. 8. Quinimo multi admittuntur in causis civilibus, qui non admittuntur in criminalibus. Et de his hoc loco videndum est.

Quæro igit in primis, nunquid mulier admittat ad testificandum in causis criminalibus? Respon. Est distinguendū inter ius civile, & canonicum, nā de iure civili mulier admittitur in distine

ad testificandū in causis criminalibus, & ita communiter tenetur, ut dicit Gram. consil. crimina. 12. nume. 17. quem refert Viuius in libro communij opinionum, fol. 281. *versic.* Testis idoneus. Blac. de iudic. nu. 350. Hanc etiā opinionem dicit esse communem Abb. in c. quonia. m. nu. 2. de testibus. Bolog. in addit. ad But. consil. 17. post nume. 16. Felin. in d. cap. quonia. post num. 1. prout illum refert Roland. consil. 7. num. 12. lib. 1. Dec. in d. cap. quonia. nu. 8. Bertrand. consil. 259. nume. 2. li. 3. in secunda parte. Crot. de testibus. nu. 57. Gratus consil. 57. num. 3. lib. 2. Gigas de crimine lase maiestatis. folio 100. quest. 6. nu. 3. Iaco. d. S. Georgio, in l. ex eo. nu. 4. ff. de testibus. prout illum refert Dueñas regula 315. in secunda limitatio. Ant. Gomez. cap. 12. delictorum. nu. mero 13. Roland. consil. 24. num. 13. lib. 1. Et dicit Ioā. And. in additio. ad Spec. in tit. de teste. §. 1. sub nu. 83. quod ita seruatur in practica, quem refert Soci. consil. 54. nu. 6. li. 3.

Adde, q̄ admittit ad testificandum et in causis capitalibus, & ita cōter teneri attestat Ale. consil. 11. nu. 6. li. 1. Imola in l. q̄ testimo §. mulier. circa fi. ff. de testa. quē refert Aug. ad Ang. de malef. in uerbo Cōparnerūt, & negauerūt. post nu. 14. & dicit Vitali. de malef. in rub. de testibus. nu. 37. q̄ in hoc ius civile vbique seruāt.

De iure autem canonico mulier non admittit ad testificandum in causis criminalibus. Et ita tenet communiter Doctores, vt dicit Blac. de ind. nu. 351. Hāc et dicit esse communē opin. Abb. in d. c. qm. nu. 2. quem refert Dec. in l. fgmig. num. 34. & seq. ff. de reg. iur. & apostil. ad Crot. de testibus. sub nu. 55. & Dueñas in d. reg. 315. in prin. But. in loco præallegato, Dec. in d. c. quonia. num. 20. & seq. Hoc tñ intellige vt procedat in causis criminalibus criminaliter intētatis, in illis enim utique mulier de iure canonico à testificandō repellit, & ita cōmuniter teneri attestatur Ioan. de Imola in d. §. mulier. circa fin. quē refert Augul. in loco præallegato. Hanc etiā dicit esse communem opinionē Io. de Anan. consil. 17. post. num. 16. Fra. Conrad. fol. 105. post

post nu. 95. Sed in causis criminalibus, citi licet intētatis bene admittitur etiam de iure canonico ad testificandum.

Item quero, nunquid inimicus repellatur à testificando in causis criminalibus Resp. q̄ si inimicitia est capitalis, repellitur, aliis secus. Et ita tenent omnes, vt dicit Ana. in c. cum oporteat. nu. 6. de accusa. Fel. in eo. c. cum oporteat. post num. 8. Hanc etiam attestatur esse communem opinionē Aret. in d. c. cum oporteat. nu. 19. Leuis ergo inimicitia non repelleret testem, vt dicit Alb. in auth. si testis. nu. 3. C. de testibus. Et scias, q̄ in causis criminalibus repellitur inimicus à testificando et in casibus, exceptis, puta lase maiestatis, & huiusmodi, vt est tex. in c. p. tuas. de simonia. quē Doctores reputāt esse in hoc proposito singularem, vt dicit Marsl. consil. 65. nu. 20. Quis autem dicatur inimicus stat arbitrio iudicis. Ita dicit Io. And. in d. c. cum oporteat. quem sequuntur communiter Doctores, vt ait Marsl. in l. 1. §. præterea. nu. 53. ff. de quas. Pariter etiam quæ dicat inimicitia capitalis, vel non, relinquatur arbitrio iudicis, & ita tenent omnes Doctores, & in hoc rehdēt, ut dicit Fel. in c. repellantur. nu. 3. de accus.

Sed qd si sicura sit reconciliatio, nunquid adhuc propter priores inimicitias erit quis à testificandō in causa criminali repellendus? Resp. q̄ sic, talis enim reconciliatio recens & nouiter facta non tollit effectum præcedentis inimicitia. Ita sentire videt Inno. in d. c. cum oporteat. nu. 6. quem omnes sequuntur, vt ait Felin. ibi, post nu. 10. vbi etiam nu. 12. attestat hanc esse communem opinionem, prout etiam attestatur Didac. pract. q. 18. nu. 3. Ploius in repet. l. si quando. post nu. 880. Et ideo secundum aliquos, ad hoc vt q̄ post reconciliationem possit t̄quam inimicus repellij à testificando, requirit non modo, q̄ inimicitie sint recentes, sed et q̄ nondum sit lapsum triduum à die reconciliationis. Et hanc dicit esse communem opi. omnium Doctōrum Sigismūd. consil. da li 46. post nume. 27. quod ego non credo verum, sed puto relinquendū esse arbitrio iudicis, q̄ui ex circumstan-

tiis, & qualitate personarum, & iniuicitia estimabit, an sit repellendus, uel non Et in omnem casum nunquam dicerem, q̄ talis, q̄ semel fuit capitalis inimicus, etiam post mille reconciliationes possit unquā dici integer testis, uel omni exceptione maior, si et forte non esset in totum à testificando repellendus.

Sed nunquid ille, q̄ semel dixit testimonij contra me in causa criminali, parte civili, in qua ageret de maiori parte bonorij, poterit adhuc esse testis contra me in alia causa criminali? Respon. Si sponte accedat in ista causa criminali ad testificandū, non potest examinari, si uero accedat ad deponendū coactus, & citatus, uti que debet examinari, & ita communiter tenet, vt dicit Paris. in c. fraternitatis. nu. me. 14. de testibus. Hanc etiam distinctionē dicit esse communem Aret. in c. cum P. Manconella. nu. 3. & seq. de accus. Sed certe in omnem casum talis testis nunquam poterit dici omni exceptione maior.

Vterius quero, nunquid clericus possit testificari in causa criminali? Respon. q̄ sic, debent tñ clerici abstinere à testificando in causis criminalibus, in quibus ingeratur pœna sanguinis, nā ex tali testificatione vbi cōtingat sequi mortem, aut membri mutilationem, efficiuntur irregulares, vt dixi supra lib. 2. §. clericus. Et qd in hoc proposito obliuatur in Regno Neapol. videt per Carautam super Ricu 144.

Sed quid si clericus in actu testificandi protestet, q̄ non intendit testimonium perhibere, ad hoc vt reus pœna sanguinis afficiatur, nunquid propter talem protestationem euadet irregularitatem? Resp. q̄ non. Et ideo si reus, contra quem testimonium perhibuit, afficiatur pœna mortis, vel mutilationis membri, ipse erit nihilominus irregularis. Et hanc esse communem opin. vt ait Didacus in repe. cle. si furiosus. fol. 314. *versic.* Decimo tertio his omnibus de homie. Vide quoque dixi supra q. 14. *versic.* Dixi in primis.

Præterea quero, nunquid in causa criminali possit laicus contra clericum testificari? Resp. quod in causa criminali nō admittitur in testem contra clericum ille

ille, qui non est clericus, & tale patit corporis vitium, quod a promotione, & sacerdotio repellat, ita colligitur ex text. in c. 1. de excep. secundum communem intellectum, ut ait Fel. in eo. c. 1. in primis verbis. & Dec. nu. 13. quos refert, & attestat hanc esse eorum opinionem. Didac. i. prac. q. 18. post nu. 2. ver. Secundum illud. Et quod si agat contra clericum criminaliter, non admittuntur laici, nec bigami, nec mulieres, dicit esse communem opinionem. Old. conf. 145. nu. 3. Tu dic, quod si laicus indistincte non admittitur in testem contra clericum in causis criminalibus criminaliter intertatis, prout est communis opinio, ut attestatur Didac. in loco preallegato, & Vitius in libro communium opinionum fol. 286. vers. Testificari possunt. & Menchiaca. lib. 3. de testam. §. 22. nu. 73. ubi loquitur etiam in criminibus exceptis, certe illud, quod dicunt Doctores, ut repellat ille, qui non potest propter aliquod corporis vitium esse clericus, videtur non satis bene posse procedere. Nam si intelligatur in laico, videtur superfluum, ex quo indistincte repellitur, ut tu praedixi, si vero intelligatur in laico clerico qui tamen patiat aliquem defectum propter quem non potest de nouo promoueri, non videtur eorum conclusio rationabilis, ut et poterat Didac. ibi. nu. 2. circa finem nihilominus in pratica difficile est contra communem opinionem obtinere. Contra terum si clericus sit accusatus de crimine civiliter, utique potest laicus contra ipsum testificari. Et ita concluditur Doctores omnes, ut attestatur Ferrer. conf. 183. post nu. 5. vers. Vltimo confirmatur.

Quero etiam, nunquid pauperes admittantur ad testificandum in causa criminali? Respon. Tamen in casu quidam testibus dicit, quod non, et ita tenent communiter omnes scribentes, ut ait Soc. regula 289. pauperem quem refert Pract. Conradi, fol. 107. nu. 8. o. de Amicis conf. 78. nu. 9. quem refert Rolan. conf. 64. nu. 34. lib. 2. Hoc tamen intellige, ut procedat in paupere, & turpi persona, secus autem si sit persona honeste vitae, & bonae conditionis, & fama, argumento eorum, quae dixi supra quest. 1. ver. Sed hic etiam. Quis autem dicatur pauper, standum est arbitrio iudi-

cis, ut dixi supra lib. 2. §. pauper.

Quero modo, nunquid in causis criminalibus affinis repellatur a testimonio? Respon. quod sic, & ita coeter tenet, ut dicit Corn. conf. 172. in litera T. lib. 2. Hanc et attestat esse eorum opinionem. Aret. in c. cum oporteat. nu. 11. de accus. Hanc etiam dicit esse certum, secundum omnes Alber. de testib. in 1. parte. §. 1. nu. 16. Quae quidem conclusio abque difficultate procedit, quia affinis, vel consanguineus accusatoris, vel partis offensa vult contra reum testificari, nam eo casu proculdubio repellitur, cum iniuria facta consanguineo suo censetur etiam ipsi cois. Et ita hanc esse communem opinionem attestatur Villalpand. super l. 22. c. 33. post nu. 2. Sed ad defensionem ego vidi multoties examinari affines ad probandam innocentiam rei, iuxta ea quae dixi infra vers. Item scias, & quandoque etiam ad offensam, licet non sint integri testes, iuxta ea quae dixi supra q. 21. vers. Vnus testis.

Item infamis infamia iuris, prius repellitur a testificando in causa criminali. Et hoc sine controuersia admittunt omnes, ut dicit Pract. Conradi, fol. 77. nu. 12. Sed quid in eo quod est infamis infamia facti? Respon. quod pariter repellitur in causis criminalibus, & est communis opinio, ut attestatur Alber. in tract. de testib. li. 1. §. consequenter. nu. 7. & seq. ubi etiam dicit, quod ita communiter observatur, quem refert Pract. Conradi, fol. 79. nu. 1. Hoc tamen intellige, ut procedat regulariter, sed in subsidium, scilicet ubi aliter veritas haberi non potest, tunc utique admittitur testis infamis hac infamia facti cum tortura, & ita concludunt communiter Doctores, ut dicit Aret. in c. 1. nume. 40. de accusatio. Vide quae dixi infra quest. proxima, circa principium.

Item meretrix non potest esse testis in criminalibus, & ita tenet coeter Doctores, ut dicit lat. in l. cunctos populos. in 2. de. cu. nu. 54. C. de sum. Trin. & post eum attestatur hanc esse communem opinionem Pract. Conradi, fol. 80. nu. 18. Quae autem dicatur meretrix, dixi supra lib. 2. §. meretrix.

Quero, nunquid constitutus in peccato mortali repellatur a testificando in causa cri-

ta criminali? Respon. aliqui dant simpliciter, quod existens in peccato mortali repellitur a testimonio, vel saltem illi de fide diminuitur, Et haec opinio dicit esse communem Alber. de testib. in j. parte. §. consequenter, nu. 11. in finem quem refert Bertrand. conf. 293. nu. 4. lib. 7. Tu dic, quod omne peccatum mortale continuum, puta concubinatus, vel frequentatum, puta adulterium, repellit a testimonio, Si vero est momentaneum vel transitorium, repellit quidem in foro ecclesiastico in causis criminalibus, etiam inter laicos, sed non in foro civili, Et ita communiter tenetur, ut ait Fel. in c. inquisitionis, post nu. 13. de accusatio. Et si dicas, quod secundum hoc pauci poterunt in testes admitti, cum nemo sine crimine uiuat, Potest responderi, quod ubi poenituerit de peccato, poterit admitti, quia amplius non dicitur in crimine constitutus, Et in dubio semper erit praesumendum, quod poenituerit, nisi appareat, quod in eo perieueret. Scias tamen, quod semel convictus de crimine precedente accusatione, repellitur a testificando in causis criminalibus, licet postea fuerit emendatus, Et est communis opinio, ut dicit Barb. in tract. de testib. in prima parte, nu. 23. quem refert Pract. Conradi, fol. 79. vers. Quarta est.

Vidi quandoque dubitari, nunquid pupillus in causis criminalibus, possit testificari, & fuit conclusum, quod licet de iure minor 14. ann. non possint testificari, ut dixi supra lib. 2. §. Testis, tamen consuetudo admittit, quod possint examinari, si non ut probet, saltem ut profint ad veritatem indagandam, & hoc praesertim in criminibus atrocioribus. Et ita tenent gl. & doctores, ut dicit Nicellus in concord. gl. c. 30. & ita etiam decisum fuit per Capell. Tho. teste Ausfer. decis. 237. An testimonium, Et ego intellexi, quod plura delicta ex depositions huiusmodi prius in lucem venerunt, Et refert Igaeus in l. excipiunt, nu. 37. ff. ad Syll. quod ex testimonio filij impubers 12. annorum detectum fuit homicidium commissum ab eius patre in personam eius uxoris. Ceterum illud est indubitatum, quod quicumque quis factus est pupillus, potest testis dari de his, quae vidit in pupillari aetate, Et haec est communis om-

nium sententia, ut dicit Calca. conf. 110. post nu. 8. vers. Nec obstat. quod isti, Igaeus in d. l. excipiunt, nu. 36. Et hoc dummodo deponat de reb. quas vidit tempore, quo erat proximus pubertati, non autem ante. Et hoc dicit esse de communi omnium sententia Alber. de testib. in prima parte. §. Videndum est, nu. 11. ubi tamen hoc elegantius declarat. Item intellige ut procedat, modo ferat testimonium de his reb. quas eo tempore intelligere poterat, alias secus.

Habes igitur plures causas, ex quibus potest quis a testificando in causis criminalibus, repellitur, plures etiam explicauimus supra lib. 2. §. Testis.

Sciendum est tamen aliquos esse casus, in quibus etiam testes inhabiles admittuntur, puta propter inmanitatem criminum, ut in causa heresis, & laesa Mai. & huiusmodi & suis locis explicauimus. Item scias, quod quando veritas delicti aliter haberi non potest, tunc in subsidium testes inhabiles admittuntur, ne delicta probationum defectu impunita remaneant, Et est regula, quod quando ex natura facti alii testes haberi non possunt, admittuntur testes, quos alias prohibentur, quam dicit esse communem Dec. conf. 342. nu. 8. Bene verum est, quod Antonius de Bu. in c. tertio loco de probatio. dixi hoc intelligendum esse, ut procedat, quando neque actu, neque habitu potest veritas delicti aliter haberi, Et sic (secundum eum) non sufficit, quod non adessent alij testes, sed opus est etiam, quod adesse non potuissent. Et hoc dicitur reputat singulare Marfi, fin. 73. ubi ait hoc esse menti tenendum, quia quotidie occurrit de facto, & quod ipse alias fecit reprobare plures testes minus idoneos, quem post alios refert, & sequitur Rolan. conf. 24. nu. 67. li. j. Sed certe apud nos vidi plures feruari contrarium, & iudicio meo melius, nam ratio, propter quam doctores mouentur, quae est difficultas probationis, ita militat, quando certum est alios non adiuuasse, prout quando adesse non potuerunt, Et ideo in huiusmodi casibus ubi certum est, aut etiam v. r. simile alios non adiuuasse, tenentur solent fidem adhiberi testibus inhabilibus, si non ad condemnandum poena ordinaria, saltem

saltem ad infligendam pœnam extraordi-  
nariam, vel ad torquendum, & ita teneas.

Item scias, q̄ isti omnes, quos sup. dixi-  
mus repelli a testificando in causis crimi-  
nalib. possunt nihilominus & debent ad-  
mitti, si producitur ad defensam, & sic ad  
probandam innocetiam ipsius rei. Ita sen-  
tit Spe. in tit. de inquisi. §. 1. nu. 22. & est  
communis opinio, vt attestatur Ant. Gome-  
f. c. 12. delictorum. nu. 23. Quod tamen  
intellige, non vt omnino plene probeant,  
sed vt deinde, inspecta facti, & personarũ  
qualitate, iudicis ipsius religioni relin-  
quatur, quanta sit eis fides adhibenda.

Succesive videamus, ni quid possit iudex  
cogere testes ad dicendum testimonium  
in causis criminalib. Respõ. De iure  
ciuili videtur expeditum, q̄ possit eos co-  
gere, sed de iure canonico variæ sunt opi-  
niones Doctorum, nam aliqui dicunt, q̄  
non possunt cogi testes in mere criminali-  
bus, neque etiam in criminalib. ciuili-  
ter intentatis. Et dicit Goff. quem refert  
Bal. in rub. de testib. cog. circa si. quod de  
consuetudine curiæ in medijs causis, &  
in criminib. qualitercũq; inestatis testes  
nõ cõpelluntur testificari, nisi de speciali  
mandato Papæ, dicit etiam Capella Tho-  
los. decif. 412. q̄ cõter tenetur, q̄ etiam  
vbi obijciuntur testib. crimina per viam  
exceptionis, non possunt cogi testes ad te-  
stificandum. Sed quicquid ut de iure, ho-  
die indistincte seruetur cogi testes tam in  
ciuilibus, quam in criminalibus ad testi-  
ficandum, vt attestatur Foller. in practi.  
rim. canon. fol. 121. nu. 34. in fi.

Scias tamen, q̄ sunt aliquæ personæ,  
quæ in causis criminalibus non coguntur  
testificari. & in primis frater contra fra-  
trem non potest cogi testificari in causa  
criminali, & hoc est indubitatum apud  
omnes, vt dicit Alb. de testib. in 2. parte.  
in prin. nu. 1. vbi etiam post num. 3. dicit  
hanc esse communem sententiam. Item  
clericus non est compellendus ad perhi-  
bedum testimonium in causa criminali,  
& ita rescripsit Senat. pratorij L. aud. 4.  
Ian. 1. 57. P. N. Sed quid in milite? Resp.  
quod vtique compellitur testificari in  
causis criminalib. & ita conclusum fuit  
in Senatu. 20. Jul. 1556. P. N. Bene uerum

est, quod vbi aliter veritas haberi non po-  
test, eo casu etiam privilegiati possunt cogi  
ad testimonium perhibendum, quod  
quidem in ciuilib. nullam habet difficul-  
tatem, vt dixi infra. lib. proximo. & illud  
vidi etiam criminalib. plerunq; obserua-  
ri. Debet tamen iudex, qua nram fieri po-  
test abstinerere ab examinandis testib. qui  
de iure contra reum non possunt compelli  
ad testificandũ, & ubi occurreret casus,  
quod veritas aliter haberi non possit, &  
delictum esset atrox, posset cõsultare prin-  
cipem, prout factum fuit in causa quorum-  
dam fratrum de Barzaniga imputatorũ  
de incendio, in qua senatus permisit, quod  
contra ipsos examinaretur eorum mater,  
& super eius dicto ambo fuerunt capti, &  
interrogati, & cum fuissent confessi deli-  
ctum, fuerunt suspensi.

Vidi etiam plerunq; dubitari, nan-  
quid testis, qui non debuit examinari in  
causa criminali, si tamen fuerit examina-  
tus, faciat indicium, & in hac questione  
reperio, quod prac. Carer. fo. 109. nu. 152.  
dicit quod traditur per Doctores qua-  
dam magistralis doctrina lōga distinctio-  
ne, ut ibi per eum. Ego vero breuiter di-  
co, q̄ aut testis prorsus a lege repellitur,  
& non facit indicium, nisi ad inquirendũ,  
id est ad assumendas informationes super  
delicto specialiter contra aliquem, vel ad  
capturam, vt ita iudici videatur, nam ad  
hos effectus quælibet suspicio sufficit, vt  
dixi sup. q. 20. ver. Ad inquirendum. & in-  
fra q. 38. in prin. Ad transmittendam ve-  
ro inquisitionem, seu citationem, neque  
ad torturam, non facit indicium. Aut ve-  
ro testis non omnino a lege repellitur, sed  
illi de fide diminuitur. Et tunc si fuerit  
examinatus parte nihil opponente facit  
indicium; parte vero opponente non facit  
sufficiens indicium.

QVAESTIO. XXV.

SVMMARIVM.

Testes quando causis criminalibus torqueri  
debeant.

Et quid si sint infames, ibidem.

Et

Et quid si sint socij criminis, uersic. Item in  
uocio. Remissive.

Et quid si sint uarij uersic. Item testis.

Et quid in clericis, uersic. Sed nunquid.

Et quid in constitutis in dignitate, uersicou.

Scias tamen.

Et quid si testis dixit unum extra iudicium

& postea contrarium in iudicio, uersic.

S' d' pone.

Et quid si sit nilis persona, uersic. Sed que-

ro.

Et quid si interfuit delicto, & dicit se non

iudisse, uersic. Torquentur etiam.

Et aut testibus torquendis danda sit copia in

diciorũ, uersic. Solet dubitari.



VNT etiam aliqui casus,  
in quibus testes inhables  
admittunt cum tortura,  
talis enim tortura purgat  
defectum testis, adeo vt  
fidem faciat contra reũ,  
licet alias sine tortura non  
p̄baret. Exem-  
plum autem poni potest in teste, q̄ sit infamis  
talis enim sine sit infamis in laudibus iuris,  
siue sit infamis infamia facti, nunq̄ probat  
nisi cum tortura, & est communis opinio,  
vt dicit Boss. in titu. de tortura testium.  
nu. 3. vbi etiam subdit, q̄ testis crimine  
notatus, etiam si non sit vilis persona, nõ  
admittitur sine tortura. Vide quæ dixi §.  
q. prox. uersic. Quæro nunquid.

Item in socio criminis, de quo dixi §.  
q. 21. uersic. Scias etiam.

Item testis varius in suis depositioni-  
bus non facit fidem contra reum, nisi fir-  
met dictum suum in tortura, & ita practi-  
catur, vt dicit Boss. in loco præallegato.  
nu. 21. in fi. Vide quæ dixi §. q. 53. uersic.  
Quartus est casus.

Sed nunquid hoc habet locum etiam  
in clericis, vt, si clericus testis vacillans,  
vel suspectus, quod veritatem dicere re-  
cuset, possit torqueri? Resp. quod sic, & est  
communis opi. Canon. vt dicit Foller. in  
pract. crim. cano. fol. 127. nu. 47. Magis enim  
peccat clericus celans veritatem, quam  
laicus, & licet Bartol. in l. ex libero. circa  
prin. ff. de quest. tenuerit, quod presbyter  
vacillans non sit de iure canonico torquẽ-  
dus per tex. in l. presbyteri. C. de episc. &

cleric. nihilominus, vt dicit Boss. in ti. de  
tortura testium. illa lex in hoc non serua-  
tur. Et contra Bar. qui ( vt dixi ) tenet de  
iure canonico presbyteros torqueri non  
posse, est communis opin. vt dixi infra q.  
64. ver. Sed an clerici. Intellige tamen, q̄  
potest torqueri a suo iudice ecclesiastico,  
non autem a iudice laico, etiam quod co-  
ram eo vacillet, & ita etiam in facti con-  
tingentia decitum fuisse per consiliũ. regi-  
ni Siciliae teste Capic. decif. 142. Faci-  
unt quæ dixi infra quest. 38. uersic. Sed  
hic quæro.

Scias tamen, q̄ hæc conclusio non habet  
locum in testibus in dignitate consti-  
tutis, tales n. etiam si vacillent, non tor-  
quentur nisi in criminib. exceptis, & hæc  
est communis opinio, ut dicit Boss. in lo-  
co præallegato, nu. 7. circa fin.

Sed potest, q̄ testis unum dixerit extra  
iudicium, deinde in iudicio deponat con-  
trarium eius, quod extraiudicialiter di-  
xerat, nunquid poterit ex hoc torqueri?  
Respond. quod sic: Et ita tenent commu-  
niter omnes, ut dicit Alexan. cons. 63. cir-  
ca si. lib. 1. quem refert Turzan in sua col-  
lecta communium opinionum, c. 34. Di-  
cit etiam Alexand. consilio 251. in si. lib.  
6. quod in hoc omnes conueniunt: & ita  
practici attestatur Boss. in loco præal-  
legato. num. 21. in fine. An autem hoc ca-  
sitandum sit primo, uel secundo dicto,  
dixi infra in dicta quæst. 38. uersic. Primus  
est casus.

Sed quæro, nunquid uilis persona, si testi-  
ficetur in causa criminali, probet contra  
reum sine tortura? Aliqui dicunt, quod  
sic; & hanc dicit esse communem opinio-  
nem Roland. consilio 24. nu. me. 64. lib. 1.  
Alij vero dicunt, q̄ testi uili, & ignobili  
non creditur sine tortura, & hanc dicit  
esse communem regulam igneus in l. pri-  
ma. §. Item appellatione. numero 75. ff.  
ad Syllæian. Tu dic, quod hoc relinquẽ-  
dum est arbitrio iudicis, qui iuxta quali-  
tatem personarum, & facti poterit arbi-  
trari, an talis testis torqueri debeat, uel  
non. Sed in omnem casum huiusmodi tes-  
tibus nunquam tanta fides adhibetur, si-  
cut alijs.

Torquetur etiam testes, qui delicto in-  
terfue-

terferunt, & tamen dicunt neminem uidisse, aut cognouisse, ex hoc enim reddidit se suspectos, tanquam quod ueritatem celare uelint, ita dicit tex. in L. iunius. §. iudex. ff. de quaestio. non tamen posset hoc casu iudex omnes eos, qui interfuerunt, torquere, sed tantummodo duos, uel tres, secundum communiter Doctores, ut dicit Boss. in tit. prael. legato de tort. testium, nume. 10. in fin. sed hoc non seruatur in practica, uidi enim multum plures aliquando torqueri, praesertim quando omnes sunt suspecti, quod uerum dicere nolint, & ideo crederem hoc relinquendum esse iudicis arbitrio, tam circa numerum, quam circa qualitatem, & modum torture, quae tamen nullo modo debet esse ita grauis in testibus, prout in reis.

Solet dubitari nunquid quando testes sunt torquendi, debeat eis dari copia iudiciorum, & processus, & dicendum est quod non, ita tenet Bar. in d. ca. l. vnius, §. iudex, numer. j. ff. de quaestio. cui nemo contradicit, ut dicit Boss. in tit. prael. legato, numero 38. & sequen. subdeus, quod ita etiam uidit in practica obseruari, & certe si aliter fieret, destruerentur mille processus, talis enim tortura ut plurimum fit super inquisitione generali ad indagacionem ueritatis, cuius quidem generalis inquisitionis non datur copia parti, nec testibus. Et ita obseruat consuetudo, ut dicit Anton. de Canar. de quaestio. in secundo membro, numero 52. Bene uerum est, quod si testis sit torquendus propter causam, quae aliquid de eum ex processu oriatur, puta ex eo quia sit seruus, uel infans, uel humilissimi, utique prius super hoc est disputandum, & cognoscendum, dato etiam illi termino ad deducendum, si quid in contrarium habet ad torquemur euitandum, ut ibi, & dicit Boss. in tit. de mandato ad homicidium. post numerum 10. quod ita seruat uniuersus mundus. Quod tamen ego in practica nunquam uidi seruari, nam iudices semper torqueri faciunt testes absque ulla disputacione, quod quidem tuitus est propter timorem subornacionis. Faciunt quae dixi j. quae ff. 64. uerf. Quero nunc.

## QVAESTIO XXVI. SVMMARIVM.

*Testes debent coram iudice examinari in causis criminalibus.*

*Et quid si sint persona egregia, uerf. Et aduerte.*

*Index an possit concedere literas subsidiales pro examine testium existentium extra territorium, uerf. Sed quero.*

*Id tamen sine magna causa fieri non debet ibid.*

*Princeps an possit receptionem testium alteri committere, uerf. Vnum scias.*

*Citatus ad perhibendum testi monium, qui propter legitimam impedimentum non comparuit, & fuit excommunicatus, uerf. Sed pone.*



**S**OLENT autem in causis criminalibus testes plerumque ab ipsismet iudicibus examinari, quos per iudices notarios eorum examina committi, sed quae deponunt ad informationem curiae ex stylo huius provinciae, notarii et absque ulla commissione iudicis eorum dicta recipiunt, Testes uero, quae ad defensionem deponunt, ut plurimum recipiunt ab ipsis iudicibus, quae eo casu maior subest fraudis suspicio, Si tamen testes essent in longinquis partibus, eo casu quandoque eorum examina committuntur alijs iudicibus, sub quibus habent domicilium, idque sit consulto prius senatu. Ceterum in omnem casum si subest aliqua causa, propter quam iudex uelit testem uidere, & examinare, non attenditur distantia loci, neque committitur alteri eius examen, sed citatur ut ueniat personaliter ad deponendum, & ita seruatur, ut ait Caraita super ritum. 87. magnae curiae, nu. 5.

Et aduerte, quia dispositio l. ad egregias. ff. de iureiur. ut scilicet personae egregiae examinentur in eorum domiciliis, non habet locum in causis criminalibus, sed debent uenire ad deponendum coram iudice,

dice, si ita ei uideatur, Et ita seruatur, ut dicit Caraita super 142. ritu magnae curiae, num. 1. Si tamen essent personae quae aliquo iusto impedimento essent impeditae, puta honeste mulieres, infirmi, aut debilitati, eo casu non coguntur ad iudicem uenire, sed ad eas accedit ipse iudex, uel mittit notarium, Et ita obseruatur, ut dicit Caraita super ritum 155. magnae curiae, au. 2. & alijs seq.

Sed quero, quid agendum sit, si testes, qui sunt examinandi, reperiantur absentes, & extra territorium iudicis procedentis? Respon. De iure non potest iudex aliquid facere, nisi testes personaliter ueniant coram eo ad testificandum, ut est text. in authen. apud eloquentissimum. C. de fide instrumenti. & est communis opinio, ut dicit Viuius in libro communium opi. fol. 265. uerf. Testium examinationem, Sed de consuetudine seruatur, quod iudex potest, & debet concedere literas subsidiales, siue remissorias pro eis examinandis illi iudici, in cuius territorio ipsi testes reperiuntur, Et ita dicunt de consuetudine seruari scribentes, in ca. constitutus. de fidei iussio. & in specie Ioan. And. & Anto. de Butr. & Ancha. quos refert August. ad Ang. de malefic. in uerbo. Qui iudex statuit, circa fin. & Caraita super ritum 157. magnae curiae, nu. 7. & Soc. Iun. consi. 60. nu. 7. in si. lib. 2. Idem attestatur seruari de consuetudine etiam in causis capitalibus Bald. in d. auth. apud eloquentissimum, nu. 2. quem refert Anan. in c. fin. num. 3. de collus. detegem. & Curt. Sen. de testibus conclu. 29. nu. 67. & Grammat. consi. crim. 41. num. 16. & Aff. super prima parte consti. Regni, Rub. si in prin. post num. 2. & Boss. in titu. de oppos. contra testes, num. 26. Dicit tamen Alcia. consi. 462. num. 1. quod licet plerumque secundum consuetudinem tales literae remissoriae concedi soleant, id tamen non fit nisi ex magna, & necessaria causa, quando aliter ueritas haberi non potest, ibique recenser aliquos casus, in quibus sunt concedendae. In hoc autem Ducatu nullus iudex inferior tales literas concedit, nisi iussu senatus, qui etiam hoc nisi raro, & ex magna causa fieri permittit. An autem possit alteri committi repetitio testium iam

examinatorum ad informationem curiae? dixi infra quaestio. 45. uerf. Ceterum si reus.

Vnum scias, quod dispositio d. auth. apud eloquentissimum. non habet locum in principe, nam quilibet princeps tam ecclesiasticus, quam secularis potest etiam in causis criminalibus receptionem testium alteri committere, Et hoc est communis opinio, ut attestatur Nunius de los corregidores fol. 211. uerf. Secundo fallit.

Sed pone, quod iudex ecclesiasticus citauit aliquem ad deponendum sub poena excommunicacionis, qui non comparuit, neque misit excusationem, & ita fuit excommunicatus, deinde comparuit, dicens se non potuisse comparere propter legitimum impedimentum, nunquid talis dicitur legitime excommunicatus? Respon. gl. in c. cum super, in gl. de testib. cogen. dicit, quod ille testis, quo ad Deum non est excommunicatus, sed quo ad ecclesiam, sic tamen constituto de legitimo impedimento debet de facili absolui, Et est communis opinio, ut dicit Felin. in eo. c. cum super, nu. 7. & seq. Foller. in pract. crimi. canon. fol. 122. num. 38. Haec tamen conclusio in principio iuris non transit sine difficultate, per quo stante iusto impedimento, cum non sit dolus, neque culpa, non debet dici excommunicatus, ut Felin. in loco prael. legato, qui nihilominus subdit, quod non auderet contra hanc communem opinionem consulere.

## QVAESTIO XXVII.

### SVMMARIVM.

*Index an possit perquiri facere rem furatam, in domo alterius, Remissus.*

*Reus an teneatur in causis criminalibus edere resisco contra se iura, uel instrumenta, uerf. Sed hic incidenter.*

*Index an possit publicare editum, uel literas monitorias, ut propalatur, ubi sit res furata, uerf. Sed quero.*

*Et an ad detegendum ipsum factum, seu delinquentem, uerf. Sed nunquid. Statutum datus premium reuelanti malefactorum.*

*Etorem, an habeat locum etiam in partici-  
pe ipsius maleficio, versu. In multis.  
Et an ille, qui reuelavit malefactorem, sed  
non probauit, consequi debeat premium  
a statuto propositum, versu. Sed pon-*



**I S V M** est de iudicijs, sed  
quid si nulla reperiantur indi-  
cia? Respond. Aliquando iu-  
dex solet ea perquirere in do-  
mo ipsius rei, puta si dicatur res fu-  
rata esse in domo alicuius, mittit satellites  
ad eam perquirendam, vt dixi supra  
hoc eod. lib. §. Furtum, versu. Quæro nun-  
quid.

Sed hic incidenter quæro, Tu scis, q̄ in  
causis ciuilibus reus tenetur edere iura, &  
instrumenta fisco, etiam ad ipsius inten-  
tionem fundandam, nunquid idem erit  
dicendum etiam in causis criminalibus?  
Respond. q̄ non, & est communis opin. vt  
attestatur Dec. in l. 2. num. 41. C. de eden-  
do. Et hoc non modo si causa sit capitalis,  
vt sentire videtur text. in l. 2. §. ite diuus.  
ff. de iure fisci, sed etiam si non sit capita-  
lis, sed mere pecuniaria; Et est communis  
opin. vt dicit Ripa in d. l. secunda, nu. 22.  
C. de edendo. Quod etiam dicit esse ex  
mente omnium Boss. in tit. de fisco, num.  
11. Parti verbò proculdubio non tenetur  
edere, nisi essent acta communia, non au-  
tem tenetur edere attestaciones, confessio-  
nes, repetitiones, vel confrontaciones tes-  
tium, Et ita de consuetudine seruari atte-  
statat P. Milles, fol. 28. num. 6.

Aliquando etiam facit iudex proponi  
editum, vel literas monitorias, ad hoc vt  
reueletur delinquens.

Sed quæro, nunquid possit iudex ecclē-  
siasticus concedere literas monitorias, &  
pariter iudex laicus proponere editum  
ad instantiam partis, vt quicumque scie-  
rit, spond quiam personam, vel in quo loco  
reperiatur talis res, quæ dicitur furto sub-  
tracta, debeat reuelare? Respond. q̄ sic, &  
ita pro regula infallibili traditur ab om-  
nibus doctoribus, vt dicit Foller. in præc.  
cri. cano. fol. 119. nu. 27. Quod intellige, vt  
ex eo quis obligetur ad proponendum, dum-  
modo id sciat aliunde, quam ex reuelatio-  
ne ipsius furis, nam si haberet ab ipomet,

qui furtum commisit, eo calu non tene-  
tur reuelare, prout in facti contingentia  
consuluit Socin. consil. 101. lib. 4.

Sed nunquid poterit iudex concedere  
huiusmodi literas, & editum proponere,  
non modo vt reueletur res furata, sed etiam  
vt reueletur qui illam furto subtraxit? Re-  
spon. Legiste distinguunt, quod aut id fit  
ex officio, & potest iudex id facere, aut fit  
ad instantiam partis, & non potest, Sed  
quidquid sit de iure, consuetudo diuina  
concedatur, vt attestatur Neuzia. in stylus  
nuptialis lib. 3. nu. 10. Foller. in loco præal-  
legato, num. 28. Hanc etiam esse commu-  
nem opin. attestatur Nauiza. in loco præal-  
legato, quem refert Prac. Conradi, fol.  
366. num. 12. in fin.

In multis autem locis adsunt statuta pro-  
ponentia premium reuelanti, seu denun-  
ciantis malefactorem. Quæro, stante hoc  
statuto, si compareat aliquis ex participi-  
bus, vel complicibus ipsius delicti, qui il-  
lud reuelet, an gaudeat beneficio ipsius sta-  
tuti? Respon. q̄ non, ita tenet Barco. in l. 3.  
§. si ex stipulatu. ff. ad Sylle. & est commu-  
nis opin. vt dicit Aug. ad Ang. de malefic.  
in verbo, Nec non & ad denunciationem,  
nu. 31. Et refert Ang. in l. quarta. §. si vbi,  
nu. 2. ff. de cond. ob turpem caus. q̄ cum in  
no. 2e Veneris san. si fuisse interfectus  
quidam Hebreus cum filiis suis, & quidam  
Formolus sub spe premij quingentorum  
aureorum indicasset socios, & seipsum,  
fuit ipse Formolus laqueo suspensus, Et  
hoc idem refert Anan. in cap. qui cum fu-  
re, num. 8. de furtis.

Sed pone, stat. statutum, vel propositum  
est editum, q̄ denunciatus, vel detegens, vel  
arguens malefactorem, consequatur certum  
premium, modo aliquis denunciavit, vel  
arguit aliquem de maleficio, sed non prob-  
auit, nunquid consequetur premium pro-  
positum a statuto, uel edito? Rñ. q̄ non,  
& ita interpretatur consuetudo generalis,  
quæ seruanda est, vt attestatur Alber. in l.  
diuus Adri. num. 10. ff. de cult. res. Intelli-  
genda enim sunt verba eum esse tu, vel ci  
licet non sufficiat denunciatio, detexisse,  
vel arguisse, nisi etiam conuincat.

Quæst.

## QVAESTIO XXVIII.

### SVMMARIVM.

*De captura reorum.*

*Captura an concedi debeat, statim porre-  
cta contra aliquem accusatione, versu. Si  
scias autem.*

*Mulieres an possint personaliter detineri, ver-  
su. Quæro igitur.*

*Doctores an possint carcerari, versu. Item  
quæro.*

*Clerici an possint de iure detineri, versu. Quæro  
nunquid.*

*Et an a iudice seculari, versu. Si vero.*

*Capi nemo debet sine iudicis conuisione, ver-  
su. Dicitur est.*

*Captura an possit committi ipsi parti offen-  
sæ, versu. Scias etiam.*

*Detentus appellans an sit relaxandus, versu. Quæro,  
si detentus. Remissi ue.*



**DICTVM** est de informa-  
tionibus, & iudicijs per cu-  
riam assumendis, sequitur  
nunc vt videamus quid fa-  
cere debeat iudex post ip-  
sas informaciones assumptas. Et in primis  
quidem debet iudex diligenter conside-  
rare, quid ex ipsis informacionibus con-  
tra reum resuler, & an ei videatur deue-  
niendum esse ad decretum capturae con-  
tra ipsum, in quo quid ad tria præcipue  
animaduertere, debet, nisi iniuste ali-  
quem detineri faciat, teneatur in syndi-  
catu. Primum est, vt delictum, de quo  
aggitur, sit tale, pro quo ingerat pœna cor-  
poralis, alijs enim non est reus ad carce-  
res conducendus. Quæ autem sunt deli-  
cta, in quibus pœna corporalis ingeratur,  
dicitur est infra q. 68. & alijs seq.

Secundum est, vt indicia, quæ resultat  
ex processu, sint sufficientia ad capturam,  
de quo aliquid dixi supra q. 20. versu. Ad  
inquirendum.

Scias autem, q̄ in hoc puncto aliqui te-  
nerunt, q̄ ex eo solo, q̄ contra aliquem  
porrecta sit accusatio criminis, pro quo  
pœna sanguinis ingeratur, debet reus de-  
tineri, etiam quod nulla contra eum ad-

sint indicia. Et dicit Paul. de Cast. consil.  
328. num. 1. lib. 2. q̄ ita est generalis con-  
suetudo. Alij verbò dicunt, q̄ antequam iu-  
dex procedat ad retentionem, seu carce-  
rationem rei, necesse est vt in primis præ-  
cedant legitima indicia, Et hanc esse com-  
munem Doctorem opin. affirmat Nouel.  
in pract. crim. fol. 23. num. 7. Mihi non pla-  
cet prima, nec secunda opin. si enim (te-  
cundum primam opin.) porrecta accusa-  
tione, statim absque alia informacione iu-  
dex deberet capi facere reum accusatum.  
esset in facultate cuiuscunque vilis perso-  
næ carcerari facere quemlibet probum, &  
infirmum virum, vt recte considerat Paul.  
de Castro in loco præallegato, neque verum  
est hanc esse generalem consuetudi-  
nem, quia imò priusquam deueniatur ad  
capturam, solent semper examinari testes.  
Et hanc dicit esse communem consuetudi-  
nem totius italie Ang. de Castro inter cõ-  
silia criminalia diuersorum, consil. 94. nu.  
2. lib. 1. Et ita etiam hodie seruari ait Bla-  
in pract. crim. fol. 25. num. 68. in fi. Et si iu-  
dex sine iudicijs aliquem carcerari face-  
ret, teneretur in syndicato. Si vero teneamus  
secundam opin. q̄ ante capturam de-  
beant præcedere legitima indicia, poterit  
reus de facili fugam arripere, & iudicem  
eludere. Et ideo dic, q̄ iudex, habita ali-  
quali informacione, pot deuenire ad cap-  
turam rei, Et hanc esse puto veriorē opin.  
quam etiam dicit esse communem Blanc.  
de iudicijs, num. 6. Et cauti iudices illam  
obseruant, vt dicit Ang. de iudic. in verbo  
iudex commisit quod Caius, num. 4. quia  
si habita qualiquam informacione de deli-  
cto iubent reum capi, si crimen sit tale, q̄  
pœna sit corporis afflictiva, Dicit etiam  
Boss. in tit. de captura, num. 3. quod ita de-  
cidunt communiter Doctores, subdens q̄  
iudices boni ita obseruant. Hanc etiam  
dicit esse iuridicæ practicam, & quam iu-  
dices Moderni obseruant Xuarez in suo  
võl. alleg. fol. 685. num. 5. Et secundum hoc  
intelligendum esse puto dictum Salic. in  
l. fi. in fi. C. de quest. de quo etiam aliquid  
dixi infra q. 45. versu. Ceterum si reus, vbi  
ait, q̄ iudex habita informacione det for-  
mare inquisitionem, & deinde capi facere  
reum, non quidem vt loquitur Salic. in in-

Prac. iul. Clar. M quili-

quisitione prout est libellus, seu citatio, que transmittitur reo. prout illi forte intellexit. Dec. conf. 189. in si. neque etiam de inquisitione generali quo ad personas, & speciali quo ad delicta, prout illum intelligit Bru de ind. & tort. fol. 167. nn. 5. & post eum Boss. in tit. de cap. nu. 82. subdens. q. in practica obseruatur, si de processu informatiuo, qui formatur ad iudicium assumendo iudicia, & informationes contra aliquem specialiter, ex quibus iudex deinde elicit titulum criminis, qui est forma, & substantia ipsius inquisitionis, siue processus, iuxta ea que dixi supra que est. 3. ver. Et aduerte. Et hoc modo vtiq; debet formari inquisitio ante capturam, vt dicit Sal. in loco preallegato, non autem debet reo transmitti ante capturam, quia illud esset verbaliter illum citare, vt dixi iuxta q. 31. Et certe si eo modo intelligeretur Sal. esset sibi ipse contrarius, & esset ridiculum transmittere reo inquisitionem, priusquam iudex illum capi faceret, quia nihil aliud esset, quam ipsum ad fugam instruere. Et quia tota materia iudiciorum est arbitraria iudicis, ut dixi supra q. 20. poterit iudex, inspecta qualitate persone, & delicti, decernere capturam contra reum, habita ea informatione, que sibi sufficiens videbitur. Aliter enim procedendum est contra nobitem, & contra diuites, qui non presumuntur velle auferre, quam contra pauperem, & vilem personam, Et ideo formiora iudicia haberi debent ad carcerandum personam nobilem, & insignem quam pauperem. Preterea aliter procedendum est in delictis occultis, quam in publicis, & sic minora iudicia sufficient ad decernendum capturam, quam agitur de crimine occulto, quam de publico, que omnia, & alia multa huiusmodi discretus iudex considerare debet non enim potest in his dari certa regula. Poterit ergo iudex capi facere reum, vbi ei suspensus videatur, & de fuga, & de delicto, & ad carcerem conduci precedente aliquali informatione, & ita practice iudices deputati ad maleficia, vt dicit Sal. in d. l. ea quidem, nu. 77. & in l. nullas, nu. 4. C. de exhib. reis, quem refert Caraita super 34. ritu magnæ curie post num. 70. Non tamen debet iudex illum examinare, neque reum facere sup delicto, nisi legit ma pre-

cedere iudicia, vt dixi supra q. 20. circa principium. Et certe si in causis ciuilibus licet iudici, & quique etiam ipsimet parti capere debitorem, qui sit de fuga suspectus, vt dixi infra lib. proximo, multo magis id licere debet iudici in causis criminalibus, que sunt multo maioris momenti, & presentim vbi agatur de criminibus atrocibus, Et sic videtur, quod hec materia informationum, & capturæ est quasi arbitraria iudicis. Quinimo Sal. in l. 2. nu. 2. C. de cust. reo dicit, quod aliquando dicitur etiam semiplene constare iudici per informationem ab ipso habitam a pluribus non in figura iudicij, & quod hoc sufficit ad capturam, Et dicit Cauent. super 4. ritu magis curie, nu. 10. quod ita hodie seruatur in delictis enormibus, quod est ualde notandum ad excusationem iudicij, qui plerumque antequam iudicia in scriptis redigantur, faciunt reos detineri, & bene faciunt, quod delictum est graue, & subest probabilis suspicio fuge.

Tertio, debet iudex animaduertere, ne forte persona, contra quam captura decernitur, sit talis, que ex privilegio detineri non possit.

Quero igitur, nunquid mulieres possint de iure personaliter detineri? Respon. quod non, text. est in c. mulieres. de iud. in 6. & est communis opinio, vt attestatur Boer. in re p. l. contentaneum, num. 144. C. quo, & quod iudex, quod tamen intellige, ut procedat in mulieribus honestis, secus autem in meretricibus, & vilibus. Sed certe, quod quid sit de iure, hodie de consuetudine contrarium seruatur, nam indistincte mulieres, capiuntur pro delictis, & carcerantur, sed bene ponuntur in carceribus separatis a carceribus virorum. Et de hac consuetudine attestatur Imol. 2 in c. 2. nume. 76. de pigno. quem refert Marian. de citatio. art. 5. que est. 17. versicul. 16. fallit, & Gramat. dicit. 33. num. 11. Idem attestatur Blanc. in pract. crim. fol. 4. num. 27. Et ita etiam seruari de stylo, & consuetudine curiarum Franciæ ait Boer. decis. 349. num. 5. in si. Bonum est tamen, quod iudex in hoc fit valde circumspectus, quia si mulier sit nobilis, uel honeste conditionis, non debet illum cum dedecore ad se conduci facere, neque statim in carcerem conicere, sed poterit

poterit ei dare pro carcere domum alicuius nobilis, & honestæ matronæ sub idonea fideiussione, & hoc nisi delictum sit atrocissimum, nam eo casu esset detrudenda in carcerem, vel in monasterium, vel in pretorio in aliquo cubiculo sub honesta custodia, & fideiussione retinenda, arbitrio iudicis, inspecta qualitate delicti, & personæ, & ita in hoc Ducatu seruatur. In Regno autem Neapolitano, si delictum est tale, propter quod reus non tolet relaxari fideiussori, mulieres carcerantur, alias non. Et ita seruari hodie in magna curia Vicariæ attestatur Gramma. in d. decisio. 33. quem refert Foller. in pract. crim. fol. 34. num. 18.

Item quero, nunquid Doctores possint carcerari? Respon. quod quando agitur de delicto leui, non potest locior carcerari, secus autem si agatur de delicto graui, ita dicit Glo. in l. medicos. in verbo, Exhiberi. C. de professio. & med. lib. 10. quæ videntur sequi Doctores, vt dicit Marcus decisio. 81. nume. 1. & ego vidi in facti contingentia plures Doctores carceratos ex diuersis criminibus.

Quero, nunquid clericus possit pro crimine personaliter detineri? Respon. Si loquimur in iudice ecclesiastico competenti, nulla videtur esse difficultas, quominus ab eo possit clericus propter crimen personaliter detineri, & ita quotidie videmus obseruari. Scias tamen quod de iure antequam clericus detineatur, debet constare iudici de delicto, pro quo talis clericus est detinendus. Ita dicit Io. And. in c. clericos. in verbo, Commisso. de sent. exco. in 6. subdens, quod caueat sibi prelati nostri temporis, qui capiunt statim, quia (secundum eum) incidunt in penam excommunicationis, & ita tenent communiter Doctores, vt ait Corn. consil. 325. quod est consilium vltimum in litera C. lib. 4. Quando autem dicatur constare de delicto, dixi supra que est. 4. Item scias, quod requiritur, quod ipse clericus sit fugitiuus, ita colligitur ex text. in capi. vt fama. de sent. excom. & ita communiter intelligunt Doctores, vt ait Corn. in loco preallegato. Scias etiam, quod talis carceratio clerici debet esse ad custodiam, non autem ad penam. Ita di-

cit gloss. in d. cap. si clericos. in verbo, Postea. quam sequuntur omnes, vt ait Corn. in d. consil. in litera F. Sed certe quidquid sit de iure, hæc omnia de consuetudine male obseruantur modernis temporibus, forte quia multum circuit malitia clericorum.

Si vero loquimur in iudice seculari, tunc facienda est regula, quod ab eo non potest clericus decineri, nisi in casibus in quibus potest etiam ab eo puniri, de quibus dixi infra que est. 36. Bene verum est, quod si clericus inueniatur in flagranti crimine, potest capi a familia iudicis secularis, non quidem vt puniatur, sed vt tradatur iudici ecclesiastico, & hæc est communis opinio, vt dicit Felin. in c. si vero. nu. 4. de sen. excom. quem refert Villalobos in sua collecta communium opinio. in litera C. nu. 77. Viuius in lib. communium opinionum. in verbo, Iudex laicus. quam etiam dicit esse consuetudine approbatam Gramma. super consil. Regni. fol. 29. col. 2. vers. 14. iudex. Publice enim interest, ne delinquentes impuniti euadant, Quinimò hoc casu potest capi non solum a familia, sed etiam a quocunque laico. Est etiam communis opinio, vt dicit Aret. in d. c. cum non ab homine. nu. 14. & seq. Pariter etiam, vbi clericus delinquens verisimiliter esset suspectus de fuga, potest capi, vt episcopo suo assignetur, & est communis opinio, vt dicit Alciat. in d. c. cum non ab homine. nu. 63. quem refert Villalobos in loco preallegato. Nam & hoc casu publice interest, vt talis delinquens capiatur, ne crimine impunitum remaneat.

Dictum est, quæ persone detineri possint, vel non. Quero nunc, quomodo decernenda est talis captura? Respon. quod licet in causis ciuilibus in verbali citatio ne quilibet nuncius absque iudicis specialiter mandato possit quemcumque citare, tamen in causis criminalibus, secus est, nam nisi precedat specialis commissio iudicis, nemo debet personaliter detineri. Hæc tamen conclusio locum non habet, quando aliqui reperuntur in flagranti crimine facere rixam, deferre arma contra formam edicti, portare aliquid contra dentium extra terram, vel similia, nam in his

casibus utique capi possunt per familiam absque iudicis commissione, ita dicit Paris Put. de synd. fol. 188. nu. 15. & ita feruatur in practica, ut attestatur Carauita super 34. rudi magnae curie post num. 2. Aut autem possit quis sine iudicis mandato citari verbaliter, dixi infra q. 32. ver. Vnum autem scias.

Solet autem captura committi satellitibus, & familie ipsius iudicis. Sed nunquid potest index compertere capturam personalem rei delinquentis ipsimet parti offensa? Respon. quod sic, dummodo executio huiusmodi capturae non habeat annexam causae cognitionem, & dummodo fiat sine armis & resistentia, & haec est communis opinio, ut dicit Cagnol. in l. non est singularis. num. 6. ff. de regu. iur. Sed certe, quidquid sit de iure, ego consulo quibuscumque iudicibus, ut a talibus commissionibus abstineant, ne detur occasio scadalorum, quae quidem de facili eveniunt, quando huiusmodi actus non publica, sed privata manu peraguntur, quod etiam consilium dat Paris Put. de synd. fol. 291. nu. 3. Possit forte tolerari, si vna cum familia curiae transmitterentur aliqui ex offensis, qui assistendo auxilium, & fauorem praestarent ipsi familiae, non autem ut ad ipsius capturae actum manum apponerent, sed hoc etiam non nisi ex vrgenti necessitate fieri debet.

Quaero, si detentus appelleret, nunquid pendente appellatione sit relaxandus? Dixi infra q. 45. Sed quid si reus.

## QVAESTIO XXIX.

### SVM MARIUM.

*Familia officialis an possit detinendum si resistat, impune interficere.*

*Officiali resistere an aliquando liceat, versio.*  
Sed hic incidenter

*Eximens detentus e manibus familiae, quae poena sit puniendus, versio.* Eximens autem. *Remissio.*

*Et quid si erat indebite detentus, versio.* Sed quid si ille.

*Et an eximens seipsum incidat in poenam, versio.* Quaero etiam.

*Index an possit statim re poeniam capienti delinquentem, versio.* Sed quid si delinquens.

*Capiens delinquentem recuperat a fisco id quod expendit in eo capiendo, versio.* Unum tamen.

*Statutum constituens praemium capienti delinquentem, an habeat locum in officiali, versio.* Caeterum in multis.

*Statutum quod nulla teneatur capere malefactorum, an habeat locum, quando malefactorum fuit de nocte commissum, & claves portarum erant apud rectorem, versio.* Econuerso.

*Delinquens si fugiat in aliam iurisdictiōnem ibique captus sit a familia eum persequi re, an sit liberandus, versio.* Sed pone.



**S**AEPENVMERO contingit, quod delinquentes ne capiantur, familiae resistunt, & se armis tuentur. Quaero, nunquid familia possit illos interficere? Resp. quod si familia habet mandatum iudicis aliquem capiendi, & ipse resistat, nequaquam capi possit, potest illum impune interficere. Ita colligitur ex tex. in l. si ferruus. C. de his, qui ad eccl. co. fug. Et hoc verum esse nullus dubitat, ut ait Bolen. in repet. l. capitalium. §. famosus. num. 1. 96. ff. de penis. & dicit Bal. in l. si. C. de exhib. reis. quod videlicet de facto liberari baruerium, qui vulnerauerat fugientem quem capere volebat, & illud dicit Rald. refert August. ad Ang. de malefic. in verbo, Fama publica. post nu. 54. Et ita etiam pluries iudicatum fuisse in facti contingit refert Amad. de synd. num. 100. & seq. quem refert Boss. in tit. de captura. num. 12. Et licet Amad. in loco praesallegato videatur sentire, quod in praedictis casibus satellites sint liberandi, dummodo captura sit iusta, alia scilicet, ego indistincte puto esse liberandos, quia ad eos non pertinet cognoscere, an commissio iudicis sit iusta, vel iniusta, ut dixi infra quaestio. 60. versio. Solet dubitari, sed solummodo illam exequi, & ideo, ubi supra commissio esset

esset in forma fidem faciente, illos semper excusare. Admonet tamen, & recte Amad. ibi officiales, & familiae, ut quantum fieri potest, caueat ab huiusmodi uulneribus, & percussionibus, referens se vidisse in ciuitate Perusij populum insurgentem contra potestatem, & familiam, quia vulnerauerat quemdam captum resistentem familie. Debent etiam satellites caute in hoc procedere, quia deinde appareret, quod illum capere potuissent, absque eo interficerent, vel vulnerarent, non euaderent poenam laetem extraordinariam. prout in facti contingit iudicatum fuit per curiam Neapol. teste Grammat. decil. 41. Item debent aduertere, ut habeant secum licentiam illum capiendi in scriptis, uel saltem habeant insignia, quod sint satellites, alias vobis postea reus licite ab eis aufugere, & etiam se defendere, non enim tenentur eis credere, & ita in facti contingit, alias determinatum fuisse attestatur Ang. in l. item apud. §. si quis virginem, num. 2. ff. de iniur. quem refert August. in loco praesallegato.

Sed hic incidenter quaero, nunquid aliquando liceat officiali, seu iudici resistere, praesertim si de facto procedat? Respond. Aliqui tenuerunt absolute, quod sic, & hanc sententiam dicit esse frequentiori Doctorum calculo acceptam Placa lib. j. delictorum. c. 28. num. 9. Sed haec opinio iudicio meo periculosa est, ideo tu dic, quod Aut iudex procedit tanquam iudex, & nullo modo debet ei resisti, nisi vellet inferre tibi quod praesudicium irreparabile, Aut procedit eo modo, quo solent procedere priuati, & tunc impune licet ei resistere, & haec distinctio colligitur ex glo. in l. non vide. §. q. iust. in gl. vnica. ff. de reg. iur. quam dicit esse communiter approbatam Bolen. i. repet. l. capitalium. §. famosus, post numer. 143. ff. de penis. Et dicit Claud. in lectura l. ut vin. nu. 27. & 28. & in repet. numer. 48. ff. de iust. & iure. quod ita omnes uolunt, & in hoc omnes concordant, dixi latius supra lib. 2. §. iudex.

Eximens autem detentum e manibus familiae puniatur poena capitis, ut dixi §. q. 68. versio. Eximens.

Sed quid si ille erat indebite detentus,

nunquid eximens erit puniendus? Respond. quod non, & est communis opinio, ut attestatur Ias. in l. 3. §. quod praetor col. 3. ff. ne quis eum qui prout illum refert Boss. in tit. de captura. num. 7. & tit. de carcere, nu. 15.

Quaero etiam nunquid ille, qui se ipsum eximit de manibus familiae incidat in poenam? Respond. Boss. in tit. de captura, nu. 17. & seq. refert in facti contingit a fuisse determinatum in senatu, quod sic, licet dicat, quod in eo casu fugiens, seu eximens se, euaginauerat eum, & sic videbatur etiam fecisse resistentiam familiae. Ego credo, quod fugiens e manibus familiae sit puniendus, prout ille, qui fugit e carceribus, nam etiam ipse dicitur detineri, mitius tamen ex quo non dicit violare publicos carceres, & hoc quando id facit sine violentia, Sed si defendat se cum armis, dicerem puniendum esse prout illos, qui resistunt capturae. Non tamen omitam, quod cum quaedam Alegra Pina maritum capitaliter damnatum eximisset e manibus iudicium, fuit diu disputatum in senatu, an esset puniendus, & tandem non fuit distinctio ab soluta, neque condonata, sed dicitur eam non esse molestandam, donec aliud per tenatum ordinatum fuisset. 3. Jul. 1553. P. N.

Sed quid si delinques aufugerit, ita ut capi non poterit a familia, nam quid poterit index seu potestas publicae edicere, & statim praemium capientibus huiusmodi delinquentem? Respond. quod sic, & ita communiter tenentur, ut dicit Albe. in quarta parte statutorum, quaestio. 48. quem refert August. ad Ang. de malefic. in verbo, fama publica, post num. 75. Quod tu ego intelligo, ut procedat in aliquo casu particulari, ubi delictum esset atrox, & seuera poena dignum, nam eo casu dicendum est licere iudici tale praemium constituitur, sed non in genere cuiusque capienti malefactorum, hoc enim esset contra legem, quod non permittitur nisi supremis magistratibus.

Vnum tamen nota in hoc proposito, quod cuiusque etiam non habens mandatum a iudice ceperit aliquem malefactorum, & tradiderit curiae, & in eo capiendo aliquid expenderit, poterit illud recu-  
Praet. Iul. Clar. M. 3. perare



perare ab officiali, vel a filco, & hoc fatentur omnes, vt dicit Grammat. siue Perrus de Menfore super constitut. Regni, fol. 54. nu. 5. dicens istud esse perpetuo menti tenendum.

Ceterum in multis ciuitatibus, & oppidis Taliq. extant statuta, quae constituunt premium capientibus delinquentes, Quero, numq. officialis capiens aliquem malefactorem debeat habere tale premium à statuto propofitum? Respond. quod non quia illud facere tenetur ex debito, & necessitate officij sui, & ita dicunt omnes scribentes, vt ait Io. Mont. de auctoritate magni cõsiliij, posito post decif. Bor. post num. 146. vers. Et ibi dicunt, & dicit Bos. in tit. de captura, num. 76. quod ita vidit feruari in facti contingetia.

Reuerfo etiam in multis ciuitatibus stant statuta, quod villa teneatur capere malefactorem sub certa pœna. Pone, q. fuit commissum malefictum de nocte, & rector, v. potestas habeat clauas castri, ita q. illi de villa non potuerunt exire, & capere malefactorem, Quero, nunquid reneantur pœna statuti? Respond. q. non, ita dixit Bar. in l. 3. §. subuenit. ff. ad Syl. le. Et hæc conclusio approbatur à Doctõribus, ut dicit August. ad Ang. de malef. i verbo, Qui index dicitur Caium, post nu. 12. Cum enim factio, seu impedimento superioris exire non potuerint, non potest eis aliquid imputari.

Sed pone, quod familia vnus iudicis incipiat in suo territorio persequi delinquentem, ut eum capiat, & ille aufugiat i territorio alterius iudicis, & ibi fuerit à familia eam persequente comprehensus, nunquid erit retinendus ab ipso iudice, qui capturam decreuit, & ab eo puniendus? Respond. quod non: sed debet relaxari, & dimitti, & est communis opin. vt dicit Barb. conf. 26. in fi. li. 1. quem refert Bos. in tit. de captura, numer. 34. & idem Bos. in ti. de fauorib. defensionis, num. 7. in fi. dicit, q. ita vidit feruari, Ita etiam praticari attestatur Anton. Gomez. c. 9. delictorum, nume. 5. Non enim hoc casu attendi debet principium, sed finis. Et si casus contingeret, ita feruarem, licet contrarium in facti cõtingetia decifum fuif-

se referat Paris Pnt. de ynd. fol. 190. c. 4. num. 2. in quodam, qui commiserat delictum Perusij, & fuit insecutus à familia, vsque ad ciuitatem Florentiæ, & ibi captus.

**QV AESTIO. XXX.  
SVMMARIVM.**

*Ecclesia habet immunitatem, ut delinquens qui in eam confugerit, non sit inde violenter extrahendus.*

*Et an ambatus, qui est extra ecclesiam per quadraginta passus, vers. Hinc est. Et an palatium episcopi, versiculo. Scias etiam.*

*Et an ecclesia nondum consecrata, versicu. Quero, si constructa.*

*Et quid si ecclesia sit interdicta, versicul. Idem etiam.*

*Et quid si sit destructa, vers. Maius est. Et an oratoria priuata, vers. Sed quid dicendum.*

*Et quid si delinquens in vna ecclesia confugiat in aliam, vers. Sed quid si aliquis.*

*Et an omnes delinquentes gaudeant hac immunitate, vers. Quero nunquid.*

*Et an raptores virgimum, ibid.*

*Et an homicida proditorius, versic. Scias tamen.*

*Et quid in homicida animo deliberato, versic. Punctus est.*

*Et an ille, qui ex insidijs alium interfecit, vers. Hoc autem.*

*Et an fures, vers. Quero, an fures.*

*Et an illi, qui in ecclesia delinquant, vers. Item quero.*

*Et an clerici, vers. Vterius quero.*

*Et an iudei, vers. Preterea quero.*

*Et an excommunicati, versicu. Quero etiam.*

*Et quid si delinquens iam insequente familia a laicis prophans in ecclesiam se receperit, vers. Pone, familia.*

*Et an possit index secularis propria auctoritate delinquentem ab ecclesia extrahere, vers. Quæronunc.*

*Et an possit index ponere custodes, vt delinquentem*

*inquentem obsidas, versicul. Quero modo.*

*Et an immunitas ecclesie pro sit iam condēnatis, vers. Scias autem.*

*Et an delinquens extractus ab ecclesia possit puniri corporaliter, vers. Successive quero.*

*Delinquens, confugiens ad sacerdotem portantem sanctissimum Eucharystia sacramentum, an gaudeat immunitate, vers. Vltimo quero.*

*Delinquens an possit extrahi a scholis, versic. In hoc autem.*

*Et an a domibus Cardinalium, versiculo. Item adde.*

*Et an anelli a status principum, versic. Tercio adde.*



**QV AESTIO** si delinquens ad ecclesiam confugerit, non est ab ea extrahendus, capitu. inter alia. de immunitate ecclesiarum, nam in ecclesia nemo pertona liter capi debet. Et hæc est communis opinio, ut ait Mar. anta in suo speculo, folio 107. numer. 29. Violatores autē huius immunitatis ecclesiarum puniuntur à iure pœna triginta librarum argēti purissimi, vt habet in c. quisquis. 17. quæstio. 4. Bene verum est, quod hæc pœna hodie non exigitur, nam per delictum perdidit ecclesia ius eam exigendi, vt attestatur glos. in c. cum multa in verbo, Connubio. 15. quæstio. ultima. quā glos. refert, & sequitur Ang. de Cast. inter consilia Pauli de Castro eius patris consil. 458. circa fi. lib. 2. sed quidquid sit circa pœnam, vera est conclusio, quod delinquentes fugientes ad ecclesiam cõsequuntur immunitatem, & hæc est cõmuni omnium doctrina, ut dicit Gomez. In situ. de actio. in principio, nu. 67. quam pro regula ponunt omnes Legistæ, & Canonistæ, ut ait Remig. de immu. eccle. fo. 14. in regula. Hæc autē immunitas in duobus consistit. Primum vt inde violenter extrahi non possint, secundum vt etiā si violenter inde extrahi non fuerint, sed ab ipso episcopo, vel abbate iudicibus laicis ipote traditi, non possint amplius ex

co delicto cõdemnari ad mortem, uel ad aliam pœnam corporalem, uel corporis afflictiõnam. Possunt tamen pecuniariter dānari, uel alia pœna extra corpus, & cogi ad pœnitentiam agendam, & aliam satisfactionem. Et hanc dicit esse magis cõmunem opinionem Summa Angelica in §. immunitas. nu. 16. Idem etiam dicit tenere communiter Doctores Ab. in d. c. inter alia. num. 8. Sed certe hoc apud nos non feruatur, nam illi, qui post delictum aufugiunt ad ecclesiam, si sponte traditi uerint à prælati, vel aliter iponte exierint, vel pum licite extracti fuerint, puniuntur. Et si traditi non fuerint, solent inquiri, & citari, & si non compareant, cõdemnantur ad pœnam moris, uel aliam corporalem iuxta qualitatem delicti. Et ita hanc partem immunitatis ecclesiarū hodie nō esse in usu attestatur Remigius de immunitate. eccle. fol. 7. & seq. & fo. 235. in tertia quæstione. in fin. affirmat in specie illam in Hispania nō obseruari, ut dixi infra vers. Successive quero.

Scias autem, q. etiam prima illa pars immunitatis cõsequit ecclesijs, vt scilicet delinquentes in eis capi non possint, hodie propter ingentem numerum ecclesiarum, & frequentiam delinquentium, est à consuetudine valde restricta, aliaz enim de facili qliber malefactor euaderet manus iustitiæ, cum nulla fere sit uia in ciuitatibus, in qua non sit una, & quādoque etiam plures ecclesie, ita ut priusquam caperetur, facillime posset in aliquam earū se recipere, maxime nemine persequente, quod tamen esset contra mentem eorum, qui ecclesijs immunitatem hæc tribuerunt, non quidē ut essent asyli delinquentium, & ipse nec latronē sed vt præstarent refugium miseris, q. humana fragilitate, aut casu in aliquod crimen incurfissent.

Hinc est, quod licet de iure communē non modo ecclesie ipsius ambitus gaudeat privilegio huius immunitatis, sed et quod est p quadraginta passus circa ipsam ecclesiam si sit matris, & p triginta si sit alia ecclesia, hoc tamen usu non obseruatur, ut dicit Ignēus in l. prima. in prin. num. 58. ff. ad Sylle. quem refert Remig.

Remig. de immu. eccl. fol. 52. in 6. ampliacione. Fab. in pract. arbitr. fol. 486. nu. 27. Bene verum est, quod senatus vltimo O. G. ob. 1559. P. N. iussit prætorum Papiæ, ut restitueret ecclesiæ quendam Pitium imputum de vxoricio, captum in cubiculo cuiusdā domus sitæ intra 16. passus ab ecclesiā maiori, dūmodo ipso domus cohæreret ecclesiæ, & esset ipsius ecclesiæ & ita his concurrētibus seruandū esset in hoc Ducatu, alias uero non esset à communi consuetudine recedendum.

Scias etiā, quod licet de iure communi gaudeat hac immunitate non solum ipsa matrix ecclesiā, sed etiam palatium episcopi, cap. id. constitutum. 17. quæst. 4. & fuit opinio Hostiæ. quæ sequuntur communiter Doctores, ut dicit Barb. cōf. 33. num. 7. lib. 4. & hoc non modo si sit annexum ecclesiæ, sed etiam si sit separate constructum, & longe ab ipsa ecclesiā ultra quadraginta passus, secundum gl. in d. c. id. constitutum. in gl. 1. & est communis opinio, ut attestat Didacus lib. 2. resolutionum m. cap. 20. num. 5. in fine. Remig. de immuni. eccl. fol. 70. in 15. ampliacione ubi subdit etiam communem opinionem, esse, quod gaudeat, etiā si in eonulla capella constructa sit, nihilominus contrariam opinionem praxis forēsis frequētū omnium usu recepit. scilicet quod palatium episcopi nō gaudeat hac immunitate, nisi sit constructū intra dictos quadraginta passus ab ipsa ecclesiā, vt attestat Didacus in loco præallegato.

huiusmodi autē consuetudines maxime, sunt obseruandæ, ut ait Didacus in d. c. 20. post nu. 4. subdens, quod est præcauendum, ne hisce temporibus canones ipsos extendamus, cum oporteat reprimere audaciam eorum, quæ freti hac immunitate passim crimina committūt, & ibi attestat multos esse prælatos, qui in ciuitatibus suis non timentur delinquentes hac immunitate aduersus iudices secularis, nisi in ijs ecclesijs, in quibus cōtinuē seruatur sanctissimū Eucharistiæ sacramentum.

Quæro, si constructa sit ecclesiā, quæ tamen nondū fuerit consecrata, neque in ea sint celebrata diuina officia, nunquid

talis ecclesiā gaudeat immunitate prædicta? Respon. quod sic, modo sit auctoritate episcopi constructa, & ita frequentiore interpretum cōsensu receptum est, vt ait Didacus in dicta quæst. 20. num. 4. Ita etiam communiter teneri attestatur Remig. de immuni. eccl. fol. 15. ubi etiā post Bonif. affirmat, quod ita seruat consuetudo.

Idem etiam dicendum est in ecclesiā interdicitā, nam & ipsa gaudet ecclesiastica immunitate, ita tenet Goff. & sequitur communiter Doctores, vt attestatur Summa Angelica, in verbo, Immunitas, quæstio. 27. Honos enim, qui ecclesijs debetur, ob Dei reuerentiam præstatum, quæ propter hominum culpam cessare non debet.

Maius est dubiū in ecclesiā destructa, an scilicet gaudeat ecclesiastica immunitate. Dic ergo, quod si quædam sit destructa auctoritate superioris vel sine spe reedificationis, nō gaudet, si uero est destructa sine auctoritate superioris, uel subest spes reediciōis, utique retinet priuilegiū immunitatis, & hæc est cōmūnis opinio, vt attestatur Remigius in loco præallegato, fol. 92. in 20. ampliacione.

Sed quid dicendū in oratorijs priuatis? Respon. quod illa non gaudent immunitate ecclesiæ, etiā si in eis diuina celebrentur officia & hæc est communis cōclusio, vt attestatur Abbas in capitulo fin. quarto. de censibus. Remigius in loco præallegato, fol. 26. nu. 10. Sunt enim huiusmodi oratoria loca priuata, nā ad voluntatē domini domus, hodie potest esse oratorium, & cras erit camera, merito non debent Ecclesiarum priuilegio gaudere.

Quæro, nunquid generaliter omnes delinquentes, qui ad ecclesiā cōsugiūt, gaudeant ipsius ecclesiæ immunitate? Respon. Communis conclusio Canon. est, quod omnes delinquentes gaudent immunitate ecclesiæ, præter latrones viarū, depopulatoresque, nocturnos agrorum, & homicidā, qui ex insidijs alterum interfecit, ita attestatur Practi. Iodoci c. 106. numero 19. ubi dicit, quod in hac conclusione omnes Canon simul cōsentiant

tiant

tiant. Et aduerte, quia ad hoc vt huiusmodi latrones, & depopulatores, indigni reddant beneficio immunitatis ecclesiæ, requiritur, quod in fratra publica, & frequentata paratis insidijs obfederint, vt hoies interficerent, vel agros depopularentur. Et ita vult tota Canonistarum caterua, vt dicit Igneus l. j. §. subuenitur. nu. 107. in fine. ff. ad Syll. ubi etiam post nume. 117. appellat hanc communem omnium Canonistarum opinionem. Et quod requiratur, quod insidiosè hoc fecerint, dicit esse communem conclusionem Remig. in loco præallegato. fol. 104. in secunda fallentia. Et hæc quidem omnia secundū dispositionem iuris canonici nullam videntur habere difficultatem per text. in c. inter alia. de immunitate eccl. §. Sed de iure civili aliud videtur, nam etiam raptores virginum, homicidæ, & adulteri excluduntur ab hoc priuilegio, vt est text. in §. si delinquentes. in Auth. de man. princ. Bene verum est, quod secundum aliquos ille text. corrigitur prius canonice nam secundum iuris canonici dispositio nem (vt dixi) etiam huiusmodi delictorum rei ad ecclesiā confugientes, gaudent illius immunitate, & ita cōiter teneri attestatur Summa Angelica in §. immunitas. nu. 17. in fine. Summa Siluestri na in §. immunitas. tertio in prima quæstione. nu. 2. Et hanc dispositionem iuris canonici esse consuetudine approbatam attestatur Ioan. Fabr. in §. sed hoc tempore, post nu. 2. In f. de is, quæ sunt sui, vel alieni iuris. quem refert Alex. consi. 145. num. 4. in fine. lib. 7. ubi in contingencia facti ita consiluit, & nume. 11. attestatur hanc esse communem opinionem. Refert etiam (sed in contrarium) Practi. Iodoci c. 106. nu. 12. Et ita seruari à iudicibus Dei timentibus ait Boss. in titu. de captura. post nume. 21. & in specie de raptoribus virginum, quod non possint extrahi ab ecclesiā, attestatur esse communem opinionem Henricus Boich, in ca. ecclesiæ. col. 3. de immunitate ecclesiarum. quem refert Remig. in loco præallegato, folio. 197. fallentia 28. & Didacus in d. c. 20. nu. 8. Vidi etiam in facti contingencia resluti ecclesiæ quendam condemnatum

violenta illata cuidam mulieri. 17. Maij 1567. A. C. De sacrilegis autem reperio, quod senatus indistinctè iussit illos ab ecclesiā extrahi, 14. Nouemb. 1550. P. N. Et licet aliqui distinguant, an delictum, pro quo quis vult se tueri immunitate ecclesiæ, sit commissum stimulo naturali, vel non, eorum tamen opin. communiter dā natur, vt per Alex. in d. consi. 145. num. 9. Quinimō Boss. in titu. de captura. nu. 32. dicit conclusum fuisse in senatu, quod de iure, neque etiam pro crimine legē maiestatis, potest reus capi in ecclesiā, quæ tamē deciso credo, quod non obseruaretur in practica, per ea, quæ dixi infra quæst. 36. verfi. Quæro nunquid.

Scias tamen, quod hæc conclusio iuris canonici non ita indistinctè procedit in homicida, vt absolute ab ecclesiā extrahi nō possit, licet enim oēs conueniāt in homicidio simplici, si quæ commissum est casu, culpa, vel etiam dolo, nulla tamē animi deliberatiōe ex interuallo præcedente, vt talis simplex homicida gaudeat hac immunitate, quæ opinio proculdubio est cōsis, vt ait Didacus in d. c. 20. nu. 8. i. f. Et ab omnibus indifferētè obseruatur, prout etiam illam iussit seruari senatus in quodam Augustino Palmerio. 15. Febr. 1570. tamen in homicidio commissio animo deliberato, non modica est controuersia inter Doctores. Et quidem si vltra qualitatē animi deliberati. cōcurrat et qualitas conditionis, quæ si fuerit aliquis ex insidijs & proditorie interfecit, in hoc fere omnes consentiūt, vt talis proditorie homicida nō gaudeat immunitate ecclesiæ. Et hæc dicit esse communem opi. Didac. in d. c. 20. nu. 7. ubi etiam subdit, quod Christiāni orbis consuetudine admodū recepta Ant. Gomez. c. 10. delictorū post nu. 2. ver. Quinto limita. Remig. gon. de immuni. ecclesiarum. fol. 125. nu. 1. ubi etiā subdit, quod est vsu, & praxi magis recepta, prout illum refert Placa lib. 1. delictorū. c. 21. nu. 6. Menchiaca lib. 3. de testa. §. 22. post nu. 53. ver. Illud autem. Hanc etiam conclusionem dicit ex communi omnium opinione vsu, & sententia iudicū sapientissimè esse receptā Igneus in l. 1. §. si dominus. nu. 7. ff. ad Syll.

Punctus

Punctus est, quando homicidium est commissum cum qualitate animi deliberrati, non tamen proditorie. Et hoc casu multi tenent, quod talis homicida non sit ab ecclesia extrahendus, quod secundum cōs opinionēs seruari aſſerit Alex. in d. conf. 145. nu. 4. 6. & 11. lib. 7. Prout illum refert praet. Contradi fol. 268. nu. 6. in fine, ubi (vt dixi) Alex. in contingētia facti ira consulti, & hanc opinionem obseruari ait Blanc. in praet. crim. fol. 4. nu. 26. Contrariam tamen sententiam dicit esse magis communem Didacus in d. ca. 20. post nu. 7. ver. In his profecto casibus & in hanc partem aperte inclinavit Senatus in causa cuiusdam Nicolai Silueri 7. Iulij. 1561. P. N. Et licet Didac. ibi videatur sequi opi. Abb. q. scilicet non possit extrahi, nihilominus subdit, q. ppter Doctorum auctoritatem, & eorum communem opinionem sapissimā: tales homicidae ab ecclesijs extrahuntur, prout etiam in facti contingētia seruat. in suis se attestat Guido Papae decif. 121. in camera consilij. lo. Gall. q. 172. §. per arreſtum. Papo lib. 1. titu. 1. Arreſto 18. Boer. in d. decif. 109. post nu. 7. Ita etiam se pluries vidisse iudicari dicit Mayn. in l. nemo de domo. nu. 20. ff. de reg. iur. Ita etiā obseruari in tota Italia attestat Praet. Papien. in forma inquisitionis. in verbo. Hec est quodam inquisitio. nu. 31. in fin. dicens, q. ita bene prudēt obseruat Italia, quae est omnium prouinciarum domina, quae residet in monarchia, & in qua est omnis virtus scientiarum, & fructuū affluentia & locorum, & ciuitatum pulchritudo, & magna copia, quem refert Remig. de immu. eccles. fol. 6. & Aiciat. de p̄glim. in tertia regula. praesumptio ne 33. nu. 4. Et quamuis hoc communiter reprobari aſſerat Marian. in c. 1. nu. 3. de homicid. & in tract. de cita. arti. 17. q. 6. col. 1. & Boss. in tit. de captura. post nu. 21. tamen secundum hanc opinionē tanquam magis communem, & a consuetudine approbatam vidi pluries iudicari, & in specie contra quendam Franciscum Cazulinum, qui licet captus fuisset in ecclesia, intellecto per Senatū quod homicidium fuerat animo deliberato pa-

tratum, fuit vltimo supplicio affectus. §. Augusti. 1562. P. N. & alias etiam contra quendam Petrum Antonium del Conte qui homicidium animo deliberato commiserat, & captus fuerat in camera cuiusdam monachi in monasterio S. Sigismundi Cremonae, & fuit iussu Senatus illi caput amputatum. 26. April. 1554. P. N. Neque uto ab ea in practica esse recedendum, ne spes impunitatis prebeat scelestis hominibus occasionem delinquendi.

Hoc autem multo magis obseruandum est, quando tale homicidium per insidias commissum fuisse, talis enim homicida insidiosus proculdubio non gaudet ecclesiae immunitate, & haec est communis opinio, quae in practica seruat, vt attestatur Remigius in loco praegallegato. in 13. fallen. prout etiam in practica seruatum fuisse attestat Milles in praet. crim. fol. 31. nu. 19.

Quero, an fures gaudeant immunitate ecclesiae? Respo. de iure nulla est difficultas, quin gaudeat, sed Did. in d. c. 29. nu. 13. in fi. dicit, q. consuetudo consentu clericorū & laicorū instituta obtinuit fures etiam simplices non gaudent ecclesiae immunitate, & quod ita passim ab ecclesijs abducuntur inuiti a iudicibus secularibus. Haec consuetudo apud nos non seruatur, bonum est tamen illam seruare in locis, in quibus est copia furum, prout etiam eos in Gallia abundare dixit Igneus in l. 1. §. si sibi manus, nu. 127. ff. ad Sylleian.

Item quero, nunquid immunitas ecclesiae proficit illis, q. in ipsa ecclesia delinquant? Respon. quod non, vt est text. in c. si. de immu. ecclesiarum. & in hoc omnes conueniunt, vt ait Didacus in d. c. 20. nu. 15. Nam qui ecclesiam delinquendo offendit, non est dignus, vt eius beneficio inueniatur. Et hoc intelligit etiam in futuribus in ecclesia, & ita communiter notatur, vt dicit Ang. de Castro inter consilia Pauli de castro patris sui, in d. conf. 458. nu. 1. in fi. lib. 2. quem tamē aliter refert Didac. in loco praegallegato. post nu. 15. uerfic. 25. prout etiam obseruatum fuisse in quodam sacrilego attestatur praet. Milles, fol. 31. nu. 21. & generaliter in

quo

quoque delicto in ecclesia commissio, etiam si non interueniat homicidium, aut membri mutilatio, quicquid dixerit Card. contra quem est communis opin. vt attestatur Remigius in loco praegallegato, in tertia fallentia, num. 5. Hec tamen conclusio intelligenda est (secundum aliquos) vt praedat in his, qui delinquant in ecclesia sub spe immunitatis ipsius ecclesiae, sed qui appareat aliquem non sub ea spe in ecclesia deliquisse, vtique gaudet ipsius immunitate, Et haec fuit opin. Hostiensis, quam dicit esse communem Remig. in loco praegallegato, in tertia fallentia, num. 3. subdens quod si non ex proposito, vel veteri odio, sed casu fortuito quis committat delictum in ecclesia, gaudebit eius immunitate, & q. ista est communis opi. quae tamen apud nos non potest in practica obtineri, semper. n. vidi indistincte seruari q. qui in ecclesia deliquit, reputatur indignus, vt eius immunitate se defendat.

Sed quid si aliquis in vna ecclesia delinquat, & deinde ad aliam ecclesiam confugiat, nunquid defendatur ab hac tertia ecclesia, vt gaudeat eius immunitate? Respon. q. non, & est communis opin. vt attestatur Remig. in loco praegallegato, fol. 103. in 11. fallentia, num. 2. Cum enim vna sit per totum orbē vniuersalis ecclesia, qui facit isauriam vni particulari ecclesiae, omnes, offendisse videtur, Dicit tamen summa Siluestrina, in verbo, Immunitas. §. 3. q. 2. verf. Tertium est, quod de consuetudine apud aliquos contrarium seruatur. Sed certe apud nos communis opi. seruaretur in practica. Quinimo (secundum aliquos) ille, qui semel deliquit in ecclesia, si iterum delinquat extra ecclesiam, & post delictum ad ecclesiam confugiat, non debet eius immunitate gaudere, & ita in facti contingētia decium fuit per capellam Thelofa. decif. 421. Itē fuit inuestigatum, an sit aliquis, &c.

Vltius quero, nunquid clerici gaudeant immunitate ecclesiarum, ita vt ab illis inuiti extrahi non possint ab eorum iudicibus ecclesiasticis? Respon. q. sic, non enim debent ipsi esse deterioris conditionis, quam laici, & ita consuluit Rom. consil. 234. & est communis opin. vt ait

Diaz in pract. crim. canon. cap. 115. Sed quidquid sit de iure, contrarium seruatur de consuetudine, ut attestatur Diaz in loco praegallegato, quem refert, & cum eo concordat Didac. in d. c. 20. nu. 16. & Remig. in loco praegallegato, folio 161. fallentia 21.

Perterea quero, nunquid Iudei confugientes ad ecclesiam gaudeant eius immunitate? Respon. quod non, ipsi enim sua infidelitate se indignos faciunt eius beneficio, & haec est communis opi. vt dicit Marfil. in l. ex senatus consulto, num. 7. & seq. ff. ad l. Cor. de ficar. quem refert Remig. in loco praegallegato, in 18. fallentia. Bene verum est, q. multi tenent contrarium, quod scilicet etiam Iudaei gaudeant hac immunitate, & dicit Didac. in d. c. 20. post nu. 11. uerf. XII. quod haec sententia videtur fortasse frequēntiori auctorum calculo recepta. Tu uero non recedas a prima opi. tanquam ueriori, & magis communi. Non enim debemus erga Iudaeos perfidissimos Christiani nominis hostes aliqua humanitate uti, ut dixi supra lib. 2. §. Iudeus.

Quero etiam, nunquid excommunicati delinquant, gaudeant immunitate ecclesiae? Respon. quod sic, & est communis opin. vt attestatur Boer. decif. 110. nu. 7. quem refert Remig. in loco praegallegato in 19. fallentia, num. 1. & Didac. in d. cap. 20. num. 11. Quae conclusio licet in puncto iuris non transeat sine difficultate, tamen propter honorem Dei non esset ab ea in practica recedendum. Faciunt quae dixi infra questio. 77. uerticulo, sed nunquid

Pone, familia inlequitur reum, & postquam ipse per loca profana aliquantum auisus, recipit se in ecclesiam, nunquid poterit ab ea extrahi? Respon. Aliqui dixerunt, quod sic, sed certe contraria opinio est uerior, & etiam magis communis, vt attestatur Remig. in loco praegallegato, fol. 203. in 31. fallentia, in fi. & ita seruatur, prout etiam se obseruari uidisse attestat Boss. in titu. de captura, nu. 22. Et reperio Senatū ita inuisse in casu cuiusdam Alexandri Magni. 13. Februarii 1543. P. N. Quinimo cum semel carcerati, qui

Papi

Papae decinebantur, carcere ipso aufigissent, & in ecclesia se receperunt, & iustissimi Ducis (vt dicebatur) ab ipsa ecclesia, in quam confugerant extracti fuissent, senatus iussit ipsos tanquam male extractos ecclesiae restitui. 28. Decemb. 1557. P.N. t. idem quoque per parlamentum Burdegalese obseruatum fuisse refert Pape lib. 1. tit. 1. Arresto 17. & Boer. decif. 110. num. 9. licet contrarium aliquando iudicatum fuisse referat Chaff. super consuet. Burgund. fol. 55. nu. 116. de quomentionem facit Remig. in loco praallegato, fol. 199. in 29. fallentia.

Quero nunc, nunquid in casibus, in quibus delinquens non est tutus immunitate ecclesiae, possit iudex secularis illum propria auctoritate ab ipsa ecclesia extrahere? Respon. Sali. in l. si quis ei, num. 6. C. de adul. dicit, quod non, sed quod debet prius licentiam ab episcopo requirere. Sed certe in contrarium est communis opinio, vt attestatur Remig. in loco praallegato, fol. 217. in prima quaest. circa fi. Vbi etiam subdit, quod seruatur in practica, & ita quotidie videmus, quod iudices seculares extrahunt delinquentes ab ecclesiis non expectata licentia episcopi, quia praeter, & iudices ecclesiastici reddunt in hoc valde difficiles, & dum requirunt, & expectant licentiam, saepe clerici faciunt delinquentes fugere, & ita moribus, & praxi Christiani orbis receptum esse ait Didacus in d. c. 20. post nu. 18. versic. 34. Ita etiam seruari in curia Delphi attestatur Guido Pape decif. 121. in fin. & ita pluries se vidisse seruari refert Gualter. de Benedicis in prima parte repet. cap. Raynutius, folio 81. num. 152. ita etiam de facto seruari attestatur Boer. decif. 109. nu. 2. Debenstamen in hoc iudices seculares modeste se gerere, & prouidere, quod sine tumultu, & offensa personarum ecclesiasticarum extrahantur, & vbi aliquando comperiant, quod de iure non debuissent illos extrahi facere, debent eos confestim ecclesiae restituere.

Quero modo, nunquid si delictum est tale, pro quo delinquentis ab ecclesia extrahi de iure non possit, liceat iudici seculari positus custodibus ecclesiam ipsam obsideri facere, & prohibere, ne ad eum ali-

menta deferri possint? Respond. quod non, & est communis opinio, vt ait Didacus in d. c. 20. post nu. 17. versic. 31. Et ita in hoc dominio seruatur. In aliis tamen locis aliquando vidi reos in ecclesiis obsideri, vt etiam in Nortmannia dicit esse hanc consuetudinem igneus in l. 1. in principio, num. 9. ff. ad Sylle. vbi ait, quod per victus subtrahationem eos exire cogunt cum banni impositione, & poenae interminatione, deinde compellunt eos abiuurare patriam, & in exilium ire, quod si reuertantur, & deinde in ecclesia capiuntur, non gaudent amplius ecclesiae immunitate, sed vltimo supplicio afficiuntur, vt narrat ibi igneus, recensendo totam dispensationem superinde habitam in facti contententia, vique ad numeri 54. Bene solent rei, qui ad ecclesiam confugiunt, in compediibus, vel cum bona custodia, donec cognitum fuerit, an gaudere debeant ipsius ecclesiae immunitate, & ita de consuetudine obseruari attestatur Guido Pape in dicta decisio 131. circa finem. Remigius in loco praallegato, folio 238. quaestio. 6.

Scias autem, quod haec immunitas ecclesiae prodest non modo delinquentibus qui post delictum in ecclesia confugiunt, sed etiam carceratis, vt dixi supra versic. Bone familia, Quinimo prodest etiam condemnatis, & bannitis etiam capitaliter, & ita iussit senatus restitui ecclesiae quendam Io. Testam capta liter condemnatum, qui ab ea extractus fuerat 11. Ianuarii. 1555. A. C. Fortius dico, quod si aliquis condemnatus dum ad supplicium ducitur, transeat per ecclesiam, vel cometerium, gaudet immunitate ecclesiae, neque potest inde violenter extrahi, & haec est communis opinio, vt attestatur Remigius in loco praallegato, fol. 201. in 30. fallentia, & ita se vidisse in facto iudicari affirmat Chaff. super consue. Burgund. fol. 55. nu. 121. quem refert Boer. decif. 110. post nu. 8.

Successive quero, nunquid ille, qui ad ecclesiam confugit, si deinde extrahatur fuerit, in casibus, in quibus licite extrahi poterat, possit puniri? Respond. Oldrad. consilio 154. in fi. dicit, quod extractus

tractus ab ecclesia (secundum omnes) non punitur poena sanguinis. Ego tamen in practica nunquam vidi seruari, nam siue licite ab ecclesia extractus fuerit, siue ipse tempore exierit, & deinde capus fuerit, semper vidi eum puniri, perinde ac si nunquam ad ecclesiam confugisset, & ita etiam seruari de consuetudine, & stylo Franciae attestatur. Poer. in d. de. if. 109. in fin. & dixi supra circa principium quaestio.

Vltimo quero, nunquid delinquens, qui confugit ad sacerdotem sacra eucharistiam in manibus portantem, gaudeat immunitate, prout illi, qui ad ecclesiam confugiunt? Resp. quod sic, & fuit opinio Hostien. cum qua transeunt communiter Doctores, vt dicit Corf. in suis fin. in verbo Cardinalis. & dicit Ioan. Arno. folio 80. Dicit capitulum, quod illum sequitur communiter Doctores. Dicit etiam Gomez. in §. penales. post nu. 50. Insti. de actio. quod ita tenent communiter Doctores. Hanc etiam opinionem dicit esse communem Cagno. in l. vltim. nu. 54. ff. si certum per. Didacus in d. c. 20. nu. 6. Remigius de immu. eccle. fol. 84. Anto. Gomez. c. 10. delictorum nu. 1. quem refert Placa. lib. 1. delictorum. c. 34. nu. 16. Menchiaca. lib. 3. de testa. §. 22. nu. 15. Cum enim in ipsa Eucharistia sit Christus Iesus, propter quem ecclesia gaudet hoc privilegio, multo magis in eo idem dicendum est, quod in ecclesia. Vide quae dixi infra q. 98. ver. Sed pone. An autem si condemnatus detur sanctissima Eucharistia, debeat eo die morte tradi, dixi infra q. 99. versic. Sed quero.

Item hoc autem proposito adde, quod sicut non licet delinquentes ab ecclesia extrahere, ita neque etiam licet scholares pro aliquo delicto a scholis extrahere. Et ita de consuetudine seruari attestatur Rebuff. de priu. scholar. vbi refert ob id quodam fuisse suspensos, & illum refert Horatius de priu. scholar. c. 51.

Item adde, quod sicut delinquentes non possunt extrahi ab ecclesia, neque a palatio episcopi, ita neque etiam extrahi possunt a domibus Cardinalium Sanctae Romanae Ecclesiae. Et ita hodie consuetudo communis obseruat, teste Mansfeto in

tractatu de Card. c. octauo. in decimo octauo privilegio.

Tertio adde, quod etiam fugientes ad statuas principum sunt securi, ne inde auelli possint, vt videtur tex. in l. vnica. C. de his, qui ad statuas config. & est communis opinio, vt attestatur Remig. in loco praallegato fol. 97. in 23. ampliatione. Dicit tamen reftaurus de Imperatore q. 95. quod hoc de consuetudine non videtur admissum, neque receptum. Et certe credo, quod vix posset in practica obiri.

## QVAESTIO. XXXI.

## SUMMARIUM.

*Citari debet reus ante omnia.*

*Et quid si princeps procedat contra subditum, versic. Adde quod.*

*Et quid in sententia declaratori a censura versic. Item adde.*

*Citatio in causis criminalibus debet fieri de speciali commissione iudicis, versiculo, Vnum autem.*

*Et an in citatione sit exprimenda causa, propter quam reus citatur, versiculo, Quero nunc.*

*Et an in citatione possit apponi poena, versic. Item quero.*

*Et an in citatione inseri debeat totus tenor libelli, versic. Quero nunquid.*

*Et quae sit forma libelli inquisitionis, ibid. versic. Quero quae sit.*

*Arbitrium iudicis quid importet, versiculo, Arbitrio.*

*Fama an probetur per illa verba, Fama publica procedente, versiculo, Fama publica.*

*Annus & annus an sit exprimendus in libello inquisitionis, versic. Quod de anno, Scientia, & dolus, an in delictis requiratur, versic. Quibus & dolose.*

*Clausula, Super quibus omnibus & c. in inquisitione quid operatur, versic. Super quibus omnibus.*

*Iudex an teneatur se inscribere in inquisitione, versic. Quero etiam.*

*Citatio qualiter reo intimari debeat, versio.*

Dicitur est.

*Et an sufficiat, quod intromittatur ad domum ibidem.*

*Et an sit necessaria perquisitio citandi per civitatem, versio.* Sed nunquid.

*Et an sit illi danda copia citationis, versio.* Scias tamen.

*Et quid si citandus sit extra territorium, versio.* Sed hoc quidem.

*Et quid si ambo territoria sint sub eodem prefide provincia, versio.* Possit forte.

*Et quid si reus sit vagabundus, versio.* Sed quid si reus.

*Et an unica citatio in criminalibus sufficiat, versio.* Quero modo.

*Et an peremptoria citatio in criminalibus requiratur, versio.* Sed hic quero.

*Et an sileus sit citandus, & pars offensa, versio.* Uterius quero.

*Et an pendente termino postro in citatione possit index capi fugere reum, versio.* Ultimo quero.

**V**bi locus capture non fuerit, tunc debet iudex contra reum ad vltiora procedere, & ubi consumax fuerit, illum condemnare. Est tamen ante omnia premitendum, quod debet omnino reus legitime citari, ubi enim reus non fuisset citatus, vel citatio esset nulla, vel minus legitime facta, processus, & sententia, & omnia, que sequuntur, sunt ipso iure nulla, ut dicit gl. in l. si accusatoribus. in gloss. fina. C. de accusatio. Et est communis theoretica, ut attestatur Rolan. consilio 58. nume. 14. libro secundum. Et hoc locum habet non modo in quocunque iudice, sed etiam in ipso principe, nam & ipse de ordinaria potestate non potest procedere contra aliquem non citatum, & hæc est communis opinio, ut dicit Corset. in repertorio Abbatis, in verbo, Princeps vel Papa. Socin. inter consilia Curtij Senioris, consilio 20. numero quarto & sequi. Et hoc etiam, si delictum sit notorium, ut dixi supra quæst. 9. versio. Quero nunquid.

Adde, quod hæc omnia locum habent etiam si ille, contra quem princeps procedit, esset eius subditus, ad huc enim non

posset contra eum non citatum procedere. Tex. est vulgatus in clementi. pastoralis. de re iudica. & est communis opinio, ut ait hoc in consil. 87. post numerum 19. versio. Capio sextam. libro tertio & consil. 164. nume. 16. in fine. lib. 2. & consil. 266. nume. 45. eodem volumine, & consil. 120. post nume. 10. lib. 3. dicit, quod omnes farentur, quod in causis criminalibus non potest princeps, etiam de plenitudine potestatis, procedere, et contra subditum, eo non citato. Et in hoc proposito uldenda sunt ea, que dixi loquendo de causis civilibus infra libro proximo, dicit enim Socin. in eodem consil. 164. nume. 15. quod in criminalibus ita sentiunt omnes, qui hoc tenent in civilibus, & quod ita consultum fuit in causa interdicti civitatis Florentie per multos Doctores. Et reuera si in civilibus non potest princeps procedere contra subditum non citatum, secundum opinionem quam in loco per legatum ostendi esse magis communem, idem & multo magis dicendum est in criminalibus, in quibus de maiori prejudicio tractatur, & ita semper vidi in practica observari.

Item adde, quod licet aliqui tenerint quod hoc non habeat locum in sententia excommunicationis declaratoria, nihilo minus magis communis opinio est, quod etiam quando iudex declarat aliquem in cidisse in aliquam excommunicationem, vel poenam ipso facto requiritur, citatio, etiam in sententibus censuræ, & interdicti. Ita tenet glo. in clem. presenti. in verbo, Constituit. de censib. quam omnes approbant, ut dicit Socin. in d. consil. 20. nume. 16. in fine. Ripa in l. is cui bonis. nu. 27. ff. de verbo. oblig. Hanc etiam dicit esse communem opinionem Dec. in c. reprehensibilis. post nume. 2. de appellacione. Et dato, quod aliquo casu sustineri posset illa opi. quod ad sententiam declaratoriam censura non requireretur citatio, certe in ipsa discussione negotij, & causa, propter quam peruenitur ad ipsam sententiam declaratoriam, utique requiritur citatio. Et in hoc nemo discrepat, ut dicit Tortus in ter consilia A. nt. de But. conti. ultimo col. fina. versio. Sed unum est, alias enim esset tollere

collere parti suas defensiones, quod nullo modo est faciendum.

Unum autem scias, quod licet in causis civilibus valeat citatio sine speciali commissione iudicis, ut dixi infra lib. proximo, Tamen in criminalibus debet fieri de speciali commissione iudicis, alias est nulla, Et hæc est communis opi. ut dicit Ripa in cap. 1. num. 86. de iudic. quem refert Praet. Conradi, fol. 267. nu. 5. Blanc. de iudicij, nume. 334. prout illum refert Villalob. in sua collecta communium opin. in littera C. m. 55. Et ita servatur de consuetudine, ut dicit Bal. in l. fin. num. 4. C. de exhib. reis.

Quero nunc, quæ sit forma huius citationis, & in primis nunquid in ea exprimenda sit causa, propter quam reus citatur? Respond. Abb. in cap. praterea, num. 8. de dilator. distinguit, quod aut citatio mittitur in partes longinquas, & tunc est inferenda causa propter quam quis citatur, aut citatio fit in partibus propinquis, & non requiritur expressio causa, sed sufficit dicere, quod compareat responsurus cuidam accusationi, seu inquisitioni contra eum formatæ. Et dicit Foller. in prac. crim. canon. fol. 140. in fin. quod hæc dictio Ab. servatur in Ro. curia, & aliis, Sed certe quid quid sit de iure, apud nos indistincte servatur, quod in citatione inferatur causa, Et hanc opin. dicit esse communem Inola in l. inter accusatorem, numero 2. in fin. ff. de publ. iudic. prout illum refert Mendhiaca controuers. vsu frequenter, cap. 24. nu. 12. Et ita etiam quotidie practici attestantur idem Foller. in prac. crim. fol. 36. num. 2. Quinimo de consuetudine non modo causa, sed totus tenor libelli si in inquisitionis inferri debet in ipsa citatione, ut dixi infra versiculo Quero nunquid.

Item quero, nunquid possit iudex in tali citatione apponere poenam pro contumacia? Respond. In hoc dominio prohibitum est per nouissimas constitutiones in tit. de accus. §. omnibus, procedere preceptis poenalibus sine licentia senatus, qui tamen hoc aliquando concedit, ubi non adsunt indicia sufficientia ad formandam inquisitionem, præsertim in causis magnis,

ut dicit Boss. in tit. quomodo procedatur per precepta. num. 1. Sed de iure conuini utique potest iudex comminari poenam reo non comparenti, Et hoc tam in civilibus, quam in criminalibus, ut latius dixi infra lib. proximo, Non tamen potest reum citare sub pena confiscationis bonorum, quidquid dixerit Bald. in ca. 2. in primis verbis. de testi. cogen. cuius opinio communiter à Doctoribus reprobatur, ut dicit Cagnola in Lunica. in princ. nu. 93. ff. si quis iurisd. non obtinet. Et ita etiam videmus, quod talis poena confiscationis bonorum per contumaciam recessit ab aula, & hodie non est in ulu, ut attestatur Andr. de Her. quem refert Aflic. in c. 1. in verbo, Condemnatorum, num. 30. que sint rega. & Natta, consil. 240. num. 2. & Rolan. consil. 47. num. 46. lib. 2. Vide que dixi in loco præallegato, ubi etiam dixi, an iudex possit excedere multando dispositionem text. in Leos. C. de modo mulctæ. & quid de facto servetur.

Quero nunquid in citatione debeat inferri totus tenor inquisitionis, seu libelli contra reum formati? Respond. De iure communis sufficit citare reum, ut compareat ad respondendum inquisitioni contra eum formatæ occasione talis delicti, nec requiritur, quod in ipsa citatione inferatur sit tenor inquisitionis, seu libelli, Et ita communiter tenetur, ut dicit Marian. in repet. cap. qualiter, & quando, nu. 212. in fin. de accusatio. Blanc. in prac. crim. fol. 11. nu. 22. Sed quidquid sit de iure, contrarium servatur de consuetudine, ut sic licet necessario apponendus sit in citatione totus tenor inquisitionis, Et ita communiter observari, & practici attestant Marian. in loco præallegato, Ang. de malef. in verbo, Iudex commisit. num. 3.

Quero, quæ sit forma inquisitionis, seu libelli, cuius tenor est in citatione inferendus? Respond. Forma, que passim observatur, est illa, quam elegantissime glossavit Angel. de Arret. excellens Doctor, in suo tractatu maleficiorum, & Marian. in d. repet. c. qualiter, & quando, à num. 187. vsque ad numerum 212. & Pract. Papien. in titu. de forma inquisitionis, que quidem est in hunc, qui sequitur, modum.

**H AEC EST QVAEDAM IN-  
QVRSITIO**, Repetio, q̄ Caruita su  
per 20. ritu magnae curie circa fi. dicit, q̄  
iste modus dicendi in processu, Hæc est  
quædam inquisitio, non obseruatnr gene-  
raliter, Et uerum dicit quo ad processum  
sed quo ad libellum, ego credo q̄ apud om-  
nes hæc forma dicendi obseruetur. Quid  
autem sit inquisitio, dixi supra q. 3. uerfi.  
Et aduerte, Materiam autem inquisitio-  
nis posui supra q. 5. & sequentib. & quo-  
modo procedatur per uiam inquisitionis  
dixi supra q. 11.

**SINE TITVLVS INQVRSI-  
TIONIS**, Hæc uerba apponuntur ad  
demonstrandū, q̄ re uera iste libellus nō  
est proprie inquisitio, sed est quidam titu-  
lus criminis resiliens ex ipsa inquisitio-  
ne. Ex iudiciis, siue informationibus per  
ipsum iudicem inquirentem assumptis.

**QVAE FIT**, & fieri intenditur, Hæc  
uerba significant, quod etiam transmissio  
libello inquisitionis non cessat ipsa in-  
quisitio, imo iudex semper ex officio du-  
rante processu perseverat inquirendo, &  
recipit testes super delicto. An autem id  
facere possit post publicatas attestatio-  
nes, dixi infra questione 61. uersicul. Sed  
quero.

**PER Dominum N. prætorem, & D.  
N. eius iudicem malefactorum**, Apponi-  
tur nomen iudicis, ut sciat reus coram  
quo debeat comparere ad se defenden-  
dum, præteraque titulus dignitatis,  
seu officii, ex quo possit cognosci ip-  
sum esse iudicem competentem, & ha-  
bere iurisdictionem in causis crimina-  
libus.

**EX Eorum, & cuiusque eorum me-  
ro officio, Auctoritate, potestate**, Inqui-  
siti o enim proprie fit ex officio iudicis,  
ut dixi supra questione 3. Illa autem uer-  
ba, Ex mero officio, operantur quod non  
requiratur, q̄ præcedat diffamatio, secun-  
dum Ang. sed eius opin. communiter re-  
probatur, ut dixi supra q. 6. uersicul. Idem  
etiam.

Arbitrio, atque haliā, Iudex licet ha-  
beat arbitrium, debet tamen seruare ius  
commune, nam arbitrium, quod concedi-  
tur officialibus super maleficiis debet re-

duci, & restringi ad ius commune, nisi  
quo ad modum procedendi, & circa ali-  
qua leuia, Et ita tenent communiter Do-  
ctores, ut attestatur Alberi. in 3. parte sta-  
tu. q. 32. Item quero, num. 1. Videque di-  
xi infra q. 64. uers. Dixi etiam. Et ideo ad-  
uertat officiales, ne pretextu arbitrii eis  
concessi, nimis animose procedant, nam  
licet datum sit à lege, uel ab homine arbi-  
trium procedendi, non tamen propterea  
censetur remota cognitio, sed remissa  
subtilitas, secundum omnes Doctores, ut  
attestat Catald. de synd. q. 109. & Amad.  
de synd. num. 145.

**ET Ad querelam N. Hodie non por-  
rigitur accusatio solemnis. f. cum subli-  
patione, & aliis requisitis. sed tantum sim-  
plex querela, ut dixi supra q. 12. Et potest  
hæc querela, quæ successit loco accusatio-  
nis, concurrere etiam cum inquisitione,  
ut dixi supra quæst. 3. uer. Hinc inferitur,**

**NEC NON** Et ad denunciationem  
N. Materiam denunciationis posui supra  
q. Et licet Ang. de malef. in uerbo, Nec  
non & ad denunciationem: dicat q̄ rarè  
hæc tria remedia simul concurrunt, uide-  
mus tamen quotidie contrarium in pra-  
ctica, nam in omnibus ferè delictis pars  
querelat, antequam siue syndicus denun-  
ciat, & iudex ex officio inquirat. Hic au-  
tem modus procedendi per denunciatio-  
nem non est modus per se, sed est connexus  
cum inquisitione, ut dixi in d. quæst.  
7. in principio.

**CONTRA**, Et aduersus N. Exprimendum est nomen proprium imputati,  
eiusque agnatio, & patria, & habitatio, si  
fieri potest, ita ut omnino certa sit perso-  
na, quæ inquiratur, Et dicit Marian. in d.  
E. qualiter, & q̄, nu. 190. q̄ quanto plures  
adiiciuntur demonstrationes, tanto ma-  
ior datur certitudo, subdens q̄ laudandi  
sunt Senenses, qui adiciunt nomen pa-  
tris, auj, & familie &c. Si tñ ignoratur no-  
men homicidæ, describendus est per si-  
gna, staturam, habitationem, uestes, & alias  
circumstantias, quæ exprimi possunt, nam  
eo casu dummodo cõstet de corpore, pot  
procedi et ad condemnationem, Et hoc oēs  
sciunt, ut dicit Boss. in titu. de delicto, nu.  
33. & dixi supra q. 4. uer. Qñ uero. in omni  
autem

autem delinquentes, ne constent super  
hoc, quia forte in libello inquisitionis er-  
rati sit in cognomine, seu in patria, quia  
si permiserit se banniri, & postea perue-  
niant in foris iustitia dummodo con-  
stet de corpore, & de delicto, non pote-  
runt euadere executionem condemnationis.  
Et dicit Ang. in l. his uerbis. §. sine. in  
fin. ff. de hered. inst. q̄ fuit in facti contin-  
gentia de capitibus quidam Bononia, qui  
erat descriptus in numero bannitorum  
tanquā de vna ciuitate, cum esset de alia,  
ex quo constabat eum esse illum, qui fue-  
rat pro illo maleficio citatus, & condem-  
natus, Et illum et reuert. Io. Arn. Epit. 95.  
Quidam coactus.

**HOMICIDAM**, Exprimendus est  
titulus delicti, ut tempore condemnatio-  
nis sciri possit, quæ pena sit imponenda.  
Materiam autem homicidij posui supra  
hoc eo. lib. §. Homicidium.

**ET P. AVXILIATOREM**, Ma-  
teriam auxiliatorum, & qua pena sint pu-  
niendi, posui infra quæst. 90.

**ET F. MANDATOREM**, Qua  
pena puniatur mandans, dixi infra q. 89.  
**IN EO**, De eo, & super eo quod,  
sunt uerba idem significantia, quæ tamen  
consuetudo obtinuit, ut semper omnia ap-  
ponantur.

Fama publica præcedente, Diffamatio  
nem præcedere debet inquisitionem, dixi  
supra quæst. 6. ibiq; uersic. Sed quoniam,  
& seq. posui quemadmodum fama probe-  
atur, restat hic tantummodo uidere, nun-  
quid ex ista assertione iudicis, dicentis in  
libello inquisitionis famam publicā præ-  
cessisse, dicatur probata fama. Doctores  
in hoc multum te inuoluunt, nam aliqui  
dicunt simpliciter, q̄ sic, & dicit Foller. in  
pract. crim. canon. fol. 87. num. 33. q̄ ita te-  
nent communiter Doctores. Aliqui distin-  
guunt, an iudex procedat ad instantiā ali-  
cuius, an autem ex mero officio, ita quidē  
ut si ad instantiam alterius procedat, te-  
neatur ille, qui promouet inquisitionem,  
facere fidem de fama, si uero procedat iudex  
ex mero officio, credatur ipsi iudici  
asserenti famam publicā præcessisse, Et dicit  
Car. Alex. in c. de accusatione, col. 25.  
circa med. secunda qua stio. octaua, q̄ ita

tenent communiter doctores. Alij distin-  
guunt inter iudicem ordinarium, & dele-  
gatum, ut scilicet delegatus non possit in-  
quire, nisi prius fama ipsa per testes pro-  
bata fuerit, Et in hoc uidentur concordare  
doctores omnes, ut dicit Berous in d. c.  
qualiter, & quando, num. 36. in fin. In or-  
dinario uero ubi procedat ex mero offi-  
cio, iufficiat, q̄ extraiudicialiter ei de fa-  
ma constet, Et hæc dicit esse communem  
opin. Aret. in c. cum oporteat, num. 43. &  
seq. de accus. Berous in loco præallegato,  
nume. 36. Et ex hoc inferunt, quod potest  
ordinarius formare inquisitionem, non  
examinatis testibus super infamia, & q̄  
ubi recipiat aliquos testes super infamia,  
non tenetur eorum dare copiā reo petenti,  
sed tamē si appelletur ad superiorem,  
dicit, quod tenetur iudex probare reum  
fuisse diffamatum, alias processus esset  
nullus, Et hæc attestatur esse communem  
opin. Alex. de Neuo, consilio 86. nume. 1.  
Aret. in d. c. cum oporteat, prout illum re-  
fert Boss. in titu. de inquisitione, post nu.  
70. Vbi etiam subdit, quod ista practica  
Breuitur quidquid sit de iure canonico,  
quo fuit inuenta ista diffamatio, practica  
fori civilis obseruat totum contra-  
rium, Et Berous in loco præallegato re-  
fert nonnullos attestantes seruari in pra-  
ctica, q̄ ordinarius non inquit ex mero  
officio, si prius non appareat de fama ex  
dictis testium, Et certe si obseruaretur il-  
la opinio, q̄ crederetur iudici de fama as-  
serenti, posset quilibet iudex procedere  
ad inquisitionem specialem criminis con-  
tra aliquem, asseredo, q̄ sibi extraiudicia-  
liter constat illum esse diffamatum de ip-  
so crimine, q̄ esset destruere totam practi-  
cam criminalera, secundum quam probi-  
betur iudici inquirere, nisi præcedat dif-  
famatio, aut aliquid aliud, q̄ aperiat uiam  
inquisitioni, ut dixi supra in d. quæst. 6. in  
principio, & uers. Sed retenta, & seq. Et di-  
cere, q̄ si pars appellet, tenebitur iudex  
facere fidem de infamia coram superio-  
re, mihi uir somnia vigilantium, cum bo-  
na uenia tantorum patrū, Et si quis uellet  
ista in practica obseruare, credo, q̄ omni-  
bus se deridendum præberet, Tu ergo dic,  
q̄ ad hoc ut iudex possit inquisitione sua  
Pract. Inl. Clar. N funda-

fundare super diffamatione, requiritur quod de fama constet per testes iudicialiter receptos, et ideo Ang. in repe. l. si vacantia, nu. 182. C. de bon. vac. moner iudicem ut sit cautus, quod semper recipiat dicta diffamantium ad bancum pro tribunali sedendo, ne possit obijci, quod diffamatio in oculis facta sit, quod dicit esse notandum Ang. de malef. in verbo, Fama publica, in primis verbis, subdens, quod quando recipitur a iudice talis diffamatio in suo bastardello, notarius maleficiorum debet dicere, Et predicta facta fuerunt ad bancum iuris iudice pro tribunali sedente, & dicit, hoc te me mē in practica ne erres. Sed certe ne que hoc seruatur in practica, nam stante generali consuetudine, quod ex omni delicto possit inquiri, hae informationes super diffamatione amplius non sunt in usu, quia semper fere aliquo alio modo contingit aperiri viam iudici ad inquirendum ab aliquo diffamatione, et ideo practica obseruat, quod confitio de delicto, eodem contextu adiuuuntur informationes super crimine, & super fama, ut dixi supra q. 6. versic. Vltimo tēcias.

**ET CLAMOSA** Insinuatione Referente, Clamosam Insinuationem requiri de iure vltra fama, ad hoc vt per inquisitionem procedi possit, dixi supra q. 6. versic. Item quaro.

**NON QUIDEM A** Maleuolis, & suspicatis, sed potius ab honestis, & veridicis hominibus, & personis, Debet enim fama habere originem a personis non suspicatis, ut dixi in d. q. 5. versic. Amplius etiam, & seq.

**NON SEMEL TANTUM**, Sed saepe & sepius ad aures, & notitiam d. si D. potestatis & iudicis, & curie, Requirit, quod fama non semel tantum, sed sepius ad aures iudicis ascendat, dixi supra in d. qu. est. 6. versic. Quaro nunc.

**ETIAM PER MODUM** Notarij auditu peruenit, Hec verba solent semper apponi in inquisitionibus, etiam quod delictum non sit notorium, Et sicut confit. Ang. de malef. in verbo, Etiam per modum notarij, nu. 1. vbi dicit, quod iudex habet semper in suis inquisitioni-

bis apponere istud verbum, Et quod a paucis vidit apponi, sed male faciunt, Augustin. autem ibi in addi. dicit, quod imo male faciunt iudices, qui apponunt hec verba, quando delictum non est notorium. Ego credo, quod iudices, qui apponunt ista verba in inquisitione, bene faciunt, etiam si sit dubium, an delictum sit contrarium vel ne, nam dicta verba nihil reoprejudicant. cum iudici non creditur asserenti delictum esse notorium, nisi aliter de notorietate appareat, possunt autem iudici prodesse, si aliquid omittentur in processu, ad eum excusandum, vbi deinde appareret quod delictum fuisse notorium, & quod iudex tanquam super notorio processisset. Quod autem dicatur delictum notorium, & quo modo in crimine notorio procedatur, dixi supra q. 9. per totum.

**QVOD DE ANNO PRAESENTI, ET MENSE OCTOBRIS**, In inquisitione debet exprimi annus, & mēsis prout in accusatione, secundum Bart. in l. 2. §. si publico, nu. 12. ff. de adult. Et ita communiter tenetur, ut dicit Card. Alex. in d. c. de accusat. col. 33. in fi. 2. q. 8. quem refert Foller. in practi. crimi. canon. fol. 91. post nu. 39. Hanc etiam opin. dicit esse communem Aret. in d. c. qualiter, & quando, §. debet. post nu. 116. Boss. in titu. de inquisitione, nu. 90. Et ita videtur de consuetudine obseruari per totum mundum, ut dicit Ang. in l. ea quidem, nu. 3. C. de accusat. Et licet Bald. in l. edita. in repe. Paratuna, nu. 30. tenuerit contrarium, quod scilicet in inquisit. non requiratur expressio loci, & temporis, illud tamen dictum Baldi communiter non tenetur, ut dicit Card. Alex. in loco preallegato, est enim inquisitio subrogata loco accusationis, Et quāuis lex magis considerat de iudice, quam de accusatore, non est propterea tollenda reo facultas suę defensionis, que potest resuscitare ex huiusmodi expressione temporis, Et quia hec conclusio non habet in practica aliquam difficultatem, non est super ea vlllo modo hesitandum. An autem in inquisitione debeat exprimi dies, recurritur ad ea, que dixi supra q. 12. versic. Dixi etiam.

Exstans

**EXISTENS** Notentia in Hospitio Leonis, Locus de necessitate exprimi debet inquisitione, prout in accusatione, de quo dictum est aliquod versic. precedenti, & latius supra quaestio. 12. versic. Est autem, & seq.

Ceterum hoc loco ea verba, que pertinent ad qualitates delictorum, omittuntur, quia diuersimode apponuntur in inquisitionibus, prout etiam varia sunt species delictorum. Et licet Ang. de malef. uoluerit omnia ad materiam criminalē spectantia tractare super clausulis, & uerbis vnicis inquisitionis, nobis vtilius est hic tantum tractare ea, que pertinent ad formam ipsius libelli citationis, cetera vero suis locis explicauimus.

Scienter, & Dolose, Hec verba in inquisitione apposita sunt maxime importantia licet iudices, vel potius notarij, qui sunt compilatores inquisitionum, illa sepius inconsiderate apponant. in primis enim multa facta puniunt scienter commissa, que ignorantur commissa non puniuntur, nam licet omnis ignorantia in delictis regulariter non excuset, ut dixi infra q. 60. versic. Quero nunquid nihilominus quando est probabilis, sepe vel excusatur in totum, vel saltem prodest ad mitigandam penam. Et hoc habet locum non modo si delictum commissum est in omittendo, sed etiam si commissum est in faciendo, puta si extat statutum, quod plians opem bannito, vel nobili delinquenti, acrius puniatur, certe debet probari, quod sciebat illum esse bannitum, vel nobilem, alias non habet locum dispositio statuti. Et ita se in facto obtinuisse dicit Angel. in l. 1. post nu. 1. versic. Videte domini. C. de mili. agger. non rumpen. quem refert August. ad Angel. de malef. in verbo, & ad querelam. post nu. 93. Preterea multum inter est, an in delicto interuenit dolus, uel ne, nam videmus homicidium, quod sine dolo committitur, mitius puniri, quam illud, quod dolose commissum est, ut dixi supra hoc eo. lib. §. homicidium. versic. Hec autem. Item nemo potest corporaliter puniri, nisi dolus in ipso delicto interuenierit, ut dixi infra q. 84. circa principium.

Super quibus omnibus, & singulis &c. Licet de iure in criminalibus non sit necessaria conclusio libelli, ut dixi supra q. 12. versic. Vltimo quaro tamen de consuetudine apponitur in inquisitionibus ista clausula, super quibus omnibus & singulis, &c. que est loco conclusiois, & ita de consuetudine seruari attestat Bart. in d. l. 1. §. si publico num. 13. quem refert Gomez Arias sup. l. 74. Tauri. circa principium. Ange. in d. l. ea quidem. post nu. 7. subdens, quod est optima practica, quia non est recedendum, saltem in d. l. ea quidem. num. 47. Angel. de malef. in verbo, super quibus omnibus, malef. secundum. Amadeus de syndicato unon. 32. Marian. in d. c. qualiter, & quādo. post nu. 209. versic. Sexagesimo tertio quo. Ducas reg. 31. num. 3. Boss. in tit. de inquisitione. nu. 80. Pract. Comradi, fol. 268. num. 42. Marcus decisio. 668. num. 3. Operatur autem hac clausula, quod licet regulariter, quando accusatio, vel inquisitio est proposita cum aliqua qualitate, si illa qualitas non probetur, non potest sequi condemnatio, neque etiam super eo, quod est probatum, tamen si in accusatione, vel inquisitione sit apposita ista clausula, poterit sequi condemnatio super delicto probato, etiam quod qualitas adiecta probata non fuerit, ut dixi infra q. 66. versic. sed quid si pro parte. Fortius dicunt aliqui, quod si aliquis fuerit accusatus, vel inquisitus de mandato, & deinde in processu non fuerit conuictus de mandato, sed tantum de consilio, adhuc virtute istius clausule poterit puniri de consilio, de quo est conuictus, licet non accusatus, vel inquisitus. Et dicit Placu li bro primo. delictorum. 16. quod huic sententia interpretum fere maior pars accedit. Quod tamen apud me non vrapit sine difficultate, & forte etiam in practica sine noua inquisitione, uel additione vix potest obtineri.

**SECVNDUM FORMAM** iuris, et statutorum. Hec clausula videtur in se continere incertitudinem: & possit et continere repugnantiam, vbi statuta imponerent penam diuersam, ab eo que imponitur per ius cōe, nihilominus talis clausula de consuetudine admittitur.

N 2 t am

ram in accusatione, quam in inquisitione  
vt attestatur Angl. de malef. in verbo,  
& contra formam iuris. num. 1. & ibi Aug.  
gust. in apostil. & fundatur talis consuetudo  
super glo. in l. senatus. in gloss. magna.  
ff. de accusatio. An autem tali casu de-  
beat iudex imponere poenam statuti, vel  
iuris communis, dixi infra q. 85. vers. De-  
bet etiam.

**INCHOATA, FACTA, ET  
FORMATA FVIT DICTA IN-  
QUISITIO PER DICTVM  
D. POFESTATEM, &c.**

Quæro est, nunquid de iure in inquisi-  
tione requiratur iudicis inscriptio, sicut  
in accusatione requiritur inscriptio accu-  
satoris? Respon. non, ita dixit Bart. in d.l. 2.  
§. si publico. nu. 12. & e omnium cõis opi.  
vt ait Marian. in d. c. qualiter, & qñ, nu.  
212. Iudex. n. non obligat ad poenam talio-  
nis, ex quo inquirit ex necessitate officij,  
p̄terea hodie ex consuetudine subacta est  
& in accusatione solemnitas inscriptio-  
nis vt dixi §. q. 12. vers. Ceterum hodie. Bene  
verũ est, qd ad hoc vt citatio, q̄ in manu  
reor cum libello inquisitionis, fidem faciat,  
solent iudices illam subscribere, &  
ita seruat communis practica.

Dicũm est de forma citationis, & qd  
continere debeat. Quæro nunc, qualiter  
citatio sit ipsi reo intimanda, & in primis  
scire debes, quod si adit in loco aliquod  
statutum disponens super modo citandi,  
illud est seruandum. Potest enim induci  
à statuto modus citandi, p̄ter ius com-  
mune, & tale statutum valet, & ita seruat  
consuetudo, vt attestatur Brunus de consue-  
tutibus in verbo. Absens. sed loquendo  
de iure communi, quæro an citatio debeat  
reo personaliter intimari, an autem suffi-  
ciat citatio ad domum? Respon. Aliqui  
dixerunt, quod ad hoc vt quis possit tan-  
quam contumax banniri, non sufficit cita-  
tio ad domum, ex ea enim indicit solum  
modo facta contumacia, sed requiritur  
quod sit verus contumax, & sic quod fue-  
rit personaliter citatus, & hanc opinionem  
dicit esse communem Maranta in suo spe-  
culo fol. 106. nu. 9. prout illum refert Ro-  
land. conf. 47. nu. 18. lib. 2. Tu vero dic, qd  
etiam in criminalibus sufficit, quod inti-

metur ad domum ipsa citatio, & hæc est  
communis opinio, ut attestatur Ale. in l.  
4. §. p̄tor ait. num. 3. in fin. ff. de damno in-  
fecto. quem refert Boer. in repe. l. consen-  
taneum. num. 104. C. quomodo, & quan-  
do iudex. Et dicit Gand. de malef. in rub.  
de citationibus. nume. 4. in fin. quod ita de  
generali consuetudine obseruatur. Ita  
etiam seruari in pract. attestatur Blanci  
pract. crim. fol. 11. nu. 24. Et quod talis ci-  
tatio ad domum sufficiat, ad hoc vt quis  
possit banniri, dicit seruari de consuetudi-  
ne Alber. in l. 1. nu. 22. C. de hered. in ff.  
& in quarta parte statutorum. quæstio. 51.  
intelligendo de domo, in qua habitat, &  
in qua sedem constituit, quem refert Nel-  
lus de bannitis, in tertia parte primi tem-  
poris. q. tertia. Et licet Innocen. in cap.  
fin. post num. 3. de eo, qui mitti. in post. rei  
seru. causa. tenuerit, qd nõ sufficiat ad hoc,  
vt quis possit excommunicari, citatio ad  
domum, sed quod debet personaliter mo-  
neri, & dicit Foller. in pract. crim. can. fo.  
133. nu. 15. quod illud dictum Inn. viden-  
tur seq. quali omnes Doctores, ego tamen  
non putarem esse recedendum à consuetu-  
dine, quod, scilicet etiam quom ad hunc effe-  
ctum sufficiat citatio ad domum, præter-  
tim vbi citandus latitaret malitiose, ita ut  
non posset personaliter reperiri. in hoc  
autem Ducatu habemus formam, secun-  
dum quam rei absentes citandi sunt, tradi-  
tam per decretũ in nouis constitutioni-  
bus in tit. de accusatio. c. procedant. que  
omnino seruanda est. Hæc autem omnia  
locum habent, quando reus est certus, sed  
quando perfectè nescitur, quis delictum  
commiserit, tunc (secundum aliquos) de-  
bet citari per proclama. cum sono tubæ.  
Et ita practicari attestat Berber. in Via-  
torio iuris. in rub. de iud. col. 5. vers. Sed  
pone. Quod tamen ego nunquam vidi in  
practica obseruari.

Sed nunquid requiritur, qd prius fiat per-  
quisitio, an reus possit personaliter inueni-  
ri, & postea fiat citatio ad domum,  
Respon. De iure vtiq; requiritur, quod ci-  
tandus perquiratur prius à nuncio per ci-  
uitatem, an possit personaliter reperiri, &  
vbi non reperitur deinde citetur ad do-  
mum. Sed quidquid sit de iure, contrarium  
serua-

seruatur de consuetudine, sufficit enim  
quod nuncius de direcio vadat ad domũ  
citandi, nulla prius facta perquisitione,  
Et ita tenuit Bald. in d.l. consentaneum,  
nu. 44. C. quomodo, & quando iudex. &  
ita seruatur vbiq; vt dicit Foller. in prac-  
crim. fol. 42. num. 28.

Scias tamẽ, quod ad hoc vt reus ardeat  
ad personaliter comparandũ, danda  
est ei copia citationis, alias enim non  
neteretur comparere. & ita seruatur Rom.  
curia, vt dicit Vestrinus in pract. lib. 4. tit.  
de cita. extra cur. quem refert Foller. in  
pract. crim. canon. fol. 135. nu. 23. & ita et  
vidi vbiq; seruari. Commissionis au-  
tem sue, & relationis non debet nunciũ  
copiam relinquere parti, idq; ex vsu sty-  
loque recepto, vt attestatur Pract. Iod. c.  
13. nu. 12.

Sed hæc quidem omnia de plano p̄ce-  
dunt, quãdo reus est in ciuitate vel terri-  
torio illius iudicis, de cuius mandato est  
citandus, Sed quid si sit in alieno terri-  
torio, quom poterit illi citatio intimari? Res-  
pon. Debet hoc casu iudex literas diri-  
gere ad iudicẽ illius loci, siue territorij,  
in quo citandus degit, vt ibi illũ citari fa-  
ciat, seu permittat, Et hic modus citandi  
communiter seruatur, vt dicit Albe. in l.  
1. nu. 2. ff. de requir. reis. & appellatur  
tales literæ subsidiales, siue in subsidium  
iuris, subdit tamen ibi Alber. se credere,  
qd de subtilitate iuris possit iudex reum  
citare extra suum territorium. Sed atten-  
ta generali consuetudine, non videt cir-  
ca hoc insistendum, nullus enim iudex ci-  
tat extra territorium suum, Et ita de facto  
seruatur: attestatur Iac. de Beluif. in prac-  
crim. in Rub. de fuga reorum, nu. 21. Iac.  
de Beluif. iunior in repe. §. contrahentes,  
nu. 142. in fin.

Possit forte dubitari, si vtrunq; terri-  
torij esset sub eodem principe, nunquid  
possit iudex vnus territorij citare reum  
in alio territorio degentem, nam Bar. in  
d.l. 1. §. 1. nu. 3. ff. de requir. reis. tenuit, qd  
quando sunt sub eodem principe provin-  
cia, possit iudex etiam per literas suas ci-  
tare reũ in alio territorio, Et hæc est cõ-  
munis opin. legistarum, vt dicit Aretin.  
consilio 135. col. fi. Et ita communiter te-

neri acceptatur ration. in l. fi. num. 24. ff. de  
iurisd. omnium iud. quem refert Marfil.  
in ea. l. fi. num. 34. & Marcus decif. 401. in  
vltimis verbis, a postil. ad Abb. in ca. r.  
sub nu. 2. ff. qui matri. accus. post. fo. Ar-  
no. Epitom. 71. sepe contingit. Contra-  
rium aut tenent communiter canon. vt  
attestatur Aret. in cons. præallegato, Et  
ideo dixit Ang. in d.l. fin. num. 6. quod in  
hoc articulo opus esset decisione impera-  
toris, quod distum Ang. refert Foller. in  
pract. crim. fol. 40. num. 27. In hoc ducatu  
seruatur opin. contra Bart. nam iudices  
semper citant reos existẽtes in alio terri-  
torio per literas subsidiales, prout etiam  
attestatur Bosl. in tit. de citat. post num.  
24. Et non est ab hac practica villo modo  
recedendum.

Sed quid si reus nullum habeat domi-  
ciliũ, sed sit vagabundus, quom poterit ci-  
tari? Respo. Pract. Millen. fol. 34. nu. 13. &  
seq. dicit, quod sufficit illum citari per  
libellum lectum, & affixum in ede, vel  
voce præconis in publico, et subdit, qd  
ita de consuetudine solent facere seruic-  
tes, siue nunciũ, qui si non inuenerint reũ  
vagabundum citandum, referunt sim-  
pliciter se citasse reum, non dicendo  
vbi citauerint. Sed certe apud nos non  
seruatur hæc practica, sed citatur reus in  
forma absentis, iuxta dispositionẽ con-  
stitutionis huius ducatus, de quibus su-  
pra dixi.

Quæro modo, nunquid in criminali-  
bus vna citatio sufficiat, an autẽ plures  
requirantur? Respon. De iure videtur, qd  
plures requirantur, vt colligitur ex tex. in  
l. absentẽ. ibi sepius moniti, ff. de penis.  
sed hoc de consuetudine non seruatur, vt  
dicit Vitali. de malef. in Rub. de citatio.  
num. 1. subdens, quod assessores faciunt  
pro suo arbitrio. Tu vero aduerte ne er-  
res, nam Aut queritur, an præiura tantum  
vna citatione possit reus condemnari, &  
dic, quod non, & ita procedat text. in d.l.  
absentem, nam vltra primam citationẽ  
debet etiam reus citari ad allegandũ, &  
deinde peremptorie à iudice tantum factũ  
dum dispositionem iuris communis, vel  
aliter secundũ formam traditam à statu-  
tis, vel à consuetudine, quæ seruatur in  
Pract. Iul. Clar. N 3 09,



co, in quo iudicium agitur, aut querit, an quando citatur peremptorie reus, requirantur tres citationes, secundum traditam in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dano infecto. an vero vnica citatio sufficiat, Et dicendum est, quod etiam in criminalibus vnica citatio peremptoria sufficit per omnibus, quicquid dixerit Cy. loquendo per verbum credo, in l. 1. ver. Quarto quero. C. de requir. reis, cuius opi. communiter reprobat, ut dicit Fel. in ca. consuluit, post nu. 13. ver. Quarto fallit. de offic. dele. quem refert Boss. in titu. de sent. nu. 4. Et haec sententia contra Cy. est communiter recepta, ut dicit Blanc. in prac. crim. fol. 10. nu. 19. Vbi etiam subdit, quod ita de consuetudine obseruatur, ita etiam communiter teneri attestatur Alex. in l. cotumacia, nu. 14. ff. de re iud. Guliel. de Benedic. in secunda parte reper. ca. Raynuitius, folio. 91. nume. 152. Et licet gloss. in clemeu. prima, in verbo Tertio. de vita, & honesta. cleric. sentire videatur, quod quando lex disponit, quod citatus incurrat penam ratione contumaciae, requiratur praecise trina citatio, & illam gloss. dicit communiter approbari Alexand. in dicta l. contumacia, numer. 12. ff. de re iudica. veritas tamen se habet in contrarium, quod scilicet etiam vbi agitur ad penam, sufficit vna citatio peremptoria pro omnibus, Et haec dicit esse communem opinionem. Affic. decif. 289. ferentis. Rex. nu. 7. Et in hoc non est dubitandum, praesertim in tante generali consuetudine.

Sed hic quero, nuquid etiam in causis criminalibus omnino necessaria sit citatio peremptoria? Respond. Aut sententia est ferenda contra reum contumacem, & de hoc dixi infra q. 44. ver. Item quero, Aut vero reus est praesens in iudicio, & tunc sententia condemnatoria capitalis contra eum fertur non modo ipso legitime citato, sed et solet in eius faciem pronunciari, Et ita obseruat totus mundus, ut dicit Ang. in l. pe. §. ad crimen, post nu. 4. ver. Septimo fallit. ff. de pub. iud. que refert August. ad Ang. de malef. in verbo Qui D. iudex, post nume. 12. & in verbo, Qui iudex commisit L. praconi. in fin. &

Boss. in tit. de citation. nu. 8. & in titu. de senten. nu. 15. & Prac. Conradi, fol. 44. nu. 7. Et ita communiter fieri consuevit, se dicit Barba. consil. 70. num. 2. lib. 4. ita etiam quotidie praecitari attestat Blanc. in prac. crim. fol. 18. nu. 40. neque hoc casu potest interuenire procurator, Et est communis opin. ut dixi infra qst. proxima, ver. Item quero, & in specie ita passim receptum esse in Flandria attestatur Praet. Iodoc. fol. 149. nu. 12. Sed certe in hoc ducatu haec praecitica, non seruatur, nam quando reus est in carceribus, sententia condemnationis fertur contra eum, absque eo, quod citetur, aut conducatur ad praesentiam iudicis, sed sufficit monitio generalis, de qua dixi infra quaest. 45. ver. Facta autem. Sed neque etiam sententiae criminales in hoc ducatu pronuntiantur ab ipsis iudicibus sedentibus pro tribunali, nisi quando proferuntur contra cotumaces, sed notarij scribunt sententias de commissione iudicum, & ipsi illas subscribunt & deinde mittuntur executioni, & in his nullo modo est ab ipsa loci consuetudine recedendum.

Vltimus quero, nunquid in causa criminali citandus sit fiscus, & accusator? Respon. In hoc ducatu habemus decretum in nouis constitutionibus in titulo de accusat. cap. 1. o amplius, disponens, quod in omnibus actibus praedicialibus, etiam ante inquisitionem formandam debet citari pars offensa, & fiscus, & ita seruatur. De iure autem communi non reperio, quod haec citationes sint de substantia processus vsque ad sententiam, sed ad sententiam ipsam ferendam, dicit Bossius in titulo de sentent. numero decimo septimo, quod sunt citandi omnes illi, qui sunt in causa, & cum quibus est lis contestata, alias sententia est nulla, & subdit, quod haec est communis opin. sed certe quo ad accusatorem, cautela est, quod iudex faciat sibi ab eo dari licentiam procedendi, & expediendi processum, etiam ipso absente, & eo casu poterit procedere etiam ad sententiam absolutoriam eo non citato, ut dixi infra quaestio. 45. versiculo, Facta autem, de quo tamen vide quae dixi supra quaestio. tertiam.

tia, versiculo, superflua igitur, uel quod pars accusata faciat illi citari iuxta praecitica, quam tradit, & seruari attestatur Caraita super 202. ritu magna curia numero quarto. in fine. & numero quinto. Quo vero ad fiscum in hoc Ducatu, quando reus est praesens, consuetudo est quod fiscales subscribant ipsi sententiae, & sic potest dici, quod sententiae criminales apud nos proferuntur non modo fisco citato, sed etiam praesente, si uero reus est contumax, non citatur fiscus neque accusator, sed fit condemnatio ad solum tubam, uel campanam, ut dixi infra quaestio. quadragesima quarta. versiculo, Item quero, quae quidam campana, uel tuba habet vim citatois actoris, & rei, & omnium litandorum. Et hoc est tylo, & consueuunt, ut attestatur Augustin. ad Ange. de malef. in verbo, & ibi caput. post numerum secundum. subdes, quod talis tylius & consueuunt faciunt ius. Vide quae dixi supra versiculo, Dicitur est, & supra quaestio. Undecima. versiculo, Sed quid est cotumoso.

Vltimo quero, Tu scis, quod in citatione semper solet apponi aliquis terminus, puta tridui ad comparandum, & respondendum inquisitioni, &c. nunquid pendente eo termino iudex poterit capi facere reum inquistum? Respon. deo. quod sic, & ita seruatur, ut dicit Bossius in titulo de captura. numero de cimo. Et ideo quando rei timent ne capiantur, cautela est, quod exhibeant fideiussorem de comparando intra certum terminum, & praestita & huiusmodi fideiussione solet tolli decretum capture.

QVAEST. XXXII.

SVMMARIVM.

Procuratorem non esse audiendum in causis criminalibus.  
Et quid in criminibus priuatis, versiculo, Et haec conclusio.

Et quae sit ratio, vers. Ratio autem.  
Et quid si imponatur pena pecuniarum, vers. Ceterum.

Et quid si imponatur pena relegationis vel minor, vers. Hinc est.  
Et quid si imponatur pena priuationis, seu depositionis ab ordine, versiculo. Idem etiam.

Et quid si pro crimine pro quo de iure communi imposita est, ana corporalis, statutum imponat penam pecuniarum, vers. Dicitur est.

Et quid si pro crimine imposita sit pena arbitraria iudici, vers. Sed quero.

Et quid si imposita sit pena pecuniarum, quae si non soluerit negligenda sit pena corporalis, vers. Vltimus quero.

Et quid si signoretur, an uisus sit laethale, uel non, vers. Sed pone.

Et quid in casibus, in quibus potest contra ab sentem procedi ad sententiam diffinitiuam, vers. Haec autem.

Et quid si reus sit ex alio maleficio bannitus, vers. Tu scis, quod bannitus.

Et an hoc casu debeat ei concedi saluus conductus, ibidem.

Et quis possit eum concedere, vers. Sed hic quero.

Et an in casibus, in quibus potest contra moribus procedi, substitatur procurator, vers. Debes scire.

Et quid si reus sit carceratus, versiculo, Item quero.

Et quid si procurator uel pro absente allegare tantummodo causas absentis, vers. Practica autem.

Et quid si uelit opponere, quod reus habet in eo loco capitalis immunitas, vers. Idemque, si talis.

Et quid si uelit opponere exceptiones contra personam accusatoris, uel iudicis, vers. Pariter etiam.

Et quid si uelit opponere occisum fuisse bannitum, ver. Quero modo.

Et an in causa unitatis admittendus sit procurator, vers. Quare in causa.

Et an quando proceditur per uiam exceptionis, vers. Tu scis, quod in casibus.

*Et an possit pro accusatore procurator intervenire, uers.* Quæro nunquid.  
*Et quid si non fuerit oppositum contra procuratorem, an processus ualeat, uersic.*  
 Pone quod in causa.  
*Et an sententia ferenda sit contra dominum absentem, uel contra procuratorem presentem, uersic.* Vltimo quæto.



**A**EPENVMERO in causis criminalibus, post intimatas rei citationes comparent procuratores, & excusatores, qui multas exceptiones proponunt, propterea videndum est, nunquid sint huiusmodi procuratores in iudiciis criminalibus admittendi. In hac autem questione facienda est in primis conclusio, quod regulariter in causis criminalibus non admittitur procurator, ut est text. in l. penultima §. ad crimen. ff. de publi. iudic. ubi omnes notant, & in l. litem uam quoque §. publice. ff. de procura.

Et hæc conclusio locum habet, non modo in criminibus publicis, prout loquitur text. in d. §. ad crimen. sed etiam in priuatis delictis, & est communis opinio. Vt attestatur scribentes in eo. §. ad crimen. & in specie Benedic. de Plumb. post nume. 3. & Rubens, post nume. 10. & 12. & seq. Marian. in capit. ueniens. nume. 20. & seq. de accusatio. quem refert Rossius in titu. An in causis criminalibus, &c. post nume. 1. uersic. Prima igitur Rub. in d. §. publice. nume. 2. in fin. Menchiaca controuers. usu frequentium. c. 39. nume. 24. Et dicit Bar. in d. §. ad crimen. nume. 11. quod ita seruat consuetudo. Quod tamē intellige ut procedat, qñ pro huiusmodi priuatis delictis imposita est pœna à relegationem supra, iuxta ea quæ dixi infra uers. Ex hac autem. & seq.

Ratio autē huius conclusionis est, quia quilibet reus mittitur procuratorem, q̄ pro ipso compareat, & ubi ipse esset condemnandus pro delicto in aliquam pœnam corporalem, non posset fieri executio condemnationis. Sic etiam quilibet accusator posset constituere procuratorem, & ubi succumberet in iudicio

accusationis, euaderet condemnatione, quæ contra eum faciendâ esset ad pœnâ rationis, & sic omnia iudicia criminalia redderetur elusoria, & hæc est magis communis rō ut dicit Alb. i. d. §. publice. post uu. 18. Blanc. in pract. crim. fol. 15. nu. 14. Bene uerum est, q̄ quantum ad accusatorem hodie cessat hæc ratio, cū sit sublatâ pœna rationis, ut dixi infra q. 81. & consequenter respectu accusatoris cessat etiâ ipsâ conclusio. Et ideo ex parte accusantis semper admittitur procurator, ut dixi infra uers. Quæro nunquid.

Ex hac autem ratione inferit, conclusionem ipsam intelligendam esse ut procedat in illis causis criminalibus, in quibus uenit imponenda pœna corporis afflictina, ut scilicet in illis non sit admittendus procurator, & hæc est communis opinio, ut dicit Sapia in repet. l. imperium. nu. 42. ff. de iur. iud. Et ideo ubi pro crimine imponeretur pœna fustigationis, uel huiusmodi, non esset procurator admittendus, & hanc dicit esse communem opinionem Menchiaca controuers. usu frequent. c. 17. nu. 7. Si tamen in aliquo loco esset consuetudo q̄ admitteretur, illa seruanda esset, prout attestatur esse styli, & consuetudinem patriæ Delphi. Guido papæ de iur. 338. alius accusator, q̄ scilicet in causis criminalibus non capitalibus admittit reus per procuratorem, etiâ ad media causæ.

Ceterum ubi ex iuris depositione non imponitur pœna corporis afflictina, sed tantum pecuniaria eo casu uicq; admittitur procurator, & hæc est communis conclusio omnium Doctorum tam iuris civilis, q̄ canonici, ut dicit Maria. in d. c. metus. nu. 24. Menchiaca in d. c. 17. in fi. In istis enim casibus cessat rō conclusionis superius adducta, nā cū executio condemnationis faciendâ sit in bonis, non autem in persona nihil interest huius, neq; partis an reus personaliter compareat, uel per procuratorem se defendat.

Hinc est, quod si agat de delicto, pro quo tantummodo uenit imponenda pœna relegationis, uel alia relegatione minor, poterit procurator intervenire. Ita tenent gl. in d. §. publice. in uerbo datus. & est

& est communis opinio, ut attestatur scribentes in dicto §. ad crimen. & in specie Benedic. de Plumbino, post num. 24. & Rubens, num. 124. & seq. Idem attestatur scribentes in d. c. ueniens. & in specie Abb. num. 18. & Anan. num. 18. & Marian. num. 41. & sequent. & Berous numero 35. subdens, quod ita feratur in practica. Hanc etiam dicit esse comunem Cyn. in l. reos colum. prima uers. Secundo casu. C. de accusatio. subdens, quod illam sequitur usus casuum Italiz. Barto. in d. §. ad crimen. post nume. 4. subdens, quod ita indicaret, Signorol. consil. 169. numer. 52. Angel. in l. reos. post numer. 1. Paul. de Castro, in l. §. publice. prout illum refert Anto. Gomez libro delictorum. cap. 1. numero 13. Cepolla consil. crim. 72. uersic. De primo non uideur. Cardinal. Alexandrianus in cap. si quando. colum. 7. uersic. In gl. ibi. secunda, quest. 6. Blanc. in pract. crimina. fol. 20. nu. 51. Folle. in pract. crim. fol. 131. nume. 6. & fol. 132. post numer. 12. Practi. Coradi, fol. 262. nume. 4. Berous in d. cap. ueniens. nume. 35. & 39. quem refert Vitius in lib. comunium opinionum. in uerbo, Procurator in capitalibus. Menchiaca, controuers. usu frequent. in d. c. 16. num. 6. Caraita super ritu 108. magnæ curiæ. nume. 2. & super ritu 69. nume. 8. ubi dicit, q̄ ita concludunt communiter Doctores, Hanc etiam opinionem de consuetudine seruari attestatur Alberi. in d. §. publice. num. 6. & seq. Cepolla, consil. crim. 55. uersic. Secundo, non obstat. Et dicit Salicet. in d. l. reos. num. 4. quod hanc opinionem consuetudine roboratam esse omnes fatentur, & licet aliqui uoluerint facere differentiam, an relegatio sit ad certum locum, puta in aliquam insulam, uel ciuitatē, quam uulgo consinationem appellant, an autem sita certo loco, puta ab aliqua prouincia, uel territorio, quod uocamus exilium, nihilominus indistincte tenenda est communis conclusio, quod scilicet utroque casu admittatur, & ita tenent communiter scribentes, ut dicit Rubens in d. §. ad crimen. nume. 146.

Idem etiam eadem ratione dicendum est in casibus, in quibus tantummodo imponitur pœna priuationis, seu depositio-

nis ab ordine, seu dignitate, in his enim pariter poterit reus per procuratorem se defendere, & est communis opinio, ut dicit Benedic. de Plumb. in dicto §. ad crimen. post num. 24. Marian. in d. c. ueniens. numero 50. Rubens in dicto §. ad crimen. nume. 150. & sequent. & in dicto §. publice. numero 44.

Dictum est, quod in his criminibus, pro quibus imponitur pœna pecuniaria admittitur procurator, modo tu scis, quod pro homicidio de iure communi imponitur pœna mortis. Pone quod ex dispositione statuti alicuius ciuitatis imponatur pro homicidio pœna pecuniaria, nunquid poterit reus de homicidio imputatus comparere per procuratorem? Respon. quod sic, & in hoc omnes concordant, ut dicit Bald. in dicta l. reos. numero 24. C. de accus. Marian. in d. c. ueniens. nu. 24. in fine. & post numer. 30. uersic. Sed aduertendum, quem refert Boff. in tit. an in crim. iud. &c. in prima conclusio. Et dicit Signorol. consil. 2. numer. 15. quod ita tenent communiter doctores. Idem dicit Mola in d. §. ad crimen. post nume. 20. uers. Si autem statutum. Salic. in d. l. reos. numero 9. Hanc etiam opinionem dicit esse comunem Rubens in dicto §. ad crimen. numer. 183. Cum enim dispositio statuti in loco, in quo uiget, succedat loco iuris comunis, ut dixi supra lib. 1. non est habenda in consideratione pœna iuris comunis: sed tantummodo pœna statuti. Hoc tamen intellige ut procedat, quando statutum imponit simpliciter pœnam pecuniariam pro homicidio, nam eo casu utique potest procurator interuenire. Si uero statutum imponat pœnam mortis, à qua possit se liberare soluendo pœnam pecuniariam, tunc quia principaliter imposita est pœna corporalis, non esset procurator admittendus. Et ita dicit communiter teneri Alberi. in secunda parte statutorum. q. 123. Sed certe hæc questio raro poterit in practica contingere, cum fecundum magis cōmunem opinionem, huiusmodi statuta imponentia pro homicidio pœnam pecuniariam non ualeant, nec sint obseruanda, ut dixi supra hoc eo. li. §. homicidium. uersic. Sed nanquid.

Sed quero, quid si ex dispositione iuris communis, vel statutorum pena alicuius delicti remissa sit arbitrio iudicis, nūquid hoc casu erit admittendus procurator? Respond. Si quidem pro eo delicto ex tali arbitrio iudices non consueverunt imponere penam corporis afflictivam, utique poterit procurator intervenire, alias secus. Et ita observatur de consuetudine, ut attestatur Ang. in d. §. ad crimen. in vltis verbis, quem refert Imola in d. §. ad crimen. post nu. 20. vers. Quid autem sit pena. Sed hoc intellige ut procedat, quando pena est commissa arbitrio ipsius iudicis, sed esset referuata arbitrio principis, vel superioris, non est audiendus reus per procuratorem, etiam quod princeps pro eo delicto aliquando penam corporalem non imposuisset, nam ea, quae pendent à voluntate principis, non sunt inferiorum regulis subiicienda.

Uterius quero, pone quod lex, vel statutum imponat pro aliquo delicto penam pecuniariam, sed in casu, in quo non soluerit penam pecuniariam intra certum tempus, imponeret penam corporis afflictivam, nunquid poterit reus eo casu comparere per procuratorem? Respon. quod sic, ita dicit Imola in d. §. ad crimen. num. 20. & est communis opinio, ut ait Marian. in d. c. veniens. post nu. 32. col. tertia. vers. sic. Sed adverte. Rubeus. in dicto §. ad crimen. numer. 179. & seq. Hoc tamen intellige ut procedat, dummodo principalis ipse sit notorie solvendo, vel (vbi non sit idoneus) praestet idoneam cautionem de solvenda condemnatione pecuniaria, vbi est condemnari contingat, alias vero tenetur personaliter comparere, ne forte condemnatio redderetur elusoria, & ita fertur a. ur. vt dicit Blanc. in pract. crim. fol. 29. numero 113.

Sed pone, tu scis, quod ex forma statutorum pro vulnere communiter imponitur pena pecuniaria, pro homicidio verò imponitur pena mortis, modo Titius vulneravit deum, & dubitatur, an vulnus sit lethale, vel ne. Quero, si procedatur contra Titium, an eo casu sit admittendus, vt compareat per procuratorem? Respon. Aliqui dicunt, quod potest iudex hoc casu ad-

mittere procuratorem, sub conditione, quod si deus moriatur habeatur pro non admisso, & hanc dicit esse communem opinionem Alexan. in l. preter ait. in prin. nu. 5. & seq. ff. de damno infecto. sed certe hec practica mihi nunquam placuit, quia hoc modo, si postea sequeretur mors vulnerati, iam reus fecisset suas defensiones absque personali constitutione, quod esset vade inconveniens, & licet eo casu potest iudex, inhauriendo admittenti procuratori conditionaliter factae, decernere quod tales defensiones haberentur pro non receptis, si nihilominus sit eis apparet de innocentia rei, non video, quomodo possit eum quamvis contumaciter condemnare, Propterea, iudicio meo tuior est practica, quae servatur in hoc Ducatu, scilicet iudex supersedeat à procedendo, donec videatur exitus, an ex vulneribus sequatur mors, vel non. Quam etiam practicam arbitror esse iuri communi magis conformem, nam clarum est, quod etiam si aliquis alium lethaliter vulneraverit, ita vt certum sit illum ex eo vulnere periturum, non propterea potest ingredi de homicidio neque puniri de occiso ante quam vulneratus moriatur, vt dicit Bar. in l. damali. §. Sabini. nu. 5. ff. de damno infecto. & est communis opinio, vt attestatur Card. Alex. in c. 1. in princip. col. 2. in prin. quib. modis feud. amitt. pro ut illum refert Placa lib. 1. delictorum. c. 12. post nu. 14. Non potest ergo iudex contra eum procedere nisi de vulnere, & sic vbi mors postea sequatur, opus erit nouo processu, & noua condemnatione, & omnia prius acta erunt frustratoria, & nullius momenti. Bene verum est, quod in hoc Ducatu, in quo ex dispositione constitutionum pro vulneribus illatis animo delibato est imposita pena mortis, utique potest iudex procedere, etiam non expectato euentu, saluo tamen iure procedendi de homicidio vbi mors sequeretur, ex quo utroque casu reus tenetur personaliter comparere, & sic nihilum potest sequi inconueniens, & hoc aliquando videtur servari in casibus atrocibus, & ceteri expeditione dignis.

Hec autem conclusio, quod in causis criminalibus non sit procurator admittendus,

tenendus, non videtur de iure communitatem praedictam afferre posse imputatis de aliquo crimine, ex quo regulariter de iure communi non potest procedi contra absentem ad sententiam diffinitivam sed tantummodo sit annotatio bonorum, vt dixi infra quest. 44. Sed quid dicitur in casibus, in quibus absens potest diffinitive condemnari ex forma statutorum, quod communiter vigent in ciuitatibus Italiae, & alijs, dispoentium, quod contumax habeatur pro confesso, & conuicto, & possit capitaliter condemnari, nunquid istis casibus erit admittendus procurator, qui pro ipso absente interueniat? Respon. Hec est ardua questio, in qua doctores tam antiqui, quam moderni varie locuti sunt, nam Cyn. in d. l. reos, col. fin. versiculo, Tertio queritur. C. de accus. videtur remisse, quod vbi absens potest diffinitive condemnari, sit admittendus procurator, referens Dyn. ita consiluisse in facti contingentia, Et hanc opi. dicit esse communem Imola in dicto §. ad crimen, numero 17. in fin. quem refert Cora. consilio 17. in princip. lib. 3. & consilio 122. in litera B. lib. 4. & consilio 335. quod est consilium ultimum in litera G. li. 3. & Rutin. consilio 118. in primis verbis, libro 5. Ang. in dicto §. ad crimem, post nume. 47. versiculo, Non fallit, ubi etiam subdit, quod ita practicatur ubique, quem refert August. ad Ang. de malefici. in ue. bo. Qui dominus iudex, sub numero 13. Cepolla consilio criminali 46. versic. Preterea dico, Abb. in d. capitulum veniens, post numerum 19. Marian. in d. capitulum veniens, numero 54. & sequen. Bellimeri de iur. 717. si clericus, Et dicit Alex. de Neuo consilio 90. numero 3. quod hec est communis opin. legistarum, & canon. quod consilium est repetitum inter consilia criminalia diuersorum consilio 89. libro primo, Dicit etiam Cyn. in d. l. reos, versiculo. Item scire debetis, quod hec est communis opin. maiorum hostorum, & quod quidquid sit de iure, consuetudo Italiae approbat hanc opi. & illum refert Corn. consil. 273. in litera D. lib. 3. Contrarium autem sententiam, scilicet quod etiam in casibus,

in quibus potest contra absentem procedi ad sententiam diffinitivam, non sit admittendus procurator, tenuit Rayn. in d. l. reos, Et dicit Bald. in ea. l. reos. numero 25. quod hec est veritas secundum omnes, Hanc etiam opin. dicit esse communem Benedic. de Plumburo in d. §. ad crimen, num. 120. & seq. Alex. consil. 116. numero. 18. lib. 2. ubi etiam subdit, quod omnes dicunt ita de facto seruari, quem refert Marfil. in pract. crim. §. sequitur, nu. 27. & Rubeus in d. §. ad crimen, nume. 61. & Vantius de nullitatibus, fol. 239. nume. 177. circa fin. & Pract. Conrad. fol. 252. numero 5. lat. in l. secunda. C. qui testis. facere poss. prout illum refert Rubeus in d. §. publice, numero 26. Et dicit Pract. Papie. in forma inquisitionis, in verbo. Hec est quaedam inquisitio, nume. 34. in fin. quod iudices maleficorum nolunt aliquem audire quomodo conueniat. Mihi semper placuit opin. Rayner. quod etiam in istis casibus non admittatur procurator, quae etiam (quicquid dicant tenentes contrarium) est magis communis, & in practica indistincte observatur, ut attestatur Alberi. pater practica in d. §. publice, numero 24. Alias autem destrueretur tota practica criminalis, cum hodie ex consuetudine totius Italiae, pro quocunque crimine possit absens (etiam ad mortem) condemnari, ut dixi infra questione 44. sequeretur enim, quod in quacunque causa procurator esset admittendus, quod esset (iudicio meo) absurdissimum, & ita tene, & serua in practica, & non errabis, Et in omnem casum doctores tenentes contrariam sententiam fore omnes fatentur, quod potest iudex dicere procuratori, quod vult, quod principalis personaliter compareat tanquam melius informatus, & quod assessores hoc observant in prac. Et hac cautelam ponit Gand. & alij quae etiam se uti solitum fuisse dicit Ang. de malefici. in verbo. Qui dominus iudex videns, num. 17. Illam etiam ponit Bart. in l. 2. §. defendi. nu. 2. ff. ex quibus causis in poss. eant, ubi dicit, quod haec est communis practica, Et hoc etiam videtur fuisse ex mente Bart. in l. qui bona. §. si alieno, nu. 16. ff. de damno infecto. cuius opi. in communi tenentur

munitur recipit, vt dicit Rubens in d. §. publice, post num. 31. Et ita seruat totus mundus, ut dicit Paul. de castr. in d. §. publice, nu. 12. subdens, q. nisi hoc fieret, nūquam daretur aliqua sententia in criminalibus, quia semper mitterent procuratorem, qui cum suis cauillationibus obuiaret, vt dixi infra quæst. proxima, vers. Quinimo ut dixi. Et ideo vbique citatio continet quoddam reus personaliter compareat, non est tractandum, an possit admitti procurator, vel excusator, sed necesse est, q. ipse reus principalis psonaliter compareat, ut declarat Ruin. in allegato cōsi. 178. li. 5. Bene verum est, q. si talis procurator non vellet cām absentis defendere, sed tantummodo proponere cās absentis, eo casu vtiq. esset audiendus, Et in hoc vtriusque partis fautores conueniunt, vt attestatur Menchiaca controuers. vlti frequentium, cap. 17. nu. 2. ubi dicit, q. hæc non modo est communis, sed receptissima omnium opi. Vide quæ dixi infra vers. sic. Prædicta autem.

Sed nunquid admittendus saltem erit excusator, qui pro absente compareat ad eum defendendum? Dixi infra quæst. proxima, vers. Sed quod plus est.

Tu scis, q. bannitus pro uno maleficio potest etiam pro alio maleficio inquiri, & banniri, ut dixi supra quæst. 16. vers. Sed nunquid. Pone modo, quod bannitus pro vno citetur vt compareat pro secundo maleficio, nunquid poterit comparere per procuratorem, ex quo propter primam condemnationem nō potest personaliter comparere ad se defendendum? Respond. q. non, & sibi imputet, si non potest personaliter comparere, cū id euenerit ex suo maleficio, ex quo non debet ipse cōsequi commodum. ut effugiat executionem secundæ condemnationis, ubi veniret condemandus. Debet ergo impetrare saluū conductum respectu primæ condemnationis, & personaliter comparere pro secunda ad se defendendū, & ita practicat, ut dicit Blanc. in prac. crim. fol. 23. nu. 102. & talis saluū conductus non potest ei denegari, alias esset illi auferre facultatem se defendendi, Et ita se pluries fieri vidisse attestatur Boss. in tit. de citat. nu. 36.

Sed hic quæro, quis possit huiusmodi saluū conductum bannito concedere? Respond. De principe non est dubium, q. potest illum concedere, sed quid in iudicio? dicendum est, q. & ipse potest de iure illum concedere, & est communis opi. vt attestatur Blanc. in prac. crim. fol. 33. nu. 15. & seq. Quid, quid tamen sit de iure, in hoc Ducatu iudices non concedunt huiusmodi saluū conductum, sed solum principis, vel senatus, ut dicit etiam Boss. in loco præallegato, et reperio, q. cum prætor Cremonæ, qui iuxta solitum erat senator, talem saluū conductum concessisset, senatus ei rescipit, vt posthac abstineret, & permitteret, ut à senatus peteretur. 26. Februarii. 1554.

Debes scire, q. sunt aliqua delicta, pro quibus potest procedi etiam contra mortuos, & eorum memoria damnari, ut est crimen hæresis, & alia, de quibus dixi infra q. 51. vers. Quæro nunc, & seq. Pone ergo, q. in aliquo ex illis delictis procedatur contra aliquem iam defunctum, nunquid potuerunt eius hæredes constituere procuratorem, qui ipsam mortuū defendat? Respond. q. sic, & ita in facto obtinuit quidam Romanæ temporis Clementis 5. coram quo fuit accusatus de hæresi Papa Bonifacius VIII. iā mortuus, ut recenset Alb. in rub. C. de hæret. nume. 15. & in d. §. publice, num. 17. in fin. quæm refert Rubens in d. §. ad crimen, nume. 83. & seq. subdens, ab hac opin. tanquam communi non esse recedendum, Cessat enim hoc casu ratio conclusionis, & regulæ, de qua supra, quod scilicet nisi reus compareat personaliter, iudicium poterit reddi elusorium, nam hoc casu neque reus potest personaliter comparere, neque in eum iā mortuum potest fieri executio, iuxta ea, quæ dixi in dict. quæst. 51. vers. Sed hic incidenter.

Item quæro, quid si reus sit præsens in iudicio, q. scilicet fuerit captus, vel sponte se constituerit, nunquid pro eo poterit procurator interuenire? Respond. quod sic, Et in hoc omnes doctores concordant, ut dicit Bald. in d. l. reos, nume. 21. C. de accusatio. quem refert Marian. in d. c. ueniens, num. 6. Et quod quando reus

est

est ex illa causâ carceratus, possit pro eo interuenire procurator, dicit esse cōmunem opinionem Imola in d. §. ad crimen, num. 18. & seq. vbi etiam subdit, quod ita seruat consuetudo, quem refert Ant. Gomez. cap. 1. delictorum, nume. 14. licet dicat, quod cauti iudices faciunt actus processus cum ipsi hæret carceratis, subdens q. ita est communis vsus, & stylus in practica, quod tamen intellige secundum ea, q. statim dicam. Aret. in d. cap. ueniens, numero 74. Cardina. Alexandrin. in cap. si quando. colum. quarta. vers. Sed tenendo. secunda, quæstio. sexta. Rubens in d. §. ad crimen, nume. 68. & seq. Menchiaca controuers. vlti frequentium, cap. 17. nume. 4. in fi. I. etiam communiter teneri, & seruari attestatur Abb. in d. c. ueniens, nu. 20. Et dicit Bar. in d. §. ad crimen, numero 10. quod ita approbat consuetudo, quæ refert Benedi. de Plum. in d. §. ad crimen, num. 37. Idem dicit Bald. in dicta l. reos, num. 40. in fi. Tu verò, reeres, distingue etiam ex mente Doctorem in locis præallegatis, & dic, quod Aut queritur, an quando reus est personaliter in iudicio constitutus, possit admitti pro eo procurator ad respondendum accusationi, vel inquisitioni, vel interrogationibus, quæ ei sunt à iudice super delicto, siue in primo examine, siue in aliis, siue in tortura, & tunc dicendum est, quod nullo modo potest pro eo procurator interuenire, sed debet personaliter duci ad bācum iuris, vel ad locum tormentorū, & per seipsum respondere. Et ita practicitur, vt dicit Angel. in dicto §. publice, post nume. 5. quem refert Paul. de Castro in cod. §. publice, nume. 9. & Angel. de malefic. in verbo, Qui dominus iudex videns, quod inquisiti, numero 12. Ita etiam practitari attestatur Ange. in dicta l. reos, num. 2. in fine. Aut queritur, an possit procurator interuenire ad alios actus causas, puta ad opponendas exceptiones, producendum capitula, & alia faciendum in ipsa causâ. Et dicendum est, quod sic, & ita dicit se pluries obtinuisse, & vidisse de facto obseruari. Albar. in d. §. publice, post nume. 18. vers. Item queritur an saltem. Bene verum est, quod non semper constitui

tur ad hoc procurator cum mandato, sed quilibet defensor pro carceratis admitti solet, prout etiam in practica obseruari attestat Blanc. in prac. cri. fol. 24. nu. 65. quæ tamen practica mihi nunquam placuit, quia talis defensor, siue procurator, siue mādato potest quidem prodesse reo, sed non obesse, quod est in maximum prejudicium filici, & accusatoris, propterea nō debent iudices ipsos admittre sine legitimo mandato, & nō sine multi dies, quod quidam carceratus petebat tolli de processu quandam comparitionem factā per eius aduocatū, quæ continebat quædam sibi præiudicialia, asserens, quod ille aduocatus nullum ab eo mandatū habebat, licet senatus id ei concedere noluerit, senatus tamen vult ita obseruari, vt l. admittantur huiusmodi defensores carceratorum, etiam sine mandato, & cum quidam prætor reiceret quendam defensorem ex ea causâ, quia non haberet mandatum, rescipit illi prætori, ut omnino ei traheret copiam iudiciorum, neq. potest aliquem ex ea causâ reiceret. 2. Septembris. 1558. P. N. Et ideo ita seruandum est. Aut vero queritur, an possit constitui procurator ad sententiam audiendam, & hoc casu dicit Rubens in dicto §. ad crimen, num. 83. quod omnes concludunt, quod non, & verum dicit loquendo de iure, nā debet reus esse præsens ad audiendam sententiā, vt dixi supra q. prox. ver. Sed hic quæro, quod tamen in multis locis non seruatur, & præsertim in hoc Ducatu, vt ibi dixi.

Prædicta autem conclusio, q. in causis criminalibus non sit procurator pro reo absente admittendus, intelligenda est vt procedat quantum ad hoc vt talis procurator non possit ipsius rei absentis defensionē suscipere, sed si velit allegare causas absentis, vtiq. admittatur. Et hoc tenent oēs, vt dicit Anan. in d. c. ueniens, nu. 13. Dicit etiam Ang. in d. l. reos, circa principium. C. de accusatio. q. istud tenent oēs indifferenter, & ita seruatur, ut dicit Caraita super ritu 105. magna curia, num. 2. Neque hoc casu facienda est differentia, an habeat in specie mandatū ad allegandas causas absentis, an autem habeat ad causam

causam

causam ipsam prosequendam, nam utroque casu est admittendus, & ita tenet communiter Doctores, ut dicit Anan. in loco præallegato. nu. 14. Vide quæ dixi supra, ver. Hæc autem. circa fi.

Idem; si talis procurator velit, proponere, quod reus citatus habet in eo loco, ad quem citatur, capitales inimicitias, nam & eo casu erit cum mandato audiendus, & est communis opinio, ut dicit Maria. in d. c. veniens. post nu. 68. ver. Circa primam. quem refert Boss. in tit. an. in crim. iud. num. 12.

Pariter etiam est admittendus, si velit proponere aliquas exceptiones dilatorias seu declinatorias, aut aliquas alias ex his quæ ante litem contestationem proponi solent, puta quod accusator sit infamis, vel excommunicatus, vel alias inhabilis ad accusandum, vel quod iudex sit incompetens, vel excommunicatus, vel huiusmodi. Ita dicit Bart. in d. §. ad crimen. cum quo tenent omnes, ut dicit Imola ibi, prout illum refert Boss. in tit. de car. fidei. com. num. 16. Et hæc est communis opinio, ut dicit Bened. de Plum. in d. §. ad crim. nu. 52. Hoc tamen intelligendum est ut procedat, dummodo talis exceptio nihil ad ipsum crimen pertineat, secus autem si exceptio opponeretur quidem ad processum, sed tangeret etiam ipsum delictum, puta quia diceret, quod alias de ipso crimine fuit absolutus, vel huiusmodi, non enim esset ad tales exceptiones proponendas admittendus. Ita dicit Bar. in d. §. ad crimen. nu. 19. & est communis opinio, ut ait Rubens in eo §. ad crimen. num. 214. nisi talis exceptio esset notoria, nam eo casu utique esset admittendus secundum Bar. in loco præallegato. Et ita communiter tenetur, ut dicit Nellus de bannitis in secunda parte, secundi temporis. q. 14. quæ refert Boss. in tit. præalleg. de carc. fidei. com. num. 26. in fi. Hanc etiam dicit esse communem opi. Aret. in d. c. veniens. num. 19. & sequens refert Boss. in loco præallegato, post num. 13. Berous in d. c. veniens. num. 29. & sequens. Quando verò talis exceptio mixta est dubia, tunc non potest per procuratorem proponi, ut dicit Bar. in loco præallegato, & est comu-

nis conclusio, ut attestatur Berous in d. c. veniens. nu. 22.

Quæro modo, pone, quod aliquis interfecit bannitum, qui ex forma statutorum poterat impune occidi, & ex hoc homicidio contra eum proceditur, nunquid admittetur procurator ad proponendam huiusmodi exceptionem banni? Respon. quod sic, ita tenet Barto. in l. vbi pactum. num. 10. C. de transact. quem sequuntur omnes Doctores, teste Marsil. consil. 73. nu. 76. vbi subdit se hanc doctrinam milites præcassse, & obtinuisse. Ita etiam sequitur cõter Doctores attestatur Gand. de malefic. in rubri. vtrum procurator, &c. circa finem. Nellus de bannitis in secunda parte, secundi temporis. quæst. 14. vbi dicit, quod ita communiter tenetur, quæ refert Marian. in d. c. veniens. post num. 76. Hanc etiam dicit esse communem opinionem Alb. in quarta parte statutorum. quæst. 38. num. 14. Quin in o non tantum procurator, sed etiam quilibet de populo posset comparere, & talem exceptionem banni proponere, ut dixi supra hoc eod. lib. §. homicidium. vers. Item scias. Hac tamen intelligenda sunt ut procedant, quando ex sola productione banni efficeretur notorium, quod talis offensus erat bannitus, nam eo casu utique esset admittendus procurator ad ipsum bannum exhibendum. Sed si requireretur aliqua alia extrinseca probatio, tunc non admittetur procurator, & ita communiter tenetur, ut dicit Rui. consil. 9. post num. 2. ver. Secundo prædicta confirmantur. lib. 5. in hoc tamè Ducatu non admittitur procurator ad exhibendum bannum, nisi reus in carceribus constituto, prout etiam servatur in regno Neap. ut videri potest apud Caraitam super ritu 269. magne curie. num. 3. Et ita expressè rescripsit Senatus Pratorii Fontaneti. 7. Martij. 1559. P. N. Multi enim sunt casus, in quibus bannitus non potest impune offendi, ut dixi in allegato §. homicidium. ver. Sed hic quæro. & aliis sequè. Et ideo ne homicidium esset condemnandum, cõdemnatio ipsa redderetur elusoria, cogitur ipse ad personam comparandum, sed deinde legitime confitit de banno, citato fisco, & proximo-

monio interceat, & quod licite offendi poterit, statim reus liberatur. Bene verum est, quod si plures interficiant bannitum, & aliquis ipsorum personaliter comparere exhibito banno, ostendat illum impune occidi potuisse, possunt deinde alij socij admitti ad comparandum, & exhibendum bannum, absque eo quod se personaliter constituant, Et ita rescripsit Senatus Prætorii Papiæ. 1562. P. N. in causa ciuitatis Ansonij Nofini capitaliter cõdemnati, & banniti quod nota.

Quæro, an in causa nullitatis sententiæ criminalis admittatur procurator? Respon. Bened. de Plum. in d. §. ad crimen. num. 99. refert quod Bald. quem appellat doctorem suum, tenuit quod sic, & quod dicit ita quotidie præcari, Quam opin. etiam ipse sequitur, dummodo agatur solummodo de nullitate sententiæ, non autem de iniquitate, & dicit se ita iam obtinisse de factis. In hoc autem Ducatu servatur totum contrarium, nullus enim admittitur ad dicendum de nullitate, nisi se personaliter constituat, quando non vult demonstrare nullitatem ex ipsismet actis resultantem, sed per alias extrinsecas probationes, & hoc ut si in ipsis probationibus deficeret, possit contra eam sententia mitti executioni, Et reperio etiam, quod Afiliæ. super secunda parte constitutionum Regni, Rubrica tertia, nu. 27. in fine dicit, quod vidit pronuciari aliquas sententias criminales nullas, puta quia essent late contra clericum, vel per errorem, dummodo talis nullitas allegetur per ipsammet principalem, & non per aliquem suum procuratorem, vel communem personam.

Tu scis, quod in causis criminalibus aliquando dicitur procedi per viam exceptionem, ut dixi supra q. 19. ver. Per exceptionem. Quæro nunquid in huiusmodi causis possit procurator interuenire? Respon. Aut exceptio criminalis tendit solummodo ad repellendum accusatorem ab accusatione, vel testem a testificatione, vel impediendam missionem in possessionem prelati ad dignitatem, vel beneficium, ad quod est promotus, vel huiusmodi, Et hoc casu utique potest admit-

ti procurator, talis enim causa non dicitur criminalis, ut ibi dixi, sed civilis, merito est procurator admittendus, Et ita concludunt omnes Doctores, ut dicit Folter. in Pract. crim. canon. fol. 104. num. 3. Ant vero exceptio tendit etiam ad puniendum, puta quia proponendo exceptionem criminis petatur non modo accusatorem, aut testem repelli, sed etiam puniri, & tunc non est admittendus procurator, quia in huiusmodi exceptione ipse accusatus, siue excipiens assumit partes accusatoris, Et ita concludunt omnes Doctores, ut dicit Blanc. in pract. crimin. folio. 25. Vide quæ dixi in allegata quæstio. 19.

Quæro, nunquid ea, quæ dicta sunt in reo, habent locum etiam in accusatore, seu denunciante, ut scilicet neque ipsi possint in causis criminalibus procuratorem constituere? Respon. Albericus in d. §. publice. post num. 18. tenuit, quod non possunt constituere procuratorem: quia quod non licet accusato, neque etiam licere debet accusatori, Et dicit Rubens in d. §. ad crimen, num. 7. quod hæc videtur crebrior, & solidior sententia, sed quidquid sit de iure, contrarium servatur in practica, ut dicit Caraita super ritu 108. magne curie, num. 3. in fin. semper enim admittuntur procuratores querelantium siue accusatorum, etiam in causis capitalibus, & merito, cessat enim ratio communis, de qua supra versu. Ratio autem, quod scilicet iudicium redderetur elusorium, ex quo pœna talionis hodie esse sublata, ut dixi infra q. 81. Et ideo neque et coguntur hodie accusatores ad ingrediendum carceres, ut dixi supra quæstio. 18. versu. Quando deinde, non enim agi potest de aliqua executione personali contra ipsum accusatorem faciendam. Vnum tamen nota in hoc proposito, quod si ipse accusator non possit, si esset ab alio accusatus, per procuratorem comparere ad se defendendum: puta quia esset bannitus, vel accusatus de aliquo crimine: pro quo non possit se per procuratorem defendere: eo casu non possit, neque etiam per procuratorem alium accusare: ita allegatur tenere Bald. in lege reos. C. de accus.

accusatio. Et dicit Nell. de bannitis in ter-  
tia parte secundum tempus, quæstion. 68.  
quod ita seruatur, prout illum refert Ce-  
polla consilio crim. 70. columna. 2. versic.  
Imo plus dico. Et sic hoc casu esset seruân-  
da in practica communis opinio, quod  
nota.

Pone, quod in causa criminali compa-  
ruerit procurator, & contra eum nihil fue-  
rit oppositum, sed fuerit admissus ad de-  
fendendum reum, cum tamen de iure ad-  
mitti non deberet, nunquid processus su-  
perinde agitur valebit. an autem erit  
ipso iure nullus? Respon. In hoc articulo va-  
ria fuerunt scribentium opiniones, nam  
gl. in c. j. in verbo. Criminalis de iud. in  
sexto, reuirit, quod talis processus valeat,  
& dicit Bal. in d. §. publice, post nu. 6. ver.  
Vltius quæro, quod hæc opin. per om-  
nes canonistas approbatur, Hanc etiam  
dicit esse communem opi. Bal. in l. ita de-  
mum, post nu. 4. C. de procu. quem refert  
Bertrand. consi. 358. circa principium, lib.  
quarto, quod est duplicatum in consi. pri-  
mo, nume. 2. lib. 5. & Felin. in c. memini-  
mus, nume. 18. de accus. & Vantius de nul-  
litate, fol. 239. nume. 177. & Dec. in l. in  
ambiguis §. nona est nouum, nume. 11. ff.  
de reg. iur. & consi. 469. in fin. & Marfil. in  
prac. cri. §. sequitur, post nu. 17. & Pract.  
Conradi, fol. 264. in fin. Corsetus in ver-  
bo, Procurator, in singu. incip. licet quis,  
Et dicit Imola in d. c. §. ad crimen, quod  
ita seruatur in practica, prout illum re-  
fert Rubens in cod. §. ad crimen, num. 99.  
Contrariam autem sententiam, scilicet  
quod imo etiam si non fuerit oppositum  
contra procuratorem nihilominus pro-  
cessus factus eo interueniente, in casibus  
in quibus de iure admitti non debebat,  
sit ipso iure nullus, multi etiam tenuerunt  
adeo, quod Gomez. in d. c. 1. post num. 80.  
versic. Quid tenendum, dixit, quod opin.  
contra illa gl. sibi videtur magis commu-  
nis, quem refert Menchiaca consi. o. vsu-  
frequentium, c. 20. post nu. 5. & ante eum  
Aret. in d. c. veniens, post nume. 87. dixit,  
quod hæc est communis opin. quod ver-  
bum pro singulari refert, & idem attesta-  
tur Rubens in d. §. ad crimen, nume. 231.  
Ant. Gomez. c. 1. delictorum, nume. 16.

Ego vero dico sic, Aut delictum est tale,  
pro quo non potest procedi, nisi ad quere-  
lam partis, & tunc procedat opin. gl. pars  
enim ipsa sibi imputet. si non opposuerit  
contra procuratorem, & fecit ipsum repelli,  
Aut vero ex eo delicto poterat etiam pro-  
cedi ex officio, & tunc licet non fuerit op-  
positum, processus factus per procurato-  
rem, qui non erat admissus, est nullus,  
quia partis, aut iudicis malicia, negligetia,  
aut imperitia non debet iuri publico  
nocere, Et dicant Doctores quidquid ve-  
lint, consuetudo ita obtinuit, quod om-  
nia gesta per procuratorem in causa cri-  
minali, vbi agatur de pena corporis as-  
si. diuina, sint ipso iure nulla.

Vltimo quæro, in casibus, in quib. pro-  
curator in causis criminalibus admittitur,  
an sententia ferenda sit contra dominum  
absentem, an autem contra procura-  
rem presentem? Respondeo, In hoc pun-  
cto varia fuerunt doctorum opiniones,  
propterea ad omne dubium euitandum  
vltius obtinuit, quod verique condemner-  
tur, Et ita de facto seruari, & secundum  
vltimum curiarum, attestatur Jac. de Beluif.  
in pract. crim. in verbo, Criminaliter con-  
demnari, nume. 3. Menchiaca controuer.  
vsu frequentium, c. 20. post nu. 1.

## QVAESTIO. XXXIII.

## SVMMARIVM.

*Excusator an possit in causis criminalibus interuenire.*

*Et quid in casibus, in quibus potest absenti diffinitue condemnari, versiculo. Sed quod plus est.*

*Et an audiendum sit excusator sine mandato, versiculo. Sed nunquid.*

*Et an teneatur prestare fideiussionem desistendo principali in iudicio, versiculo. Quæro nunquid.*

*Et an audiatur pater pro filio, dominus pro seruo, abbas pro monacho, civitas pro ciuicis, dominus pro subdito, episcopus pro clerico, uxor pro viro, &c. versic. Vltimo quæro.*

Hacten-



ACTENVS de procura-  
tore dictum est, nunc de  
excusatore videamus.

Sciendum est autem, quod  
regulariter in omnibus, &  
quibuslibet, causis crimi-  
nalibus in quibus potest contra absentem pro-  
cedi, semper admittitur excusator, & hæc quæ-  
dam conclusio de plano procedit, quan-  
do talis excusator non proponit aliquas  
defensiones ipsius rei, sed tantummodo  
allegat eius absentiam, nam eo casu  
vtrique admittitur, & ita communiter  
seruari in iudicijs attestatur Alber. in d.  
§. publice, post num. 16. Idemque, si alleget  
inhumilitatem ipsius rei, vel carcerationem  
in alio territorio, vel alia impedimenta,  
propter quod non possit reus, etiam si vellet  
personaliter comparere, nam ad propo-  
nendas huiusmodi exceptiones quilibet  
admittitur, ita tenet Bart. in d. §. ad cri-  
men, nu. 16. & est communis opin. ut ait  
Marian. in d. c. veniens nu. 67. de accus. Et  
in hoc non videtur esse difficultas, quia ad  
has exceptiones proponendas et procura-  
tor admittitur, ut dixi 5. vers. Prædicta  
aut Fortius videntur videat Alber. in d. §.  
publice, post nu. 25. vers. De secundo ge-  
nere, quod secundum communem opi. debeat admit-  
ti excusator etiam ad media cautæ, & alii  
quos articulos incidentes.

Sed quod plus est, multi etiam tenuerunt,  
quod in omnibus casibus, in quibus  
absens potest diffinitue condemnari, sit  
admittendus excusator absolute, etiam ad  
probandum eius innocentiam, & hanc  
opin. dicit esse magis communem Aret.  
consi. 146. nu. 6. vbi loquitur etiam quan-  
do talis excusator comparet post primū  
bannum, ex quo virtute statuti contumax  
habetur pro confesso, & Aret. refert, & se-  
quitur Marfil. consi. 39. nume. 30. & consi.  
73. num. 39. & consi. 81. numer. 37. & consi.  
90. numer. 3. & in pract. crim. §. sequitur  
num. 46. relatus, & ipse per Pract. Conra-  
di. fo. 264. in 27. limitat. & Apostil. ad An-  
gel. de malef. in verbo, Qui dominus iudex,  
lita. num. 13. Hanc etiam opin. attesta-  
tur esse magis communem Capol. con-  
sili. crim. 51. circa med. lat. in l. hi qui, nu-  
7. C. qui testa. facere poss. quem refert Ru-

beus in d. §. ad crimen, num. 172. & Co-  
mez Arias super lege 74. Tauri, num. 49.  
& Nouel. in tract. ad defensionem, fol. 21. nu-  
10. Refert etiam Alex. consi. 4. numer. 1. &  
seq. lib. sexto, quod Imola in d. c. veniens  
col. 27. de accusario. (cuius tamen lectu-  
ras super quinto decret. ego non habeo)  
dat hoc pro cautela, quam dicit se tunc  
proximis diebus seruasse, & alias vidisse  
Bononiæ obseruari, quod scilicet compa-  
reat aliquis ad defensionem absentis tan-  
quam instructor vel informator de testi-  
monibus ipsius absentis, & dicit Alex. in  
d. c. 1. §. omnes fatentur talem essentia-  
torem, qui non compareat tanquam pro-  
curator cum mandato, sed ut quilibet de  
populo ad instruendum curiam, vel vti sim-  
plex defensor, possit, & debere admitti se-  
dens, quod id ipsum fecerat ipse quædam; plu-  
ries seruari, & quod ita communiter prac-  
ticari, & seruari vidit Refert etiam An-  
nan. in eo. c. veniens, num. 22. Imolam ibi  
dicentem, quod licet quo ad procuratorem  
sint opiniones, tamen in excusatore ita  
omnes tenent, & illum refert Marfil. consi.  
60. num. 23. Hanc etiam opin. dicit te-  
nere communiter omnes Doctores, legi-  
stas, & canon. Capol. consi. crim. 47. circa  
fin. Hanc etiam dicit esse communem opi-  
nin. Grammat. consi. ciuili 37. numer. 10.  
quem refert Vinius in lib. communium  
opin. in verbo, Procurator in capitalib.  
Ratio autem huius conclusionis per supra-  
dictos Doctores allegatur, quia iudex de-  
bet omnibus modis veritatem indagare,  
& ex officio perquirere de innocentia  
rei, etiam nemine petente, prout est com-  
munis opin. ut dicit Alber. in l. tertia. C.  
de his qui ad eccles. confu. ita relatus per  
Brun. consi. feudali 69. num. 2. Et hoc indu-  
bitatum esse attestatur Aret. in consi. præ  
allegato, quem refert Marfil. in d. consi.  
60. num. 22. Eadem igitur ratione dicen-  
dum videtur, ut quod potest iudex a se ip-  
so facere, idem etiam ei facere liceat, isto  
excusatore, aut quolibet alio subministrata  
teste, & iudicia, ex quibus rei ipsius in-  
nocentia deegatur, & ita hanc esse com-  
nem opin. attestatur Gratius consi. 98. nu-  
8. lib. 1. Et ideo Doctores præallegati dat  
cautelam, quod compareat iste excusator  
Pract. Iul. Clar. O fine

sive alius quilibet tertius, qui det in scriptis iudici ad partem super aliqua cedula nomina testium, qui debent examinari an probandum innocenciam rei, & dicunt, quod iudex teneat illos examinari facere, & hoc modo reus faciet suas defensionibus absq; eo, quod personaliter compareat. Et hic cautela ponit Cepolla cautela 68. & dicit Blanc. in prac. crim. fo. 22. numer. 58. & fol. 158. cautela 11. quod ita practicatur, & praticari potest. Sed certe hoc opin. nisi nunquam placuit: hoc. n. modo proculdubio destrueretur tota practica criminalis, nisi nullus inquisitus uel accusatus comparet personaliter ad defendendum, sed vel ex officio, uel per huiusmodi excusatorem faceret testes ad sui defensionem examinari, absq; vilo capitis sui periculo, & ita nunq; reus posset examinari, neq; torqueri, nec vlla condonatio exequi, q; oia, in iudicio meo, sunt ualde absurda, & ridicula, & miror, q; tot, & tanti Doctores illam opinionem teneant, aut seruauerint, q; certe in hoc Ducatu non modo non obseruatur, sed in oib. curijs adeo receffit a practica, q; si aliquis aduocatus super ea iustiter, proculdubio non sine risu exploderetur.

Quinimo, ut dixi supra quaestio. proxima, versi. Hec autem, omnes fere fatentur, quod potest iudex dicere excusatori, se velle quod principalis personaliter compareat tanq; melius informatus, ut etiam videat quod vult, & qua trepidatione loquatur secundum notata in l. f. C. de procur. Et hoc non negat velle, & seruare communem practica Cepolla in d. conf. 51. circa principium, q; qua nullo modo est recedendum, quidquid ipse Cepolla ibi in contrarium alleget.

Sed nunquid excusator, qui aliquas excusationes vult proponere, est audiendus sine mandato? Respond. aliqui simpliciter dicunt, quod requiritur mandatum, & q; alius excusator teneat iurare, quod habet in mandatis ab absente illum excusandi, alias non auditur, & dicit Prac. fo. loc. cap. 25. nume. 4. quod ita praxis ipsa vultur. Alij vero dicunt, quod si g. dem vult proponere excusationes necessarias, puta, quod reus est infirmus, vel qd

est in alio loco carceratus, & tunc admittitur etiam sine mandato, sed si velit allegare alias excusationes probabiles, puta, quod itinera non sunt tuta, uel quod reus in eo loco habet inimicitias, tunc non auditur sine mandato, ita tenet Bar. in d. §. ad crimen, num. 18. Et hanc dicit esse communem Doctorum sententiam Rubeus in eo §. ad crimen, num. 201. & num. 212. in fin. Alij autem iudicant, & tenent, quod excusator allegans quasunque causas absentionis probabiles, licet non necessarias etiam sine mandato sit admittendus, & in hoc opin. Bar. communiter reprobari attestatur Card. Alex. in c. si quando, num. 21. secunda quaest. 6. Et hoc opin. contra Bar. est magis equa, & mihi magis placet, dummodo absit calumnia, & tales exceptiones concernant tantummodo factum, secus autem si concernerent et ius, puta declinatoria in fori, vel huiusmodi, nam eo casu sequeretur opin. Bar. vt, non esset talis excusator sine mandato admittendus, & hoc oia, nisi aliter consuetudine receptum esset, i qua (vt sepe dixi) nullo modo arbitror esse recedendum.

Quero, nunquid excusator, qui compareat, teneatur prestare fiduciam in iudicio soluendo, vel de presentando ipso inquisito? Respond. Si quidem comparet ut defendat inquisitum, teneat satisfacere, alias non auditur, sed si tantummodo excusat eius absentiam, non teneatur satisfacere, & ita communiter tenetur, & seruatur, ut dicit Alber. in d. §. publice, num. 12. in fin. Hanc etiam dicit esse vtiorem, & crebriorem sententiam Rubeus in d. §. ad crimen, num. 114. quod scilicet non teneatur cauere, nec de iudicio sibi, nec de iudicio soluendo, licet in ea quaestione videatur corrupta uerba ipsius Rubei, sedem attestatur Menchiaca contraaeri. vlti frequent. ca. 17. nu. 8. Illud tamen, quod dictum est de defensione, cessat secundum meam opinionem, & practica huius prouinciae, q; f. nullo modo admittatur excusator ad rei defensionem, ut dixi s. versi. Sed quod plus est.

Vltimo quero, quid si pater, aut dominus pro seruo, vel filio inquisitis compareant ad eorum defensionem suscipiendam,

piendam, nunquid debeant admitti? Respond. quod si compareant non tanquam procuratores, aut defensores eorum, sed pro interesse filio, vti que sunt admittendi, & ita tenent communiter Canonistae, vt dicit Riminal. consil. 13. nu. 1. Hanc etiam dicit esse communem opinionem Bald. quem refert Baptista a S. Blasio inter consilia criminalia diuersorum, consil. 77. nu. 8. lib. 2. Marian. in d. c. veniens. post nu. 87. versi. Tu aduerte. Et quod admittat pater pro filio, dicit esse communem opinionem, tan Legistarum, quam Canonistarum Alex. de Neuo consil. 90. nu. 2. quod est repetitum inter consilia criminalia diuersorum consil. 89. lib. 1. Dicit etiam Cepolla consil. criminali 75. in primis verbis, quod haec est communis Doctorum sententia: & quod ita communiter obseruatur, & practicatur in iudicio, & consil. cri. 55. versi. Dixi tertio. dicit q; hanc opinionem sequuntur omnes scribentes in materia, & consil. cri. mi. 47. ver. Sed praedictis dicit, q; communiter omnes Doctores ita concludunt. Et quod dominus admittatur pro seruo, voluit glo. in l. 1. in glo. fina. C. de accusatio. quam dicit esse communiter approbatam Riminal. consil. 17. nu. 9. Et generaliter dicit Boss. in titan in crim. iud. num. 17. q; dominus pro seruo, pater pro filio, vxor pro viro, abbas pro monacho, episcopus pro clerico, princeps pro suo subdito, ciuitas pro suo ciue, & similes possunt pro interesse proprio, non autem nomine ipsorum vocatorum ad iudicium venire, & eos defendere. Et dicit, quod haec est communis omnium opinio. Ideo dicit Blanc. in prac. crim. fol. 23. nu. 62. q; practica est, q; pater volens facere defensionem pro filio compareat coram iudice, prius sibi facto speciali mandato per ipsum filium de consistendo delictum, & quod deinde pater confitendo delictum faciat defensiones filij, probando, puta, q; homicidium fuit casu commissum, vel ad necessariam defensionem, vel q; mortuus non decessit ex vulnere, & subdit, quod ita seruatur in practica. Poterit forte haec practica obseruari in locis, in quibus viget talis consuetudo, sed in hac prouincia haec reputarentur somnia, si proponerentur coram iudi-

cibus, (nam vt sepe dixi) vbi ingeritur poena corporalis, nullus auditur pro eo, nisi personaliter compareat, & ita seruando non errabis. Bene posset pater, si filius accusatus, aut inquisitus esset clericus, comparere, & declinare forum, & ita dicunt Doctores, vt ait Bal. in l. 1. num. 31. C. de accusatio. Credo etiam, quod non modo privilegium clericatus fed quodcunque aliud, ex quo notorie appareret citatum non esse subditum iudicis citantis, posset per procuratorem, uel excusatorem exhiberi.

## QVAESTIO. XXXIII.

## S V M M A R I V M.

Quae excusationes in causis criminalibus proponi possint.

Et quid de excusatione absentiae, ibid.

Et quid si non allegetur in specie quae causa sua absentiae, versi. Sed pone.

Et an teneatur illam probare, versi. Sed nunquid.

Et quid in excusatione infirmitatis, versi. Dixi etiam.

Et quid si allegetur timor insidiarum, versi. Allegatur etiam.

Et quid de excusatione carcerationis, versi. Ite ca recerato.



ICTVM est de excusatione, nunc de excusationibus que ab ipsis excusatoribus proponuntur aliqua subdiciamus & in primis quidem de absentiae excusatione, que in iudicis sepe proponi solet. Scias autem, quod multiplex est absentia, scilicet necessaria, & probabilis simul, necessaria tantum, probabilis tantum, & voluntaria. Necessaria, & probabilis dicitur, quando quis abest ex causa publica, puta principis, aut ciuitatis, & hoc casu debet iudex supercedere a procedendo contra reum, donec causa ipsa cesserit, & si (ea non arreata) procederet ad vltiora: processus esset ipso iure nullus. Necessaria tantum est, quando quis abest, puta quia

est bannitus, & hoc casu non est superse-  
dendum, sed potest ad vltiora procedi,  
tali absentia non obstante, cum ex facto,  
& culpa sua processerit, & ideo sibi impu-  
ter Bene potest impetrare saluum condu-  
ctum, iuxta ea, quae dixi supra q. 32. versi.  
Tu scis, quod bannitus. Probabilis vero  
causa absentiae est, quando quis abest pu-  
ta ex causa studiorum, vel mercaturae, vel  
peregrinationis ob deuotionem, vel huius-  
modi. Et tunc facta fide de absentia,  
debet inderi statim terminum competen-  
tem iuxta distantiam loci, ad ipsum ab-  
sentem certiorandum ac praesentandum,  
quo elapso poterit ad vltiora procedere,  
ipso reo vltius non expectato, & pro-  
cessus valebit. Ceterum si iudex negare  
statuere huiusmodi terminum ad certio-  
randum, siue comparandum, processus ef-  
ferri ipsi iure nullus.

Sed pone, quod accusator non alleget  
aliquam causam absentiam necessariam aut  
probabilem, sed simpliciter dicat reum  
esse abentem, & petat statui terminum ad  
eum certiorandum? Respon. quod facta fide  
de absentia, adhuc debet statui dictus ter-  
minus, vbi de fraude non appareret, &  
dicit Albe. in d. §. publice. nu. 9. se vidisse  
seruari, quod vbi non apparet, de fraude,  
omnes absentiae admittuntur. Dicit autem  
Caraita super ritu magnae curiae 266. nu.  
7. quod dicitur malitiose allegari ab-  
sentia, quando apparet, quod citatus visus  
fuit in loco delicti eo die, quo commissum  
fuit delictum, vel die praecedenti, vel se-  
quenti, subdens, quod ita seruatur, nisi deli-  
ctum non de recenti commissum fuisset,  
nam eo casu, ex quo facile potuit deinde  
post aliquos dies ab eo loco recessisse, de-  
bet dari dilatio, non obstante quod die  
commissi delicti, vel etiam post, in eo loco  
visus fuisset, & subdit etiam, quod ita seruatur.

Sed nunc quid sufficit huic excusatori al-  
legare absentiam ipsius inquisiti, an au-  
tem tenebitur etiam illum probare? Respon.  
quod tenebitur illum probare, & ita  
seruatur, vt dicit Alb. in d. §. publice. nu.  
10. Bene verum est, quod secundum con-  
suetudinem huius prouinciae, sufficit quae-  
cunque leuis probatio, puta iuramentum  
ipsius excusatoris, pro ut etiam seruari in

regno Neap. attestatur Foller. in pra. cri.  
fol. 75. nu. 15. & Caraita super ritu 268.  
magnae curiae. nu. 1. licet dicat, quod non  
apud omnes curias est in vsu, quod dese-  
ratur huiusmodi iuramentum.

Dixi etiam, quod auditur excusator al-  
legans infirmitatem, seu carcerationem  
rei inquisiti. Scias autem, quod infirmus  
etiam si sit inquisitus de capitali delicto,  
non tenetur personaliter comparere, sed  
sufficit, quod faciat silem de infirmitate  
sua, & hac opinio communiter tenetur, &  
approbat, vt dicit Cratus consi. 98. nu. 2.  
lib. 1. Haec autem fides sit. siue per testes,  
siue per attestationem medicorum in scri-  
ptis redactam, & quandoque etiam vnus  
medici tantum, prout etiam in regno Nea-  
politano seruari attestatur Caraita su-  
per ritu 267. magnae curiae. nume. 7. praesertim  
si in eo loco non esset nisi vnus me-  
dicus, iuxta ea, quae dixi supra hoc eodem  
lib. §. homicidium. versico. Scias autem.

Et ita concludunt communiter Docto-  
res, vt dicit Caraita in loco praedicti allega-  
to, nume. 8. in fin. Debet etiam in eodem  
regno simul cum attestatione medici pre-  
sentari instrumentum publicum continens  
ipsam attestationem. & c. alia excusa-  
tio non admittitur, vt attatur Gram.  
super ritibus. magnae curiae, fol. 157. super  
excusationibus infirmorum, c. ca. fin. vbi  
etiam dicit, quod excusantur etiam  
senes, & quod ita ipse obtinuit iudicari  
in consilio Neapol. quod tamen in crimi-  
nalibus. apud nos non obtineretur.

Allegatur etiam quandoque timor in-  
fidiarum, sed hoc casu dicit Sali. in l. reos,  
nu. 10. C. de accusatio. quod cautus iudex  
dicenti se venire non posse propter timo-  
rem infidiarum, ostendere debet saluum con-  
ductum, subdens quod ita vidit de facto  
seruari. Nihilominus dici solet, quod fra-  
gilis est cautio salui conductus, & ideo  
vbi inimici essent potentes, & manu pro-  
pti, credo, quod non teneretur citatus vi-  
tam suam committere huiusmodi cautio-  
ni salui conductus, praesertim si inimicitia  
esset cum dominis, vel rectoribus loci, ad  
quem citatur, & hanc opinionem, quod qui-  
non tenetur comparere propter locum non  
tutum ob insidias inimicorum, non tene-  
tur

tur etiam comparere sub saluo conductu,  
communem appellat Boss. in tit. de cita.  
nume. 37.

De carcerato autem aliqui tenent, quod  
potest citari, & quod debet comparere per  
procuratorem, & ita videtur tenere Bar.  
in l. is qui reus. nu. 14. ff. de pub. iudi. Et  
dicit Mars. in pra. crim. §. attingam, nu.  
20. quod haec est communis opinio. Tu ve-  
ro dices, quod, Aut reus est carceratus in alio  
loco, & hoc casu semper vidi seruari con-  
tractum, quod scilicet expectat, vt possit  
exire carceres in quibus detinetur, nisi esset  
carceratio affectata, Et haec opinio tucior  
est, & benignior, quia carcerari in vno lo-  
co, male possunt esse in alio defendere, &  
non omnibus est copia procuratorum, de  
quibus plene confidant. Dicit autem Ca-  
raita super ritu magnae curiae 269. nu.  
16. quod ex communis obseruantia dicit  
carceratio affectata, quae secuta est post ci-  
tationem ei intimatam a iudice, quod ta-  
men apud nos non ita absolute seruatur  
sed iudicis arbitrio iudicandum relin-  
quitur, prout & cetera omnia, quae a iure  
determinata non reperiuntur, vt dixi su-  
pra lib. 2. §. iudex. Quinimo etiam si hu-  
iusmodi exceptio carcerationis opposita  
non fuerit, & ideo secuta fuerit condem-  
natio in contumacia, semper solet & ena-  
tus, confitendo de ipsa carceratione, conde-  
natum admittere ad nouas defensiones,  
& ita in specie conclusum fuit in quodam  
Hieronymo Castello. 20. Martij. 1559. P.  
N. Aut vero est carceratus in eodem lo-  
co, & tunc si est causa, propter quam in-  
generatur poena corporalis, ita quod in omnem  
casum deberet ius dicere in carceribus. non  
superfeditur a procedendo, sed solet re-  
commendari in carceribus. pro secundo de-  
licto, & vno eodemque tempore pro vtroque; pro  
ceditur, si vero non ingeritur poena cor-  
poralis, solet expectari, donec sit praesens  
primus processus, si ipse id petat, non tamen  
relaxatur nisi praesentata fideiussione de iu-  
dicio facti, & iudicato soluendo ex secun-  
da causa, & si opus est, prius examinatur  
Haec autem omnia procedunt, quae agitur de  
diuersis criminibus, sed quae agitur de eod-  
dem delicto, tunc videnda sunt ea, quae  
dixi infra q. 38. ver. Est autem.

## QVAEST. XXI. XV.

## SUMMARIUM.

Declinatio formae ex quibus causis possit.

Et quis sit index competens Papa, versico.  
Sed retenta.

Et de quibus criminibus possit Papa accu-  
sari, versico. Videndum igitur.

Et an concilium generale sit supra Papam,  
ibid. Remissio.

Et an Papa etiam volens possit se iudici laici  
co. subijcere, versico. Sed hic quaero.

Et quis sit index imperatoris, ibid. versico.  
Successus quaero.

Et an populus Romanus possit Imperatorem  
degradare, versico. Sed nunquid.

Et quis sit index regum, versico. Item  
quaero.

Et quis sit index aliorum principum secula-  
rium, ibid. versico. Item etiam.

Et quis sit index Cardinalium, versico. Quaero  
etiam.

Et an possit solus Papa deponere Cardina-  
lem absque consensu collegij, ibid.

Et quis sit index competens Patriarcharum  
& Archiepiscoporum, versico. Vltius  
quaero.

Et quis sit index competens Episcoporum,  
ibid.

Et an si Archiepiscopus delinquat in dia-  
cesi aliterus episcopi, possit ab eo puniri,  
ibid.

Et quis iudex clericorum, & monachorum  
regularium, versico. Quaero quis  
sit.

Et quis sit index clericorum secularium, ibi-  
dem. Remissio.

Et quis sit index famularum, & domesticorum  
Cardinalium, versico. Excipiuntur.

Et an familiares, seu famuli episcoporum  
& clericorum laici gaudeant privilegio  
fori, versico. Quaero nunquid.

Et an illi, qui obtulerunt se & bona sua mo-  
nasterio, gaudeant privilegio fori, ibid.  
versico. Sed pone.

Penitentes an sint de foro ecclesiastico, versico.  
Fuit aliquando.

Et quis sit index competens in syndacatu  
Pract. Iul. Clar. O 3 officio.



*officialium, vers.* Petere quaro.  
 & an syndicatores possint cognoscere etiam  
 de delictis officialium non pertinentibus  
 ad officium, vers. Sed hic incidenter.  
 & quis sit iudex competens scholarium ver-  
 si. Quero nunc.  
 & quis sit iudex competens militum, vers.  
 Quero modo.  
 & quis sit iudex competens Iudeorum, ver.  
 Modo quero.  
 & an officialis possit cognoscere de iniuria  
 illata sibi, uel familiae suae, vers. Solet  
 etiam.



**P**RÆCEDENTIBVS q̄-  
 stionib. dictū est de ex-  
 ceptionib. quae ad accu-  
 sationē, vel defensionē  
 ipsius rei principaliter  
 pertinent, sequit̄ nunc vt  
 de fori declinatione, cu-  
 ius materia in iudicij frequētissime ver-  
 lat̄, videamus. Scias igit̄ vt breuī diuī-  
 ſione oīa capita complectamur, q̄ hac ex-  
 ceptio oritur ex triplici cā, scilicet aut rōe  
 personae, aut ratione causae, aut ratione  
 loci. Ratione personae declinatur forum  
 iudicis, quando reus dicit̄ se non esse ei  
 subditum, neque ratione originis, neque  
 domicili, neque delicti, item cū dicit̄ se  
 clericum, seu religiosum nō posse à iudice  
 laico puniri, vel ē conuerso se laicum à  
 iudice ecclesiastico puniri nō posse, vel  
 si dicit̄ iudicem sibi inferiorem, aut parē  
 in eum non habere imperium, vel q̄ ipse  
 sit ab eius iurisdictione exceptus, vel hu-  
 iusmodi. Ratione causae declinatur iudicis  
 forum, cū quis laicus coram iudice  
 laico accusatus asserit criminis illius co-  
 gnitionem ad iudicem ecclesiasticū spe-  
 ctare, vel q̄ pp̄ connexitatem causae sit ad  
 eum remittendus. Ratione loci, puta, q̄  
 pretendat delictum in ecclesia commis-  
 sū ad iurisdictionem iudicis ecclesias-  
 tici pertinere, vel huiusmodi.

Videndum igitur in primis est de per-  
 sonis, & incipiendo à summo pontifice,  
 qui in terris vices Dei gerit, & est maior  
 omnibus hominibus, Quero, si Papa de-  
 linquat, quis sit eius iudex competens?  
 Respon. De iure habemus tex. expressum

in c. si Papa 40. distinctione, q̄ dicit, quod  
 culpas Rom. pontificis nullus mortalium  
 redarguere praesumit, quia cunctos ipse  
 iudicaturus à nemine est iudicandus, nisi  
 deprehendatur à fide dei. dicit tamen  
 gl. finalis ibi, q̄ ex quocunq; crimine no-  
 torio, & ex quo scidaliatur ecclesia, po-  
 test Papa accusari, si admonitus sit incor-  
 rigibilis, & illam gl. dicit cōter teneri  
 Abb. in c. significasti, nu. 4. de electioe. &  
 in dispu. sua, incl. Episcopus, & rector, &  
 in suo tractatu super consilio Basilienſi,  
 prout illū refert Card. Alex. in d. c. si pa-  
 pa, col. 3. i. prin. Item tractatus Abbatis  
 fuit positus inter dīnatos in iudice libro-  
 rum prohibitorum publicato tpe Pauli  
 III. licet postea in iudice nouiter publi-  
 cato post concilium tempore suū. iust. D.  
 N. Pij III. non sit descriptus inter pro-  
 hibitos. Refert etiam Card. Alex. in loco  
 allegato (licet liber sit corruptus) idem  
 attestari Roma. cons. 53. incip. Questio  
 discutienda, vbi, post nu. 13 dicit, quod  
 illa gl. est singularis, & quod illam sciunt  
 omnes, & quod est canonizata à concilio  
 Constantienſi. Dicit etiam Dec. cons. 157.  
 po nu. 4. quod illa gl. placuit communi-  
 ter canon. licet sit reprobata à theologis,  
 & ita illum refert Alban. de potestate papae  
 in prima parte, nu. 151. licet ipse teneat  
 contrariū, & dicit Synodia de concilijs,  
 fol. 120. col. quarta, circa med. quod illa  
 glo. est communiter ab omnibus appro-  
 bata, & fol. 124. col. tertia, in fin. dicit, q̄  
 ille sententiae concilij Constantiensis  
 mirifice canonizarunt illam glo. & hanc  
 conclusionem re ipsa comprobauerunt, illam  
 etiam communiter à canonistis re-  
 ceptam esse ait Ioan. Brunellus post re-  
 lationes Didaci, fol. 338. column quarta,  
 Illam etiam ab omnib. teneri attestatur  
 Iaf. consilio 95. col. septima, ver. Hic pas-  
 sus. li. 4. licet deinde de ei⁹ veritate dubi-  
 tare videatur. Contrariam autem senten-  
 tiam, scilicet q̄ solum de crimine here-  
 sis possit Papa accusari, tenent communi-  
 ter theologi, vt dicit Zabarel, in eod.  
 cap. si Papa. relatus per Card. Alexand.  
 ibi, Quintimo Berous in cap. at si cle-  
 rici, numero 9. de iud. dicit, quod illa gl.  
 communiter maximē à canonistis est re-  
 probata,

probata, & merito secundum eum, quia est  
 contra tex. in c. si Papa. licet deinde, post  
 nu. 11. dicat, quod communiter Theologi  
 illam sequuntur. Idem etiam Berous in  
 cap. cum uenissent. nume. 47. de iudicij.  
 dicit, quod contra illam glo. tenent ma-  
 gis communiter sacri Doctores Theologi,  
 & post nume. 43 dicit etiam, quod ita  
 videntur tenere magis communiter Can-  
 onistae. Hae est periculosa questio, & in  
 qua ego mallem discere quā docere, pro-  
 pterea me remitto iudicio sanctae matris  
 ecclesiae, ac Sanctissimi in Christo Patris,  
 atque vniuersalis ecclesiae Summi, atque  
 optimi Pontificis Pij V.

Sed retenta cōclusionione, quam dicit esse  
 fere omnium retentium Theologorum, &  
 Iurisperitorum consensu approbatam Si-  
 nicae de heret. c. 11. num. 12. quod scilicet  
 licet Papa de crimine heresis accusari,  
 & iudicari, certe nullum habet iudicem  
 nisi concilium generale, & ita dicitur  
 communiter Doctores, vt attestatur Car-  
 di. Alex. in d. c. si papa. col. tertia. in fine.  
 Et quod quādo Papa accusatur de heresi,  
 concilium sit iudex competens, dicit esse  
 planum apud omnes Iaf. in d. cons. 95. co-  
 lum. quinta. vers. Transeo ad tertium. lib.  
 4. vbiunque enim reperitur, quod Papa  
 possit iudicari, semper intelligendum est  
 à concilio, ita dicit gl. in c. sicur. in verbo,  
 Hortamur. secunda, questione septima.  
 quam dicit esse frequentioribus votis ap-  
 probatam Alban. de potestate Papae. in  
 prima parte. nu. 84. num. 173. vbi subdit,  
 quod in hoc nemo Doctorum, quem viderit,  
 dissentit. Et practica est secundum  
 Zabarel. relatum per Card. ibi quod si he-  
 resis Papae non est notoria, moueatur Pa-  
 pa per cardinales, vel per alios illis negli-  
 gentibus, vt se purget ab infamia heresis,  
 de qua est suspensus, & si se purgauerit, nō  
 est vltimus procedendum. Si vero id face-  
 re recuset, & sit contra eum vehemens sus-  
 pectio heresis, tunc cardinales illum roga-  
 bunt, vt cōtuoacet concilium, & si nolue-  
 rit, congregabunt. Vbi autem heresis est  
 notoria, & requisitus à cardinalibus per-  
 sistat in errore, neque se emendet, tunc  
 cardinales conuocabunt concilium, & ip-  
 sis negligentibus prelati se ipsos congre-

gabunt. Conuocato autem concilio, si Pa-  
 pa de heresi conuictus fuerit, & nolit mu-  
 tare sententiam, priuabitur papatu, & tra-  
 detur potestati seculari puniendus. Si ve-  
 rō ad penitentiam velit redire, nihilomi-  
 nus ex quo per aliquod tempus fuit peri-  
 max in errore heresis, priuabitur papatu, &  
 detrudetur in monasterium. Et hoc casu  
 solet concilij ei deferre, si veli pletmet  
 seipsum condanare, si vero ipse noluerit  
 se condemnare, tunc concilium expediet  
 causam, & illū degradabit. Ita concludit  
 Cardi. ibi, subdens, quod ita etiā tradunt  
 Doctores in locis p̄ ipsum allegatis. Hic  
 esset videndū an concilij generale sit  
 supra papam, & an papa recusante con-  
 gregare concilij, possint Cardinales, vel  
 alij prelati, vel principes seculares concilium  
 conuocare, de quibus dixi supra li.  
 2. §. papa. Et go ait in omnibus praedictis,  
 & etiam in alijs quibuscunque me semper  
 remitto determinationi factae, vel facien-  
 dae per sanctam matrem ecclesiam, in cuius  
 fidei gremio semp vixi, & viuere, ac  
 mori intendo. Vnum tamen non omitto,  
 quod si papa scandalizet vniuersalem ita  
 cum ecclesia, tunc talia per eum gesta  
 in scandalum ecclesiae non tenent, & ei resistitur  
 pe ecclesiam, neque ei est in talibus  
 obediendum. Et hoc omnes fatentur, vt  
 cit Card. in d. c. si papa. col. 3. vers. Nec  
 etiam obstat.

Sed hic quaro, nunquid possit papa,  
 etiam volens Imperatori Romanorum,  
 vel alteri laico se submittere? Respon.  
 q̄ quidqd sit in ciuilibus, certe in crimi-  
 nalib⁹ nullo modo potest alicui laico  
 se submittere. Et ita est communis reso-  
 lutio Theologorum, vt ait Dec. in l. est  
 receptum. numero 5. ff. de iurif. omnium  
 iudicum. Et ita etiā tenere communiter  
 Doctores attestatur Alexan. in d. l. est  
 receptum. post nume. 4. Iaf. in ead. l. est  
 receptum. nu. 2. Hanc etiam dicit esse com-  
 munem opi. Dec. in c. ecclesiae Sanctae Ma-  
 riae. num. 62. & seq. de constitutioe. Quin-  
 imō si papa delegaret alicui, etiam epi-  
 scopo, causam criminalem contra se in-  
 tentatam, non posset ab eo iudicari nec  
 condemnari, Et hanc partem tenet ma-  
 gis cōmuniter Doctores, vt dicit Berous

in capi. cum venissent. nume. 32. de iudic. Fortius dicunt aliqui, quod Pontifex Maximus (etiam si velit) non potest se subijcere concilio, vt ab eo iudicetur, & dicit Alban. in loco preallegato, nume. 104. & 123. quod ita iuris interpretes communiter affirmarunt, referens idem etiam attestari factum, & Dec. in locis, quae ego supra reuli.

Successive quaero, quis sit iudex competens imperatoris, si delinquit? Respond. Doctores communiter videntur velle, quod Papa possit per grauiissimas culpas Imperatorem deponere. Et ita quandoque fuit de facto oblatum, vt sunt notissima historiae, & est tex. in cap. ad Apostolicae. de re iudic. in sexto. intelligit tamen grauiissimas culpas, ex quibus turbaretur vniuersalis status Christianitatis, sed propter alia delicta non potest deponi, si esset catholicus, & quamvis Innocentius Papa in d. cap. ad Apostolicae. id fecerit cum auctoritate concilii, nihilominus secundum Io. And. potest etiam illum deponere sine concilii auctoritate, & ita concludit omnes, vt dicit Card. Alexan. in d. cap. si Papa. in vltimis verbis. tutius tamen, & laudabilius est, vt adhibeat etiam auctoritatem concilij. Fuit etiam depositus per principes electores Vniuersalis Imperator propter ignauitiam, quamuis multi Doctores teneant, quod haec depositio Imperatoris non possit fieri nisi per summum Pontificem. Hic etiam videndum esset, an Imperium dependeat ab Ecclesia, & an in temporalibus Papa sit superior Imperatore, de quibus dixi supra lib. 2. §. Imperator. neque ego hic volo recensere historias super dispositionibus Summorum Pontificum, & Imperatorum, quia in his libris profiteor explicare decisiones Doctorum, non historias, quas quilibet curiosus poterit apud autores inuenire.

Sed nunc quid poterit populus Romanus Imperatorem degradare, seu deponere? Respond. quod non, cum enim semel populus Romanus omnem suam potestatem in Imperatorem transferit, non potest illam amplius renocare, & haec est communis opinio, vt attestatur Arret. in §. sed quod principi. nume. 6. In situ. de iure nat. gen.

tium & ciuili. Alex. in sua disputa. incip. Sigismund. in 5. q. quem refert Resaurus de Imperatore. q. 81. post num. 11. dicens, quod hoc hodie non tolleretur, ex quo potestas eligendi spectat principalibus electoribus Germaniae, & eius eum deponendi spectat Papa.

Item quaero, quis sit iudex Regum, si delinquant? Respond. quod id, quod supra dictum est de Imperatore, haec etiam locum in illis Regibus, qui superiorem non recognoscunt, vt scilicet Papa sit eorum iudex competens. Et ita fuit de facto obseruatum in Rege Franciae, qui fuit per Zachariam Pontificem depositus, vt habetur in c. alius. 15. q. 6.

Idem etiam dicendum est de Ducibus, & aliis Principibus, quia si recognoscunt in superiorem Imperatorem, vel aliquid alium Regem, vel dominum, ab eo iudicari debent, si vero alium superiorem non recognoscunt, puniuntur a Summo Pontifice. Et in his pariter possunt adduci infinita exempla historiarum, quae consulo omnino, ne iurisperitorum sententias cum historicorum narrationibus inuoluam. Praeparauit ego quandoque volumen vniuersalis historiae a Carolo Magno vsque ad hodierna tempora, vna cum genealogia omnium fere Principum Christianorum, multo studio, & labore deducta ab ipomet Carolo Magno, sed alijs grauioribus implicatus negocijs, illa studia intermittere sum coactus. Si tamen forte contingeret, vt aliquid ocij nactus, illi supremam manum possem imponere, (quod tamen vix vnquam contingere posse spero) vtique crederem lectoribus opus illud maxime utile, ac iucundissimum futurum.

Quaero etiam, quis sit iudex competens Cardinalium Sanctae Romanae Ecclesiae? Respond. quod Summus Pontifex. Sed nunc quid, quando Papa vult punire aliquem Cardinalem, debet etiam adhibere collegium Cardinalium, vt simul cognoscant, & iudicent? Respond. quod potest Papa, si velit, hoc facere, sed non tenetur, ipse enim solus, alijs non vocatis, potest vnum ex Cardinalibus deponere, & ob eius demerita punire, & ita concludunt communiter Doctores, vt dicit Episcopus Lonze in sui

in suis allegationibus pro Marchione Vellez impressis Mediolani, folio 394. nume. roo. laao.

Vltius quaero, quis sit iudex competens Patriarcharum Archiepiscoporum & Episcoporum? Respond. Patriarchae, & Archiepiscopi a solo Summo Pontifice iudicantur ca. 22. distinct. Episcopi vero iudicantur in criminalibus a suis Archiepiscopis, cum toto concilio Metropolitano, vt est tex. in ca. quorundam. 34. distinct. Non autem potest Archiepiscopus solus contra Episcopum procedere & ita de iure fuit in Parlamento Parisiensi, vt refert Pappo lib. 7. tit. 7. Arresto 46. Sed quidquid sit de iure, hodie vt plurimum Papa cognoscit de delictis Episcoporum. Et quod Episcopi a solo Papa deponi possint, dicit communiter teneri Anan. in c. excommunicamus. el primo. §. volumus nu. 5. de heret. Sed quod si Archiepiscopus delinquat extra suam diocesim, nunquid poterit Episcopus illius diocesis, in qua deliquit, eum punire? Respond. quod sic, & ita communiter tenet, ut dicit Maria. in cap. 1. num. 13. de raptor. Quod tamen intellige, nisi ille Episcopus esset suffraganeus ipsius Archiepiscopi delinquentis: nam eo casu non potest ipsum punire, & haec est communis opinio, vt dicit Ab. in cap. cum inferior. post nume. 1. verficu. Similis quaestio. de maio. & obed. Imola in d. c. cum inferior nu. 11. Maria. in d. c. 1. nu. 19. & in c. postulasti. nu. 8. & 9. de foro compet.

Quaero, quis sit iudex monachorum, & clericorum regularium? Respond. Praelati inferiores regulares non habent de iure aliquod territorium, ita quod habeant iurisdictionem in ibidem delinquentes, sed solus episcopus est ordinarius in sua diocesi, & ita communiter teneri attestatur Ab. in ca. cum contingat. numero 29. de foro compet. Quo vero ad monachos dicendum est, quod Abbates habent in criminalibus ordinariam potestatem, & possunt illos capere, & detinere, & punire. Et dicit Cald. cof. 20. de regul. quod ita tenent communiter Doctores. Bene uerum est, quod (secundum aliquos) Episcopus est etiam iudex ordinarius monacho-

rum, & potest contra eos procedere, etiam non expectata negligentia abbatis, & haec fatetur esse communem opinionem Abba. in ca. graue. in fi. de offic. ord. sed hoc de consuetudine non feruatur, praesertim in his, quae concernunt obseruantiam regulae ipsius, quam profitentur, & ita iudicatum, fuit in parlamento Parisiensi, vt refert Pappo lib. 7. tit. 7. Arresto 43. Quis autem sit iudex clericorum secularium, uel aliarum personarum ecclesiasticarum, dixi infra quaestio. proxima.

Excipiuntur tamen a potestate cuiuscunque iudicis ordinarij, etiam si esse Vicarius Summi Pontificis in vrbe Romana, famuli, domesticus, familiares, & subditi Cardinalium, ij enim omnes ex consuetudine remittuntur ad ipsos Cardinales puniendi. Et ita quotidie videmus seruari in vrbe Romana, prout et se vidisse obseruari attestat Zabarel in clement. ne Romani. de electi. in 7. q. prima. patris. quae refert vauin. in tra. de offi. & potest. ca. Sede vacante. in 10. q. 2. par. prin. num. 39. in fi. Et ita etiam videmus ex hac causa permittum esse ipsis Cardinalibus, ut teneant priuatum carcerem, vt dixi infra. q. 68. vers. Priuatum.

Quaero nunc quid familiares, seu famuli clericorum seculares, siue laici gaudeant priuilegio fori clericorum, quomodo sunt familiares? Respond. Calcan. in facti contingentia consuluit, quod sic, in consi. 71. ubi post nu. 3. dicit, quod haec est conclusio secundum omnes, quod famuli clericorum laici gaudent priuilegio ipsorum clericorum quoad fori declinationem. Sed certe quidquid dicat Calcan. in contrarium est communis opinio, ut attestatur Capic. decif. 12. num. 2. in fi. Ab hac tamen conclusione excipiuntur famuli, siue familiares Episcoporum, ipsi enim gaudent priuilegio clericali, ita vt si delinquant, non possunt a iudice laico puniri. Et ideo etiam si sint meri laici, debet ad iudicem ecclesiasticum remitti Tex. est in c. fina. de offi. archid. & ita tenent communiter Doctores, ut ait Io. de Montesperello inter consilia Calca. cof. 72. quod est subscriptio praecedentis consilij. Haec etiam opinio dicit tenere communiter Dominus Abb. in c. 2. nu. 6. de foro compe-

competentem refert Boif. in titu. de foro competen. post nu. 127. Capic. in dicta decif. 12. nu. 1.

Sed pone, quod aliquis laicus det se & sua bona alicui monasterio, aut loco religioso non mutato habitu, & postea committat aliquid delictum, & captus sit p iudicem secularem, nunquid erit remittendus ad iudicem ecclesiasticum? Respo. quod non, sed debet puniri p ipsum iudicem laicum, & ita conclusit in curia Tholof. vt per Aufer. decif. 8.

Fuit aliquando dubitatum, nunquid penitentes sint de foro ecclesiastico, an autem remaneat sub iurisdictione iudicum secularium. Dic. quod Aut loquimur de quibusdam penitentibus, qui profitentur quandam religionem, quam appellat publica penitentia. Et isti sunt de foro ecclesiastico, prout & ceteri religiosi, & hec est communis opinio, vt attestatur Aretin. in capit. secundo. col. secunda. de foro competen. quem refert Simancas de heretic. capit. 46. numero 18. & Didacus. pract. questio. 34. post nume. 4. ver. secundo intelligitur. Aut loquimur de his, qui publicam penitentiam faciunt ex mandato prelati, seu inquisitoris. Et isti remanent de foro seculari, & refert Simancas in loco preallegato. nume. 20. quod cum hec controuersia contingeret de facto Granat. a. penitus, qui hominem occiderat, fuit huius suspensus.

Præterea quæro, quis sit iudex competens officialium, scilicet ad eos syndicos? Respon. quod de iure communi est princeps, qui eis concessit officia. Item præfatus pretorio, uel episcopus, ut est text. in l. prima. C. vt omnes et civil. quâ mil. & in §. necessitatis. in Auth. ut iudi. sine quoquo suffra. Sed certe quidquid sit de iure communi, quælibet ciuitas uel puincia in hoc sua hereditaria & consuetudines, a quibus nullo modo est recedendum. Hodie enim non habemus istos præfectos pretorio in Italia, ut dicit Bald. de synd. post nu. 1. q. tractatus est in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offic. pcon. & Rondinel. de synd. nu. 6. in fi. Pariter etiam (ut attestatur Bal. in loco preallegato) illa iurisdictione episcopi, de generali, & rō

nabili consuetudine apud nos recessit ab aula. Idem etiam tam in episcopo, quam in præfato attestatur Paris Put. de synd. fol. 129. nu. 1.

Sed hic incidenter quæro, nunquid isti syndicatores possint cognoscere etiâ de delictis officialium non pertinentibus ad ipsum officium? Respon. quod quidquid sit de iure, consuetudo obseruat, ut de omnibus cognoscant modo commissa fuerint durante officio. Ceterum de his, quæ ante, uel post officium commissa sunt, non pertinet ad eos cognoscere, sed ad ordinarium, & ita in practica seruari attestatur Amad. de synd. nu. 171.

Quæro nunc, quis sit iudex competens scholarium in criminalibus? Respon. De iure scholares habent in suos iudices episcopum ciuitatis. Rectorem gymnasii, & Lectores vniuersitatis, secundum dispositionem authentica habita. C. ne filius, p patre intelligendo illa uerba, Bomino uel magistro suo, vt uerbu, Donno, significet legu præceptorem, & uerbum, Magistro, præceptorem medicum, uel artium, secundum interpretationem glo. ubi, quæ dicit esse commune Horat. de priuil. scholar. c. 64. col. prima. Sed quidquid sit de iure, hoc de Doctoribus, seu magistris non seruari de consuetudine, ut dicit Bar. in d. authent. habita. num. 4. quem refert llo rat. in loco preallegato, cap. 65. in prima ampliacione. sed episcopus, & potestas ciuitatis in criminalibus sunt eorum iudices cõpetetes. Et ita Bononiæ seruari attestat gl. in d. authent. habita. in uerbo, si litem. & in §. illud. in uerbo, professores in proce. Digestorum. Idem attestatur Cagnol. in d. §. illud. nu. 282. Plus dicit Ab. disput. 6. Gaudolphus clericus. nu. 9. qd communis consuetudo, quæ uiget p omnia studia Italia, est quod rector vniuersitatis (si est clericus) exerceat iurisdictionem etiam in clericis. Ego uidi in nonnullis ciuitatibus cõtrarium seruari, & in specie in gymnasio Papiensi, si scholaris est clericus beneficiatus, uel in factis, pcedit episcopus, & rector, si est laicus, pcedit rector, & potestas. Et ita pluries rescripsit senatus, & i specie 12. Iulij. 1561. P. N. & 2. Martij. 1562. P. N. Propterea dic

dic seruandum esse in quolibet gymnasio consuetudinem, quæ ibi uiget. Quod nota. qd, vt dicit Paris Put. de synd. fol. 41. 9. in uerbo, scholaris in fin. scholares sunt primi, qui dant querelas cõtra officiales in syndicato.

Quæro modo, quis sit iudex competens militum in delictis? Respon. De iure communi capitanei nulli habent iurisdictionem nisi in delictis militaribus. sed de more, & generali consuetudine belli, capitanei de omni crimine p armigeros, & pedites commissio cognoscunt, & puniunt, aut puniri faciunt, & ad capitaneos recurri solet, de qua consuetudine attestatur Boer. de custodia clauium, nu. 29. in hoc autem ducatu habemus super hoc decretum conditum a senatu distinguens quomodo, & per quos iudices in delictis militum cognosci debeat, quod quidam senatusconsultum illustrissimus Marchio Valsit tunc gubernator iussit ab omnibus militibus obseruari, quod tamen non semper fuit executum, & uidi plerumque ex iussu senatus remitti milites delinquentes ad iudices loci, & e conuerso, & in specie uidi remitti ad præfatum militum quandam militem caraphratum, qui alterum militem, dum esset in custodia interfecerat. r. Jan. 1557. P. N. Si uero aliquis miles reperitur condemnatus antequam militiam susceperit, si deinde capiat a iudice ordinario, non remittitur capitaneo, sed mittitur executioni condemnatio, & ita fieri debere rescripsit senatus in cã cuiusdam Bartholomei Oldoini condemnati de atroci blasphemia. 5. Mart. 1557. Vide in hoc proposito, quæ dixi infra qu. 38. uerf. Quæro etiam.

Modo quæro, quis sit iudex competens iudeorum delinquentium? Respon. qd iudex laicus, non autem ecclesiasticus est eorum iudex competens, Ita colligitur ex tex. in clem. r. de iudeis, & ita dicunt Doctores, teste Anan. in Rub. de Iudeis. nu. 9. Faciunt quæ dixi supra hoc eod. lib. §. Blasphemia, uerf. Sed pone.

Solet etiam quandoque dõbitari, nunquid officialis possit cognoscere de iniuria illata sibi, uel alicui de eius familia, Tu dic. qd Ant talis iniuria fuit illata sibi

uel familie sue tanquam officiali, & potest de ea cognoscere, Aut est illata sibi tanquam priuato, & non potest, Ita uidetur colligi ex dictis Oldr. in consil. 7. ubi con suluit, quod quidam dominus temporalis qui condemnauerat quandam mulierem sibi subditam, ex eo qd facturas, seu maleficia in eius persona fecisset, teuebatur ad restitutionem, quia talis iniuria uidebatur ei facta tanquam priuato. Et hanc distinctionem tenent communiter Doctores, vt dicit Alberic. in l. senatusconsulto post nu. 3. ff. de offic. præfid. Hanc etiam dicit esse communem opin. Alex. consil. 13. post nu. 10. uerf. Sexto præsuppono, lib. sexto. Roland. cons. 48. num. 7. lib. secundo. Bene uerum est, qd si iniuria sibi illata tanquam priuato esset notoria, posset etiam super ea cognoscere, & ita dicunt Doctores, vt ait Ana. in c. innotuit, nu. 8. & 9. de maledicis. Dicit etiam Roland. in d. cons. 48. nu. 2. qd ita dicunt communiter scribentes, & nu. 14. dicit hanc conclusionem esse communiter receptã. Quod intellige, vt procedat, quando potestati iniuria esset pona a iure præfixa, sed si esset arbitrio ipsius iudicis imponenda, tunc utique posset ut suspectus recusari, & in omnem casum ubi cuique agitur de iniuria illata officiali, superior semper debet esse promptus in committendo causam alteri cognoscendam, præsertim parte id petente, uel saltem in dando illi adiunctum, ut iudicia sine suspicione pertransiant. Dicit tamen Bal. in l. 1. C. unde ni. prout illi refert Paris Put. de synd. fol. 275. nu. 5. & fol. 335. nu. 4. qd quidquid sit de iure, hodie magni domini habent hoc de consuetudine, vt possint cognoscere de propria iniuria. Bene uerum est, qd ex eorum modestia eius cognitionem ut plurimum alteri committunt.

## QUEST. XXXVI.


## SUMMARIUM.

Clerico pro delictis per eos commissis non possit puniri nisi a iudice ecclesiastico.

Et an hoc privilegium sit clericis concessum a iure diuino, ibid.  
 Et an valeat confessio, quod cleri possint criminaliter conveniri coram iudice laico, versic. Sed ea retenta.  
 Et an possit clericus huic privilegio renunciare, versic. Secundo infertur.  
 Et an clericus, citatus a iudice seculari pro delicto, teneatur comparere, & allegare coram eo privilegium clericatus, versic. Bñ autem.  
 Et an possit clericus pro crimine reconueniri coram iudice laico, versiculo. Et hęc quidem.  
 Et an clericus illegitime natus gaudeat hoc privilegio fori, versic. Habet etiam.  
 Et an clericus coniugatus gaudeat privilegio fori, versiculo. Quęro an clericus.  
 Et quid sit bigamus, ibid.  
 Et quid si unicam tantam uxorem duxit, sed illam post adulterium commissum cognovit, versic. Sed an ille.  
 Et quid si post delictum effectus fuit bigamus, versic. Sed pone.  
 Et an clericus coniugatus, qui non abstinet a negotiationibus et armis, gaudeat privilegio fori, versic. Hęc vero.  
 Et an clericus coniugatus, non incedens in habitu & tonsura clericali gaudeat privilegio fori, versic. Dixit clericum.  
 Et quis sit habitus et tonsura clericali, ibi.  
 Et quid sit clericus coniugatus, qui ante delictum non incedebat in habitu, illum de inde post delictum reassumpserit, versic. Sed hic quęro.  
 Et quid si reassumat tonsuram post cõdemnationem, versiculo. Sed quid si clericus.  
 Et quid si clericus non deferat tonsuram, quia non habeat capillos, versic. Quęro nunc.  
 Et an clericus coniugatus, mortua uxore, recuperet omnia privilegia clerici non coniugatis competentia, versic. Vnum etiam scias.  
 Et an clericus non deferens habitum, perdat privilegium ante quam sit tonsurus, versic. Hęc autem.  
 Et quid si facta sit generalis monitio in signo

do, versic. Sed quid si facta.  
 Et quis iudex cognoscat super clericatus exceptione, ecclesiasticus an secularis, versic. Regulariter autem.  
 Et quis super habitu & tonsura, versic. Dixi clericum, circa fin.  
 Et an clericus non deferens habitum & tonsuram, & immiscens se enormitatibus, amittat privilegium fori, versic. Quęro modo.  
 Et quid in clerico incedente in habitu & tonsura, versic. Ceterum si clericus.  
 Et an clericus factus a principe officiali si in officio delinquat, possit ab eo puniri, versic. Quęro pone.  
 Et an clericus reperti curs armis possit a iudicibus secularibus puniri, versic. Vltorius quęro.  
 Et an clericus, committens crimen Lesa Maiestatis contra Principem secularem, possit ab eo puniri, versic. Quęro nunquid.  
 Et an clericus, deponens falsam testimoniam coram iudice laico, possit ab eo puniri, versic. Solet etiam. Remissive.  
 Et an clericus impunitus de officio, possit puniri per iudicem secularem, versic. Item quęro.  
 Et an hoc casu requiratur solemnis degradatio, versic. Sed quęro.  
 Et an requiratur sententia declaratoria, ibidem.  
 Et an talis clericus assensus sit tradendus curie seculari, non spectet a incorrigibilitate, versic. Quęro etiam.  
 Et an clericus incorrigibilis possit puniri per iudicem secularem, versic. Successive quęro.  
 Et an super incorrigibilitate requiratur declaratoria, ibidem, versic. Sed quęritur.  
 Et an iudex secularis possit punire clericum, qui non sit prius degradatus & traditus curie seculari, versic. Scias autem.  
 Et pro quibus criminibus, clericus sit degradandus, versic. Scias etiam.  
 Et an clericus incorrigibilis sit tradendus curie seculari, versiculo. Dixi etiam.

Et

Et an clericus propter contumeliam illatam suo episcopo sit tradendus curie seculari, versic. Hinc infertur.  
 Et an propter crimen falsi, versiculo. Vide minus etiam.  
 Et an pro enormi homicidio, versic. Pari-ter etiam.  
 Et an pro crimine lese maiestatis versiculo Nunquid autem. Remissive.  
 Et an iudex secularis, cui traditus est clericus, possit illum punire corporaliter, ibidem, versic. Sed an iudex.  
 Et an si quis post delictum faciat clericum vel monachum, gaudeat privilegio fori, versic. Saepenumero contingit.  
 Et an presumatur susceperit clericatum in fraudem, versic. Sed in hoc.  
 Et an monasterium teneatur pro delicto ingressi, versic. Sed nunquid.  
 Et quid si in eodem delicto interuenierint clerici, & laici, an omnes sint ad iudicem ecclesiasticum remittendi, versiculo. Euenit plerumque.  
 Et quid si illa sit iniuria per laicum clericum, an cognitio spectet ad iudicem ecclesiasticum, versic. Quęro, quid si per laicum.  
 Quomodo facienda sit remissio clericorum a iudicibus laicis ad ecclesiasticos, versic. Quęro quomodo.  
 Index ecclesiasticus an teneatur stare processu facto per iudicem secularem remissio, versic. Vltimo quęro.  

 M N I V M autem exceptio- num, quę in causis criminalibus ad declinandam iudicium iurisdictionem proponuntur, nulla frequentior est quam clericatus, de qua igitur in primis videamus. Et quidem in hac materia facienda est conclusio, quod iudex secularis nullo modo potest occasione alicuius delicti procedere contra clericum, aut religiosum, text. est in capitulo cum non ab homine, de iud. Et hoc privilegium, quod scilicet clerici non possint iudicari a laicis, est eis concessum a iure diuino, & hęc est communis opinio, ut dicit Alciar. in d. capi. cum non ab homine, num. 2. Didac. practica, quest. 31. num. 1. qui refert idem attestari

Felin. in ca. 2. col. 1. de maior. & obediens. & Rochum, de consuet. fol. 51. col. 4. & Rebuffum in concordant. in rubr. de protectione. quę tamen conclusio in puncto iuris non transit sine difficultate, saltem quo ad clericos, qui non sunt in sacris constituti.

Sed ea retenta infertur, quod non valet cõsuetudo, quod in causis criminalibus clerici conveniantur coram iudice seculari, ut colligi videtur ex text. in cap. clerici de iudi. & est communis opinio, ut ait Didac. in d. quest. 31. nu. 5. quam ego etiam sequor, quo ad hoc ut non valeat consuetudo, per quam generaliter clerici pro criminibus subicerentur iudicibus laicis, sed consuetudo particularis, quod in aliquibus casibus, uel cautis, & aliqui clerici, puta in minoribus constituti, possint, puniri a iudice seculari, utique valet, & ita in pluribus in locis in practica indistincte obseruatur. Vide quod dixi infra q. 41. versic. Sed quid dicendum.

Secundo infertur, quod non possunt clerici huic privilegio tacite, vel expresse renunciare, ut est text. in ca. si diligenti ubi Doctores omnes notant, de foro compet. & est communis sententia Doctorum, ut attestatur Eber. super consuet. Bituricen. fol. 26. col. 3.

Est autem hęc exceptio tantę efficacitę, ut a seipsa proponatur, & ideonon tenetur clericus citatus per iudicem secularem occasione alicuius delicti coram eo per se, uel per procuratorem comparere, & exceptionem clericatus proponere, ut dicit Arc. in c. 15. q. 4. & est communis opinio, ut attestatur Fel. in c. ueniens. in vltimis verbis. de accusatio. Quod intellige, nisi in citatione exprimeretur talis cautela, propter quam clericus teneretur coram iudice laico comparere, puta quia esset valallus, iuxta ea, quę dixi supra l. 4. §. scilicet. quęst. 90. versic. Sed quid si dominus, & versic. Et hęc quidem. Ceterum in casibus, in quibus clericus non potest a iudice laico iudicari, licet citatus sit prout contumax, non potest contra eum iudex secularis procedere, & si procedat, omnia sunt nulla, neque ipse tenetur hoc allegare, neque etiam possit senten-

sententiam, & ita se consuluisse, & intellexisse, quod ita fuit iudicatum, testatur Decius consi. 241. in primis verbis. quem refert Didacus pract. questio. 33. num. 2. Et si difficultate allegare, non propterea poterit iudex laicus illum in expensis condemnare sed est remittendus ad iudicium ecclesiasticum, etiam respectu refectionis impensarum, vt in facti contentio iudicatur curia Neapolitana, teste Grammat. voto 18. quem refert Carauita super ritu 65. magne curie. num. 1. Quini mo etiam si deinde contingerit clericum carcerari, non potest cogi ut soluat, neque etiam penam ipsius contumacie, licet pecuniaria sit, sed est libere dimittendus. Et ita in facti contingencia decisum fuit in curia Delph. vt per Guid Papę de cifo. 450. supra quest. licet curia Neapol. contrarium iudicauerit, vt per Grammat. voto 27. & male, secundum eum, quam de cisionem curie Neapolitane aliter refert Foller. in prac. crimi. fol. 63. numero 39. in fine. Scias tamen, quod Barto. in l. non videtur. la. prima. num. 1. ff. de iudi. videtur tenuisse contrarium, quod scilicet clericus citatus coram iudice laico, si non compareat, & alleget se clericum, possit mulcari, & hoc nisi in citatione dictum sit. Citetur presbyter talis, uel aliquid aliud, ex quo appareat, quod ille esset clericus, quod tamen iudices nostri temporis non solent apponere in suis citationibus, licet secundum eum male faciant, non tamen potest contra talem clericum contumaciam perueniri ad secundum decretum, quia non dicitur latitare, ex quo non tenetur in eo iudicio respondere. Et illam opinionem Bart. seruari attestatur Aufr. in apositil. ad decisi. Tholof. 165. Sed certe communiter Cano. tenent contra Bar. ut attestatur Cauens. super 235. ritu magne curie. num. 1. Et ita quidquid feruetur in Gallia, apud nos clericus contumax in casibus, in quibus non tenetur comparere, non mulcatur, & si mulctatus fuerit, quandoque decet se clericum, & solent talis mulctę retocari, & annullari, & ita puto seruari debere ad iudicibus Deum timentibus.

Et hęc quidem conclusio, quod scilicet

clericus non possit a iudice laico criminaliter iudicari, procedit siue clericus pro crimine coram iudice laico conueniatur, siue reconueniatur, nam clericus non potest coram iudice seculari pro crimine ei uiliter, neque criminaliter reconueniri, & hęc est communis opinio, vt attestantur scribentes in c. at si clerici. de iud. & in specie Imola. post num. 5. & Dec. nu. 148. quem refert Berous ibi. nu. 140. Car. Alexan. in c. multi. col. pen. versi. In fine glo. secunda, quest. prima.

Habet etiam locū hęc conclusio, quāuis clericus sit illegitimus: licet enim illegitime nati sint maxime odiosi sacris canonibus, ut duxi supra li. 2. §. filius. tamen etiam clericus illegitimus gaudet privilegio fori, & ita in facti contingencia decisum fuit per cōsiliū Neapol. vt refert Grammat. decisi. 81.

Quero, an clericus cōiugatus gaudet privilegio fori? Respond. q. sic. nam propter coniugium non perditur privilegium, q. in criminalibus nō possit puniri a iudice seculari, dummodo cum unica tñ, eaque virgine matrimonium contraxerit, & habitū clericale, tonsuramq; deserat, ut est tex. in c. unico. de cler. cōiug. in 6. & est cōmunis opi. vt ait Didac. pract. q. 6. 31. post nu. 7. versi. Prima igitur. si uero sit bigamus, potest a iudice laico puniri, itelligitamen si apprie sit bigamus. si duas uxores duxerit, nā alij interpretatiue bigami dicuntur, ut dixi supra li. 2. §. clericus. & ideo non possunt a iudice laico puniri.

Sed an ille, qui unam tantum uxorem duxit virginē, illamq; propter adulteriū dimisit, & deinde ei reconciliatus est, dicitur est bigamus. quod ad hoc ut amittat privilegium fori? Rñ. Certe clericus, qui uxorem post adulteriū ab ea commissum carnaliter cognoscit, etiā si ipse adulteriū ignoret, dicitur bigamus secūdu communem opi. etiam si ex pcepto ecclesie illam inuitus cognouerit, ut dixi in loco p allegato. Nihilominus cum talis interpretatiue dicitur bigamus, dicitur est, q. non amittat propterea privilegium fori, & ita tenent concorditer omnes, vt attestatur Aufr. in decisi. Thol. 64. referens ita fuisse decisum in facti cōtingencia.

Sed

Sed pone, quod aliquis clericus solutus commiserit aliquod delictū, & de eo fuerit accusatus, leinde postea effectus sit bigamus, nūquid erit curię seculari remittendus? Respond. quod non, attenditur enim status, in quo erat tempore delicti, Et ita conclusum fuit in curia Tholof. vt per Aufrer. decisi. 377.

Qua ratione pariter etiam decisum fuit per consiliū Neapol. quod si clericus post commissum delictū uxorem duxerit, non potest de eo delicto cognosci per iudicem secularem, sed debet ad iudicem ecclesiasticum remitti, prout conclusum fuit refert Grammat. decisi. 10. non obstantibus (vt ipse ait) clamoribus sicut, quę refert Carauita super ritu 66. magne curie, nume. 9. qui tamen de hac decisione dubitat, vt tibi per eum.

Hęc vero omnia procedunt, dummodo talis clericus cōiugatus abstineat a negotiationibus, & armis, alias autem si ab eis nō abstineret, posset non obstante clericatu p iudicem laicum puniri, Et hęc est communis opi. vt dicit Bertran. consi. 13. nume. 5. lib. 8. Et quod clericus coniugatus debeat abstinere a negotiationibus, a quibus alij clerici nō coniugati tenentur abstinere, alias privilegium fori amittat, tenuit Innoc. in c. ff. de vita & ho. cler. & ita firmant communiter doctores, vt dicit Alex. de Neuo, consil. 60. num. 4. Que autem negotiationes sint clericis interdicitę, dixi supra lib. 2. §. Clericus.

Dixi clericum coniugatum gaudere privilegio fori, dummodo incedat in habitu & tonsura clericali, licet hodie (secundū aliquos) de consuetudine clerici coniugati non incedant in vestibus, & tonsura clericali, vt faceret esse generale consuetudinem Fulgo. consil. 123. num. 1. Sed quarto, quis dicatur in hoc proposito habitus clericalis? Respond. Omnes concludere videntur, quod non fit a sacris canonibus determinatus clericis alijs habitus a alijs distinctus, & ideo, quod fit attendenda consuetudo regionis, Propterea ad iudicandum an aliquis incedat in habitu, & tonsura clericali, videndum est, an ille, qui in aliquo habitu incedit, prima facie videatur in populo iudicabit clericus

anicus, an autem laicus. Et certe vera est hęc conclusio, si affirmatiue intelligatur, scilicet quod sacri canones non constituit specialiter clericis certum habitū, sed negatiue non est vera, nam multi habitus sunt per sacros canones prohibiti a clericis deserti, vt videri potest in locis allegatis per Foller. in pra. 2. crim. fol. 64. num. 42. & seq. Quid ergo si clericus deserat biretum, seu capitium bipartitum, seu virgatum, aut duortu colorum, certe non dicit incedere in habitu clericali, & ita fuit iudicatum per curiam Tholof. teste Aufrer. decisi. 227. idemque si deserat collectum sic virgatum, ut eadem curia iudicauit decisi. 252. Et refert Pra. f. Millei, fol. 73. nu. 8. q. quidam clericus coniugatus, eo q. habeat caligas bipartitas, Tholofę repuratus fuit laicus, & pro crimine tanquam laicus fuit laqueo suspensus. Et nota in hoc proposito, q. quamuis secundum opi. in legis communem cognitio, an aliquis sit clericus, vel ne, pteat ad iudicē ecclesiasticū, de quo videnda sunt ea, quę dixi infra ver. Regulariter aut. nihilominus si dabitur sitq. habitu, an sit clericalis, vel ne, hęc cognitio spectat ad iudicē laicū, nā ad ecclesiasticū, Et ita de cisu fuit in facti cōtingencia in parlamento Delph. vt refert Gui. Pap. decisi. 138. & cōf. 110. nu. 2. vbi pariter i facti ita cōsultuit.

Sed hic quarto, qd si clericus coniugatus, qui ante tempus commissi criminis non incedebat in habitu, & tonsura reasumpserit habitum & tonsuram, & incontinenti aliquod crimen commiserit, nunquid gaudebit privilegio fori? Respond. Io. And. in c. Ioannes. in 4. quest. de cler. coniu. tenuit, q. sic referens ita fuisse Paduę determinatum, licet communiter doctores (vt ipse ait) non placuerit, & illū sequuntur communiter scribentes, vt dicit Alex. consi. 8. post num. 4. lib. primo, & consi. 149. nu. 7. lib. 6. quem refert Marf. sing. 480. Apud doctores, Hanc etiam dicit esse communem opinio. Didac. in dict. quest. pract. 31. post nume. 7. versi. Quinto potissimum, secundum quam in facti contingencia cōsultuit Christoph. de Castil. consil. quinto. Quod tamen ego intelligo ut procedat, nisi talis clericus

ricus habitum, & tonsurā reassumpisset in fraudem, vt etiā dixi infra statim, verific. Sed quid si clericus.

Sed quid si clericus cōiugatus, solutus aliquando deferre tonsuram, fuerit condemnatus tempore, quo non habebat tonsuram pro aliquo delicto per eum commissio, nunquid si reassumat tonsuram, & deinde capus sit à iudice seculari, poterit ab eo puniri? Respon. quod non, sed est remittendus ad iudicē ecclesiasticum, & ita fuit decimul per curiam Tholof. teste Aufser. decif. 104. Hoc tamen locum non haberet, vbi apparet, quod ipse clericus reassumpisset habitū, & tonsurā in fraudem, vt pariter in facto fuit iudicati per eandem curiam Tholofanam, vt refert Aufser. decif. 144. vbi dicit, quod ita tenent communiter legiste, & decif. 247.

Quero nunc, quid si clericus non deferat tonsuram, quia non habet capillos? Respond. quod excusatur, & ita conclusum fuit in curia Tholof. vt per Aufser. decif. 256. Nā ad impossibile nemo tenetur. Quod nota pro clericis, quibus morbo gallico implicitis aliquando tolent capilli cadere.

Vnum etiam scias, quod clericus coniugatus, qui vnicam tantum, & virginem vxorā duxit, ea mortua, recuperat omnia priuilegia, quod competunt clericis non coniugatis, ita dicit Abb. in c. clericus, el. secundo, o. 4. de vita, & honest. clericorum. cuius opinionem fere vniuersi sententia probant omnes, vt attestatur Didac. in d. pract. q. 31. post nu. 7. vers. Quinto potissimum, in fine.

Hæc autem, quæ de clerico nō deferente habitum, & tonsuram dicta sunt, intelligi debent vt procedant in eo, quod coniugatus. Ceterum clericis non coniugatis, licet non incedant in habitum, & tonsuram, gaudent priuilegio fori, nec possunt à iudice laico puniri, c. si iudex laicus de sent. excom. in sexto. Bene verum est, quod si talis clericus fuerit ter monitus à suo prelato vt deferat habitum, & tonsuram, & ipse negligens monitionibus adhuc incedat sine habitu, & tonsura, tunc in omnibus reputatur pro laico. Et hæc est differentia in hoc proposito inter clericum coniuga-

tum, & non coniugatum, nam clericus coniugatus, eo ipso quod non deferat habitum & tonsuram, absque alia monitione amittit priuilegium fori, & hoc omnes fateantur, vt ait Didac. pract. q. 32. post nu. 1. Clericus autem non coniugatus non amittit priuilegium nisi post monitionē, & hæc est communis opinio, vt ait Didac. in d. qu. 32. nu. 1. r. ubi videtur communiter practicari, vt dicit Imola in c. si. post nu. 7. verū. Aduerte tamen de vita, & honest. clericorum. Sed certe Alexand. de Neuo consil. 59. num. 4. dicit verum non esse, quod ita seruetur, & re vera apud nos non seruatur, nam clerici, qui non sunt in sacris, neque habent beneficia, si non incedunt in habitum, & tonsuram, puniuntur iudicialiter per iudices seculares, etiam si à suo prelato moniti non fuerint, & ita rescriptis senatus pratori Bobii, & vicario episcopali eiusdem ciuitatis. quod contra huiusmodi obseruantiam quandam inhibitionem fecerat ipsi pretori, quandam postea reuocauit. 7. Augusti. 1562. P. N. In regno autem Neapol. seruatur, quod clerici etiam in minoribus constituti, & habentes etiam solummodo primam tonsuram, gaudent priuilegio fori, etiam si non incedant in habitum clericali, ut pluries decisum fuisse in sacro consil. refert Gramm. uoto 33. in fin. & super consil. Regni, fol. 3. col. 4. post num. 4. Vbi tamen subdit, quod post promulgatam quandam constitutionem Papæ Clementis, & deinde Papæ Pauli aliter fuit obseruatum contra clericos non beneficiatos, neque in sacris constitutos. Quinimo Alexan. in consil. præallegato, nume. 6. in fin. tenuit, quod quantum ad amissionem priuilegii clericali circa fori, nulla sit differentia inter clericos in minoribus, & clericos in sacris constitutos, & allegat plures id tenentes, subdens quod hanc opinionem, quod clericus tenerens pro laico, deprehensus in crimine possit puniri per iudicem laicum, communiter uidentur tenere Doctores, forte moti hac ratione, quia his temporibus prelati reddat se valde difficiles in huiusmodi monitionibus faciendis, ut etiam dicit Afflic. super prima parte constitucionum Regni Rubærtaria, post numerum 20.

& sic

& ne eorum iurisdicatio restringatur, potius tolerant vitia clericorum eis subditorum. Quod an beneficiator sit, Deus ipse iudicet. Ceteri clericus beneficiatus, licet incedat armatus ut miles, non potest à iudice laico puniri, & ita declarauit Senatus in causa cuiusdam Ludouici Scribani 21. Maij. 1554. P. N.

Sed quid si facta sit monitio generalis in synodo, nunquid ista unica sufficiat per trina monitione? Respond. quod sic, modo fiat expresse sub pena priuationis priuilegij clericatus, ita tenuit Hostien. in c. 1. ne clericus, uel monachi. & est communis opinio, ut dicit Alex. de Neuo consil. 60. nu. 14. Talis enim monitio in synodo facta, habet vim cōstōnis, in qua regulariter vniuersa sufficit monitio, neque plures requirunt.

Regulariter autem si clericus captus sit à iudice seculari debet remanere penes eum, donec fuerit cognitum per iudicem ecclesiasticum de clericali, & comperito quod sit clericus, debet remitti ad eundem iudicem suum ecclesiasticum, & ita seruatur attestatur Afflic. in d. Rub. post nu. 19. Hæc enim probatio & cognitio, an aliquis sit clericus siue ecclesiasticus iurisdiccionis, debet fieri coram iudice ecclesiastico, nō autem coram iudice seculari, & ita tenent communiter Doctores, ut dicit Ripa in cap. decernimus, post nu. 4. uers. Sed coram quo, de iud. Hanc etiam opinio dicit esse communem Didac. in pract. q. 33. nu. 1. ubi etiam attestatur ita seruari in Hispania. In hoc tamen Ducatu aliter seruatur, nam clericus, contra quem processit iudex secularis pro aliquo delicto, exhibet coram ipso iudice seculari iura sua & instrumenta, & eis uisus, iudex secularis illum remittit ad suum iudicem ecclesiasticum, ubi fit in casu remissionis, & ita seruari debere rescriptis senatus Pratori Laudæ in causa cuiusdam Bartholomæi de Basilicapetri, qui faceret se clericum beneficiatum. 5. Nouembris. 1556. P. N. Illi tamen, qui non sunt constituti in sacris ordinibus, neque deferunt habitum & tonsuram, ultra clericatum tenent exhibere titulum beneficii, & probare, quod sint etiam in quasi possessione ipsius beneficii, aliās nō remittuntur ad iudices

ecclesiasticos, vt supra dixi. Ceteri si sit controuersia non super clericatu, sed super habitu vel tonsura, iudex laicus proculdubio est super eo iudex cōpetens, ut dixi supra vers. Dixi clericum, circa fin. Debet autem iudex ecclesiasticus, statim quod ei innotescit clericum sibi subditum à iudice seculari detineri, illum repetere, alias posset tanquam negligens ab administratione deponi, & forte etiam criminaliter puniri, prout in facti contingentia consuluit Chassen. conf. 38.

Quero modo, quid si clericus, qui non deferat habitum, & tonsuram, immisceat se enormitatibus, nunquid etiam si à prelato suo non fuerit ter monitus, admittat priuilegium fori, ita ut possit à iudice laico puniri? Respon. Hæc est ardua questio, in qua Doctores multum uarie loquuntur, & tota pendere Videtur ab intellectu tex. in cap. perpendimus de sentent. excomm. Ex quo secundum Doctores magis communiter colligi videtur, quod prelatos, qui dimisso habitu & tonsura immisceat se enormitatibus, amittat priuilegium fori, ita ut possit à iudice seculari puniri, & plures opin. recentet Capic. decif. 161.

in causa Crulconi, licet non dicat quod in illo casu fuerit iudicatum. In hoc igit articulo aliqui dicunt, quod clericus, qui dimisso habitu & tonsura immisceat se enormibus, non propterea amittit priuilegium fori, nisi prius etiam fuerit à suo episcopo uel prelato admonitus trina monitione vt à prelati desistat, & habitum iussu mat, & hanc dicit esse communem opin. Roland. consil. 4. num. 3. lib. 1. referens. id attestari Alexan. in consil. 8. lib. 1. de quo infra mentionem faciam. Vniuersi, qui alios referunt (ut ipse ait) idem attestates in lib. communium opin. in uerbo, Clerici a potestate, Menchaca l. 3. de testa. §. 22. nu. 63. Et dicit etiam per lib. in secunda parte statutorum, quod §. 42. se vidisse communiter seruari, quod exigat monitio, & si post monitionem se non correxerint perdat: tunc per iudicem clericalem, & subiacet iudicium seculari, que refert, & eodem attestat Capic. consilio crimin. 1. articulo Quintum etiam requiritur. Alij, vt Ca. d. in d. cap. perpendimus, ita

1. lib. 1. cap. 1. ca. 10

ciunt differentia, an talis clericus immi-  
scēs se enormitatibus interficiatur ab ali-  
quo priuato, an autem à iudice, & dicunt  
quod priuatus potest illum interficere,  
absque eo quod incurrat excommunicati-  
onem, ex quo propter delictum est ipso  
iure priuatus privilegio, cap. si quis sua-  
dere diabolo. decim. septima q. 1. de quo  
privilegio dixi infra quæst. 77. versiculo.  
Percutiens clericum, & alij seq. Secus au-  
tem in iudice, quia (secundum eos) cum  
puniendo talem clericum iudex uiolat im-  
munitatē fori ecclesiastici, non effugit  
pœnā excommunicationis, & dicit Card.  
quod illud cap. perpendimus communiter  
ita intelligitur, quod scilicet ille comes  
ut priuatus, illum presbyterum inter-  
fecerit. Sed certe hoc nullo modo est te-  
nendum, & expressè illud reprobat Alex.  
de Neuo in dicto consil. 59. num. 12. di-  
cens, quod Card. in hoc verum non dicit  
& quod imo ceteri Doctores, nemine dis-  
crepante, tenent, quod non incurrat  
excommunicatio propter mortem talis  
clerici, quia priuatus erat privilegio fori  
& quod communiter intelligunt illum  
text. quod comes tanquam iudex, non tan-  
quam priuatus, interfici fecerit illum pres-  
byterum, Et certe esset absurdū aliter di-  
cere, ut demonstrat late Alexan. de Neuo  
in loco præallegato, & aperte hoc sonat  
uerba text. dū dicit à B. comite iustus est  
fustigari, qui postea eius mandato tradi-  
tus patibulo expirauit, quæ uerba fustiga-  
tionis, & patibuli non conueniunt priua-  
ta vindicta, sed publicæ iustitiæ. Gofred.  
autem relaxat per Ale. de Imola in alle-  
gato consil. 8. post nu. 2. dicitur, quod ille  
text. in d. c. perpendimus, procedit in cler-  
ico constituto in minoribus, ut scilicet si  
dimittat habitum, & tonsuram, & immi-  
scent se enormitatibus, amittat privile-  
gium fori, non autem in clerico in sacris  
constituto. Sed certe hoc expressè repu-  
gnat text. d. c. quod expressè legitur in sa-  
cerd. q. 1. deo subdit Ale. de Imola ibi,  
quod iste intellectus non est tenendus, sed  
quod uerior & magis communis intell-  
ectus est, quod d. c. perpendimus, locū ha-  
beat in privilegio canonis si quis suade-  
at, de quo dixi infra quæst. 77. uersic. Sed

an percutiens, non autem privilegio fori,  
nam istud (secundum eum) non amittit  
nisi præcedente monitione, & ra-  
uera negari non potest, quin iste intel-  
lectus multi applaudeat libere illius ca-  
dum dicit, propter hoc ad obtinendam  
absolutionem apostolicam sedem adire  
cogantur, quæ uerba, magis uidentur co-  
uenire excommunicationi, quæ inferre  
ex dispositione canonis si quis suadeat,  
quam illi, quæ inferunt propter uiola-  
tum privilegium fori. Et quod monitio  
requiritur, dicunt in præf. seruari Al-  
ber. & Imola in locis per me supra rela-  
tis, & secundum hanc opin. Alexand. de  
Imola in d. c. 8. dicit millesimo semper  
fuisse iudicatum per curiam, & consilia  
Neap. Grammat. super const. Regni,  
fol. 29. col. prima, uers. Decimo ubi con-  
que. Sed tamen neque iste intellectus est,  
communis, nam ut fatetur Car. ibi in de-  
cima oppos. scribentes indistincte tenere  
quod si clericus, dimisso habitu clericali  
immiscet se sequis, perdet omne privile-  
gium, etiam quo ad forum, etiam si non  
fuerit ter monitus, prout illum refert, &  
attestatur hanc esse communem opin. Ale-  
xand. de Neuo in allegato consil. 59. post  
num. 20. Aliqui uero licet transcant cum  
hac sententia, quod scilicet non requiritur  
monitio, addunt tamen, quod talis  
clericus non modo immiscuerit se enor-  
mitatibus, & leuis, sed diu etiam in il-  
lis perseverauerit, & ita in hanc opin. tan-  
quam magis communem obseruari, &  
tempore suo obseruata fuisse asserit Au-  
frier. in repet. cle. prime, de offic. ord. in  
prima regula, num. 27. quem refert Boss.  
in tit. de foro comp. num. 139. Præf. Con-  
radi, fo. 247. in decimanona limitatione,  
& Grammat. in loco supra allegato, Didac.  
præf. quæst. 32. post num. 2. uersic. Tertio  
his erit ubi etiam dicit, quod creditur  
eius moribus receptam in clericis prime  
tonsuræ, & dicit Chaff. sup. consuet. Bur-  
gun. fol. 30. nu. 55. quod hanc opin. uidet  
communiter obseruari, Exempla tamē, in quibus  
idem Aufrier. refert dictam opin. obseruata  
fuisse, non sunt in clericis, qui diu  
in enormitatibus perseverassent, sed in  
his, qui aliquod delictum enorme, &

sequum

delictum perpetrassent, scilicet in clerico,  
qui occiderat in infidias uirū, cuius uxor  
erat eius adultera, & in alio, qui commise-  
rat crimen lese maiestatis, & huiusmodi.  
Hanc eandem opinionem nulla facta me-  
nitione de perseverantia tanquam magis con-  
munem obseruata fuisse refert Boer. de  
cit. 69. nu. 16. & seq. in clerico, qui ex pro-  
posito occiderat quendam barbitot. fore,  
& in alijs, prout etiam multa huiusmodi  
exempla in primo delicto enormi abiq; vi-  
lia perseverantia, aut reiteratione refert  
Gul. de Res. dicitur in 2. parte repet. c. Ray-  
nutius. fol. 81. num. 149. & sequi, secundum  
quam etiam decilium fuit per parlamentū  
Tholose, teste Guid. Papa decil. 138. in ca-  
mera consilij. Ex quibus omnibus apparet  
quod secundum magis communes decisiones  
præallegatas, & consuetudine approbatas,  
clericus siue in sacris, siue in minoribus, con-  
stitutus, qui dimisso habitu clericali ali-  
quod enorme delictum committit, etiam  
nulla monitione præcedente, amittit pri-  
uilegium fori, & potest à iudice laico pu-  
niri. Et ab hac opinione parum non esse  
consulendum aut iudicandum recedendum,  
salua semper determinatione sanctæ ma-  
ris ecclesiæ. Et re uera uidemus, quod plati  
clericos criminosos (ut plurimum) leuiter  
castigant, & licet quædoque eos ad perpe-  
tuos carceres condemnent, tamen illos post-  
ea relaxant plerique, ac dimittunt ex quo  
oritur in populo scandalū, uidere clericū,  
& laicum eundem delicti reos adgo diuer-  
simode puniri, ut scilicet laicus pena mor-  
tis afficiatur, & in fustigandatur, cleri-  
cus aut aliqua leui pœna castigatus per fo-  
rum ambulet. Idemque populus contra p-  
latos, & clericos intumescit, & murmurat  
ut dicit Anch. in c. ea, quæ sunt de reg. iu-  
di. 6. & alij, quos refert Boer. in d. deci. 69.  
nu. 5. propterea non est mirum, si quædo-  
que iudices seculares in remissionibus, cleri-  
corum ad iudices ecclesiasticos facien-  
dis, difficiles se præstant.

Ceterum si clericus incedat in habitum,  
& tonsuram, cessant hæc omnia, nam quan-  
tumcunque grauius crimina, committat, &  
illa reiteret, in eis que pserueret, nunquam  
afficitur de foro seculari. Et hanc dicit esse  
communem opinionem Boss. in tit. de

foro competent. post num. 134. & ita semper  
uidi obseruari. Bene uerum est, quod  
si clericus esset seditiosus, & turbaret pub-  
licam quietem, solet seruari, etiam quod  
sit in sacris, illum ad tempus eijcere ab  
illa ciuitate, uel loco, quam perturbat,  
prout factum fuit proximis annis in quodam  
archiepiscopo byterno. 18. Augusti. 1539.  
P. N. Et potest talis pronisio uolensari,  
quia uidetur facta non minus ad benefi-  
cium ipsius clerici, ne scilicet offendatur,  
quam aliorum. Uidi etiam per senatum  
condemnari ad trimesem per decennium  
quendam fratrem desiderum ex mona-  
sterio Castellarij, qui confessus fuerat se  
rotundisse plurimæ monetam. 12. Septem-  
bris. 1560. A. C. habita tamen prius fide ab  
eius superiore, quod fratres habebant ill-  
lum pro incorrigibili, & pro membro pu-  
trido. Faciunt quæ dixi infra, uersic. Suc-  
cessiue quæro.

Quæro, pene, quod clericus fuerit ad-  
missus a principem ad aliquod officium  
seculare, & in ipso officio deliquerit, nua  
quid poterit ab ipso principe, uel alio iu-  
dice seculari puniri? Respond. quod non,  
etiam si tantum in minoribus sit ordinatus  
constitutus. Et hanc esse communem  
opinionem attestatur Aufrier. in dicta ele-  
men. prima. numero vigesimo quinto. de  
offic. ordin. quem refert Didacus in præf.  
quæst. 33. post numerum sextum. Subdit  
tamen Aufrier. in loco præallegato, quod  
hoc conclusio in Gallia non seruari in  
practica, & ita etiam uidemus quod de  
principes seculares tales clericos etiam  
in sacris constitutos priuare officio, & etiam  
mulecare pœnis pecuniarijs, ubi qualitas  
facti hoc exigit. ut etiam dicit esse consue-  
tam seruari in regno Franciæ Gul. de Be-  
nedic. in prima parte cap. Raynutius. fol.  
81. num. 155. licet forte de iure male su-  
stineri possit.

Uterius quæro, nunquid clerici reperti  
cū armis prohibitis ex forma ordinis,  
& proclamationum principis secularis,  
possint à iudice laico puniri? Respon. Re-  
solutio huius questionis uidetur pendere  
ab illo articulo, nunquid talia edicta ligent  
clericos: in quo mihi semper placuit op-  
firmatiua, quæ etiā est magis communis,

p 3 vt

vt dixi supra lib. 1. Et patet ex auctoritatibus allegatis per Didacum in pract. q. 6. 33. n. 7. ex quo talia proclamata concernunt publicam utilitatem & quietem totius populi. prae teraque armorum usus non modo de iure civili, sed etiam de iure canonico interdicitur, vt ibi dixi. Hac igitur opinione retenta, dic q. si clericus fuerit reperiendus cum armis prohibitis, potest index laicus, & seu eius familia ipsos spoliare, & arma eis auferre, neque tenentur illa eis restituere, Et ita passim obseruatur, & in specie id in Hispania seruari attestatur Didacus in d. q. 33. numer. 7. & lib. 2. resolutionum. cap. 20. in fine. Placa lib. 1. delictorum. cap. 8. num. 26. Alias se queretur, q. clericus possit cum armis liberè vagari, & impune turbare quietem ciuitatis, quod esset absurdissimum, & nullo modo tolerandum. Quia vero ad poenam corporalem, credo, quod contra reos exequi non possit, sed si sit pecuniaria, bene possit exequi, non tamen potest index secularis ab eis illam exigere, sed sunt puniendi per iudicem suum ecclesiasticum, secundum opinionem lo. de Platea in §. idem lex Iulia. Inst. de pub. iud. Et ad huc effectum index, & familia secularis possit & deberet talem clericum cum armis deprehensum impune detinere, & conignare suo iudici, vt illum puniat, iuxta ea, q. dixi supra q. 28. ver. Si vero loquimur. Et licet Didacus in loco praescripto dicat, quod forte non tenebitur index ecclesiasticus eis imponere poenam comminatam in edictis principis secularis, sed solum eos punire poena arbitria, ego in poena pecuniaria credo, q. tenebitur eam illis imponere, non enim video, quomodo dicerentur clerici ligari humilissimi edictis, vt est communis conclusio, cum qua etiam ipse sentit, nisi ligarentur etiam poena pecuniaria in eis imposita. Bene quoque ad poenam corporalem, teneo, quod nullo modo eos liget. Ceterum quidquid sit de iure in Gallia indices seculares puniunt clericos arma vetita deferentes, vt attestatur, multi, quos refert Didacus in loco praescripto, Chassen. super consuetud. Burgund. fol. 52. num. 77. vbi refert etiam hic Mediolani dum ipse esset vicarius iustitiae, ca-

ptum fuisse quendam clericum de nocte cum armis, qui fuit punitus poena pecuniaria, & euasit corporalem. In Gallia autem dicunt hoc eis licere ex priuilegio Rom. Pontificis.

Quero, nunquid clericus committens crimen lese maiestatis, possit puniri per principem, aut iudicem secularem, cui sit temporaliter subditus? Respond. De iure loquendo, quod non, clericus enim non dicitur proprie committere crimen lese maiestatis, cum non sit vere subditus, vt dixi supra §. lese maiestatis. versic. Vitiique. Et ita reperio in facti contingencia consultuisse Barb. cons. 22. in primo dubio. lib. 3. Roland. cons. 4. lib. 1. Tamen de facto principes seculares pluries seruati contrarium, quia in hoc crimine, cum agatur de ipsorum vita, aut statu, non solent clericos remittere ad iudices suos ecclesiasticos, sed ipsi per suos iudices illos exanimari faciunt, & torqueri, & quandoque etiam suspendi, & possent forte principes, & iudices seculares hoc facientes exequari per textum in ca. perpendimus. de sentent. excommu. & ea, quae dixi supra, versiculo, Quero modo. Sed nunquid clericus postquam erit iudicatus a iudice suo ecclesiastico, q. commiserit tale crimen lese maiestatis, erit deinde degradandus, & tradendus curiae seculari? Respond. quod proculdubio est degradandus, non tamen actualiter, sed verbaliter tantum, & hac est communis opinio, vt dicit Carp. l. un. cons. 159. numero primo. prout illum refert Villalobo in sua collecta communium opinionum. in litera E. nume. 99. Et licet Abb. in dicto ca. at si clericus. in principio. in vltimis verbis. teneat quod est deinde tradendus curiae seculari, tamen communis opinio videtur esse in contrarium, vt ait Bossius in titulo de foro comm. petenti. numero 137. & in titulo de crimine lese maiestatis, post nume. 86. Nemo est qui nesciat hoc crimen lese maiestatis esse atrox, & enorme, propterea dicerem iudicem ecclesiasticum posse talem clericum, etiam non expectata incorrigibilitate, tradere curiae seculari, non tamen teneri, iuxta ea quae dixi infra ver. Pariter etiam.

Solent

Solent etiam quandoque dubitari, numquid clericus deponens falsum testimonium coram iudice laico, possit ab eo puniri, dixi infra quae §. 38. versiculo. Sed hic quae ro.

Item quero, nunquid clericus imputatus de assassinio, possit puniri per iudicem secularem? Respond. q. sic. tales enim assassini sunt diffidari a toto populo Christiano, & possunt a quocumque impune offendere, vt est text. in c. vnico de homic. in sexto, & dixi supra hoc eo lib. §. Assassinio, ver. Sed quae ro.

Sed quero, Tu scis, quod in casibus, in quibus clericus potest puniri a iudice seculari, requiritur sollemnis degradatio, & traditio curiae secularis, vt dixi infra versic. Scias autem, & seq. nunquid haec etiam requirantur, quando clericus de assassinio imputatur? Respond. quod non requiritur actualis, neque sollemnis depositio, vel degradatio, & est communis opinio vt dicit Lambert. in ca. primo, questio. 11. numer. 88. de heret. in sexto, quem refert Vitius in lib. communium opin. in verbo, index laicus potest, Diaz in pract. crim. canon. c. 91. Didac. lib. secundo resolutionum. c. 20. post nume. 10. ver. Sexto deducitur, Placa lib. 1. delictorum. ca. 19. num. 26. referens id attestari Remig. Gon. de immunitate ecclesiarum, fol. 144. fallen. 15. nume. 10. Et ita in practica obseruatur, vt ait Diaz in d. c. 91. quem refert Pract. Conradi, fol. 247. ver. 18. fallit. Bene verum est, quod requiritur sententia declaratoria, per quam index pronunciet ipsum esse assassinum, & haec est communis opin. vt dicit Pract. Carer. folio 289. nu. 11. Capic. decif. 112. nume. 2. Placa in d. c. 19. nu. 27. qua declaratione sic facta, non requiritur alia sententia, per quam imponentur poenae contentae in d. c. vnico, sed statim illas incurrit ipso iure, & facta, & ita dicit tenere communiter omnes Doctores Alex. consilio 166. nume. 5. li. septimo. Sed nunquid talis declaratoria fieri potest per iudicem secularem, an autem requiritur in prius, quod index ecclesiasticus pronunciet ipsum clericum esse assassinum? Respond. De iure res videtur clara, quod spectat ad iudicem eccle-

siasticum, sed de consuetudine ego video apud nos seruari, quod si talis clericus est in forte iudicis secularis, non fit aliqua declaratoria super hac qualitate, neque per iudicem ecclesiasticum, neque per secularem, sed reiecta exceptione clericatus, proceditur ad vltiora contra tale clericum imputatum de assassinio, & retinetur in curia seculari iudicandus, & deinde per seculo processu, & costitio de assassinio, ferretur per ipsum iudicem secularem sententia declaratoria vna cum ipsa condemnatio, & ita etiam reperio in facti contingencia obseruatum fuisse per consilium Neapol. vt attestat Cap. in allegata decif. 112. nu. 4. & seq. & decif. 155. post nu. 25. versic. Sed hanc sententiam, & Grammat. voto 8. & voto 11.

Quero etiam, Tu scis, quod regulariter clericus propter aliquod quauis graue delictum non traditur curiae seculari, nisi sit incorrigibilis, vt dixi infra versic. Dixi etiam, nunquid ergo propter crimen assassinii erit tradendus curiae seculari non expectata incorrigibilitate? Respond. quod sic, & est communis opin. vt dicit Gul. de Benedicis in questio. de homicidio, qua posuit post repet. ca. Raynutus, fol. 41. in fin. quem refert Placa in d. c. 19. post numerum 26. Et licet ipse videatur sentire contrarium ex quo iste casus (vt ipse dicit) non est specialiter exceptuatus a regula, non tamen est a communi opinione recedendum, qua insinuitur verbis text. in d. cap. vnico expressè disponētis, quod absque vlla dispositione vel sententia, ipso iure, & facta relinquatur curiae seculari, in qua seculari curia parum curamus, an quis sit incorrigibilis, vel ne, vt est omnibus notissimum.

Succussus, quero, nunquid clericus, qui sit incorrigibilis, possit puniri per iudicem secularem? Respond. quod regulariter, licet sit incorrigibilis, non potest puniri a iudice laico, nisi prius sit degradatus & traditus curiae seculari, scias tamen, quod si talis clericus sit vere incorrigibilis, eo casu vtrique poterit per iudicem secularem absque vlla degradatione puniri, & hoc etiam, si sit in sacris constitutus, & est communis opinio, vt attestat Pract. Iul. Clar. p. 3. statu-



caur. videlicet pract. q. 2. post numer. 2. vers. secundo est annotandum. Scias etiã quando clericus incorrigibilis non potest puniri ab ecclesia, potest ipso iure cõprimi a iudice seculari, absq; alia degradatione. Et hoc est communis opi. Mod. vt dicit Ar. in c. cum non ab homine, post num. 39. vers. Tertia fuit opi. de iud. quem refert Diaz in pract. crim. cap. ca. 131. Et ita aliquando seruatum fuisse per Senatorem dixi sup. a vers. Ceterum si clericus.

Sed quaritur, inquit requiratur declaratoria sup. huiusmodi incorrigibilitate prius, quam clericus possit per iudicem laicum puniri? Resp. Fel. in d. cum non ab homine, post num. 10. dicit, quod potestas, qua datur iudici seculari super clerico incorrigibili, non exercetur, nisi declaretur qualitas incorrigibilitatis, & dicit, q; ita colligitur ex omnibus dictis doctorum communiter, & Felini refert & sequitur Diaz in allegato ca. 131. Boss. autem in tit. de foro compet. nu. 132. dicit, q; clericus, qui non incedit in habitu dicitur incorrigibilis, si præcessit crimino, ille vero, qui incedit in habitu, dicitur incorrigibilis, quando primo est depositus, secundo excommunicatus, tertio anathematizatus, & adhuc in contumacia perseuerat, qua forma seruata, dicitur ipse, quod absq; alia declaratione efficitur fori secularis, & subdit, quod ita tenent communiter Doctores, licet postea dicat quod illa forma raro videt in vsu. Ceterum Chassen. super consuet. Burg. fol. 51. post nu. 66. dicit, q; in curia Parisiensi observatur, quod post binam remissionem de delictis, pro quibus ingeritur pena mortis, clericus habetur pro incorrigibilis tam in odium incorrigibilitatis, quam in odium iuris ecclesiastici negligentis eum corrigere. Idem etiam declaratum fuisse per parlamentum Parisiensem in criminibus, in quibus pena mortis non iugebatur, refert Papeo lib. 1. tit. 6. Aretio 5. qua observantia mihi satis placet.

Scias autẽ, quod regulariter clericus in laicis constituitur, non potest propter quodcumque etiam enormissimum crimen

a iudice seculari puniri, nisi prius sit a iudice ecclesiastico degradatus, & traditus curiæ seculari, & hoc omnes fatentur, vt ait Didac. pract. q. 32. nu. 2. Duo itaque requiruntur ad hoc vt iudex laicus possit clericum punire: primum, q; sit degradatus, secundum, q; sit traditus curiæ seculari. Degradatio autẽ est duplex, verbalis, & actualis, vt dixi infra q. 747. Et effectus huius differentie est maximus, nam quando degradatio est tantummodo verbalis, iudex laicus nullam habet iurisdictionem in clericum ita degradatum, nisi tradat et curiæ seculari, vt dixi supra q. 747. Et effectus actualiter degradatus, potest iudex secularis eum punire absq; alia traditione, & hæc est communis opi. vt dicit Aret. in d. c. cum non ab homine, numero 108. prout illum refert Villalobos in sua collecta communium opin. in litera C. num. 71.

Scias etiam, quod clericus non est degradandus nisi pro tribus criminibus. Scilicet hæresis, falsi commissi in literis Apostolicis, & conspirationis in apertum episcopum, & hæc est communis theoricorum, vt ait Guiliel. de Bened. post tertiam partem repetitionis, ca. Reyno. in quæst. de homicid. nu. 3. & seq. quem refert Foller. in pract. crim. canon. fo. 172. nu. 23. In alijs autem quantumcumque grauibus delictis sufficit sola depositio absq; degradatione, & ideo quamuis clericus commiserit crimẽ enorme, & grauissimum, etiam si occidisset summum Pontificem, non debet degradari, si paratus sit se corrigere, sed debet detineri in perpetuum carcerem, vel in monasterio, & est communis opi. vt dicit Boss. in tit. de foro compet. numero 136. Vt certe quicquid sit de iure, contrarium obseruatur in practica, vt dixi infra vericulo, Pariet etiam.

Dixi etiã, quod ad hoc vt clericus in sacris constitutus possit puniri a iudice laico, requiritur vltra degradationem q; sit in aduersa curiæ seculari. Scias autem quod regulariter clericus etiã depositus non debet tradi curiæ seculari, nisi sit incorrigibilis, & hæc est communis opi. vt dicit Abb. in d. c. at si clerici. post nu. 38.

ver. 12

vers. Et sic residet. de iudi. Si vero sit incorrigibilis, tunc potest iudex laicus, absq; alia traditione facienda per iudicem ecclesiasticum, illum punire, & est communis opinio, vt dicit Alex. de Neuo consil. 59. nu. 28. Quinimo ibi, nu. 30. dicit communem opinionem esse, q; etiam absq; degradatione possit clericus puniri, & dicit q; hanc esse communem arteatur Butrius in d. c. cum non ab homine.

Hinc inferitur, quod licet ex dispositioe ca. si quis sacerdotum. 11. q. 1. clericus propter calumniam, vel contumeliã illatam episcopo sit deponendus, & tradendus curiæ seculari, illud tamen intelligendũ est, si sit incorrigibilis, & ita tenet gl. in d. c. cum non ab homine. in gl. ff. de iudicibus opinio tanquam iudicis cõter approbatur, vt dicit Abb. in d. c. at si clerici. post nu. 37. Summa Siluestrina in verbo, Degradatio. q. 2. Hanc et opinionem dicit tenere communiter Doctores August. ad Ang. de malef. in verbo, & ibi caput. nu. 42. Anan. in c. ad abolendam. post nu. 19. vers. Tertius casus est. de heret. Aret. in d. cap. cum non ab homine. num. 71. quem refert Diaz in pract. crim. canon. cap. 109.

Videmus etiam, q; quamuis clericus conuictus de crimine falsi statim sit deponendus, & tradendus curiæ seculari, c. ad falsarium. de cri. falsi. nihilominus hoc regulariter non seruatur, vt dicit Aret. in rubr. de falsis. circa finem.

Pariter etiam, licet clericus cõdemnatus pro enormi homicidio sit deponendus, & tradendus curiæ seculari, non tamen potest statim post depositionem tradi curiæ seculari, sed debet expectari, q; sit incorrigibilis, & est cõs opinio, vt dicit Aret. in d. c. cum non ab homine. num. 80. quem refert Dec. in d. c. at si clerici. nu. 258. Arnal. Alber. in ca. quoniam. col. 124. in fin. vers. Nihilominus tamen. de heret. in sexto, quem refert Diaz in pract. criminis. canon. cap. 90. relatus per Didac. lib. 2. reuocatum. cap. 20. post nu. 7. & Foller. in pract. crim. fol. 66. nu. 44. circa fin. Placa lib. 1. delictorum. cap. 21. nume. 13. Berous in d. cap. at si clerici. numero 181. Bossius in titu. de foro com-

peten. numero 141. in fin. Contrariam tamen sententiam, q; scelericus pro enormi homicidio, aut alio delicto tradendus sit curiæ seculari, dicit esse magis communem Guiliel. de Benedic. post tertiam partem repetitio. ca. Raynuius in dicta questione de homicidio. numero 40. in fine. quem refert etiam Didacus in loco præallegato, non bene relatus per Villalobos in sua collecta communium opinionum, in litera L. nu. 8. refert etiam Menchiaca de cõsa. libro tertio. §. 22. post. aume. 32. Ita etiam dicit communiter teneri pract. Caserri. fol. 544. numero 59. Et hæc opinio seruatur in practica, vt scilicet clericus propter homicidium proditorum, vel aliud enorme, & grauissimum delictum degradatus, traditur curiæ seculari, non expectata incorrigibilitate, vt in facto quodque seruatum fuisse refert Decius in dicto ca. at si clerici. col. finali. Diaz in dicto cap. 90. quem refert Foller. in pract. crim. canon. fol. 273. & scita alias practice refert August. ad Ange. de malef. in verbo, & ibi caput. post nume. 43. & ego etiam aliquando vt id seruari. Ego in huiusmodi casibus enormibus, stante hac varietate opinionum, crederem hoc retinendum esse a bitrio ipsius iudicis ecclesiastici degradantis, qui secundum qualitatem facti, & personarum decerneret, an esset tradendus curiæ seculari, vel non. In dubio tamen dicerem non esse faciendam traditionem clerici delinquentis, qui non esset incorrigibilis, nisi natura rei, & circumstantiis criminis aliud suaderent. Et hæc sententiam tanquam cõmunem, & regulis iuris consentaneam amplecti videtur Didacus in loco præallegato, vers. Hinc sane.

Nunquid autem Episcopus, aut clericus committens crimen lese maiestatis in principem secularem, sit illi tradendus? Dixi supra vericulo, Quæro nusquid.

Sed an iudex secularis, cui traditus est clericus degradatus per iudicem ecclesiasticum, poterit illum punire corporaliter? Respond. Si considerentur verba text. in dicto cap. cum non ab homine. videtur dicendum q; non cum ibi expresse

P 4 dicat

dicat Summus Pontifex, q̄ non debet puniri ad mortem, sed tantum p̄na exilij, vel alia legitima p̄na, & verbū. Alia videtur intelligēdum de simili, iuxta cā q̄ dixi inf. a lib. 7. S. alius. Sed in hoc nō est insistentium, nam de facto contrariū seruatur, quia scilicet iudices seculares illos puniunt p̄na mortis, & ita vbiq; seruari attestatur Chassen. super contue. Burgund. fol. 51. post nu. 66.

Sape numero contingit, quod delinquentes post commissa scelera faciunt se clericos. Quæro, nunquid clericus, qui post commissum delictum assumpti clericatus, aut factus est religiosus, possit puniri à iudice seculari? Respon. Aliter dicunt simpliciter, q̄ non, & ita fuisse alias iudicatum in curia Aquisi, refert Old. consil. 4. in fine. Tu vero dic, q̄ aut talis delinquens suscipit abique fraude ordinem ecclesiasticum, & tunc liberatur, & eximitur prorsus à iurisdictione iudicis laici, & relinqui debet iudici suo ecclesiastico puniendus. Et hæc conclusio est frequentiori Doctorum calculo recepta, ut attestatur Placa lib. 1. delictorum. ca. 35. nu. 1. Aut vero assumpti ordinem ecclesiasticum in fraudem, vt si se eximeret à iurisdictione seculari, & tunc nō liberatur, sed potest per iudicem laicum contra eum procedi, & est communis opinio, vt ait Imola, consil. 1. 19. numero 1. Didac. pract. q. 32. post nume. 4. versu. Secunda conclusio. Placa in loco præallegato, post nu. 1. Bene verum est, q̄ hoc casu non poterit puniri corporaliter à iudice laico, sed tantum in confiscatione bonorum, aut p̄na pecuniaria, & sic remanet subditi ratio ne cause, & bonorum, non autem respectu personæ, & ita communiter tenetur, vt dicit Auser. in d. clem. 1. in prima reg. num. 19. de offic. ordi. quem refert Didac. in d. quest. 32. post nume. 4. versu. Tertia conclusio. & Nimus de los corregidores, fol. 137. colum. 1. versu. Ino foruus. & Viuitus in lib. communium opinionū fo. 22. in verbo, Ordo ecclesiasticus. Hanc et dicit esse communem opinionem Placa in d. ca. 35. nume. 3. Bos. in titu. de p̄nis. num. 38. Præst. Contradi, fol. 247. versu. Undecimo fallit. Deberet tamen iudex

ecclesiasticus talem clericum, qui ecclesiasticum ordinem in fraudem suscepit, degradare, & tradere iudici seculari, etiā corporaliter puniendum. Hanc autē conclusionem indices seculares non obseruant, vt dicit Bart. in d. l. prima. nume. 3. in fine. ff. de p̄nis. quem refert Iguens in l. fidei commissum. post num. 266. ff. ad Sylle. Nā (vt ait Bar. ibi) ex quo iudices ecclesiastici plerunq; solent in hoc esse prestare difficiles, solent indices seculares, absq; hæc solennitate degradationis, nihilominus eos ad mortem condemnare, & propriam sententiam exequi, licet secundum eum male faciant.

Sed in hoc proposito quæro, quando præsumatur delinquentem suscepisse, clericatum, aut ingressum fuisse religionem in fraudem, vel non? Respon. q̄ si prius fuerat de ipso delicto delatus, vel est diffamatus, præsumit in fraudem illud fecisse, & ita sentit maior pars interpretum, vt attestatur Placa in d. c. 35. nu. 1. circa fi. & alias senatus in causa quindam Oldradi Cuius indicauit beneficium in fraudem susceptum fuisse, quoniam post commissum delictum illud adeptus fuerat. 19. Nouemb. 1552. P. N. Hoc autem multo magis loci haberet in eo, qui iam fuisset condemnatus. Et ideo reiecta fuit per senatum hæc exceptio in facti contingentia, in quodam Barth. Trovto, qui dum esset vxoratus, condemnatus fuerat in p̄nam p̄cuniarum, eo quia non presentauerat querendum, pro quo fideiusserat, deinde fecit se clericum, & senatus non obstanter clericatu iussit contra eum procedi per iudicem laicum. 9. Septemb. 1559. P. N.

Sed nunquid, si delinquens ingreditur religionem, monasterium tenebitur pro delicto ipsius ingressi, prout etiam dixi in herede, infra questio. 51. versu. cū, sed hic quæro? Respon. quod tenebitur ipsum monasterium, quatenus ad eum peruenit. Et hæc est communis opinio, vt dicit Alber. in auth. ingressi. numero 2. circa finem. C. de sacrosan. eccles.

Euenit plerunq; quod in eodem crimine conuictendo interueniunt simul delicti, & laici, & iudex ecclesiasticus proce-

dit

dit contra clericos, in dextero secularis procedit contra laicos. Quæro, nunquid causa sit etiam quo ad laicos remittenda iudici ecclesiastico, & hoc, ne contingentia causa diuidatur, & ne forte etiā diuersæ sententiæ sequantur? Respon. de iure, quod sic; ita dixit Anto. de Prato veteri, in l. 1. in fi. ff. q̄ senten. siue app. res. cind. Nam (vt ipse ait) magis dignum trahit ad se minus dignum. ca. quanto. de indi. prout est communis regula, teste Gomef. in ca. primo. nu. 47. in h. de rescript. in sexto. Et hæc opinionem dicit esse communem Bos. in tit. de foro comp. nu. 116. in fi. Et ita sequendo; vidisse in practica obtemeri, attestatur Soci. in l. cum senatus. in fi. ff. de reb. dub. quem refert Bos. in d. tit. de foro comp. num. 147. & Foller. in prac. crim. fol. 75. num. 79. ita etiam se in facti contingentia obtinuisse attestat Joan. Arnol. Ioli loquio 57. Non est negligentum. Sed certe, quidquid sit de iure, hæc opinio non seruatur in practica, ut dicit Iguens in l. prima. Si quis in villa. nu. me. 27. ff. ad Sylle. Et ita in hoc Ducatu semper vidi seruari, quod iudex laicus cognoscit quo ad laicos, & ecclesiasticus quo ad clericos, & ita etiā reperio in facti contingentia seruasse consil. Neapol. ut refert Capic. decil. 73. Et licet Chassen. super contue. Burgund. fol. 41. post num. 68. dicit se vidisse in hoc Ducatu obseruari prædictam decisio. Anto. de Prato veteri, hoc forte potuit esse suis temporibus, hodie certe seruatur totum contrarium, prout etiam se vidisse contra eam saepius iudicari, attestatur Iguens in l. senatus consulto. num. 14. ff. ad Sylle. Et ego pluries ita vidi iudicari, & in specie in cā quorundam de Castellione. 23. Martij. 1553. C. R. Et hæc opinionem contra Ant. in practica seruari, attestatur etiam Rebuff. in repet. auth. habita priuilegio 106. & Anto. Gomez. c. 10. delictorum. nu. 6. in fi. & alij plures, quos refert Didacus pract. q. 34. nu. 1. in h. Et ideo ab hac communis seruantia non recedas in practica.

Quæro, quid si per laicum illata sit iniuria clerico, nunquid cognoscit iudex iudici ecclesiastico? Respon. Giol. in auth. Item nulla communitas, in verbo, Ab ec-

clesia. C. de episc. & cler. tenuit, quod sic, alij vero dicunt, quod q̄ laicus offendit clericum, potest vterq; iudex de ipso delicto cognoscere, & inter ipsos esse locus preuentioni. Et ideo si iudex ecclesiasticus prius procedere cœperit, ipse præferatur, & cōteruo, & ita seruari attestatur Guido Papa decil. 562. vtum officialis. nume. 3. & ita iudicatum fuisse in parlamento Gratianopol. refert Papo lib. 1. tit. 4. Arresto 6. Mihi magis placet, quod vterque iudex procedat, & vterque condemnet, prout se in facti contingentia obseruasse attestatur Amad. de syud. nu. 171 vbi dicit, quod Episcopus ciuitatis, pcedebat contra percutientem clericum ad p̄nas spirituales, & ipse pcedebat ad p̄nas sico applicandas, vterque enim iudex videtur offensus, merito vterq; ad p̄nam sui fori procedere debet, cum p̄na spiritualis nō tollat temporalem, nec contra, vt dixi infra questio. 57. versu. Sed quæro,

Quæro quomodo fiat remissio clericorum à iudicibus laicis ad ecclesiasticos? Respon. in aliquibus, quincis consuetudo est quod fiant tales remissiones cum irrisione maxima ipsorum clericorum, & plerunq; etiam cum mitra in capite, uel tubis sonantibus, quod seruatum quando que fuisse in ciuitate Perusij refert Ange. in l. lege Iulia. circa fi. ff. ad legē Iul. de vi publ. solēt etiam aliqui iudices eos mittere ligatos in maxima populū frequentia, & alij faciunt eis radi caput, ne videatur corona clericalis, & ipsos tanquam laicos remittunt iudici ecclesiastico, ut refert Paris Put. de syud. fol. 220. post nume. 5. in hac autem prouincia tales remissiones fiunt sine aliquo ipsorum clericorum dedecore, aut ignominia. Et hæc consuetudo tanquam iustior, & honestior seruanda est, & refert Paris Put. de syud. fol. 391. in verbo, Remissio. quod quidam regens, qui remisit clericum cum catena in collo ad Episcopum, fuit priuatus officio, quem refert Carauita super ritu magnæ curiæ 235. numero 7. & sequen. vbi dicit hoc intelligendum esse nisi catena illi apposta fuisse causa custodię potius, quā causa ignominie.

Vltimo

Vltimo quaro, nunquid quando iudex secularis remittit clericū ad iudicem ecclesiasticum, teneatur ipse iudex ecclesiasticus stare processu factō a iudice seculari remittente? Respond. quod non, & est communis opinio, ut attestatur Dec. in c. si clerici. de iud. prout illum refert Crāmat. conf. crim. 42. au. r. & Viuius lib. cōmuniū opinionum. in verbo, iudex laicus. seu, sunt enim acta facta coram iudice incompetente. Quid autem in confessione, dixi supra q. 2. verfi. Hanc tamen. Vide in hoc proposito ea, que dixi infra q. 96. verfi. Quaro etiam.

QVAESTIO XXXVII.

S V M M A R I V M.

- Delicta communis fori que sint.*
- Et an crimen vsurarum sit communis fori.* versiculo, Quaro igitur.
- Et an crimen adulterij, versicu.* Quaro nunquid.
- Et an crimen concubinitus, versiculo.* Quaro etiam.
- Et an crimen sodomie, versiculo.* Item quaro.
- Et an crimen sacrilegij, vers.* Vltierius quaro.
- Et an crimen sortilegij, vers.* Præterea quaro. Remissio.
- Episcopus an possit capi facere laicos ob crimina communis fori, versicu.* Vnum tamen.
- Res absolutus, vel punitus in uno foro, an possit etiam in alio puniri, versu.* Vltimo quaro. Remissio.



In hac exceptione incompetēti iudicis sepenu-mero dubitari cōtingit, rōne causę ipsius, seu. criminis, de quo agit, an i. eius cognitio spectet ad iudicē ecclesiasticū, an ad iudicē laicū, an et ad utrūq. Et in hoc pposito scire debes qd aliorū qdā sit mere ecclesiastica, siue ad cognitioē ecclesiasticū iudicis pti-  
verti.

tia, quādam mere secularia, siue ad cognitioē iudicis laici pertinētia, qdā mixta, scilicet communis fori, in quibus potest & iudex ecclesiasticus, & laicus cognoscere.

Quaro igitur, nunquid crimen vsurarum sit communis fori? Respond. Videtur dicendum, quod non, sed quod pertineat solummodo eius cognitio ad iudicē ecclesiasticum, nam istud crimen est mere ecclesiasticum secundum communē opinionem, de qua attestatur Didacus li. 3. resolutionum. ca. 3. in primis verbis. dicens, quod omnium iuris vsurisque professorum consensu in hanc itum est sententiam. Et qd causa restitutionis vsurarum, etiam si agatur inter laicos, spectet ad iudicē ecclesiasticum, neque in ea laicus sit iudex competens, voluit gloss. in clem. 2. in verbo, vsuris. de iudi. secundum qd dicit esse communem opinionem. Alber. in rub. C. de vsuris. nu. . . Ita etiam cōmuniter seruari, & praticari attestatur Lapsus de Castell. allegatio. 56. Reuerende domine. quē refert in sola iure. cum sit generale. nu. 6. de foro compet. Ad eo quod (secundum aliquos) non potest iudex secularis, neque etiam incidenter cognoscere super vsura, & hac opinionem dicit esse communem Alex. in l. quoties. post nu. 4. verfi. extra glo. C. de iudi. Quinimo (secundum alios) parte excipiente contractum esse vsurarium, non potest iudex secularis, neque etiam statuere terminum, intra quem debeat coram iudice ecclesiastico probare exceptionem vsurarię prauitatis, iuxta doctrinam Bar. in l. preses. post nume. 4. C. de appel. quem omnes sequuntur, Vt dicit Ripa in l. qui pro tribu. mali. num. 7. ff. de re iudica. Tu vero breuiter dic, quod, aut loquimur, quando pro crimine vsurarum agit criminaliter, & tunc nulla est difficultas, quin vterque iudex, scilicet tam ecclesiasticus, quam laicus, possit pro ipso crimine criminaliter contra vsurarium pcedere, vt dixi supra hoc eo. lib. §. Vltura. verfi. Et ex hoc inferitur. Et ita praxis obseruat, ut attestatur Didacus in d. ca. 3. post num. 1. versiculo, Quarto non est. Aut loquimur, quando inter partes agitur ciuilitate, & tunc, aut

vertitur questio iuris super vsura, scilicet nunquid contractus sit vsurarius, vel nō, & tunc cognitio spectat ad iudicē ecclesiasticum, neque potest iudex secularis in ea nullo modo se introrittere, Et ita concludunt omnes Doctores, tam legistae quam canonistę, ut dicit Iason. cont. 133. num. 3. lib. 4. vbi etiam refert Baldin l. si illum cū diffimus. ff. de his qui sunt sui vel alieni juris. de ientem quē dita tenetur de consuetudine, Dec. consil. 170. nu. 3. vbi dicit quōd doctores omnes ita cōtendunt, Roland. consil. 95. num. 44. lib. 2. Hanc etiam opin. dicit esse communem Socii. consil. 88. num. 3. lib. 4. Alciat. in capi. 1. num. 77. de offi. ord. Et ita etiam cōmuniter praticari, saltē quādo iudex ecclesiasticus facit inhibitionē, attestatur Marian. in d. cap. cum sit generale, l. i. nu. 22. de foro compet. Aut vero vertitur questio facti super vsura, pura quia non reficitur in elubium an contractus sit vsurarius, vel ne, sed solummodo repetitur vsura, & tunc utique laicus est iudex competens. Ita dicit Bal. in d. l. quoties. circa fi. C. de iud. qui in hoc communiter appobatur, vt dicit Blancus de cōpromissis, fol. 94. post num. 9. Et etiam cōmuniter receptum esse attestatur Didacus in d. cap. 3. circa principium, & super quarto lib. decretal. fol. 197. num. 5. Hanc etiam dicit esse communem opin. Abb. in d. cap. i. cum sit generale, nume. 17. quem refert Al. licet. super prima parte cōstitutionum Regni, Rub. 6. cap. statum. num. 1. & Berōus in Rub. de vsuris, post num. 87. Alexand. in d. l. quoties, prout illam refert Tur. in lib. cōmuniū opin. cap. 90. Al. iat. in d. cap. 1. nume. 77. Hęc tamen omnia intelligenda sunt, ut procedant, quādo principaliter in iudicio dicitur quęstio vsurarum, ceterum quādo incidit inter oppositos per modum exceptionis contractus esse vsurariū, tunc bene potest iudex laicus cognoscere, etiā super questioē iuris, & contractus ipsū tanquam vsurarium annullare, & rescindere, & est communis opinio. tām legistarum, quam canon. ut dicit Guido Pa. consil. 180. nume. 2. Et ita quādoq; vidi seruari.

Quaro, nunquid causa adulterij sit communis fori, ita quod in ea possit procedere tam iudex ecclesiasticus, quam secularis? Respond. quod sic, & id eo ex causa adulterij poterit Episcopus punire etiam laicos, ut dicit Abb. in cap. Intelleximus, num. 1. de adult. & est communis opin. ut attestatur Alciat. in d. cap. 1. nume. 18. de off. ord. & ipse excommunicare, & detruere in monasterium, & est cōmunis opinio, ut ait Didac. super quarto decretal. fol. 145. num. 20. quera refert Villalob. in sua cōlectā cōmuniū opin. in litera L. num. 5. Cum enim hoc delictum sit in oblatio sacramenti matrimonialis, merito eius iudicium non minus pertinet ad iudicē ecclesiasticum, quam ad laicū scias tamen, qd quādo agitur ad separationem tori propter adulterium faciendam, tunc de ea solus iudex ecclesiasticus cognoscit Et hoc est cōmuniū opin. ut ait Decius cont. 212. post num. 2. Didac. super quarto decretal. fol. 137. num. 8.

Quaro etiam, pro crimine concubinitus qui sit iudex competens? Respond. Aliqui dicit quod de hoc crimine iudex ecclesiasticus cognoscit, cum sit mere ecclesiasticum, & ita tenuit Gofred. quē refert Abb. in d. capi. cum sit generale, numero 25. & hanc dicit esse cōmuniū opinionem Bermond. de concub. folio 304. numero secundo. Et hæc quidem opinio absque difficultate procedit, tenendo quod concubinitus de iure ciuili non sit delictum, de quo dixi supra hoc eodem libr. §. Fornicatio. versiculo, Et in primis, sed tenendo quod etiam de iure ciuili concubinitus sit prohibitus, & celsario sitendum esset, quod etiam iudex secularis possit super eo procedere, & punire. Quod certe insensite videntur illi, qui asserunt, quod etiam concubina sacerdotis, si est notoria, potest puniri per iudicē secularem, licet, si sit occulta, non possit puniri nisi per Episcopum, quā opinio dicit esse cōmuniū idem Bermond. in loco præal. fol. 305. post num. 6. & reperio in facti cōiungentia. consiliis fuerar. cont. 102. sed quidquid sit de iure, nos videmus, qd iudices laici, de concubinitus crimine puniendo parū se introrittere, & hodie.

hodie pauci etiam ex ecclesiasticis, forte ne in alijs puniant id, in quo ipsimet delinquant.

Item quæro, nunquid pro nefando crimine sodomie possit etiam iudex ecclesiasticus contra laicum procedere? Respond. qd sic, ita colligi videtur ex text. in c. cleri. de excess. prelati. & est communis opin. vt attestatur Bernard. in d. tractatu de concub. fol. 128. num. 43.

Uterius quæro, nunquid crimen sacri legij sit ecclesiasticum? Respond. Aliqui dicunt, quod de iure eius criminis cognitio spectat ad iudicem ecclesiasticum, & videtur text. in c. cum sit generale, & in c. conquectus. de foro compet. Alij dicunt quod est crimen mixtum, quod potest ab utroque iudice tam laico, quàm ecclesiastico puniri, & qd inter eos est locus præuentioni, Et dicit Mantua consil. 266. num. 30. quod ita omnes concludunt. Sed apud nos de consuetudine iudices laici cognoscunt de sacris legibus, non autem ecclesiastici, prout etiam fertur in regno Franciæ attestatur Bzac. Milici. fol. 72. nam. 17. ubi refert se fecisse suspendi quedam, qui abulerat ab ecclesia uas sacre Eucharistiæ. Faciat que dixi infra, questio. proxima, versic. Vidi etiam.

Præterea quæro, an forte legij crimine sit communis fori? Et supra, hoc eo. lib. §. Heresis, versic. Successive quæro.

Vnum tamen uolo ut foras in hac materia, quod episcopus in criminibus communis fori, in quibus potest procedere contra laicos, non potest illos personaliter capere, aut carcerari facere, aut punire, sed tantummodo potest contra eos procedere per censuras, Et ita communiter tenetur, vt dicit fo. And. in add. spe. prout illum refert Foller. in pract. crim. canon. fol. 97. num. 52. & seq. Aufer. in tract. de potestate eccles. super laicis, nu. 1. quem refert Didacus pract. quest. decima, nume. 2. licet ipsi videantur sentire contrarium, & dicant se aliquando contrarium obseruasse, Hanc etiam dicit esse communem opin. Menchiaca libr. tertio de resta. §. 22. post numeru 27. licet subdat, quod fere tantus est numerus eorum, qui tenent contrarium, sed quicquid sit, apud nos communis

opin. in practica obseruatur, neque ab illa esset illo pacto recedendum, & secundum illam in facti contingentia iudicatus fuisse per parlamentum Parisien. refert Papo. lib. 1. tit. 5. Arresto 26. Bene verum est, qd si prelati legitime perscripserint hanc facultatem exequendi contra laicos utique posteros capere, Et carcerari facere, Et hoc ab utriusque partis fauoribus receptum esse attestatur Menchiaca in loco præallegato. nume. 12. in fin. Quo ad clericos autem nulla est difficultas, quin possit Episcopus eos capere, & in carcerem mittere, etiam sine auxilio brachii secularis, Et hæc est communis omnium opin. vt attestatur Didacus in d. quest. decima, post name. 2. versic. Quarto non est, & ita quoti die videmus obseruari.

Vltimo quæro, si pro huiusmodi criminibus communis fori reus fuerit in foro ecclesiastico absolutus, vel punitus, an possit deinde etiam per iudicem laicum inquiri, & puniri? Dixi infra, quæst. 57. versiculo, Sed hic occurrit, & versiculo, Sed quæro.

QVÆST. XXXVIII.

SVMMARIVM.

*Iudex loci delicti an possit contra delinquentem sibi non subditum procedere.*  
*Et an possit reum punire, etiam secundum statuta ipsius loci delicti, ibid. Remissum.*  
*Si sint duo domini eiusdem castri, an si unus delinquat, possit ab alio puniri, versiculo.*  
*Quæro pone.*  
*Et quid si aliquis delinquat in exercitu unius prætoris posito in alio territorio, versic.*  
*Quæro etiam.*  
*Et an in foro penitentiali quis fortiatuorum ratione delicti, versiculo.*  
*Quæro nunquid.*  
*Et an mandans fieri delictum sit puniendus in loco mandati, vel in loco delicti, versic.*  
*Item quæro.*  
*Et an ratificatio delictum sit puniendus in loco ratificationis, vel in loco delicti, versic.*  
 Sed pone.

Et an

*Et an ratione tractatus quis puniri possit, versic.*  
 Vidi aliquando.

*Emittens sagittam in uno territorio, & vulnerans in alio, in quo sit puniendus, versic.*  
 Item pone.

*Delinquens in una ciuitate, an possit puniri in alia illi faderata, versiculo.*  
 Successive quæro.

*Et quid si delictum sit commissum in consensibus duorum territoriorum, quis iudex procedat, versiculo.*  
 Præterea quæro.

*Et quid facere debeat iudex si reus alleget delictum in alieno territorio commissum fuisse, versiculo.*  
 Uterius quæro.

*Iudex coram quo testis falsum deponit, an possit illum punire, versiculo.*  
 Sed quæro.

*Et quid si clericus deponat falsum coram iudice laico, versic.*  
 Sed hic quæro.

*Et quid si laicus deponat falsum coram ecclesiastico, versic.*  
 Quæro nunc.

*Et an foras rem in uno territorio, & contrahens in alio, possit loco contrahentis puniri, versiculo.*  
 Tu scis quod furtum.

*Furti commissi in alienis territorijs an committentur, versiculo.*  
 An autem. Remissum.

*Si laicus committat delictum in ecclesia, ad quem iudicem cognitio spectet, versic.*  
 Vidi etiam.

*Remissio an fieri debeat ad locum delicti, versic.*  
 Est autem.

*Et quid de consuetudine, versic.*  
 Sed certe.

*Et quid si loca sint sub eodem præside promissa, versic.*  
 Hoc tamen.

*Et quid si iudex, a quo petitur remissio non habeat iurisdictionem procedendi ex eo delicto, versic.*  
 Sed quid si iudex.

*Et an in leuibus delictis sit locus remissioni, versic.*  
 Scias tamen.

*Et quid si agatur pro crimine ciuilitate, versic.*  
 Item scias.

*Et an in curia Romana habeat locum remissio, versic.*  
 Scias etiam.

*Et an si agatur de pluribus delictis ab eodem commissis, versiculo.*  
 Hæc autem.

*Iudex laicus tenetur clericum delinquentem remittere ad iudicem ecclesiasticum, versic.*  
 Item intelligenda.

*Inter duos iudices loci delicti pro eodem crimine procedentes, quis sit preferendus, uer sicul.*  
 Frequenter autem.



**D**ICTVM est de iudicis competetia ratione personarum, & causarum, & caularum, nunc de loco delicti videamus. In hoc autem indubitata est iuris conclusio, qd iudex loci, in quo commissum est delictum, potest contra delinquentem procedere, etiam qd ille alias non sit iurisdictioni suæ subpositus, eumq; cõdemnare, & punire. Et hoc receptum esse affirmat Didacus pract. q. 11. nu. 3. & dixi infra q. 85. in prin. vbi etiam dixi, an possit illum punire solummodo secundum dispositionem iuris communis, an autem etiam secundum statuta ipsius loci delicti.

Quæro, pone qd sint duo domini vnius castri, qui diuidat administrationem inter se, & vnus eorum delinquat in iurisdictione alterius, nunquid poterit ab alio puniri? Respond. qd non, ita tenet Bar. in l. 1. inter tutores. post nu. 6. ff. de administratione tutorum. & est communis opinio, vt dicit Gaspar. Valer. in repet. l. imperium. post nume. 186. versic. Ex supra dictis inferitur, ff. de iurisd. om. iudi. Hoc etiam esse commune dicunt attestatur Felin. in cap. prouidentiam. num. 4. de offic. delega. nam ( vt communiter dicitur ) par in parem non habet imperium.

Quæro etiam, pone qd aliquis delinquat in exercitu Mutinensi tunc posito in territorio Bononiensi, nunquid poterit puniri à prætore Mutinensi exercitus? Respond. quod sic, ita tenuit Mart. Sili. in l. cum sitis populos. C. de summa Tri. & est commune dictum, vt ait Corser. in repet. Abbatis in verbo, iudicis incompententia. in 33. limita. Ita etiam tenent Doctores attestatur Bald. in l. 3. nume. 3. ff. de offic. præsid. & in d. l. cunctos populos. nume. 24. in fine. dicens, quod ita est de generali consuetudine, & ante eum ita etiam feruari

seruari de consuetudine dixit Bart. in eadem l. cunctos populos. num. 46. Idem attestatur Grammat. super consitu. Regni. fol. 64. nume. 6. & 7. Potest enim vniuersitas prorogare iurisdiccionem, & exercitus in hoc habetur loco vniuersitatis. Et in hoc proposito non est omittenda mirabilis decisio facta per senatum contra quemdam Io. Ruffum militem cataphractu, qui dum esset hospitatus cum eius comitibus in ciuitate Papiæ, commisit homicidium super territorio Placentino & conuictum fuit, quod licet ipse non esset subditus Ducatus Mediolani, neque ratione originis, neque ratione domicilij, neque ratione delicti, nihilominus poterat tanquam subditus ratione militie puniri, iuxta ea que tradit Bart. in l. prima. nume. 1. ff. ad munic. p. Et ita per se ius processu fuit damnatus ad tres venies perpetuo. 11. Maij. 1560. P. N. Vide que dixi supra quest. 35. versic. Quarto modo.

Quæro, nunquid in foro penitentiali, quis fortiaur forum ratione delicti? Respon. q. non, & ita tenet communiter Doctores, vt dicit Abb. in c. 1. nume. 1. de raptoribus. quem refert Rochus de consuetud. relatus per Didacum prac. q. 11. nu. 4. & Duenas reg. 378. in prima limitatione. Et ideo licet quis delinquat extra locum in quo habet domicilium, teneat tamen peccata sua confiteri sacerdoti, in cuius parrochia tenet habitationem.

Item quæro, nunquid mandans fieri aliquod delictum, sit puniendus in loco, in quo fuit datum mandatum, an autem in loco, vbi factum est delictum? Respond. q. debet puniri in loco, in quo delictum fuit consummatum, non autem in loco vbi mandauit, & hæc est communis opinio, vt dicit Abb. in d. c. fin. num. 27. de foro compet. quem refert Probus in cap. inquisitores. nu. 5. in fi. de hæret. in sexto. & pract. Conradi. fol. 351. in princip. Marian. in d. cap. postulasti. num. 5. de foro compet. & in c. 1. num. 15. de raptor. Lancello. Dec. in l. hæres absens. §. apud Labonem. ff. de iudic. quem refert Duenas in d. regu. 378. in tertia ampliat. & Placa lib. 1. delictorum. c. 15. num. 17. Remig. de immuni. ecclesiasticam. fol. 116. in quinta fallacia. post nu. 3.

Et ratio est, quia mandans non tenetur ex mandato, sed ex delicto propter mandatum secuto, vt dixi infra quest. 89. versic. Scias autem. Dicit tamen Bald. in l. non ideo minus. in fi. C. de accus. quod si mandans, & mandatarius conueniantur coram diuersis iudicibus, non possunt petere se remitti ad eundem iudicem, subdès in facti contingètia ita fuisse iudicatum, quod nota, quia apud nos forte contrarium seruaretur in practica, si vterque iudex esse subditus huic Ducatu.

Sed pone, quod aliquis commisit homicidium Florentiæ, vt redderet securi aliquem Senensem, qui Senensis postea Senis ratificauit dictum homicidium, nunquid talis Senensis ratificans erit puniendus Florentiæ, & sic in loco commissi homicidij, an autem Senis, & sic in loco, in quo secuta est ratificatio? Respond. quod debet puniri Florentiæ, vbi commissum fuit homicidium, & est communis opinio, vt attestatur Marian. in d. 90. cap. postulasti. numero quinto, versiculo, Circa tertiam. Faciunt que dixi supra versiculo, Item quæro.

Vidè aliquando dubitari, nunquid ille, qui non est subditus ratione originis, neque domicilij possit puniri occasione tractatus facti de committendo aliquo maleficio extra territorium, & post multa tandem decisum fuit per senatum, q. sic, in causa cuiusdam Gatelli. 20. Decembris. 1552. Et hoc, licet maleficio fuisse commissum extra Ducatum, neq. ipse esset iurisdictioni nostre suppositus. Quod nota, quia cum sit decisio senatus, seruanda est pro lege in hac prouincia. Repèria tamen, q. idem senatus in causa cuiusdam Guidonis Bombasi, qui molestabat occasione tractatus facti in dominio, de committendo homicidium, q. commiserat postea extra dominium, visus esse inclinare in sententiam, quod ex quo ipsè tenet deinde commisit homicidium, quod tractatum fuerat, non poterat pro tractatu in hoc dominio puniri. 30. Augul. 1560. licet ego contrarium de iure sentiam, per ea, que in terminis consilendo dixit Solignin. consil. 8. in secunda dubitatione. vbi valde eleganter loquitur.

Item

Item pone, quod aliquis existens in vno territorio emitat sagittam, cum qua percutiat, vel exonerat archibusum, cu quo interficiat aliquem existentem in alio territorio. Quis erit iudex huiusmodi delicti? Respon. quod poterit puniri in vteroque territorio, & inter ipsos iudices vtriusque territorij erit locus prauentionis, & ita communiter concluduntur, vt dicit Abb. in d. c. fin. nu. 25. de foro compet. quem refert Pract. Conradi. fol. 250. in fi. Ita etiam communiter teneri attestatur Alber. in quarta parte statutorum, questio. 79. quem refert Nellus de hannitis in secunda parte primi temporis, questio. octaua.

Succedente quæro, nunquid delinquens in vna ciuitate possit puniri in alia ei conuenerata? Respon. Bar. videtur in aliquibus locis sensisse, quod sic, sed Bal. in l. ex executione. num. 32. C. de execu. rei iudic. tenuit totum oppositum, dicens, q. in hoc Bar. errauit, nec seruat dictum iurum de consuetudine, quia sapientib. non placet, & ideo illud consuetudo abhorret, & illum refert Jac. in l. a diuio Pio. §. Sententiam Romæ. post nu. 10. ff. de re iudica. Et ab hac opin. contra Barro. non recedas in practica, nisi aliter ex capitulis fœderum expresse cautum esset, Faciunt que dixi infra q. 71. ver. Quarto modo.

Præterea quæro, pone quod aliquis committat delictum in continibus duorum territoriorum, ita quod nescitur, super quo territorio possit dici commissum fuisse, quis iudex procedet? Responde. Aliqui dicunt quod vterque iudex potest procedere, si tamen vnus praueniat ille solus cognoscere debet, Et hanc dicit esse communem opin. Iacob. de Beluis. iunior in rep. §. contrahentes, post nume. 12. Sed quid sit de iure vltus obtriquit, quod vterque iudex procedit, & punit in suo territorio. Et ita communiter seruari attestatur Iacob. de Beluis. in loco præallegato, post nume. 14. Marianus in d. c. propoluiti, prout illum refert Boss. in tit. de foro compet. nu. 60.

Vltimum quæro, pone quod quis accusauerit Titium de aliquo delicto, Titius comparat, & negat delictum, sed dicit

illud commisisse in alieno territorio, qd debet iudex hoc casu facere? Respon. quod ante omnia potest ac debet cognoscere, an ille locus in quo delictum commissum fuisse dicitur, sit de sua iurisdictione. Et hæc est communis opin. vt dicit Marianus in c. postulasti, quod est c. fi. post nu. 9. ver. Circa XIII. de foro conap.

Sed quæro nunquid iudex, coram quo testis falsum deponit, possit illum punire de falso, etiam in respectu pœna non sit illi iudex competens? Respon. Aut est iudex ordinarius, & potest illum punire pœna extraordinaria, secundum Bar. in l. nulli, numer. 8. C. de testibus. & est communis opin. vt dicit Boss. in tit. de falsis, numer. 103. Et scias, quod dicit iste iudex puniat illum testem tali pœna extraordinaria, potest nihilominus iudex competens ipsius testis procedere contra eum de falso ad pœnam ordinariam, Et ita voluit communiter doctores, vt ait Boss. in ti. præallegato. nu. 104. Aut est iudex delegatus, & tunc est distinguendum, nam aut loquimur in delegato principis, & potest eum punire, aut loquimur in delegato ab infiore a principe, & nõ potest, ita dicit Io. And. in addi. §. pec. in tit. de teste. §. 1. sub nu. 44. Et hæc distinctio est frequentiori suffragio iuris vtriusque interpretum recepta, vt ait Didacus in pract. questio. 18. numero octauo, Scias tamen, quod non potest delegatus huiusmodi testem punire pœna ordinaria, sed tantum extraordinaria. Et hæc est communis resolutio, vt attestatur Sapia in l. fina. numero 8. ff. de off. eius.

Sed hic quæro, quid sit clericus deponat falsum testimoniu coram iudice laico, nunquid poterit ab eo puniri de falso? Respon. In hoc articulo tres fuerunt opiniones. Prima fuit gloss. in d. l. nullum, in glo. sella prima. C. de testib. que videtur sensisse, q. iudex laicus potest illum punire de falso, sed illa gl. communiter reprobat, vt dicit Card. Alex. in c. de accusat. col. 32. versic. Sed quid si clericus, secunda questio. 8. Secunda fuit opi. Federici de Senis, consil. 93. Facium tale, q. scilicet iudex secularis non ad accusationem partis, sed ex officio potest punire clericum de testimo-

testimonio falso coram eo prohibito in pena pecuniaria. Et hanc opinio dicit in Francia seruari Guli. de Bened. in 1. par. repet. c. Ray. fol. 79. nu. 142. quem refert Chaff. super confuet. Burg. fol. 52. nu. 87. Idem attestatur Aufre. in clem. 1. de offi. ord. in 2. fal. 1. reg. Tertia fuit opi. Hosti. q. iudex laicus nō possit illum punire ne que corporaliter, neque pecuniariter. Et hanc opi. tenent cōiter canon. vt dicit Aflic. deci. 230. quam etiam dicit esse cōm Felii. in c. verum. de foro comp. prout illū refert Capic. deci. 2. nu. 13. & Rol. confi. 12. nu. 48. lib. 2. Maranta in suo Speculo. fol. 130. nu. 2. Vantius de nullitatib. fol. 111. nu. 50. Diaz in pract. crim. canon. 87. in suo. quem refert Pract. Contradi. fol. 247. in prin. & Nunius de los corregidores fol. 232. colu. 2. versi. Quod intellige. Didac. in prac. q. 18. post num. 8. quem refert Don Ant. de Padilla in l. transig. nu. 112. C. de transig. Boff. in ti. de falsis. nu. 110. Et hanc opinio apud nos seruatur in prac. Bene potest iudex laicus in ipsa causa ciuili cognoscere super falsitate; quam clericus deposuit, non quidem ad effectū puniendi ipsum clericum, sed ad effectū expediendi ipsam causam coram eo verentem. Et hoc omnes fatentur, vt ait Didac. in d. q. 18. in vltimis verbis.

Quaro nunc, quid e conuerso, si laicus deponat falsum testimonium coram iudice ecclesiastico, nunquid poterit eum punire? Resp. q. sic, & eo casu vterque iudex. S. ecclesiasticus, & secularis potest procedere contra hōm testem, & inter ipsos iudices erit locus prauentioni, Et ita in facti contingentia decifum fuit per consiliū Neap. vt per Aflic. deci. 219.

Tu scis, q. furtum est contrectatio rei alienæ inuito dño. Modo aliquis cōmisti furtum in ciuitate Afensis, postea transiit se cum re furtiua ad ciuitatem Alexandria, nunquid praetor Alexandria poterit ratione contrectationis illum punire de furto? Resp. Bart. in l. si dominum. nu. 2. ff. de furtis, tenuit q. sic, & dicit Ange. in d. l. si abducta, in lectura Perusina, q. sepius vidit praedicti opi. Barto. & multos ad furcas duci, & in lectura Patavina dicit q. assessores seruati opi. Bart. tanq̄

vtilem. reip. quem refert Mart. Lau. confi. 61. num. 5. inter consilia criminalia diuersorum lib. 1. & Flo. in d. l. si abducta, dicit q. assessores tenent opi. Bart. pro Euange. Hanc etiam opi. Bar. seruari de consuetudine attestatur Bal. in d. l. si dominum, in quadam lectura, quam pauci habet, vt dicit August. ad Ang. de maleficiis verbo, Et vestem caelestem. nu. 16. Dicit etiam Pan. de Castro in l. siue manifestum. §. 1. num. 13. ff. de cond. fur. quod d. opi. Bar. practica tur per totum mundum, & assessores, & iudices habent eam pro Euangelio, que refert Mart. in l. si. post nu. 212. ff. de iuris. omni. iudi. Dicit etiam Nel. de baun. in 2. par. 1. temp. q. 6. q. ipsam partem vt plurimum sequuntur assessores, dicentes hanc opi. sanctam, licet in sine subdat, q. in hoc assessores non recte se fundant de iure, possunt nihilominus defendi ex varietate opinionum, & forte ex consuetudine. Dicit etiam Marianus in c. 1. nu. 15. in d. de rapt. q. hac opi. Bart. fecit suspendi centum milia hominum, Et dicit Boer. deci. 13. nu. 47. q. opi. Bar. communiter seruati in praxi, quem refert Dida. lib. 2. resol. c. 20. num. 15. in fi. & pract. q. 11. nu. 9. & Benincasius de pauper. fol. 104. nu. 17. & Viuius in lib. communium opi. in verbo, Iudex domicilii, in si. tanquam attestantem q. opi. Bar. sit communis, licet ego non repertia in lib. meo Boer. in loco praallegato id attestantem, bene inueni Afli. in §. iniuria, in tertio no. nu. 7. de pace iur. fir. attestantem q. opi. Bar. est communis, Et dicit Capic. deci. 104. in causa D. Comit. quod consi. Neapol. habet illam opin. Bar. pro vera, saltem in practica, quam etiam se communiter seruari vidisse attestatur Jac. de Beluifio iunior in repet. §. contrahentes, post nu. 120. Sed certe ego non credo, quod in hoc Aflic. verum dicat, quinimo opinio. contra Bartol. esse communem attestatur Capolla consil. crimin. 59. circa fin. vbi dicit, quod hac opin. contra Bart. est verior, & equior de iure, & hodie etiam magis communis, quem refert, & sequitur Boff. in titulo de furtis, num. 18. Et Angel. in d. l. si dominum, num. 1. expressē dicit, quod illa opinio Bartol. de rigore iuris communiter repro-

repro-

reprobatur, licet subdat, q. illam vidit obseruari per plures assessores, & q. talis obseruantia est vtilis reipub. & Ange. refert Ale. in A. post ad Bar. in ea. l. si dominum, & Rimigal. confi. 7. num. 12. & Iacob. de S. Georgio in d. l. si abducta, num. 4. C. de furtis, & Ange. de v. bald. inter consilia criminalia diuersorum, consilio 71. numero 18. in fin. lib. secundo, Et dicit Abb. in d. capit. 1. num. 11. de raptō. quod vsque ad tempora Bar. contraria opi. fuit communis, quem refert, & deridet Anan. in c. ex literis, post nu. 9. de furtis, licet idem etiam dicat Marian. in eo. c. 1. num. 15. in fin. Et dicit Prae. Papien. in forma inquisitionis, in verbo, Contrafactum, num. 3. quod illa opi. Bar. non est communis, neque approbata per Moder. de iuris subtilitate, quem refert Pract. Conradi. fol. 368. num. 22. Quinimo Bald. confi. 154. li. primo, & confi. 471. li. 3. dicit, q. illa op. Bar. de facto nunquam vel raro obseruatur, & contra illam se in facti contingentia iudicasse attestatur Capolla in l. Marcellus, num. 23. ff. de verbo. sign. Illam etiam esse communiter reprobata attestatur Hippol. Rimigal. inter consilia criminalia diuersorum, consi. 106. num. 11. lib. 1. & ita teneas. Certe in hoc ducatu non seruatur opi. Bart. vt. l. fur repertus cum re per eū furata in alieno territorio, puniat criminaliter, Et ita contra illam opi. Bart. v. l. in senatu sa. p. sime iudicari, & in specie. 29. Nouemb. 1558. in quodam fure Cremente, Solet tamen quandoque senatus tales fures ecere a Ducatu sub aliqua pena, prout seruatum fuit cum quodam peregrino 10. Martii. 1551. P. N. Et secundum hanc opi. male posset defendi consi. Barb. 33. in primo dubio, lib. quarto, in quo consultuit, quod fur, qui cum re furata aufugit, ad ecclesiam, dicitur ibi ex noua contrectatione nouum furtum committere, & ideo potest ab ea impune extrahi, q. non credo verum per praedicta.

An autem furta commissa in alienis territoriis computentur, & faciant numerum ad effectum, vt quis possit pro pluribus furtis suspendi, dixi supra hoc eo lib. §. Furtum, versi. Sed pone.

Vidi etiam, quandoque dubitari, an si

laicus committat aliquod delictum in ecclesia, ei⁹ criminis cognitio spectet ad iudicem ecclesiasticum, an ad secularem, & reperio quod Cy. in l. praesenti, versi. Secundo quarto. C. de his qui ad eccle. confug. tenuit, quod eius cognitio, & punitio spectet ad ecclesiasticum, Communem autem opinio, quod scilicet cognoscat, & puniri debeat per iudicem secularem tenuit Bart. in l. si cui. §. cum facilegimus, numero tertio. ff. de accusatio. Et hanc ait esse magis communem opin. Roland. consilio 24. numero quinto, & sexto, lib. secundo, & ita reperio in facti contingentia eleganter consuluisse Bertran. consilio nono, & decimo, libro septimo, licet enim locus ecclesiae sit sacer, non tamen propter hoc definit esse territorio principis secularis, Et ita indistincte apud nos obseruatur. Faciunt quae dixi supra quae istio. proxima, versi. Vterius quaro.

Est autem tanta potentia locis delicti committi, vt de iure communi teneantur alii iudices, puta originis, vel domicilii, ipsum delinquentem remittere ad iudicem loci delicti, si fuerit ab eo requisitus, & hoc ad effectum, vt ibi contra eum procedatur, & puniatur, Et est communis opi. hoc vt dicit Capolla consilio crim. 59. versiculo, Primum est an de iure, Curr. Iun. in l. haeres absens. §. primo, numero quinto. ff. de iudic. Sapia in dicto. §. haeres absens, numero decimo. Et quod iudex domicilii, si nondum cepit cognoscere, omnino teneatur remittere, si remissio petatur, dicit esse communem Marian. in d. capit. postulasti, post num. 14. versi. Si vero iudex, de foro compet. Hanc etiam dicit esse communem opinio, in atrocib. delictis Pract. Conradi. fol. 249. num. 12. Si vero petita non fuerit remissio, non teneatur iudex remittere, Et hac est communis opin. vt attestatur Didacus prac. quae stio. 11. num. 6. Et quod vbiunque delictum remaneret impunitum, si remissio non fieret, debeat de necessitate remissio fieri, dicit esse communem opi. Anan. in c. ex his, post num. 9. versi. Et primo arguit de furtis. Et licet aliqui voluerint, q. iudex de remissio requisitus, debeat prius ipse cognoscere, an ille sit culpabilis, de d. Prae. Iul. Char. Q. lictio,

liao, pro quo imputatur, & dicat Capolla in d. conf. 54. ver. 1. in hoc bene consideret ita fuisse aliquando iudicatum, tamen illam opi. praxim non admittit, vt attestat Didacus in d. q. 11. num. 8. & contrarium tenent Doctores cõiter, vt dicit Imola in l. inter dnm. ff. Idem autem, ver. Nota argumentum ff. de publ. & ita semper vidi in practica obseruari.

Sed certe quiddam sit de iure, hodie de consuetudine communiter non fit remissio, vt attestatur Cy. in auth. apud eloquẽtissim. num. in tercio no. C. de fide instrum. Barco. in l. sepulchri, in 3. ff. de sep. viol. quem refert Abb. conf. 24. nu. 1. lib. 1. & Grammat. conf. 28. in fin. & Public. super consuet. A luerni fol. 18. art. 1. nu. 3. Gand. de malefic. in Rub. de citat. facien. nu. 8. Bal. conf. 393. lib. 1. & conf. 209. in fi. lib. 2. & conf. 238. lib. 4. & in l. 1. num. 3. in fi. C. vbi de crim. agi oportet, quem refert Afflic. super secunda parte constitut. Regni, Rub. 3. num. 68. Vitali. de malefic. in Rubr. quid fit accusatio, nu. 53. Iac. de Beluiffo in S. si quis vero comprehensorum. in Auth. vt nulli iudicium, quem refert August. ad Ang. de malefic. in verbo, Et ibi caput. nu. 27. Abbas conf. 24. nu. 1. & sequi. lib. 1. Ias. in l. a diuo Pio. §. 1. numer. 2. ff. de re iud. quem refert Pract. Contrad. fol. 249. in octaua limita. Rimin. conf. 7. nu. 17. Marfil. in pract. crim. §. opportune, nu. 35. & conf. 32. num. 9. & conf. 99. nu. 21. quem refert Roland. conf. 60. num. 22. lib. 2. Idem Marfil. in repe. l. vnica, nu. 143. in fi. C. de raptu virg. Gramm. decif. 26. num. 3. Berous in c. de his, num. 29. de accusat. Et dicit Ang. in l. solet, num. 3. ff. de custodia reorum, quod hodie non vtitur istis remissionibus, quia vnaqueque ciuitas si bi ipsi pretes est, nec sub sunt ciuitates eidem dominio, merito vnus pretes alteri obedire non tenetur, Et ideo in Italia in qualibet ciuitate habente iurisdictionem separatam, quilibet delinquens est securus, Et ita seruari de consuetudine attestatur Fulgo. conf. 149. numero secundo dicitur. Iun. conf. 66. num. 7. libro tertio, ita etiam obseruari proximi Gallie, vt scilicet non fiat huiusmodi remissio, attestatur Igneus in l. fideicommissum, numero

232. ff. ad sylle. Dicit etiam Pract. Mille, folio 37. num. 64. & 69. & folio 63. numero 2. quod de consuetudine Regni Fracie non fit remissio ad iudicem loci delicti, sed ad iudicem ordinarium delinquentis, respectu originis, vel domicilij, prout etiam attestatur Pontan. super consuetudin. Blesen. folio 188. col. prima, circa med.

Hoc tamen, quod non fiat remissio, intelligendum est vt procedat inter illos iudices, qui non sunt subditi eiusdem principis, & hoc est communis sententia vtriusque sententie, vt dicit Probus in A. post. ad Ioannem monac. in cap. inquisitores, sub numero 8. de heret. in l. 1. in iur. etiam Chassen. super consuet. Burgund. folio 365. numero 24. quod est communis sententia omnium, tam iuris ciuiliis, quam canonici, quam quotidie videmus obseruari, Et ait Didac. practic. questio. 11. numero 10. quod hoc sententia communis totius orbis Christiani vlt. & praxi recepta est, Et ita etiam hodie seruari attestatur Bald. in l. executorum, numero 30. in fin. C. de execut. rei iudica. & in l. requirendi, post num. 2. C. de ser. fug. quem refert Marcus. decif. 400. numero nono. Paulus de Castro conf. 309. num. 1. libro secundo, Iacob de Belui. iunior in repet. §. contrahentes, numero 71. & 117. & alius sequent. vbi etiam attestatur, quod hoc est communis opinio. Doctorum vtriusque iuris, Anan. in capitulo primo, post num. octauum de raptor. Marti. Laud. conf. 67. numero 2. inter consilia criminalia diuersorum, libro primo. Berous decif. 29. num. 5. Aufser. super decif. 1. tholosa. 319. Et dicit Ang. in anth. si vero. C. de adulter. quod hodie ita remissio non fit nisi in locis subditis vni prefdi, Idem dicit Capolla in dicto conf. 59. verfic. vt predicta procedunt, Paris. Put. de l'ind. folio 190. cap. 4. post num. 1. Et ideo secundum Ang. in d. l. solet, post num. 3. si plures ciuitates subessent vni domino, tunc deberet fieri remissio de vno prefdi ad alium subdens quod ita vidit practicari, & obseruari pluries, & bene. Ceterum inter diuersa dominia de generali consuetudine non solet fieri remissio, Bene verum est, qd factu

cto quandoq; vidi (non obstante tali consuetudine) fieri remissiones delinquentium captorum in hoc Ducatu principibus finitimis in delictis atrocibus, & eodẽ modo, quod tamen ego nunquam laudauit, quia credo quod stante consuetudine ipsi debeant esse securi, tamen ad punitionem malefactorum Deis aliquando ita fieri permittit. Caneant ergo huiusmodi delinquentes, & ne hoc eis contingat, procurare habere a principe, sub quo morantur fideiuciam seu saluum conductum, quo habitõ, tunc poterunt ibi permanere. Sunt etiam quaedam prouincie, quae aliquando inter se capitula cum Ducibus Mediolani de tradendis vnicem delinquentibus, sed talia capitula non solent obseruari, nisi ad libitum, & cum semel fuisset dictum in senatu de renouandis huiusmodi capitulis cum dominio Venetorum, fuit allegatum id, qd dicit in hoc proposito Chassen. super consuet. Burgund. fol. 365. post num. 14. quem omnino vide.

Sed quid si iudex, a quo petitur remissio, non habeat iurisdictionem procedendi pro illo delicto, & consequenter nec ipsum reum capiendi, nunquid habere poterit locum hoc casu remissio? Respond. Cald. tenuit qd sic, dicens, quod attendi debet solummodo iurisdictione iudicis id petentis, non autem eius, a quo petitur remissio. Contrariam tamen sententiam, qd scilicet nõ habeat locum remissio, nisi iudex, a quo petitur, habeat iurisdictionem capiendi ipsum reum, & procedendi pro illo delicto dicit esse communem Boss. in tit. de foro competen. num. 52. & seq. Ego semper vidi de facto contrarium seruari, nam siue remissio petatur a iudice, qui sit sub eodem principe, seu preside prouincie, siue petatur ab eo, qui sit sub alio principe, non attenditur an possit ab eo capi de iure, vel ne, sed solum an ille, qui petit, habeat iurisdictionem procedendi contra eum, & hoc casu si remissio petatur a iudice, qui sit in hoc dominio, potest iudex requiritus a scripto talem remissionem facere, si vero petatur a iudice, qui sit extra dominium, non fit remissio, nisi principe ita iubente, nam in hoc Ducatu pretores, neque iudices inferiores, neque etiam se-

natus facit huiusmodi remissiones iudicibus extra dominium existentibus, sed solus princeps, seu Locumtenens generalis.

Scias tamen, quod vbi agitur de leuibus delictis, non debet fieri remissio, & ita communiter tenetur, vt dicit Abb. in d. c. fi. num. 15. quem refert Duesias in d. regula 278. in tertia limitatione. & Didacus pract. quest. 11. post nu. 7. vers. Octauo remissioni.

Item scias, quod quando agitur civiliter pro crimine, non habet locum remissio, neque etiam de iure, & hoc, siue crimen sit leue, siue etiam grauissimum. Et dicit Abb. in d. cap. si. nu. 15. de foro competen. quod ita communiter tenetur, & ita fuit in facti contingentiã iudicatum per curiam Tholosanam, vt refert A. usre. decilio. 319. Quidam de Narbona. Nam quando agitur civiliter pro crimine, non potest procedi ad reum puniendum, vt dixi supra quest. 19. merito non habet locum remissio.

Scias etiam, quod curia Romana nunquam in aliquo casu remittit delinquentes ad aliam ciuitatem, seu prouinciam. Et hac semper fuit ibi consuetudo, vt attestatur Oldrad. conf. 124. in fine, vbi dicit qd iste casus iam sæpe, & sepius acciderat, & ratio est, quia Roma est communis patria, &c.

Hec autem omnia, quae de remissione dicta sunt, intelligi debent vt procedant, quando agitur de eodem delicto, sed si agatur de pluribus delictis per eundem reum commissis, super quibus duo iudices procedant, vt que inter ipsos procedant, siue processum finire possit. Et ita quotidie seruatur, vt dicit Boss. in tit. de foro competen. num. 58. quod uerum est quando ambo iudices sunt sub eodẽ preside prouincie, sed si sunt sub diuersis dominijis, non solet fieri remissio, vt supra dictum est.

Item intelligenda sunt vt procedant in ea remissione, que inter ipsos iudices laicos fieri petitur. Ceterum si iudex ecclesiasticus petat ad se remitti clericum delinquentem, tenetur & debet

index laicus illi remittere, & ita sentiant omnes, vt dicit Ioan. Campg. inter consilia Alex. de Neuo, consil. 56. nume. 3. Et ita in facti contingencia consuluit Ias. consil. 131. in primo dubio. lib. 1. Quod tamen intellige secundum ea, quae dixi supra. quast. 36.

Frequenter etiam dubitari contingit inter duos iudices loci delicti, qui pro eodem crimine procedunt, quis eorum sit praefendus? Et hoc saepe contingit Mediolani, vbi est Capitaneus iustitiae, & Praetor, & duo eius iudices, qui omnes habet iurisdictionem in criminalibus. Nos autem super hoc habemus decretum in nouis constitutionibus, in titu. de accus. §. si in eadem. per quod declaratur, quod ille censetur praueuissse, qui prius inquisitione transmiserit, nisi eodem die, quo fuerit per unum iudicem transmisa inquisitio, alter eum capi fecerit, nam eo casu praefendus est iudex capturę, vultque decretum in omnem casum praeferrı iudice, qui de grauiori delicto inquirıt. Et ita in facti contingencia declarauit senatus. 8. Iunij. 1558. quille, qui praueuıt per capturam, & procedıt de grauiori delicto, praefertur. Quibus autem modis de iure communi dicitur praueuıta iurisdictione, dixi infra lib. 7. §. iurisdictione.

## QVAEST. XXXIX.

### SUMMARYM.

*Delinquens an possit puniri in loco originis. Et quid si ibi non inueniatur, ibidem.*  
*Et an quis sortitur forum in delictis ratione domicilij, versio. Sortitur etiam.*  
*Et an iud. x. originis, vel domicilij possit ex officio, & si per inquisitionem procedere contra subditum, qui extra territorium suum deliquit, versio. Sed quæro.*  
*Et an his casibus puniri debeat reus secundum ius commune, an vero secundum statuta loci originis, domicilij, vel delicti, versio. Sed nunquid. Remissio.*  
*Et an possit delinquens puniri in loco, in*

*quo asidum conuersatur, versio. Quoeritur nunquid.*  
*Et an vagabundus possit ubique puniri, versio. Ceterum si reus.*  
*Et quis dicatur vagabundus, versio. Sed hic quæro.*  
*Et an hamiti dicatur vagabundus, versio. Fui quandoque.*  
*Et an delicta commissa extra territorium noceant ad aggrauandum, versio. Pro complemento.*



**D**ELINQUENTEM posse puniri in loco commissi delicti, Quæro nunquid, an possit puniri in loco originis? Respon. quod sic, & licet aliqui teneant, quod hæc conclusio procedat tantummodo, vbi delinquens inueniatur in ipso loco originis, alias vero non possit ibi puniri pro delictis commissis extra illud territorium, & hæc dicit esse communem opinionem Iouen. Boss. in titu. de foro competet. numero 73. hoc tamen verum non est in delictis, sed tantum in causis civilibus, & ita loquimur Alex. in apostill. ad Barro. in l. assumpcio. §. filius. sub numero 2. ff. ad municip. pal. & in l. cum quædam puella. numero quinq. ff. de iurisdic. omnium iudicum, quem refert idem Boss. in titu. de citatio. num. 30. & ita videmus quoties obferuari. Faciunt ea, quæ dixi infra, versio. Sortitur etiam.

Sortitur etiam quis forum in delictis ratione domicilij, possunt enim delinquentes puniri a iudice loci, in quo reperitur, habere domicilium tempore commissi delicti, quæ opinio communiter approbatur, vt dicit Salic. in l. prima. nu. 3. C. vbi de crimi. agi oportet. quem refert Gramma. consil. 27. nume. 6. in fine. Et dicit Af. super tertia parte constitutionum Regni, rubric. 55. numero 18. quod ista est communis conclusio omnium Doctorem nemine discrepante, & hoc non solum si delinquens reperitur in loco domicilij, sed etiam si sit abiens, adhuc enim poterit iudex loci domicilij illum citare, & si sit cotumax, condemnare. & hæc opinio dicit esse eandem Abb. in c. fin. nu. 41. de foro compe. nam

nam, ubicunque sit remanet semper subiectus ipsi iudici, sub quo domicilium contraxit, merito potest ab eo citari, & condemnari. Faciunt ea, quæ dixi supra in princip. questionis.

Quæro, nunquid iudex originis aut domicilij possit inquirere, & procedere contra subditum delinquentem extra territorium? Respon. si procedat accusatio seu querela partis offensæ, nullus dubitat quin possit procedere, & punire, Punctus est quando pars non querelat, an possit ipse ex officio inquirere, & contra delinquentem procedere, Et in hoc magna est controuersia inter Doctores, nam aliqui teneant, quod non possit inquirere nec procedere, etiã si extaret statutum in loco ipso originis, uel domicilij, disponens quod de omni maleficio possit iudex inquirere, Et hæc fuit opinio Odofredi, quam dicit tenere communiter Doctores Alber. in tertia parte statutorum, quæ st. 36. num. 6. Hanc etiam dicit esse communem opinionem Alex. consil. 117. lib. primo, prout illum refert Paris. consil. 159. nume. 6. lib. quarto, licet re vera Alex. id non attestetur, loquitur enim Alexander, an possit imponi pena statuti loci originis subdito delinquenti extra territorium ab ipso iudice loci originis, de qua questione ego dixi infra questione 85. versio. Tertius est casus, Et ideo aduerte ne equiuoces, quia multum inter est querere, an iudex originis possit inquirere, an autem inquirendo, seu procedendo possit imponere penam statuti, Hanc tamen opinio, quod iudex loci originis, uel domicilij non possit inquirere contra subditum delinquentem extra territorium, dicit uideri magis communem Marfil. in pract. crim. §. constante, num. 50. quem refert Gramma. decil. 26. nume. 9. & nume. 11. & Apostill. Ad Riminal. consil. 32. sub num. 20. & consil. 484. sub num. 1. Licet eorum rupte alleget, & Viuius in lib. communij opin. in uerbo, Iudex domicilij. Sed hic etiam aduerte, nam Marfil. ibi dicit se credere, quod si ceptum sit procedi per iudicem loci delicti, non potest iudex loci originis inquirere, ne de eodem delicto eisdem hominis saepius quaeratur; Et id hæc opinio Marfil. nihil facit ad questio-

nem nostram, sed magis pertinet ad illum articulum, an sit per unum iudicem ceptum sit procedi, possit alius iudex pro eodem crimine procedere, de quo dixi supra quast. 16. versio. An autem, & versio. Vnum tamen, uel ad alium articulum, an scilicet quando iudex delicti contra alium procedit, possit reus ab aliis etiam iudicibus, scilicet originis, aut domicilij inquiri, & condemnari, an autem sit remittendus ad iudicem loci delicti, de quo dixi supra quast. proxima, versio. Est autem. Nos autem loquimur simpliciter, an iudex domicilij, uel originis possit pro delicto extra territorium commissio inquirere, præsupposito, quod non appareat, quod in aliquo alio loco pro eodem crimine procedatur, Hanc eandem opinio. Marfil. videtur sensisse Alciat. in capi. primo, numero 131. de offic. ord. ubi dicit, quod si delinquens non puniatur in loco delicti, poterit puniri per iudicem loci originis, secundum statuta loci, in quo deliquit, & subdit, quod ista est communis sententia, Et illum in hoc proposito refert Diaz in pract. crim. canon. c. 9. Ex quo expresse inuenire videtur, quod si procederetur in loco delicti, non possit iudex originis, uel domicilij pro eodem crimine inquirere, nec condemnare. Ceterum Bologni. consil. octauo, col. secunda, versio. Capio igitur, simpliciter loquendo dicit, quod secundum magis communem doctorum sententiam, etiã si subditum ratione originis delinquat in alieno territorio, non potest iudex originis inquirere, nec procedere contra talem delinquentem, & illud refert Paris. in d. consil. 159. num. 7. Idem attestat Io. de Amicis consil. 60. num. 10. Roland. consil. 19. num. 20. lib. secundo, Dicit etiã Bal. in l. 6. num. 17. C. si non compet. iudic. fue iud. quod consuetudo qualis generalis est, quod non possit inquiri de maleficio, quod quis committit extra territorium, si illum refert Riminal. in d. cont. 32. num. 30. & consil. 471. num. 10. & in d. consil. 484. num. 1. Non enim videtur (se cundum eos) offensæ reip. in cuius territorio delictum non est commissum, merito non debet posse procedi per inquisitionem, quæ principaliter tendere videt Pract. Iul. Clar. Q 3 ad



ad publicam vindictam. Contrariam autem sententiam, quod scilicet iudex originis possit contra subditum suum, qui extra territorium deliquit, ex officio inquirere, & procedere, dicit esse communem Bologni. sibi contrarius consil. 57. c. offic. Sed plus dicitur, August. de Ang. de malef. in verbo, Hæc est quedam inquisitio, post num. 83. quem refert Alesat. in c. primo, num. 67. de offic. ordin. relatus per Villalobos in sua collecta communium opin. in litera D. nume. 57. & Pract. Conradi, fol. 251. nu. 19. & seq. Dicitur pract. questio. 11. post num. 6. verifico. Sexto in hoc, Pract. Casoni fol. 114. nume. 20. Idem attestatur Chaffen. super consuet. Burgundia, fol. 40. num. 11. Boss. in titu. de foro compet. num. 182. ubi etiam subdit, quod hanc opin. ultra approbavit, Sylvan. consil. 103. Marcus decit. 989. Quæritur super casu, nu. 6. vbi dicit, quod ita tenent communiter omnes, Bombi. consil. octavo, numero 11. Dicit etiam Caguol. in l. fin. num. 153. ff. de iurisd. omnium iud. quod hæc opin. de consuetudine obseruatur, subdens, quod qui uidit, testimonium perhibet. Prout etiam de hæc seruatur, iuxta se dicit Angel. in repe. l. suacantia, quem refert Anan. in cap. qualter, & quando. §. ad corrigendos, nume. 30. in fin. de accu. Certe negari non potest, quin magna, & multæ sint auctoritates hinc inde, nihil minus cum hanc opin. affirmatiuam generalis consuetudo videatur approbasse, ab ea non recedas in practica, præsertim in hoc ducatu, in quo sine controuersia ita semper fuit indicatum, & seruatum. Licet enim ex delicto patrato in alieno territorio non videatur principaliter offensus locus originis uel domicilii, negari tamen non potest, quin in publicè interfuit, ut hi, qui origine, uel habitatione sunt subditi, recte uiuant, & ubicunque delinquant, ab ipso et præfide suo puniantur, argu. l. congruit cum ibi not. ff. de offi. præfid. Et certe si secus fieret, magna daretur occasio delinquendi. Quilibet enim, selesus ad delinquendum in alienas prouincias propearet, si sciret se in loco, ubi habitat puniri non posse. Bene uerum est, quod si in aliqua prouincia contraria opin. obseruare-

tur crederem illam esse sequendam, nam in omnibus causis, præsertim uero in criminalibus nunquam est a communi practica, & usu recedendum. Statim igitur commissio delicti. omnes tres iudices, scilicet delicti, originis, & domicilij possunt contra delinquentem procedere, siue ad iurisdictionis partis siue etiam ex officio, ut supra dictum est iuratis tamen seruandis, & habitis legitimis iudiciis, neque unus processus alium impedit, Et ipsi iudices procedentes sine sub diuersis præsidibus prouincie, non est, locus præuentioni, neque remissioni, sed si sunt sub eodem præfide solet semper reus remitti ad iudicem loci delicti, nisi aliud ex causa ipsi præfidi uideatur, debet; ipsi oes iudices alter alterum adiuuare, & iudicia, que habet, ad alium transmittere, ut melius iusticiæ locus esse possit, si tamen reus sit in aliquo loco carceratus, solent alij iudices supercedere, dummodo id per collusionem factum non fuerit, & si in eo loco, in quo detentus est fuerit punitus, uel absolutus, facta fide de huiusmodi. punitione uel abolitione, non potest amplius per alios iudices molestari. Que oia intellige semper fraudes cessante, iuxta ea, quæ dixi in alijs locis huius §. de quibus supra mentionem feci.

Sed nunquid poterit iudex originis, uel domicilij punire huiusmodi delinquentes secundum ius commune, uel iuxta statuta loci delicti, an originis, an uero ipsius loci domicilij? Dixi infra quæst. 85. ver. Tertius est casus.

Quæro nunquid possit delinquens puniri loco, in quo assidue conuersatur? Respond. quod (secundum aliquos) ubi talis conuersatio continuauerit per decem annos, potest in eo loco puniri, Et ita Boss. in titu. de foro compe. num. 72. quod ita communiter tenetur. Ego nunquam uidi apud nos aliquem non subditum puniri propter delicta exera Ducatu commissa, etiam si conuersatus esset per decennium in Ducatu. Fortè si ultra assiduum conuersationem concurreret, quod haberet familiam, & maiorem partem fortunarij, posset puniri, nam eo casu uideretur in eo loco constituisse domicilium, in quo quidem nullus discrepat, ut dicit Bertrand. consil.

consil. 103. post num. 23. lib. secundo. in secunda parte.

Cæterum si reus sit vagabundus, poterit de delicto commissio puniri in quolibet loco, in quo inueniatur, nam, ut dicit gloss. de tenens in l. prima. in gloss. fin. C. vbi de crim. agi oportet. vbi te inuenero, sibi te iudicabo, quam Doctores frequentissimo consensu sequuntur, ut ait Lidæ. pract. q. 11. numer. 7. & per illam gloss. ait Bar. in l. heges absens. §. proinde. ff. de iudic. quod multi ribaldi suspensi sunt, & quotidie suspenduntur. Et in hac quidem conclusione, quod vagabundus possit ubi que puniri, omnes concordant, ut dicit Alber. in d. §. proinde, post num. 2. Hanc etiam opinionem dicit esse communem Bellamera. consil. 11. col. prima. quem refert Probus in apostill. ad lo. Monach. in ca. inquisitiones. num. 5. de heret. in sexto. & ita senatus iussit quendam Brixiensem, qui dicebatur esse vagabundus, profero extra ducatum commissio, sustinere. 7. Octob. 1557. P.N.

Sed hic quæro, quis dicatur vagabundus? Respondeo, quod vagabundus dicitur ille, qui per mundum uagatur. ita dicit Bar. in l. quarta. §. prætor ait. num. 24. ff. de damno infect. & est communis opinio, ut dicit Marianus in c. fin. num. 57. de foro competenti. quem refert Bossius in titulo de foro competenti. num. 60. Supple, neque habet alicubi certum domicilium in quo habitet, & dixi in quo habitet, nam in hoc proposito non consideratur, an habeat certum domicilium originis, uel ne, quia (eo non aduento dummodo non habeat certum domicilium habitationis, potest ubique conueniri, & puniri, & ita communiter tenetur, ut dicit Imola in c. dilectus. num. 10. de rescrip. & in c. fin. nu. 15. de eo, qui mitti. in pol. rei seruandæ causa. & licet aliqui dixerint, quod ad hoc ut quis dicatur vagabundus, requiritur quod non habeat, neque etiam domicilium originis, tamen illa opinio communiter reprobatur, ut attestatur Maria. in loco præallegato, ea enim retenta sequeretur, quod necesse esset ciuitatem, in qua ille natus esset, funditus esse euerfam, & destructam quod esset ridiculum.

Fui interrogatus quandoque, nunquid banniti dicantur vagabundi? Respondi, quod non, & allegaui Alber. in quarta parte statutorum. quæst. 80. item quæro, dicentem, quod ita tenent communiter Doctores, quem etiam refert, & sequitur Cæpolla consilio c. im. 59. versu. Sed dubium est. Quod tamen intelligendum est. Ut procedat, quando bannitus habet in aliquo loco certam habitationem, seu domicilium. alias enim si sine certa habitatione per mundum uagaretur, utique habendus esset pro vagabundo, prout & alij ita vagantes, ne propter bannum efficeretur in hoc melioris conditionis, quam ceteri non banniti.

Pro complemento huius materiæ uolote scias, quod ex maleficijs, de quibus præter diuersitatem loci, uel incompetentiã iudicis, cognosci non potest. possunt iudices alia maleficia, de quibus cognoscere possunt, aggravare, & in maiori poena punire, & ita communiter dicitur, ut attestatur & nullus de bannitis, in secunda parte, secundi temporis. questio sexta. Iubens, quod ita communiter seruatur per alios, licet secundum eum male faciat, & in animarum suarum perniciem. Vide quæ dixi supra hoc eod. lib. §. firmiter. uerficulo, sed pone. & infra quæst. 51. uerfic. Vnum tamen.

QVAESTIO. XL.

SVMMARIVM.

*Vicarius prætoris an possit cognoscere de causis criminalibus.*  
*Et an possit imponere ultimum supplicium, aut mutilationem membri, uersu.* Sed nunquid.

*Vicarius episcopi an possit de causis criminalibus cognoscere, uersu.* Item quæro.



ICTVM e q sint iudices competentes in causis criminalibus. nunc de eorū vicariis uideamus. Et in primis quæro, nunquid, vicarius prætoris possit

possit cognoscere de causis criminalibus? Respond. quod sic, potest enim de omnibus iis cognoscere, & ea omnia facere, de quibus poterat cognoscere, & q̄ poterat facere ille, in cuius locum est constitutus, q̄ tamen intellige secundum ea, quae dixi s. lib. 2. §. Vicarius.

Sed nunquid poterit talis Vicarius imponere reo ultimo supplicium, vel mutilationem membri? Respond. quod non, ita tenuit glof. in l. secunda. in glo. fin. loquendo per verbum, Forte. C. de offic. eius q. vices alterius gerit. quam dicit cōmuniter approbari Albe. in l. placet. post num. 3. C. de pedan. iud. Hanc etiam opinionem dicit esse communē August. ad Ange. de malef. in verbo, Hæc est q̄ iam sententia, circa finem. Tu vero dic, q̄ Aut loquimur in Vicario pratoris, qui communiter esse solet in omnibus ciuitatibus, & deputatur quandoque à principe, & quandoque etiam ab ip̄omet p̄tore, & de hoc iudicat tanquam de iudice ordinario, & eius iurisdictione regulatur secundum statuta, & consuetudinem ciuitatis, in qua est vicarius: nam in multis ciuitatibus tales vicarii non habent iurisdictionem criminalem, in aliquibus vero habent, sed limitatam, in alijs habent absolutam, prout ip̄emet p̄tore. Et ideo in hoc standum est dispositioni statutorum, uel consuetudini. Aut vero loquimur in vicario, qui sit, deputatus locum tenens ip̄ius p̄toris, puta ex causa absentie, & tunc pariter est distinguendum: nam aut est deputatus ab ip̄omet p̄tore, sine auctoritate principis, & non potest imponere vltimum supplicium, quia causæ meri imperij non possunt alteri delegari, ut dixi infra questione proxima, aut est deputatus à principe in locum p̄toris mortui, uel absentis, & potest, quidquid dicit glof. præallegata, & ita videmus quotidie fieri, & obseruari, ut attestatur Boss. in titulo de sententijs. nume. 22. Et hanc etiam opinionem dicit esse communem Marraita in suo Speculo, fol. 33. nume. 20. & seq. Et idem etiam dicerem, ubi esset deputatus ab ip̄omet p̄tore tunc cum auctoritate principis: in hoc tamen Ducatu neque delegari, neque vicarij, neque ordinarij

non possunt imponere penam vltimi supplicij, neque mutilationis membri, nisi facta prius relatione in senatu, ita disponentibus decretis.

Item quæro, nūquid vicarius episcopi possit causas criminales cognoscere? Respond. quod ex speciali commissione episcopi, vel capituli, potest de criminibus accusatorem cognoscere, & etiam diffinire, & ita communiter seruatur, ut ait Specul. quem refert Pauin. de offi. & pote. ca. se. de uacante. in decima que est. secunda part. principali s. n. 33.

## QVAEST. XLI. SMMARIVM.

*Causa criminales an possint delegari.*

*Delegatus an possit causas criminales alteri sub delegare. versi.* Si vero

*Et quid sit delegatus a principe. versi.* In delegato.

*Delegatus an possit procedere usque ad vltimum supplicium. versi.* Sed nunquid.

*Episcopus an possit delegare laicis causas criminales clericorum. versi.* Quæro nunquid.

*Et an laico simul cum clerico. ibid.*

*Et an clerico coniugato. versi.* Sed an poterit.

*Et quid in Summo Pontifice. versi.* Sed quid dicendum.

*Clericus an possit esse delegatus principis laici in causis criminalibus. versi.* Quæro quid e conuerso.



**M**AGIS ACTENVS de iudibus ordinarijs dicti est, sequitur nunc ut de iudibus delegatus in causis criminalibus aliquid libiciamus, & in primis ut dedit est, nūquid causæ criminales possint delegari, & quæ de in causis, q̄ non sunt meri uel mixti imperij, omnes cōueniunt q̄ possint delegari, & in hoc nulla est difficultas, in his autem, quæ sunt meri aut mixti imperij, est distinguendum: nā Aut loquimur in principe, & pariter omnes conueniunt,

ueniunt, quod possit omnes causas criminales, cuiuscunque generis sint, delegare, Aut loquimur in interiore a principe, & pariter est distinguendum. Nam si quid est iudex ordinarius, dicendum est, quod regulariter non potest tales causas meri, aut mixti imperij alteri delegare, & hanc esse communem opinionem attestantur scribentes in l. ff. de offic. eius. & in specie Dec. num. 28. & Curt. lun. num. 21. Et ratio est, quia cum huiusmodi causæ specialiter concessæ sit maioribus magistratibus, censetur electa industria personarum, merito delegari non possunt. Et hanc esse communem rationem attestatur Claud. in d. l. r. in prin. nu. 2. Hæc autem conclusionem ego pluribus questionibus ampliaui infra lib. septimo. §. iurisdictione. quas hoc loco transcribere opera pretij non existimaui, tū quia hæc materia est multum trita in locis or. dinarijs, tum et quia est parum fructuosa, attento q̄ quid quid sit de iure, hodie ex generali consuetudine indistincte omnes causæ meri, & mixti imperij delegantur, etiam quo ad penam vltimi supplicij, ut attestat Cagnol. in l. nemo potest gladii. in fi. v. verbis. ff. de regul. iuris. & in suo exercitatorio libello. fol. 58. c. 1. ideo ad ibi diffusse dicat teremitio.

Si vero est iudex delegatus, tunc etiā est distinguendum inter delegatum principis, & delegatum ab inferiore, nā si quidem est delegatus ab inferiore, nullo modo potest causas criminales subdelegare. Et licet aliqui dicant, q̄ talis delegatus inferioris a principe potest post lite contestatam subdelegare, etiam in criminalibus, & hanc opinionem dicat esse communē Nunius de los corregidores, fol. 10. col. 4. prout illum refert Villalob. in sua collecta. cōsionum opinionum, in littera D. nu. 34. ego tamen credo id verum non esse, sed neque etiam in libro meo Nunius in loco allegato id dicit, neque aliud loquitur in hoc proposito.

In delegato autem a principe magna fuit aliquando controuersia inter Doctores, nam gl. in l. vnica. in verbo, iudicandus. C. qui pro sua iurisdictione. tenuit, quod potest causam criminalem sibi cō-

missam alteri delegare, & illam dicit esse magis cōmunem opinionem Pau. de Castro in d. l. vnica. nu. 9. quem refert, & sequitur Vancius de nullita. fol. 169. nu. 26. Idem dicit Iaf. in d. l. i. nu. 74. Alciat. in cap. quod sedem. nume. 81. & offic. ordi. quem refert Villalob. in dicta littera D. nume. 37. Boer. decif. sexta. nume. 8. & 9. Et dicit Guido Papæ decifio. 624. clarum est. numero primo. quod secundum hanc partem vidit vti, & seruari in illa curia Delphi. Contrariam autem sententiam, scilicet q̄ imo etiam delegatus principis non possit causam criminalem meri, vel mixti imperij alteri subdelegare, tenuit Jacob. de Arēna, & hanc partem tanquā tutiorem tenuit Albericus in d. l. r. in principio. num. 21. dicens, quod illa opinio gl. in d. l. vnica. communiter per Doctores reprobat, & dicit Iason ibi, post nume. 64. versi. Contrariam. quod credit Alberi. verum dixisse, l. quod hæc opinio esset magis communis ante aduentum Barto. Quidquid sit de iure, in hoc Ducatu seruatur hæc opinio Iacobi de Arē. & videretur apud nos res valde absurda, si delegatus à principe in causa criminali, illam alteri subdelegaret. Nam ut rerum experientia docet, nunquam huiusmodi causæ delegatur a principe, nisi personæ industria specialiter electa, & ita etiam hanc opinionem in Fracia seruari attestatur Boer. in d. decif. 6. in fi.

Sed nunquid in casibus, in quibus merum imperij potest delegari, poterit delegatus procedere usque ad vltimum supplicium? Respon. Aliqui dixerunt simpliciter, q̄ sic, & hæc esse communem opi. attestat Alciat. in d. c. quod sedem. nu. 83. de offic. ordi. Quam tamen ego intelligo vt procedat, si ex tenore ipsius delegationis colligeretur, alias tutius arbitraret factum delegati, si prius quam pena mortis imponeret, principi referret. Certè quædam esset pericula in mora, vt in insigni latrone, ytiq̄que possit delegatus penam mortis imponere, & hæc est communis opin. vt ait Curt. lun. in d. l. r. nu. 65. ff. de offic. eius.

Quæro, nunquid episcopus possit delegare laico causam criminales clericorū? Respon.

Respond. quod non, & est communis opinio, vt attestatur Ripa in c. decernimus. nu. 33. de iudi. Et hęc quidem conclusio de plano procedit in laico, qui solus in huiusmodi causis deleget, sed quid si velit eas laico simul cum alio clerico delegare? Respond. quod pariter non potest, & est communis opinio, vt attestatur Dicitur in d. c. decernimus. nume. quinto. in fine. quem refert Rolan. conf. quarto. nu. 4. lib. primo.

Sed an poterit episcopus tales causas delegare clerico coniugato? Resp. qd non, & est communis opinio. vt ait Ripa in d. c. decernimus. nu. 64. talis n. clericus reputatur tanquam merus laicus, praterquam in duobus casibus, vt ibi.

Sed quid dicendum de Summo Pontifice? Respondet, qd Papa potest etiam merito laico committere causas criminales laicorum. ita dixit gl. in c. bene quidem. in verbo, Pręter. 95. distinctione. quam totus mundus sequitur, vt attestat Hieronymus q. septima. nume. 1. Habet enim Papa in omnibus causis ecclesiasticis absolute plenitudinem potestatis. Non tamen potest Papa conferre iurisdictionem ordinariam principibus. laicis in clericis, & hęc est communis opinio, vt attestatur Menchaca lib. 3. de testam. §. 32. post nume. 60. Quod intellige, vt procedat iuxta ea, que dixi supra q. 36. versic. Sed carentia.

Quęro, quid e converso, nunquid possit clericus esse delegatus principis laici in causis criminalibus? Respond. quod sic, in vna causa tantum, & est communis opinio, vt dicit Ripa in d. c. decernimus. nume. 46. & seq. quem refert Didac. in repelem. si furiosus. fol. 315. in fine. Que tamen conclusio multas recipit restrictiones, vt ibi.

QVAESTIO XLII.

SVMMARIVM.

Iurisdictione an possit prorogari in causa criminalibus.

Et quid si ille, in quem fit prorogatio, alias aliqua

non haberet iurisdictionem in criminalibus, vers. Est tamen. Et an quando proceditur per inquisitionem sit locus prorogationi iurisdictionis, vers. Scias autem.



VAERO, nunquid in causis criminalibus possit iurisdictione prorogari? Resp. qd sic, & est communis opinio, vt dicunt iurisperiti in J. 1. ff. de iudi. & in specie Paul. de Cast. num. 20. & Sapia, nume. 39. & Curt. lun. num. 37. & Cagnol. numero 46. Et quod etiam in criminalibus possit expresse, & tacite prorogari iurisdictione, dicit esse commune Doctorem sententiam Aret. in d. c. ad petitionem. nu. 15. de accusatio. Quod intelligo quo ad preiudicium partis, vel partium, que prorogationi ipsi consentiunt, non autem in preiudicium rei publice vel iudicium, ad quos pertinet perpetrati criminis cognitio, & punitio, alias possent mille fraudes quotidie committi.

Est etiam hęc conclusio intelligenda vt procedat, dummodo ille iudex, in quem fit prorogatio, alias etiam habere iurisdictionem in similibus causis criminalibus, alias secus, & ita communiter tenet, vt dicit Abb. in ca. si diligenti. nu. 14. de foro compe. Hanc etiam opinionem dicit esse communem Imo. in ca. P. & G. nu. me. 48. de offi. deleg. vbi enim iudex non haberet in talibus causis iurisdictionem, non esset locus prorogationi eius, quod non esset, sed potius esset iurisdictionis noua collatio, qd partium consensu in causis criminalibus tribui non potest. Sed in hoc proposito videnda sunt ea, que dixi infra lib. 7. §. iurisdictione.

Scias autem, quod vbi proceditur per inquisitionem ex mero officio, non habet locum prorogatio, ita tenuit Bal. in l. prima. in fi. c. vbi de crim. agi oportet. Et hęc dicit esse commune opinio. vocum. consilio 108. num. 21. lib. quarto. Petrus Calefatus inter consilia criminalia diuertorum num. consil. 102. num. 4. lib. primo. & consil. 93. num. 15. lib. secundo. Cum enim in hoc iudicio instituendo non interueniat aliqua

aliqua partium, sed tantummodo iudex & diffamatio, qua loco accusatoris fungitur, certe ab iudice esse dicere, qd ipse iudex possit a seipso iurisdictionem suam prorogare, nec minus absurdum videretur, qd fama, que est res manimata, possit in iudicem non competentem conferre, illi que iurisdictionem tribuere. Quicquid tamen sit de iure, cum hodie iudex inquirens sit quodammodo loco accusatoris. credo, qd si res consentiret in ipsum, vix possit euadere, ne censere facia prorogatio in ipsius quidem rei preiudicium, non autem in preiudicium iudicis competentis, vel alterius accusare volentis.

QVAEST. XLIII.

SVMMARIVM.

Iudex an possit in causis criminalibus esse suspectus, vers. Recusari.

Et quibus ex causis, vers. Ex quibus autem. Remissio.

Et an contra iudicem opponi possit exceptio quod sit criminis, vers. Recusatio, Item quęro.

Et an iudex possit cognoscere super exceptio missis, qua contra eius personam opponitur, vers. Recusatio. Vnum tamen.



VAERO, nunquid in causis criminalibus iudex possit tanquam suspectus recusari? Rnd. qd sic tenent gl. in c. qualiter, & qn. i. gl. magna, in verbo. Itē si ille, de accusa, quā dicit esse communiter approbatā Card. Alexan. in c. do accusat. col. 41. vers. Venio ad septimum, secunda quęst. octaua, Item etiam tenere communiter Doctores attestatur Marian. in d. c. qualiter, & quando, nu. 78. Si enim in causis civilibus in quibus solummodo agitur de re pecuniaria, admittitur recusatō iudicis suspecti, vt dixi infra l. proximo, multo magis admittenda est in criminalibus, vbi agitur de vita.

In quibus autē causis possit iudex tanquam suspectus recusari, & reliqua, que ad ipsius recusatōis materiam pertinent, dixi in loco preallegato.

Item que res, nunquid contra iudicem opponi possit, quod sit criminis? Resp. gl. in d. c. qualiter, & quando, in glo. prima, tenuit qd sic, sed certe illa gl. communiter non tenetur, neque in ordinario, neque in delegato, vt dicit Cardina. Alex. in d. c. de accusatioe, col. 42. vers. Item excipitur, & qd iudex non repellat exceptione criminis, dicit esse commune opinio. Marian. in d. c. qualiter, & quando, post nu. 72. Et si hęc exceptio admittetur, pauci possent iudicare, cum nemo sine crimine viuat. Vide que dixi supra q. 14. ver. Dixi quoque, & seq.

Vnum tamen scias in hoc proposito, qd licet alias regulariter iudex possit cognoscere super exceptionibus qua contra eius iurisdictionem proponuntur, si tamen opponatur aliqua exceptio, sigillis eius plonam, puta, quod est infamis, vel excommunicatus, vel huiusmodi, non potest ipse super tali exceptione cognoscere, & hęc est communis opinio. vt dicunt scribentes in l. quidam consuebant. ff. de re iudic. & in specie Imola, nume. 15. & Alex. num. 15. nam quo ad hęc articulum diceretur esse iudex in causa propria, & patet ad sensum, quod nullus iudex esset qui tē pronunciaret infamem, vel excommunicatum, & ideo super tali exceptione superior debet ipse cognoscere, vel alium iudicem dare.

QVAEST. XLIII.

SVMMARIVM.

Quibus modis contra absentes contumaces procedatur.

Absens de iure communi non potest diffinitive condemnari, sed sit amarus bonorum, ibidem.

Et quid de consuetudine, vers. Sed hodie. Et an possit etiam ad mortem condemnari, vers. Recusatio. Licet autem.

Et an

Iulij Clari Sententiarum

*Et an si reus intra annum compareat, & satisfecerit de peccato iuri, recuperet statim bona amota. versiculo. Dixi quodd.*  
*Et an eo casu teneatur ipse probare innocentiam suam, versic. Quæro quando.*  
*Et an quando reus est contumax, debeat eius contumacia accusari, versiculo, Di-ctum est.*  
*Et an requiratur declaratio iudicis super ipsa contumacia, versiculo. Sed nūquid.*  
*Et an sit citandus reus ad allegandum, ver- Vnum tamen.*  
*Et an ultra contumaciam requiratur, etia quod sit per probationes convictus, vers. Quæro nunquid.*  
*Et an contra huiusmodi sibi confessionem inductam a statuo admittatur probatio innocentia, versiculo, Quæro nunc.*  
*Et an possit index pro reo absente aliquas probationes inducere, versiculo, Quæro etiam.*  
**Reus contumax an sit citandus ad sententiam, vers. Item quæro.**  
*Et an possit statim lapsa termino peremptorio condemnari, versiculo, Vidi quādoque.*  
*Et qua sit forma sententia, que contra absentem, & contumacem profertur, versic. Videamus.*



**I**SVM est de exceptionibus, quæ contra personam iudicis, eiusque iurisdictionem proponi possunt, nam ad eas proponendas plerumque etiam absentes, seu contumaces solent per procuratorem admitti) de reliquis aut, quæ merita causa concernunt, intra in eorum defensionibus dicendum est. Videamus nunc quomodo contra contumaces procedatur, & in primis sciendum est, quod de iure communi non potest contra absentem deveniri ad sententiam diffinitivam, siue condemnationem occasione delicti, de quo ipse reus absens imputatur, & ita tenet communiter Doctores, ut dicit Anto. Gomez. super l. 71. Tauri. nu. 1. Certum est enim, quod de iure communi contumax non potest a iudice haberi pro confesso, & convicto, & licet

Jacob. de Are. tenuerit, quod quando crimen est liquidatum inter presentes, potest eo casu ferri sententia contra absentem, tamen contra eum est communis opinio. Doctores, ut dicit Bal. in l. quamvis, la prima, nu. 1. C. de adulter. & Bos. in tit. de req. reis, nu. 1. in fi. Et quod etiam de iure canonico non possit contra absentem, lite non contestata, deveniri ad condemnationem, neque etiam ad testium receptionem dicit esse communem opinio. Abb. i. c. veritatis, post nu. 20. & post nu. 27. de dolo, & contumacia. Et hoc adeo verum est, ut quamvis in causis civilibus, si testes sint senes, vel valeudinarij, vel nulli quinque partes recessuri possint examinari et parte absente ad perpetuam rei memoriam, ut dixi supra lib. 2. §. Vessis, nihilominus in causis criminalibus, absente parte non possunt huiusmodi testes recipi ad perpetuam rei memoriam, & ita tenent communiter Doctores, ut attestat Ant. Gomez. in d. l. 76. tauri. nu. 4. Hanc tamen conclusionem intellige ut procedat, quod pro crimine, de quo agitur, venit imponenda poena corporis afflictiva, sed ubi venit tantummodo imponenda poena relegationis, vel relegationis minor, eo casu utiq; absens potest et de iure communi condemnari, & hoc est communis opinio, ut dicit Bal. in l. absentem, in fin. C. de accus. Sal. in d. l. absentem, nu. 14. quem refert Pract. Conradi, fol. 441. post nu. 7. vers. Quarto excipio, Bos. in d. tit. de req. reis post nu. 1. In illis igitur casibus, in quibus absens non potest diffinitive condemnari, legitime intimata reo citatione iuxta formam, de qua dixi supra q. 31. si reus in termino sibi ad comparandum assignato non comparuerit, tunc index facit eius bona annotari, & deinde facit ipsum iterum vocari, & citari per edicta, ut veniat ad se excusandum, illi etiam notificando qualiter eius bona sunt annotata. Et hoc casu si quidem reus intra annum compareat, & se defendat ab imputatione ipsius criminis, absoluitur, & in pace dimittitur, & etiam restituitur illi omnia bona sua annotata, si vero post annum etiam quascunq; compareat, adhuc semper audiiri debet, & si se defenderit, absoluitur, sed bona

bona illi non restituantur, sed sisco remanent in poenam suam contumaciae, & hoc omnia procedunt, secundum dispositionem iuris communis, ut habetur in l. 1. ff. de requ. rei.

Sed hodie (ut inq; Gand. de malef. in rubr. quid sit agendum reo absente. nu. 3.) de consuetudine generali non servatur contra contumaces illud, quod dictum est de annotatione bonorum, neque quod ac cufatus expectetur per annum, imò cum fuerit citatus solemniter, ponitur in banno communis, & potestatis, & postea super illa accusatione, & banno condemnatur, & ita secundum eum observatur per totam Italiam, quem refert Pract. Conradi, fol. 441. post nu. 8. Pariter etiam Jacob. de Beluif. in tit. de pace teneada. in princ. ver. Et nota hic dicit, quod hodie non fit annotatio nisi bonorum mobilium, & ita illum refert Bald. ibi, post nu. 14. & Ang. ad Angel. de malef. in verbo, Qui dominus iudex videns, nu. 8. & Capic. decil. 1. 11. num. 4. licet attestetur receptum fuisse, quod in regno Siciliae etiam fanda, & castra apprehendi solent, & administrari per commissarios Regios. Dicit etiam Bald. in d. l. absentem. nu. 2. C. de accu. quod Doctores dicunt, quod ista annotatio hodie non est in usu, sed eius loco hodie succedit bannum, quod fit reis absentibus, idem dicit Blan. i. pract. crimi. fol. 9. num. 8. In hoc autem Ducatu, statim post assumptam indicia sen informationes contra eum, quæ sufficiant ad capturam, si crimen est tale, pro quo ingeratur confiscatio bonorum, statim transmittitur notarius, qui describat omnia bona, tam mobilia, quam immobilia ipsius delinquentis, iuxta formam traditam in l. si quis intra prouinciam. C. de bo. proscript. & illa sic descripta consignat consulibus & Syndicis locorum, in quibus bona sita sunt, & mobilia reponit etiam penes ipsos, vel aliquem alium idoneum depositarium, & generaliter etiam ita servari attestat Carautra super 21. ritu magne curie, circa finem ita etiam dicit quod die fieri, & Practicari Ant. Gomez. cap. 9. de licta. num. 2. Et si periculum est, ne bona propter moram suam derisorie, vel pe-

reant, solent vendi, & pretium eorum deponi, & ita de consuetudine observari attestat Pract. Millei, fol. 45. nu. 21. Hanc etiam bonorum annotationem fieri per commissionem criminalem executoris, simul atque assumptæ sunt informationes contra aliquem in solito receptoque stylo, vtu, & consuetudine attestatur Pract. l. od. fol. 41. num. 7.

Facta autem huiusmodi descriptione, & consignatione, procedit contra reum, & si est contumax, servatis servandis bannitur, & condemnatur diffinitive, & si deinde post condemnationem intra annum compareat, solet plerumque per sententiam admitti ad se de nouo defendendum, & si se defenderit, absoluitur ab ipsa condemnatione, & recuperat bona, non obstante prædicta annotatione, seu descriptione, vel etiam quacunque alia apprehensione facta per fiscum, & etiam quibuscunque sententiis superinde factis. Si vero comparet post annum, non recuperat bona, sed tantum, si se defenderit, absoluitur a condemnatione corporali, & bona remanent sisco in poenam eius contumaciae. Et hæc practica, si bene consideretur, est in multis valde conformis dispositioni iuris communis, de qua supra, & hæc dixi observari, quando crimen est tale, pro quo imponitur bonorum confiscatio, quia in aliis criminibus, in quibus non venit imponenda publicatio bonorum, non sunt ponenda bona ad manus curie, & etiam quæ reus sit contumax. Et propterea neque etiam in istis casibus fit aliqua bonorum descriptio, ita disponente decreto in novis constitutionibus, in tit. de accusat. cap. rei carceribus. §. pari modo. Et licet Chassen. super consuetu. Burgund. fol. 87. num. 11. dicat, quod iudices nostri temporis aliter faciunt, & pro contumacia faciunt subhastari bona, apud nos tamen servat, ut non fiat, nisi in casibus, in quibus bona confiscantur.

Licet autem de iure communi (ut supra dixi) non possit absens diffinitive condemnari, tamen ex generali consuetudine totius Italiae, proculdubio in quantumcunque graui crimine proceditur contra absentem, & habetur pro confesso



Relan. consil. 47. nu. 6. lib. secundo, & dixi infra lib. proximo.

Quero nunquid ad hoc ut possit contumax condemnari, & banniri, requiratur quod ultra contumaciam sit etiam per legitimas probationes de ipso delicto convictus, Respon. ut si forte possit dici, quod sic, sed quidquid sit de iure, contrarium de facto servatur, ut attestatur Guido & Suz. quem refert Marsil. in repet. l. vnica. nu. 129. C. de rapto iur. & consil. 82. nu. 40. ubi tamen subdit non esse credendum Guidoni hoc dicitur. Sed certe vniuersalis practica docet quid. veri dixisse, nam dummodo subsint iudicia ad transmittendam inquisitionem sufficientia, de quibus dixi supra quod est 20. versic. Ad inquirendum, si reus sit contumax, semper condemnatur, absque alijs probationibus, & in hoc non videtur aliquo modo hæsitandum.

Quæro nunc, an contra huiusmodi fidam confessionem inducitur à statuto vel consuetudine admittatur probatio innocentia? Respon. Aliqui dicunt, quod talis confessio non potest reuocari, etiam probato errore, & ita communiter seruatur ait Bal. in l. seruum quoque §. publicè. nu. 7. in ff. de procurat. quæ refert Arc. consil. 146. nu. 3. Foller. in pract. crim. fol. 336. num. 28. & Menchiaca lib. tertio de testa. §. 23. nu. 28. Tu vero dic, quod Aut reus, qui vult probare contra hanc fidam confessionem, comparet antequam contra eum profertur sententia diffinitiva condemnationis, & omnino debet audiri, neque hoc casu tenetur ipse probare errorem huiusmodi confessionis, sed sufficit ipsa comparitio, ex illa enim purgatur contumacia, propter quam statutum inducit illam fidam confessionem, Aut uero comparet post condemnationem, & non auditur, nisi sit à principio, uel senatu admittit ad nouas defensiones, Et ita in hoc Ducatu, seruatur, sicut etiam ita expresse declarat Arc. consil. 146. num. 5. & 6. ubi attestatur commnne opinio. Est, quod etiam per excusatorē (absque eo quod principalis personaliter compareat) possit hæc probatio fieri, super quo videnda sunt ea, quæ dixi supra quod 33. versic. sed quod plus est, & Villalpand. in repet. l. 22. c. 18. nu. 7.

Quæro etiam, nunquid iudex in huiusmodi processu, qui sit contra absentem, possit aliquas probationes ex officio inducere? Respon. Si utraque pars, scilicet tam accusator quam reus, sit præsens, potest iudex pro utraque parte veritate inquirendo nouas probationes ex officio inducere, reo autem absente, non potest nisi in casibus, in quibus contra absentem procedi potest, scilicet in delictis, quæ sunt a re legatione infra, si uero accusator se absentem fecerit, & reus sit præsens, tunc non potest contra reum ex officio probationes inducere, sed det nomen rei aboleri, & hæc est distinctio Bart. in l. 4. §. hoc autem iudicium. nu. 8. ff. de damno infecto, quod dicitur esse eodem Ale. in eo. §. hoc autem iudicium. nu. 25. Sed certe quod quid sit de iure, in practica seruatur totum contrarium, nam iudices ex officio recipiunt testes contra absentes, non autem pro ipsis, & iudex, qui produceret testes ex officio pro reo contumace, possit tanquam imperitus, & fatuus ab officio remoueri. Tu uide quæ latius dixi infra quod est 61. versic. Sed quæro, & seq.

Item quæro, nunquid reus contumax sit citandus ad sententiam? Respon. De iure dicendum est, quod sic, ut colligi uideatur ex text. in l. accusatorem. ff. de publ. iud. sed de consuetudine non citantur, ut dicit Ang. de malef. in uerbo, Qui iudex commisit li. præconi, numero 2. & 3. & Card. Ale. in c. de accusat. col. 41. versic. Et prædicta secunda quæstio octaua, qui etiam attestatur, quod consuetudo est, quod per præconem banniantur ad consilium generale, uel campanam, aut cornu vel tubam, secundum statuta locorum, & dicit Pract. Millei, fol. 8. num. 76. quod de consuetudine citatur contumaces unica citatione pro tribus, & subdit, quod de consuetudine Fracis regulariter citantur ad sonum tube, prout etiam seruatur in hac prouincia. Vide quæ dixi supra quod 31. versic. Quæro nunquid. Et in regno Neapol. citantur non modo reus ipse ad domum, sed etiam eius consanguinei amici, & uicini ad allegandum causas, &c. sicut ab immemorabili tempore introductum esse de more, & stylo magne curie attestatur.

attestatur Grammat. super consil. Regni fol. 52. num. 12. Ego uerbo puto ab omnibus iudicibus seruandum esse illud, quod seruari contineuit in locis, in quibus pro creditur.

Vidi quandoque dubitari, nunquid statim lapsio termino peremptoria statuto & aequitate expectatur triduum, postquam accusata est contumacia, & deinde sequenti die sit condemnatio, & hac consuetudine attestatur Afflic. super secunda parte constitutionum Regni, Rub. 12. post nu. 6. versic. Quid autem, quem refert Caranitta super titu 198. magne curie circa fin. subdens, quod ita practicitur. In hac tamen Ducatu hoc non seruatur, quia neque accusatur contumacia, ut supra dixi neque expectatur per triduum, nisi ita iudici ex æquitate uideatur, sed plerumque in ipso termino peremptorijs sunt condemnationes.

Videamus, quæ sit forma proferendæ sententiæ contra huiusmodi reos contumaces? Respon. Et quia nobis, & officio nostro constat ipsum esse culpabile dicti maleficijs, præsertim ex eius confessione resultantem ex contumacia iuxta formam statutorij, &c. ideo ipsum condemnamus in amputatione capitis, & eius bona fisco regio confiscamus, ita quod si aliquo tempore uenerit ad manus iustitiæ, quæ ducatur, & duci debeat ad locum iustitiæ consuetum, & ibi eius caput amputetur, ita quod moriatur, Et interea ipsum à toto dominio bannimus, &c. Et ita practicitur ut dicit Aug. de malef. in uerbo, Qui dominus index uident, nume. 45. Hanc etiam formam seruari de stylo curiarum Franciæ attestatus Boer. decis. 278. num. 12. Vide quæ dixi infra quæstio. 93. versic. fuit aliquando.

## QVAEST. XLV.

## SUMMARIUM.

Qualiter reo personaliter comparente procedatur

In causis criminalibus an sit necessaria litis contestatio uersic. Et in primis.

Et an cum insignitate uersic. An autem. Remissio.

Et an in criminalibus stant positiones, uersic. Sed hic incidenter.

Reus competens an sit examinandus, uersic. Scias autem.

Et quid si nolit respondere iudici interrogati, uersic. Sed pone.

Et quid si priusquam respondeat, petat dilationem ad deliberandum, uersic. Sed hic quæro.

Et quid si petat copiam inquisitionis, & indicium, uersic. Sed quid si reus.

Et iudex in examine debeat deferre iuramentum de ueritate dicenda, uersic. Sed quæro.

Et an si falsum dicat, poterit tanquam per iurum puniri, uersic. Quid ergo.

Et quomodo iudex in examine se gerere debeat, uersic. Debet autem.

Et an debeat esse præsens examini patroni ipsorum reorum, uersic. Quæro etiam.

Facto examine si reus negat, testes sunt repetendi, eo citato, seu præse, uersic. Ceterum si reus.

Et quid si non sit reus citatus, sed testes cum eo confrontati per seuerent, uersic. Sed in proposito.

Iudex debet petere licentiam a reo, procedente ipso ulterius non citato, uersic. Facta autem.



ACTENVS de his, quæ sunt reo absente, uel contumace, dictum est, nunc sic uideamus de his, quæ contingunt reo in iudicio personaliter comparente, siue quia captus fuerit, siue quia sponte comparuerit.

Et in primis quæro, nunquid in causis criminalibus necessaria sit litis contestatio? Respon. Aliqui dicunt, quod sic, & hanc opi. attestatur esse communem Marian. in d. c. qualiter & quando, num. 222. Alij uero dicunt, quod quando procedit ad instantiam partis, necessaria est litis contestatio, secus autem si procedatur

Pract. Iul. Clar. R ex

ex mero officio, & hanc dicit esse communem opi. Abb. in c. cum dilectus, num. 3. de purg. cano. Blac. autem in prac. crim. fol. 6. nu. 36. in fin. dicit, qd hodie de consuetudine in criminalibus lis non constitatur. Tu uero dic, quod Aut reus est cotumax, & tunc cum ex dispositione statutorum habeatur pro confesso, non est necessaria alia litis contestatio, quam illa, qua fit per talem confessionem si quam a statuto, & sic contra ipsum procedit (ut dixi) etiam usque ad condemnationem. Aut vero reus coparet in iudicio, & examinatur super delicto, & tunc responsio, quam ipse facit respondendo accusatori uel inquisitioni ad interrogationem iudicis, inducit litis contestationem, etiam absque eo quod pars aduersa sit presens, & hoc etiam si procedatur ad instantiam partis. Et ita seruatur in practica, ut attestat Bar. in l. 1. q. reus, num. 4. ff. de publ. iudic. quem refert Are. conf. 58. nume. 7. & Apostil. ad Ang. de malef. in uerbo, Hanc est quedam inquisitio, sub. num. 67. nam in criminalibus, etiam absente accusatore, potest iudex ex officio procedere, & in terrogare, ut dicit Bal. in l. 1. num. 34. C. qui accus. non poss. ubi subdit, quod ita seruatur practica.

An autem sit litis contestanda cum in iudicio a reo promotore inquisitionis, dixi supra questio. 10. uersiculo, Quæro nunquid.

Sed hic incidenter quæro, nunquid in causis criminalibus possint fieri positiones ab utraque parte, prout fiunt in civilibus? Respon. Respectu accusatoris, uel fisci satis uideatur dici posse, quod admittantur positiones, ex quo eorum querela uel inquisitionis cogitur reus cum iuramento respondere, ut infra statim dixi. Sed quid dicendum in ipso reo accusato, nunquid poterit dare accusatori positiones, puta, quod ipse tale delictum non commisit, uel quod illud commisit ad sui defensionem uel huiusmodi? Respon. quod non & ita se habet usus iudiciorum, ut attestatur Jacob. de Are. in trac. positionum. §. 7. num. 1. hoc enim modo possent de fisci (secundum eum) accusator, & reus inser se colludere, & delicta impunita re-

manerent. Quæ tñ ratio parum facit, ex quo secundum consuetudinem huius temporis, etiam parte delistente, aut concordata, iudices procedunt ad expeditionem processuum, ut dixi infra quest. 58. circa principium. Verum tamen est, quod consuetudo ita obseruat, ut non possint accusatum dari positiones, a qua nullo modo est recedendum.

Scias autem, quod reo capto uel sponte comparente, solent iudices illum statim adhibito notario super ipso delicto interrogare, eiusque examen (quod uulgo Constitutum appellant) in acta redigi facere. Cæterum secundum dispositionem iuris communis, si reus copareat, & neget, non est ulterius examinandus, sed recipiuntur testes, & ad ulteriora proceditur ad perfectionem processus, & hac est communis opi. doctorum, ut dicit Mariæ. in d. c. qualiter, & quando, post num. 217. quest. 75. in fi. Hodie ramen seruatur contrarium de consuetudine, nam si facta inquisitione reus compareat, & neget, nihilominus interrogatur, & examinatur super ea, & ita communiter in practica seruatur et testatur idem Mariæ. in loco præallegato & in hoc non est difficultas. At licet aliqui dixerint, quod quando nulla præcedit diffamatio de crimine, non tenetur reus respondere, prout etiam ita concludere communiter Doctores attestatur Card. Alexan. in cap. de accusatione, col. 37. post med. secunda quest. octaua. nihilominus indistincte seruatur (ut dixi) qd teneatur reus super ipso crimine iudici respondere.

Sed pone, quod reus constitutus coram iudice nolit respondere interrogationibus sibi per reū factis, præcise affirmando uel negando, sed uel omnino nihil respondeat, uel per uerba dubia, puta non scio non recordor? Respond. quod hoc casu potest, & debet iudex illum ponere ad torturam, & cogere ut respondeat affirmative, uel negatiue Ita dicit Bal. in accusationem, post num. 11. uers. super hoc melius, C. qui accus. non poss. Et talis tortura (ut dicit Bal. ibi) non datur reo ab erudam ueritatem, nam ad hoc necessitas esset, ut præcederent iudicia ad torturam iustitiam.

sufficiencia, ut dixi infra quest. 64. uers. dixi etiam. Sed datur ad exorquendam responsonem, & hanc opinionem Bal. in contingencia facti approbavit consilium Neapol. teste Capicio de ei. l. 145. prout illum refert Foller. in prac. crimi. fol. 308. nu. 4. Et est iudicio meo, bona practica, & eam sæpe uidi obseruari non modò, quando reus non uult respondere super facto principali, scilicet an commiserit homicidium uel non, sed est super circumstantijs substantialibus pertinentibus ad ipsum delictum, quicquid dicat Foller. in loco præallegato, modo sunt tales, de quibus uerisimile sit ipsum recordari, puta quia interrogetur de facto proprio, de medico tempore, & de rebus, de quibus alij solet communiter recordari, prout ipse iudex considerata facti, & personarum qualitate poterit arbitrari, & ita serues. Et recordor, quod semel quidam Moncinus, qui dum interrogaretur super quadam rixa, in qua ipse interuenerat, uolebat respondere, neque iurare, fuit iussu senatus, affectus tribus ictibus, funis publice, deinde reductus ad carceres iurauit, & respondit ad interrogata. 18. Octobr. 1524. 6. C. Aduerte tamen, ut omnino aliqua subsint indicia contra reum, alias enim non teneretur respondere, quinimò aliqui dicunt, quod si non præcedat diffamatio, non tenetur reus respondere, & dicit Card. Alexan. in d. c. de accusatione, col. 37. circa finem. Secunda, questio. octaua. quod ita Doctores communiter concludunt. Idem dicit Aret. in c. qualiter, & quando. el. secundo. §. debet. col. quarta. uers. sic. in foro autem, de accusatio. quem refert Don Anton. de Padilla, in l. transigere. nume. 5. C. de transactio. Quod tu intellige, nisi præcedat diffamatio, uel tale quid, quod sit loco diffamationis, iuxta ea quæ dixi supra quest. 6. circa principium.

Sed hic quæro, quid si reus utique uelit respondere, sed petat dilationem ad respondendum, an uelit cedere, uel contendere, nunquid erit illi concedenda, prout etiam conceditur in causis civilibus, ut dixi infra lib. proximo? Respond. Aliqui teneant quod sic, & dicit A. lex. in l. 1. in princ. nu. 6. ff. de edendo. quod ita concludunt ma-

gis communiter Doctores. Contrariam autem sententiam, scilicet quod imo super facto proprio non debeat dari resco tenus ad deliberandum, tenuit Bal. in l. cum fallum. num. 2. ff. de acqui. heredi. Et hanc opinionem dicit esse cõmuniem Augusti. ad Ang. de malef. in uerbo, Comparuerunt dicti inquisiti, & constitentur totum. nu. 6. prout illum refert pra. Contra di. fol. 280. nume. 2. & hanc opinio seruatur de consuetudine, nam reus statim cogitur respondere. Et quod (secundum practiciam mundi) non sit dandum in criminalibus tempus reo ad deliberandum, attestatur Salic. in auth. offeratur. num. 6. C. de litis contesta. Paulus de Castro in ea. auth. offeratur. nu. 5. & 11. quem refert practi. Contradi. fol. 32. post nu. 5. A. mad. de fydic. nu. 184.

Sed quid si reus priusquam examinetur, petat copiam inquisitionis, & iudiciorum contra eum existentium, nunquid debet iudex illam ei dari facere? Respon. De iure forte dici possit qd sic, ut ex prædictis apparet, & ita tenet Practici. In forma inquisitionis, in uerbo, Fama publica, nu. 3. ubi tamen dicit, quod male seruatur in practica per istos latroneatores avaritia deditos in animarum suarum maximum præiudicium, & detrimentum, & subdit qd pessime faciunt. Quicquid igit sit de iure, consuetudo seruat totum oppositum, quod scilicet reus interrogetur, & examinetur ante datas defensiones, & copiam iudiciorum, & ita quotidie practitari dicit Foller. in pract. crimi. cano. fol. 165. nu. 9. pract. Contradi. fol. 255. in sexta limitatione. Hanc etiam dicit esse receptum stylium, usum, & consuetudinè pract. 10d. fol. 24. nu. 18. Et flante hac generali consuetudine, male faceret iudex, qui aliter obseruaret in practica.

Sed quæro, nunquid in huiusmodi examine faciendò debeat iudex deferre iuramentum reo de ueritate dicenda? Respond. Videtur dicendum quod non, Resmo enim cogi debet ad detegendum propriam turpitudinem. l. alias. ff. de iureiur. prout est cõmunis regula, teste Dec. in l. fi. post nu. 6. C. de edendo, Et sic satis esse dicit & simplex iterpositio fidei, & ut est de

co in eundem in regno Francie, teste Marco de offi. 674. Quæritur, an in causa. in prin. In contrarium tamen est magis communis opinio, quod scilicet sit deferendum reo iuramentum de veritate dicenda, ita tenuit Bar. in l. inter omnes. §. recte. in fi. ff. de furtis. qui in hoc communit ab omnibus approbatur, ut dicit Augu. ad Ange. de malef. in verbo, Comparuerunt, & confiterentur totum. post num. 13. Bertran. consil. 321. nu. 3. in fine. lib. 3. in prima parte. Hanc etiam dicit esse communem opinionem Marli. in l. quæst. habendæ. nu. 72. ff. de quæstio. quem refert præc. Conradi, fol. 280. in prin. & Gomef. c. primo. delictorum. nu. 65. Et ita hodie secundum communem styllum Italiæ, tam in inquisitione, quam in accusatione, reus comparens iurat de veritate dicenda, prout de huiusmodi stylo attestatur Marian. in d. c. qualiter. & quando. post nu. 227. quæstio. 84. in fine. Ita etiam obseruare communem styllum Italiæ attestatur Bar. in l. prima. post nume. 6. C. de iura. calum. ubi etiam Bal. num. 8. dicit, quod ita seruat consuetudo. Mihi certe hæc practica nunquam placuit, est enim manifesta occasio periurii. Nam rei propter metum illius iuramenti nunquam solent fateri delictum, ut quotidie experientia docet, & tamè communis est conclusio, quod ubi subest probabilis suspicio periurij, nunquam est deferendum iuramentum, ut dixi infra libr. 7. §. iuramentum. Tamen (quidquid sit) non auderem in practica recedere à communi obseruantia: & ideo in locis, in quibus seruat, ut reo deferatur huiusmodi iuramentum, iudex debet illud deferre, nam minime sunt mutanda, &c.

Quid ergo si reus in ipso examine falsum dicat, nunquid poterit ex eo tanquam periurus puniri? Respond. quod in foro contentioso puniri non potest, sed solum Deum habet ultorem. Ita dicit Alexan. in apostill. ad Bar. in l. r. sub num. 1. ff. de bonis eorum. cui nemo contradicit, ut ait Berous quæst. 134. nu. 3. Et dicit Boill. in ti. de periurus. nu. 3. quod ita practicitur. Hoc etiam vigere in practica attestatur Nuanus de los corregidores, fol. 237. post nu. 17. versiculo. Quæ dicta sunt. Bene verum

est, quod si reus in examine dicat aliquod mendacium, de quo deinde comunicatur, erit tale mendacium contra eum sufficiens indicium ad torturam, iuxta ea quæ dixi supra quæstio. 21. versiculo, Mendacium.

Debet autem iudex in huiusmodi examinibus faciendis recto tramite procedere ad finem veritatis indagandæ, non autem ut reum inuoluat, & inducat ad confitendum delictum. Idem secundum aliquot non debet reum specialiter super ipso delicto, de quo agitur, interrogare, cum id suggerentis potius, quam interrogatis esse videatur. De consuetudine tamen contrarium obseruatur, ut ait præc. Caloni, fol. 84. nu. 3. quando reus interrogatur de facto proprio, secus tamen esset, si interrogaretur uti testis contra alium, ut dixi supra, quæstio. 21. versiculo. Retenta igitur, circa fin. Præterea non debet interrogationibus suis procurare, ut auferat reo suas defensiones, puta si reus confiteatur aliquem percussisse, aut vulnerasse, non debet eum interrogare, an ille ex tali percussione, aut vulnere decesserit, neque ab eo extorquere huiusmodi confessionem, nam ista est diabolica practica, ut dicit S. Ignorol. consil. 163. nume. 5. subdens, quod super hoc multoties reprehendit iudices maleficorum ciuitatis Mediolani, & quod istud est plusquam diabolicum, uam situs satis habet intentionem fundatam, ex quo ille vulneratus, seu percussus mortuus est. Et hoc iudici sufficere debet absque eo, quod velit per eiusmodi confessionem tollere reo facultatem probandi, quod non decesserit ex percussione seu vulnere, quæ esset magna ipsius defensio, ut dixi supra hoc eod. lib. §. homicidium. versiculo, Ple runque etiam.

Quæro etiam, nunquid quando sit examen rei, debeant esse presentes patroni causarum? Respond. quod de iure videtur dici posse, quod sic, per tex. in l. custodias. ff. de publi. iudic. sed certe vltus, & curiarum styllum hoc non obseruat, ut attestatur Igneus in l. 1. §. quæstionem. nume. 19. in fi. ff. ad sylle. §. est omnibus notissimum. Faciunt quæ dixi infra quæstio. 64. versiculo. Quæro nunc.

Continuum

Cæterum si reus in examine confiteatur delictum, poterit puniri ex tali confessione, ut dixi supra q. 65. in prin. Si vero neget, debent parte citata examinari testes super veritate ipsius delicti, & ita tenent committere Doctores, ut dicit Card. Alex. in loco præallegato, Et ideo dicit Salic. in l. fin. in fi. C. de quæst. quod casus iudices ante inquisitionem recipiunt informationem testium & in scriptis redigunt, ne postea dicant contra ius, & habita informatione formant inquisitionem, & si pœna sit corporalis, faciunt citari reum re, non verbo, ne fugiat, & postea faciunt illi respondere inquisitioni, & si neget, iterato examinant testes, eo citato ad videndum eos iurare, &c. Et illud dictum Sal. refert Grammat. consil. crim. 15. num. 1. & 2. de quo etiam aliquid dixi supra q. 28. versiculo. Scias tamen, Et ualde grauiter erraret iudex, qui omissa tali repetitione testium procedere ad torturam, uel condemnationem. nam testes recepti ante litem contestationem nullam fidem faciunt contra reum, cum sine examinati ipso non citato, ut dixi supra q. 11. versiculo. Item quæro, & infra q. 50. ver. Item quia. Et aduerte, quia hæc repetitio fieri debet cum omnibus illis qualitatibus, quæ requiruntur, ubi isti testes repetendi nunquam fuissent examinati, & ideo debent de nouo iurare, alias nullam prorsus fidem facerent, Item si sunt tales testes, quorum dictis de iure non sit adhibenda fides nisi cum tortura, puta quia esset locus eriminis, non sufficeret, quod prius fuisset examinatus in tormentis, & quod de nouo iuraret, sed opus etiam ceter, ut de nouo post iuramentum poneretur in tormentis, & perseveraret in illo dicto, Nam illa tortura, & omne id, quod fuit agitur ante litem contestationem, non habetur (ut dixi) in consideratione, quod ad præiudicium ipsius rei comparentis, Quod nota, quia ad hoc aliquid non aduertunt, & sciss, quod licet receptio testium non soleat committi, seu delegari alteri, ut dixi supra quæst. 26. tamen repetitio testium, qui examinati sunt in processu informatio, potest delegari, & ita seruatur de consuetudine, ut attestatur Carauita super ritu 157. magna curiæ, numero 11.

quod tamen intellige secundum ea quæ dixi in loco præallegato. In hoc autem proposito uolo ut scias, quod quando reus permittit se in contumaciam condemnari, deinde petit se admitti ad nouas defensiones, & admittitur comparere, iudex non debet repetere testes examinatos contra eum in processu informatio, licet enim examinati fuerint ipso reo non citato iuxta consuetudinem, de qua dixi supra in d. q. 11. versiculo. Item quæro, ex quo tamen ipse reus citatus non comparuit, habentur illi testes pro legitime examinatis in odium eius contumaciæ, neque ulterior eorum repetitio requiritur, Et memini, quod propter hinc fuit grauiter reprehensus à Senatu Prætor Valentini, qui causa Petri Nouati admitti ad nouas defensiones, citauit testes ad repetendum, & quia non comparuerunt, eos condemnauit, cuius condemnationis nationis senatus scilicet nullam rationem haberi debere, 7. nu. 7. Non. 1556. P. N.

Sed in proposito quæro, pone quod reus non fuerit citatus ad videndum iurare, & repeti testes, sed quod iudex eos repetat, & confrontet cum ipso reo, & testes confirmant in presentia ipsius rei ea, quæ prius dixerant, nunquid isti testes dicentur recepti parte citata, ita ut probent contra ipsum reum? Respond. quod sic, & ita practicitur, ut dicit Affic. super secunda parte constitutionum Regni, Rub. 10. nume. 20. Hæc autem confrontatio fieri solet, quando testes deponunt tale quid, quod de directo contrariatur ei, quod reus dixit in suo examine, & licet de iure non sit necessaria, tamen in practica obseruatur, ad hoc ut in ipsa confrontatione ueritas melius elucescat. Ego certe non credo, quod sit de substantia, & ideo licet esse omissa, regulariter processus non corrueret, & senatus tamen uult omnino eam fieri, quando est testis, qui contra reum deponit de uisus, sit ita rescriptis Prætori Cremonæ in causa cuiusdam Augustini Botti. 20. Martij. 1543. Vel etiam quando testes sunt inter se contrarij, & ita rescriptis Capitano Vicomercati. 29. Martij. 1533. C. C. Præterea quando depositio testis non potest certificari nisi mediante inspectione ipsius rei, puta quando testis dicit illum non

Pract. Iul. Clar. R. 3. cogno.



agnoscere de nomine, sed tantum de ui-  
u. Vel quando cum describit per signa,  
nam eo casu reus est illi exhibendus, ut eū  
recognoscat, & ita rescriptit senatus pre-  
tori Alexandriae in causa cuiusdam Asca-  
ni Granarii qui non fuerat exhibitus cui-  
dam testi, ut illum recognosceret. 14. Au-  
gusti. 1535. P. N. Debet tamen hoc casu  
reus exhiberi testibus, non solum, quia ef-  
fer timor subornationis, sed positus inter  
alios tres aut quatuor, & illi similes quan-  
tum eo tempore fieri potest, vestibus, sta-  
tura, & etiam facie. Ita seruatur in hac  
provincia prout etiā seruari in curia Nea-  
pol. attestatur Foller. in prac. crim. fo. 23.  
nu. 34. in fin.

Facta autem repetitione, & confronta-  
tione testium, consueuerūt iudices prius,  
quam reum carceribus tradāt, uel fideiuis-  
sori relaxent, facere, quod reus inquisitus  
eis det licentiam procedendi usque ad sen-  
tentiam, diffinitiuam in clausula, singulis  
diebus, & horis, etiam eo absente, & non  
citato. Et est practica, quam tradit Bart.  
in l. is qui reus, num. ff. de pub. iud. quam  
ex communi consuetudine hodie obser-  
uari attestatur Marian. in cap. qualiter, &  
quando, post num. 35. versic. X. C. quero,  
ita etiam quotidie fieri dicit Bald. in l. di-  
em proferre, in versic. Si quis litigator,  
ff. de arbi. & in l. si quando, nu. 5. C. de tes-  
tib. dicit, quod ita practicitur, & in l. ut  
perfectius, num. 15. C. de annali exceptio.  
dicit, quod ita obseruant assessores, quem  
refert, Angel. de malefic. in uerbo, Et ad  
querelam, num. 61. & August. ad Ange. de  
malefic. in uerbo, Qui iudex fecit sibi da-  
ri licentiam, post nume. 2. Et successiue  
iudices faciunt ipsis reis monitionem ge-  
neralem, ut singulis diebus, & horis ad se  
debeant processui faciendo per ipsos iu-  
dices, tū circa receptiones testium, quam  
quæcunque alia usque ad sententiam in-  
clusiue, &c. Et hæc monitio (precedente  
tamen licentia, ut dicit Marian. in loco  
preallegato) operatur, quod non requiritur  
ulterior citatio, sed si non precederet  
licentia, tunc posset reus ad huiusmodi  
monitione appellare, & dicere, quod imo  
uult ad omnes a se citari, & monitio ip-  
sa hoc modo per appellationem rescindit

retur, & nullus esse effectus, Et hæc est  
communis opinio, ut dicit Boss. in tit. de sen-  
ten. nume. 13. Et quod dictum est de reo,  
pariter locum habet in ipso accusatore,  
Solent enim cauti assessores scribi facere  
in actis, qualiter accusator dat eis licentiam  
expediendi processum, etiam ipsis absen-  
tibus, & ita omnia expediunt, & etiam ip-  
sam sententiam proferunt eo non citato,  
ut dicit Bald. in l. si accusatoribus, num. 4.  
C. de accus. subdens, quod ita tenent om-  
nes Doctores. Iudicio tamen meo hæc cau-  
tela, quo ad accusatorem est superflua,  
etiam, & quest. 31. versiculo, Vltimus que-  
ro. Poterit itaque iudex stante practica  
licentia testes recipere, & examinare ab-  
sque alia partis citatione, & hæc esse ho-  
diernam practicam, quam iudices obser-  
uant, attestatur Alexand. in Apostil. ad  
Bart. in dicta l. is qui reus, sub num. 4. Et  
ideo miror, quod Blanc. in prac. crim. fo.  
11. nu. 5. simpliciter dicat, quod ista pra-  
ctica tradita per Barto. non obseruatur  
de stylo, neque de consuetudine, Nam li-  
cet quo ad accusatorem, seu querelantem  
bene loquatur, ut dixi in locis preallega-  
tis, certe in reo quotidie in hoc Ducatu,  
& alibi obseruatur, nec aliquis solet facere  
examine carcerari, quin notarius in actis  
scribat, Quo facto fuit consignatus, & cit  
facta in faciem monitio generalis, uel hu-  
iusmodi. Et credo, quod si de ipsa moni-  
tione non appareat in actis, omnia acta  
postea facta reo legitime non citato cor-  
ruerunt.

QVAEST. XLVI.  
SUMMARIVM.

Rei per se examine, debent carceribus com-  
mendari.  
Et quid si a carceratione appellante, versic-  
cul. Sed quid si reus.  
Carceris fabricatio ad quem pertineat, versic-  
cul. Et quoniam.  
Custos carceris tenetur singulis mensis carce-  
rorum nomina iudici deferre, versiculo,  
Scias etiam.

Quid

Quid facere debeat custos carceris, si aliquis  
ex carceratis moriatur, versic. Sed in  
hoc proposito.

Reus quando sit fideiussori relaxandus, ver-  
sic. Plerumque vero.

Et quid si non ingeratur pena corporalis,  
versiculo. In hac autem.

Et quid in seruis, versic. Et hæc quidem.

Et quid in festis paschalis, versiculo. So-  
lent etiam.

Et quid si appareat de innocentia rei, versic.  
Pariter etiam.

Et quid in dubio, versic. In dubio autem.

Et quid si fideiussores non sint idonei, versic.  
Ceterum debet.

Et quid si detentus in una ciuitate uel  
dare fideiussorem in alia, versic. Pone,  
quod Papiensis.

Et quid si reus propter paupertatem non in-  
ueniat fideiussorem, versic. Sed quid  
agendum.

Et quomodo id probari possit, versic. Sed  
quomodo.

Et an uiri illustres dimittendi sit iurato-  
ria cautio, versic. Scias autem.

Et que debeat esse forma promissionis hu-  
iusmodi fideiussoris, versiculo, Quæro  
quæ debeat.

Et an possit aliquis se obligare pro alio ad  
penam corporalem, versic. Sed nun-  
quid.

Et quid si pro delicto imponatur pena pe-  
cuniaria, versic. Vbi vero.

Cautela recipiendi fideiussoris, versicul. Sis  
tamen.

Si statim imponat pro vulnere penam cen-  
tum, & pro homicidio penam mille,  
& aliquis simpliciter fideiussor sit pro im-  
putato de vulnere, sub qua pena teneat-  
ur illum consignare, versiculo, Sed  
quæro.

Et quid si ille, qui præstitit fideiussorem sit  
deinde ex alia causa hamitus, versicul.  
Quæro pone.

Quantum tempus concedatur fideiussori ad  
reum presentandum, versicul. Sed hic  
quæro.

Si fideiussor reum non consignet, cui applicetur  
pena promissa, versiculo, Successiue  
quæro.



peractis, debet index  
deliberare, an reus sit  
carceri seu custodi e tra-  
dendus, an aut fideiussori  
relaxandus, ut pluri-  
mū autē perfectio reorū  
examine, factisq; debitis cōfōrtationib.  
testiū, solent iudices ipsos reos ad carce-  
res duci facere, prout cōiter fieri consue-  
uissē attestatur Bened. de Plumb. in repe-  
tit. l. penul. §. ad crimen, post nume. 69.  
ff. de publ. iud. Debent autem rei poni  
in carcere custodienē, non autem in vin-  
culis, & ita in hac provincia obseruatur,  
prout etiam in Curia Parisiensi obserua-  
ri attestatur Igneus in l. necessarius, §. nō  
alias in lectura, nume. 46. ff. ad Syll. di-  
cens, quod ibi nullum reum in vinculis  
tenent, sed tantum custodiunt, tamen si (ut  
ipse ait) in alijs curijs cum carcere, & di-  
ligentio custodia seruatur. Certe ubi  
qualitas personæ, delicti hoc expolceret,  
posset iudex reum in arctos carceres con-  
ijcere, & prohibere, ne cum aliquo loqua-  
tur, & ita practitari per iudices peritos,  
& expertos, attestatur Anto. Gomez. cap.  
9. delictorum, num. 6. in fin. Alias autem  
laudabilis est reos, qui de graui cri-  
mine delati non sunt, uinculorum asperi-  
te non vexare.

Sed quid si reus, qui uidet se ad carce-  
res conducī, appeller, nunquid stante ap-  
pellatione adhuc erit carcerandus? Res-  
pon. De iure forte dici posset, quod non,  
nihil enim in nouandum uidetur appella-  
tione pendente. Sed certe contrarium ter-  
uatur de consuetudine, præsertim in hoc  
Ducatu, in quo in causis criminalib. non  
admittitur appellatio, & ita etiā seruari  
de stylo, & consuetudine patriæ Delphi.  
attestatur Guido Papæ decif. 235. quem  
refert Marcus decif. 915. Quæro an pen-  
dente, nu. 4. nec dicitur iudex, qui delin-  
quentem carcerari iubet, aliqui contra  
eum in nouare, sed potius uidetur ius pu-  
blicum, & sum tueri, ne illa fuga penā  
delicti euadat. Et certe si carcerandi ap-  
pellantes relaxandi essent, frustratorium  
esset carceres edificare, quia omnes ap-  
pellarent, & sic omnia iudicia criminalia  
eluderetur.

R 4 Et

Et quoniam hoc loco incidit mentio carceris, bonum est vt scias, qđ fabricatio domus ad vltum carceris pertinet ad ciuitates, seu loca, in quib. de carcere est p̄ uidentum, custodia autem carceratorū pertinet ad regem, seu dominum, cuius est iurisdicctio, & eius officiales. Et ita de iure probari demonstrat, & cōsuetudine etiam interpretatum esse attestatur Numinus de los corregidores. fol. 31. nu. 4. qđ nota, quia sepius vidi super hoc in facio dubitari, & in multis etiam locis vldi cō trarium obseruari.

Scias etiam, quod de iure commentariensis, siue cuiuslibet carcerū tenetur singulo mense numerum ipsorum carceratorū iudici significare una cum titulis delictorum, propter quos detinentur, eorumque qualitate, & etate, sub pœna viginti librarum auri, & iudex si in hoc etia fuerit negligens, punitur in decē lib. auri, &c. vt est tex. in l. si. c. de cust. reorum. & licet pract. lodo. c. 17. nu. 11. dicat, qđ illi practice vsus non recipit, in hoc tñ ciuitate Mediolani hoc optime seruatur. Quinimo solet singulo mense vnus ex senatoribus accedere ad carceres, & omnia p̄ dicta diligenter exquirere, & in causis leuibus plerumque relaxari facere detentos sub fideiussione, in grauib. autem senatu referre, cui maxima est cura, ne carcerati in vinculis macerentur, qđ & in Hispania diligenter obseruari attestat Ant. Gomez. c. 9. delictorum. nu. 7. in fi.

Sed in hoc proposito quero, si aliquis ex carceratis in carcere moriat, quomodo succursum erit custodi carcerū, ut nō teneatur ille mori? Respond. Poterit probare non rem illius p̄ resles. & ea probata, non erit vterius molestāus. l. si. ff. de custod. reorū. Dicit tamen Ang. in d. l. si. nu. 6. qđ hodie custodes carcerū vtuntur hac cautela, quia si quando carceratus infirmatur, dicunt medicum, & de egritudine sciant extrahi publicum instrumentum. & deinde postquam ille mortuus est, illam extrahunt de carcere inuolutam in quādam sacco in signum mortalitatis. Sed certe hæc cautela apud nos non admitteretur, non enim sufficit facere fidem de aegritudine, nisi etiam

si fiat fides de morte, nā omnes, qui infirmantur non moriuntur, & si hoc admittetur, esset cuilibet de facili aperta via fugiendi. Propterea in hoc Ducatu seruatur, p̄ quando aliquis ex carceratis infirmatur, custos monet iudicem de illius aegritudine, & deinde si moriatur, facit vocari notarium processus, qui coram te sitib. visitat eadauer, & illud recognoscit pro eo, qui dicitur mortuus, & illam visitationem redigit in actis, & hoc modo conclusa est uia fraudibus.

Plerumque vero, aut ipse reus, aut eius procuratores petūt eum a carcere dimitti, ac fideiussori relaxari. Videndam est igitur, quando reus sit fideiussori relaxandus. Et scias, quod ille, qui intercedit pro reo, & petit eum relaxari fideiussori, debet facere hanc petitionem poni in actis cum oblatione idonei fideiussoris, nā si non reperitur in actis, iudex si eum non relaxet, nō tenetur in syndicato, Et ita in facti contingencia iudicatum fuisse attestatur A. f. l. super secunda parte constitutionum Regni. rub. 10. numero tertio. Scias etiam, qđ licet de iure regulariter contractus facti a carcerato non valeant, prout tenent communiter Doctores, teste Martil. in pract. crimina. §. attingam. numero secundo. tamē de consuetudine carcerati solent procuratores constituere, & satisficere, & alios contractus facere, & ita continue in practica seruari attestatur Alber. in l. qui in carcerem. ff. quod merus causa.

In hac autem materia faciēda est conclusio, quod regulariter vbicunq̄ue pro crimine imponit pœna corporalis, reus non est fideiussoribus relaxandus, & hæc est cōis opinio, vt ait Xuarez in suo vol. allegationum. fol. 693. circa finem. in qua allegatione valde eleganter loquitur in hac materia. Et huc opinioni applaudet consuetudo, ut dicit Card. Alexand. in cap. quilibet. 2. q. 3. Vbi nero non ingeritur pœna corporis asilicūa, non debet reus carceribus mancipari, & ita tenent communiter Doctores, ut ait Anto. Gomez. cap. 9. delictorum. nume. 8. & nos de hoc habemus decretum, in nouis constit. in tit. de accusat. cap. rei carcerib. Quod intel-

intellige vt procedat, modo offerat prestare fideiussorem, alias si non haberet fideiussorem, vtique deberet in carceribus detineri, & ita seruatur.

Et hæc quidem conclusio maxime locum habet in seruis nam illi non relaxantur fideiussori, ut est tex. in l. 2. ff. de custod. reorum. & in l. lex Corn. §. preterea. ff. ad sylle. & dicit afflic. in d. ru. 10. in fi. qđ ita videtur fuisse iudicatum.

Solenaciam plerumque iudices in festis Paschatis, & Natalis Domini reos in carceribus detentos relaxari facere, & ad hunc effectum solent illis temporibus. quatuor senatores ad visitandos carceres accedere, & alios fideiussoribus dimittere, alios carceratos relinquere, & ubi negocium est grauis momenti, senatu referre & his relationibus solent etiam interesse in senatu Principes nostri, uel (illis absentibus) eorum in hoc Ducatu locum tenentes. De hoc autem habemus text. expressum in l. nemo. qđ est lex tertia. C. de episcop. audien. vbi excipiuntur etiam delicta, quorum rei non sunt eo tempore relaxandi. Dicit tamen ibi Bar. quod consuetudo interpretata est contrarium, & illua refert Marcus decis. 409. numero 1. & pract. conradi, fol. 276. nume. 14. sed certe si crimen non sit enorme, & reus non sit confessus, uel conuictus, vtique debet in festis Paschatis, & Natalis relaxari, saltem data domo, uel ciuitate pro carcere, & ita de consuetudine apud nos obseruatur, de qua etiam attestatur Bos. in tit. de carcer. fid. com. nu. 27.

Pariter etiam, vbicunq̄ue etiam pendante processu, appareat reum non esse culpabilem delicti, de quo imputatur, debet relaxari, ut est tex. in l. 1. C. de exhib. reis. & ita florentie practicatur, ut dicit apostill. ad Bald. in l. nullus. sub. nume. 2. C. de exhib. reis. quem refert Chassan. super consuet. Burgaud. fol. 50. numer. 190. & Boer. super consuet. Bituricen. fol. 23. col. 1. & Grammat. super constit. Regni. fo. 50. post num. 47. & Caraita super 40. ritu magna curiæ. circa principium. & si per ritu 47. numer. 5. & licet tex. in d. l. 1. non uideatur requirere fideiussorem, sed simpliciter dicat illum debere relaxari, ni

hilominus practica obseruat, quod stetur fideiussori, & ita seruari uideamus, ut dicit Bus. in tit. de senen. num. 61. subdit tamen Caraita in loco praallegato, quod in Regno Neapolitano hodierna practica communiter, & generaliter se habet, qđ facta publicatione processus, etiam quod appareat de innocentia rei, non relaxat fideiussori, qđ ego non laudo, nisi crimen sit valde enorme, uel speret iudex habere noua indicia. Hæc autem relaxatio operatur, quod non potest reus iterum in carceres conijci ex ea causa, nisi superuenienti bus nouis iudiciis, & ita seruari attestat Bus. in loco praallegato, quod tamen (ut uideamus) non ita indistincte obseruatur, sed iudicis arbitrio relinquatur. Preterea scias, qđ in omnem casum tempore, quo fit relatio diffinitiuæ causæ in senatu, semper solet reus ad carceres reuocari, ne si sequatur condemnatio corporalis, possit illam fugiendo eludere.

In dubio autem debet iudex semper inclinare in mitemiorem partē, vt scilicet reū sub fideiussione relaxet, & hoc vt subditos minus quam fieri potest, grauet impensis, licet iudices sententias gloria affestantes de consuetudine seruent contrarium, ipsi enim in dubijs semper consueuerunt retinere reos in carceribus mancipatos, vt dicit Benedictus de Plum. in re peti. l. pen. §. ad crimen. post nume. 67. ff. de publ. iudic. Potest tamen iudex reum consignare militibus, vt illum custodiat in aliquo loco tuto extra carceres, vel fideiussoribus, qui promittant eum in aliquo loco tenere, vel statuere palatium, vel ciuitatem pro carcere sub fideiussione, quādo personę qualitas hoc requirit, & iudex credit pro certo illum non fore culpabilem, prout se vidisse assensibus vicibus obseruari attestatur Ang. in l. nullus. nu. 3. C. de exhib. reis. qui refert Xuarez. in suo vol. allegationum. fol. 88. num. 11. & Numius de los corregidores, folio. 155. col. 2. in princip. subdit tamen ibi Angel. Consulo tibi alleffori, vt nunquam eum relaxes fideiussori, quia magna pericula posses incurrere. Sed in hoc iudicio meo, male loquitur, & contrapquitatem, & communem practicam.

Ceterum

Ceterum debet iudex diligenter aduertere quando facit reos sub fideiussione relaxari, vt dicit idonei fideiussores, alias ipse teneatur in syndicatu, quinimo refert Boss. in ti. de carcerato fidei committ. num. 7. q. ipse vidit in contingencia facti quendam magnum virum compelli etiam ante syndicatum absoluendam poenam, quam pmiserat fideiussor. Propterea bonum est, q. iudex, ubi fideiussor no fit notorie pluriquam soluedo, faciat ei dari approbatorum, seu collaudatorum, q. illum collaudet & approbet, p. idoneo, nam ipse collaudator tenebit, vbi recepta fuerit fideiussione no esse soluendo. Et hac est bona cautela, ut dicit Marian. in d. ca. qualiter, & quando. post nu. 2. 36. ubi subdit, q. ita etiam seruat consuetudo, dicit etiam Angel. de malef. in verbo, Pro quibus, & quolibet eorum. num. 13. q. ita est consuetudo p. Italiam, quem refert Boss. in loco pallegato Sed certe in hoc Ducatu seruatur, quod notarij rerum criminalium recipiunt ipsi fideiussores, & tenentur in subsidium, ubi illi non sint idonei. Quod fuit optima ratione introductum, qa ut plurimum iudices sunt forenses, notarij vero municipales, & ideo habet magis notas personas, & facultates eorum, qui faciunt pro reis fideiussiones, propter ea ipsi bene aduertant. Dicitur autem fideiussor idoneus non modo qui possidet bona immobilia, sed etiam qui licet nulla possideat immobilia, habet tamen tot bona mobilia, qua de facili aptorari no possunt puta si habere magnam apothecam, uel multa nomina debitorum, argu. eius quod dicit Bar. in l. sciendum. nu. 5. ff. q. facti. cog. Et ita seruat, ut attestatur Caraita super ritu 160. magna curiae. num. 7. in fi. qui multa ponit in hoc proposito, de quibus ego dixi supra li. secundo. §. fideiussor.

Pone, q. Papiensis sit detentus Mediolani, uel e contra, & offerat dare fideiussores in ciuitate Papię, quia dicit eos ne reperire in ciuitate Mediolani, qa sic forensis, nunquid erit admittendus ut fideiubeat in ciuitate Papię? Respond. quod non, sed semper dari debet fideiussor in loco iudicij, & ita seruatur, prout etiam

seuidisse obseruari attestatur afflic. sup. secunda parte constitutionum Regni. n. ubi. 10. num. 6.

Sed quid agendum, si reus propter paupertatem non inueniat fideiussorem, num quid erit relaxandus p. sita per ipsum iuratoria cautione? Respond. De iure forte esset dicendum, quod sic, & est communis opinio, ut ait Marsil. i. reperi. Rubricę de fideiussoribus. num. 166. & seq. De consuetudine tamen seruatur contrarium, & in specie de mulieribus, quod non relaxentur cum iuratoria cautione, dicit apost. still. ad Bal. in auct. hodie. C. de custod. reorum. quod ita obseruat consuetudo, ita etiam iudicatum fuisse in curia Burdegalen. attestatur Boer. decif. 349. col. fi. versic. tamen sunt. & in fine illius decisio nis dicit, quod idem etiam seruatur in iuris, prout etiam in hoc Ducatu seruatur indistincte. solent tamen quandoque relaxari delinquentes no multum grauati in processu cum iuratoria cautione, & precepto in faciem, cum comminatione poenę iudicis arbitrio, prius tamen consulto senatu, uel etiam si agatur de reu. crimine, senatu non consulto, & iudicio meo, est optima consuetudo, ne rei, qui alius est seu relaxandi, ubi fideiussorem non inuenirent, ppter eorum paupertatem in carceribus marcescant.

Sed quomodo probabitur, quod reus non possit inuenire fideiussorem? Respond. Eo ipso, reus cum iuramento affirmet quod non putat inuenire posse fideiussores, satis censetur probasse difficultatem prestandi fideiussorem, secundum gl. in l. 1. in verbo, Fideiussoribus. ff. q. facti. cog. quoniam dicit esse communiter approbatam hoc. consil. 79. col. 2. uers. Tertio confirmatur. li. secundo. prout illum refert Corta in memorial. versic. Iuramentum probat. circa principiu. In practica tamen apud nos seruatur, q. iudex ex officio summarie, & sine scriptis cum interuentu fidei se informat de facultatibus ipsius rei aliter, quam per eius iuramentum, & deinde fit ordinatio, quod relaxetur cum iuratoria cautione cum participatione, & interuentu fidei, & subscribit a fiscali, & iudex est postea tutus in syndicatu.

Scia

Scias autem, q. de iure loquendo, viri illustres non possunt cogi ad fideiussione standam in causa criminali, sed dimitti debent iuratoria cautione, vt est text. in l. quoties. C. de digb. lib. 12. §. ed. q. quid sit de iure, contrarij seruat consuetudo, vt scilicet non modo cogantur fideiubere, sed etiam in carcerem detrahantur, & ideo dicit Fab. in prac. arb. fol. 435. num. 12. quod dispositio d. l. quoties, recessit ab aula, & in practica non seruatur.

Quero, qua debeat esse forma pmisionis fideiussoris in causa criminali? Respond. Quidam dicunt sufficere, q. promittat simpliciter consignare reum ad omnem requisitionem ipsius iudicis, quo casu si id non obseruauerit, tenebitur ad interese, & hoc videtur tenuisse gl. i. fi. in verbo commodius. ff. de prac. ritu. Alij vero dicunt, quod non sufficit illa simplex promissio, sed debet promittere de eum consignando sub certa, & determinata poena, ita tenuit gl. in l. sed & si quis §. fi. in verbo, Plusquam statutum est. ff. si quis cautio. & ita communiter concluditur, vt dicit Alber. in l. si quis reum. nu. 1. ff. de custod. reorum. Caraita super 44. ritu magna curiae. numero 8. in fin.

Sed nunquid poterit aliquis se obligare ad poenam corporalem ex sua conuentione propter delictum alterius? Respond. q. non, ita tenet gl. in c. cu homo, in verbo, Supplicium, vigesima tertia qst. quinta, quam dicit esse frequentissimo omnium consensu receptam Di. Iacus lib. secundo resolutionum. c. 8. num. 8. & ita communiter seruatur, vt dicit Alber. in prima parte statutorum, qua est. 51. quem refert Marsil. in Rubr. ff. de fideiuss. nume. 208. & in l. infans, numero 16. ff. ad l. Cor. de fidei. Et ideo apud nos non admittitur in practica illud, quod dicit X Suarez in suo vol. allegat. fol. 700. nume. 28. in fin. quod scilicet aliquis recipiat custodiam carcerari, & se obliget tanquam fideiussor carcerarius.

Vbi vero statimmodo imponitur pro delicto poena pecuniaria, solet reus dimitti cum fideiussione de iudicato soluedo, & secuta sententia condemnatoria contra reum, fit executio contra ipsum

fideiussorem, etiam antequam alio modo processu, vt dixi infra quaestio. 95. si rea principium.

Scias etiam cautus tu, qui recipis fideiussorem, vt facias apponi clausulam, q. promittit stare, & soluere quamecunque condemnatione, qua seret contra eius principalem, etiam in causa appellacionis, na regulariter talis fideiussio expirat lata sententia, & ideo fideiussor non tenetur in causa appellacionis, & hac est communis opinio, vt dicit Boer. decif. 315. num. 1. Parif. consil. 171. nume. 30. lib. quarto, vbi dicit, quod ita communiter concluditur, & hanc cautelam tradidit Ang. Aret. in §. sed hodie, num. 1. Inst. de satisfactio. Quae tamen apud nos non practicaur, ex quo (vt q. dixi) in causis criminalibus no admittitur appellatio.

Sed quero pone q. statutum p. vulnere imponat poenam carcerum, & pro homicidio poenam mille, & quod si aliquis simpliciter fideiussorit, p. alio impunito de vulnere, de eum conuandano, & quod deinde vulnereus decesserit, nunquid fideiussor, si illum non conuenerit, erit puniendus in centum, an autem in mille? Respond. Aut vulnus erat a principio mortale, & fideiussor debet condemnari in mille, aut non erat mortale, & debet condemnari solummodo in centum. Et ita communiter determinatur, vt dicit Gaed. de malefic. in Rub. de multis questionibus, nu. 1. Hęc tamen questio hodie cessat in practica cum fideiussiones accipiuntur pro certa, & determinata summa, vt dixi supra vers. Quo quo que debet.

Quero, pone, quod aliquis p. sit fideiussore in causa criminali, deinde fuit imputatus de alio crimine bannitus, nu quid fideiussor datus in prima ca tenebit adhuc sub poena contenta in fideiussione illum consignare? Respond. quod non, imo secuta condemnatione contra illum, remanet, prius liberatus, nec teneatur illum amplius presentare, & ita communiter tenetur, vt dicit Alber. in quarta parte statutorum, qua est. 64. vbi etiam subdit, quod ita vidit communiter seruari, & dicit Boss. in titulo de carcer. fideiuss. relaxati. numero 41. quod ita tenentur communi-

cōiter Doctores. Propterea iudex debet esse cautus, vt priusquam cōdemnet reū ex secunda causa, citet fideiussorem ad illū pręsentandum ex prima causa, & ubi non consignet, eum condemnat in pena contenta in fideiussione, deinde pcedat contra principalem ex primo & secundo delicto. Dicit autem Bosl. in loco pręgalle gato, quod si iudex condemnat reum ex prima causa, fideiussor non liberatur, & fuit opi. Bar. in l. si quis reum, nu. 2. ff. de custod. reorū, sed contrarium tenuit Bal. post Dy. in l. qui crimen, num. 12. C. qui accus. non pot. & hoc opi. Bald. apud nos de facto seruatur, solet. n. primo citari fideiussor ad consignandum reum, & ubi non consignet, condemnari, deinde citatur reus, & si non comparet condemnatur. Et ita faciunt cauti iudices, vt dicit Alber. quem refert Nellus de bannitis in 2. parte, tertij temp. q. 6. & Bosl. in loco bal legato, nu. 5. in fi. Idem dicit Spec. in ti. de dolo, & cont. nu. 2. vers. sed pone, quę refert Caraita super ritu magis curię 158. num. 3. in fin. vbi etiam subdit, qd ita praticatur in omnibus curijs Regni, & ideo si iudex primo citet reum, & eo non comparet illum banniret non vocato fideiussore, si post bannum vocaretur fideiussor vt illum sifteret, esset excusatus ex facto enim iudicis vi detur impeditus ne illum consignet. Et quāuis interueniret etiam factum, & culpa ipsius rei principalis, non propterea debet fideiussor teneri, cum tempore debito monitus non fuit, vt illum consignaret.

Sed hic quero, quantum tempus habeat fideiussor ad pręsentandum reum, Resp. qd de iure communi videtur habere dilationem sex mensium, vt est tex. in l. sanctimus, quę est lex anteq. C. de fideiuss. Et ideo dicit Ang. in l. si quis reum, post nu. 6. ff. de cust. reorū, qd debet iudex facere, qd fideiussor renunciet beneficio d. legis. Subdit, qd assessores ita praticant. Sed certe apud nos nō est in viū dispositio illius legis, & consequenter neque etiam pratica illius renunciationis oēs enim fideiussores expresse recipiuntur de consignando ad omnē inquisitionē, & toties quoties &c. & propterea cel-

lant omnes difficultates, quia sumus extra casum illius legis.

Succesius quo, si fideiussor reum non consignet, cui applicetur pena pmissa? Respond. qd applicatur filico, & ita obseruat consuetudo, vt attestatur Bar. in d. l. si quis reum, nu. 4. ff. de custod. reorū, vbi etiam Angel. nume. 7. dicit, quod ita praticatur.

## QVAEST. XLVII. SUMMARIUM.

*De cautione de non offendendo.*

*Et nunquid a parte regulariter peti possit, vers. Et in primis.*

*Et an possit iudex ex officio cogere partes ad illam pręstendam, versic. Sed nunquid.*

*Et quid si pars illam petens dederit causam inimicitie, versic. Sed pone.*

*Et an hæc cautio pręstanda sit cum fideiussoribus, versic. Sed quero.*

*Et quanto tempore duret, versic. Item quero.*

*Et quid si durante promissione de non offendendo inter aliquos, unus offendat alium an possit deinde alius illum inapone offendere, versic. Sed quoniam.*

*Et quid in iudicij, versic. Sed hic incidenter.*

*Et quid si ex noua causa secuta sit offensio, versic. Quero nunc.*

*Et quid si eodem tempore unus alterum offendat, versic. Sed hic quero.*

*Et an si quis offendat fratrem alterius, dicitur incidisse in penam, versic. Quero etiam.*

*Et quid si adulterauerit eius uxorem, versic. Sed quid si unus.*

*Et quomodo hæc pena, & pro quibus portio nibus transmittatur ad heredem, versic. Quero quomodo. Remissio.*



REQVENTER contingit, quod postquam iudex mandat inquisitum ē carcerib. sub fideiussione relaxari, cōparet accusator

factor, seu pars offensa, quę petit, illum prius, quam relaxetur, cogi ad pręstendam fideiussionem de eum non offendendo, Nunc ergo aliquid de ipsa cautione videamus.

Et in primis quidem facienda est generalis conclusio, quod potest pars petere ab eo, a quo timet offendi, sibi pręstari cautionem de non offendendo, & tenetur iudex illum cogere ad eam pręstendam. Illicitas. §. nepotentiores. ff. de offi. pręfdis. & hæc est receptissima omnium traditio, ut ait Placa lib. primo delictorum. c. 7. nume. 1.

Sed nunquid potest iudex ex suo mero, & absoluto arbitrio, non precedente aliqua causę cognitione, cogere aliquem ad pręstendam hanc cautionem? Respond. qd non sed solummodo si petatur a parte, & cum iusta causa, & hæc est cōmunis opinio, vt dicit Paris. consil. 168. num. 10. lib. quarto quem refert Placa in d. e. 7. num. 1. in fine. Ego tamen plerunque vidi contrarium obseruari, quando subest timor scandalorum, solet enim iudices, & debet cogere partes ad inuicem fideiubendum de se non offendendo, omni appellatione, & exceptione remota, & vbi reculent fideiubere, eijciuntur a ciuitate, sub comminatione graui pœnarum. Et hæc pratica mihi semper placuit, debent enim omni studio iudices curare, vt in ciuitate omnia sint pacifica, & tranquilla. Quinimo in multis locis ubi qs minatur alteri, solet ille dari in custodiam aduersario suo sub pœna vite, & hanc custodiam appellamus saluāguardiam, quā senatus ex causa quādoque solet concedere, pręsertim quando aduersarij sunt potēiores, & manu prompti, & hoc etiam seruari de consuetudine Francię attestatur Auffer. decis. Tholos. 489. & Marcus decis. 125. nu. 2.

Sed pone, qd pars, quę petit sibi cauere, de non offendendo, fuerit illa, quę dederit causam inimicitie, nūquid poterit eius aduersarius ei hoc obicere, & recutare illam pręstare? Respond. qd non, sed eo non obstantē, adhuc cogendus est ut eam pręstet, tenetur Bar. in l. qui bona fide. §. si quis iuramentum. l. e. de damno infect. & est cōmunis opinio, ut dicit Ripa in ru-

brica de iudicis. post numer. 14. versiculo, Præmissa etiam. Anton. Gomez. cap. 12. de lictorum. post nume. 14. versiculo, Quod etiam extende.

Sed quero, quomodo pręstanda sit hæc cautio? Respond. quod debet pręstari cum fideiussoribus, & ita seruatur de consuetudine, ut dicit Alber. in l. non est uerisimile. in principio, versic. Sed uidi dubitari. ff. quod mens causa. Et ita semper uidi feruari, etiam quod pars multa bona possideat. Bene uerum est, quod si ille, a quo petitur hæc cautio, si pauper, ita ut uerisimiliter non possit inuenire fideiussorem, tūc admittitur ad pręstandum loco fideiussoris iuratoriam cautionem, & hoc dummodo sit bona uocis, & fama, alias enim non esset de eo constitendum, sed debet iudex illum potius cogere, vt exulet, neque excusario paupertatis esset hoc casu admittenda, nam homines male uite, & conditionis quanto sunt pauperiores, tanto etiam prorsusiores sunt ad delinquendum, cum non timeant confiscationem bonorum, quę non habent.

Item quero, quanto tempore duret hæc cautio, & promissio de non offendendo? Respond. Aliqui dixerunt, qd tantum durat triginta diebus, & hanc dicit esse communem opinionem Alber. in d. §. ne potentiores. post num. 4. uer. Item quero quanto. Sed certe hoc non seruatur in pratica, sed solet limitari tempus arbitrio iudicis, & si intra illud tempus non cessauerit causa suspitionis, tunc iudex potest ac debet cogere partes p aliquod tempus antequam expiret ad illam renouandam. Et aduerte, quia ex negligentia iudicis super hac renouatione faciendā uidi ego in facto multa mala contingere. Et hanc opinionem quod tempus, quo habeat durare hæc cautio, relinquatur iudicis arbitrio, dicit esse communē Ripa in rub. ff. de dam. infect. nu. 23. quem refert Placa in d. c. 7. nu. 4. & ab ea (pręsertim stante consuetudine) nullo modo est in pratica recedendum.

Sed quoniam plerunque secuta aliqua offensione post datum fideiussionē solet de uarijs questionibus dubitari, non improprie exissimauimus de eis etiam aliquid subiicere.

subiicere. Quæro itaque in primis, facta per aliquos promissione de non offendendo, prout fit quando contrahitur pax, uel præstatur hæc cautio, nunquid si unus ipsorum offendat alterum, & sic frangat pacem, possit alteri imponi illum offendere? Respon. quod sic, ita sentit Bart. in l. cum pater §. libertus. in fine. ff. de legat. secundo. & ita communiter concluditur, ut accitatur Alexan. in l. cum proponas. nume. 6. C. de pact. Hanc etiam esse communem opin. quem dicit Alex. consi. 115, nume. 7. lib. quarto. Dec. consi. 380. num. 2. Paris. consi. 164. nume. 2. lib. quarto. Claud. in d. l. cum proponas. numer. 6. Cephalus consi. 35. num. 27. lib. primo. & dicit Corp. consi. 42. in litera B. lib. secundo. quod in hoc omnes concordant. & hoc etiam si in contractu apposita esset clausula, quod pœna toties committatur, quoties contractum fuerit, adhuc enim iste, qui posteriore loco offendit, non dicitur in pœnam incidisse, & hanc op. inionem tanquam communem sequitur Alex. in allegato consi. 115. num. 8. & seq. Petr. Bel. de re militari. fol. 136. nu. 52.

Sed hic incidenter quæro, pœne quod sint facte inducia, uel (ut nostri Doctores appellant) treuga inter aliquas partes, nunquid si una pars frangat inducias, poterit altera pars eis controuenire? Respon. Alii qui dixerunt, q. non, sed q. tenetur eam nihilominus obseruare, & fuit dictum originale Vincen. in cap. inter uerba, r. 1. quaest. tertia. Et hanc opinionem dicit esse communem Dec. in cap. constitutus. el primo. post nume. 2. uersi. Ad prædicta. de Appel. Gratus consi. 105. num. 1. & seq. lib. primo. & dicit Imo, in d. l. qui seruum. nu. 2. quod ita obseruatur de consuetudine, prout illi. qm refert Soc. consi. 262. in f. lib. secundo. quod est duplicatum in consi. 90. lib. 3. Sed certe Imola ibi, hoc non dicit, sed tantummodo refert Vincen. dicentem ita seruari in Hispania, & subdit quod illud uidetur potius de consuetudine, quam de iure. Et innocentium id attestantem refert etiam An. in addi. Spec. in tit. de treuga, & pace. super rubric. & Alex. in d. l. cum proponas. num. 3. & las. in d. l. qui seruum. numer. 3. & Gomez Arias super l. 36. Tauri.

numer. 18. Ego credo contrarium de iure uerius esse, scilicet quod pars nullo modo teneatur obseruare treugam, quam eius aduersarius frengerit, & ita etiam semper uidi ubique obseruari, & dicit Corn. in d. consi. l. 42. in litera F. se putare, quod illa opin. nullibi. seruetur in practica. Claud. in d. l. cum proponas. numer. 4. attestatur, ubique contrarium seruetur præterquam in Hispania.

Quæro nunc, pone quod existente inter aliquos rixa, seu inimicitia, facta fuerit inter ipsos promissio de non offendendo, sub aliqua pœna, & q. deinde ex noua causa, siue rixa superueniente unus eorum aliter offendat, nunquid dicitur commissa pœna? Respon. Bartol. in l. aut facta §. causa. nu. r. ff. de pœnis. tenuit, quod non, & ita communiter teneri attestatur Cor. in d. consi. 42. in litera B. Hanc etiam dicit esse communem opinionem Alex. in l. qui in litem. nume. 4. ff. de uerb. obl. prout illi refert Paris. in d. consi. 165. nu. 26. lib. quarto. licet in libro meo Alex. id non dicat, refert etiam Tæg. in pract. crim. c. 13. nu. 6. in fi. Soc. in consi. 103. nu. 7. libr. 3. Et dicit Bai. in cap. 1. in princip. nume. 2. de pace tenenda. quod ita tenent communiter Doctores, & ita in facti contingencia consuluît Roma. consi. l. 258. Mantua consi. 169. lib. primo. Hoc tamen intellige ut procedat, quando apparet de noua causa uerisimili, alias secus, prout in facti contingencia consuluît Cephal. consi. 35. lib. 1. in primo dubio, Item intellige ut procedat, quando ille, qui offendit, non dedit causam, uel occasione secundæ rixæ, uel illam aliquo modo procurauit, seu affectauit, alias enim uidi pluries iudicari, q. dicerent commissa pœna, & hoc ad euitandas fraudes, quæ de facili possent hoc modo committi, Quilibet enim postferat q. oriri nouam causam, & ita impune alium offendere, non obstat promissione, quod esset maxime conueniens.

Sed hic quæro, pone quod duo promiserunt se inuicem non offendere sub pœna, Modò contingit, quod ambo se inuicem offenderunt eodem tempore, ita ut non appareret quis primò offenderit, nunquid aliquis ipsorum dicitur incidisse in pœnam

pœnam? Respon. quod nemo eorum tenetur, sed offensa inuicem compensatur. Ita tenet Bart. in l. cum pater §. libertus. nu. 7. ff. de legat. secundo, & est communis opin. ut dicit Alexan. in l. si seruum §. sequitur. nume. 9. ff. de uerbo. obliga. quem refert Boer. decif. 237. post numeri 2. Gra. tus consi. 114. numero 14. libro secundo, las. in d. §. sequitur. nume. 12. Et hæc quidem conclusio de plano procedit, quando agitur solummodo de pœna applicanda parti, sed si in promissione fuisse apposita aliqua pœna, quæ esset applicanda fito, forte ambo essent condemnandi, licet enim ratione incertitudinis regulariter omnes debeant absolui, tamen illud habet locum, quando agitur de pœna corporali, secus autem quando agitur de pœna pecuniaria, nam omnes puniuntur, ne delictum remaneat impunitum, ut dixi infra q. 60. uersi. Vidi ego.

Quæro etiam, si duo promiserunt se inuicem non offendere sub pœna, nunquid si unus eorum offendat fratrem alterius, dicitur incidisse in pœnam? Respon. q. non, ita tenet Bar. in l. si ita stipulatus §. Chrisogonus. nu. 10. ff. de uerbo. obli. & ita dicunt communiter Doctores, ut ait Bald. in c. primo. §. similiter si domnum, nu. 4. quib. mod. feud. amitt. Pet. Bellus de re milita. fol. 136. post num. 53. Hanc etiam dicit esse communem opin. Alex. in d. §. Chrisogonus. numero 20. & sequ. Ad hoc enim ut dicatur pax rupta, requiritur q. persona offensa sit talis, quod propter eius offensam competeret principali actio iniuriarum proprio nomine. Quod tamen intellige, ut procedat, nisi manifeste apparet, quod offendisset eius fratrem, ut ipsum principalem offenderet, puta quia nullam aliam causam inimicitie haberet cum ipso fratre, nam eo casu grauius etiam esset puniendus.

Sed quid si unus ex illis, qui promisit alium non offendere sub pœna, adulterauerit uxorem alterius, nunquid incidit in pœnam? Respon. quod non, quia præsumitur potius id fecisse causa libidinis, quam animo iniuriandi. Ita tenet Bar. in luerum. num. 4. ff. de furtis, Et hoc dicit Bart. communiter à scribentibus appro-

bat, ut dicit Lud. Catus inter consilia criminalia diuerforum consi. 99. nu. 13. lib. j. Hanc etiam dicit esse communem sententiam Aug. ad Aug. de male. in uerbo, Chehai adulterato. post nu. 60. Et ideo si mulier illa esset adeo de formis seu uetula, ut uerisimile esset, quod potius animo iniuriandi, quam ex causa libidinis id fecisset, forte posset dici q. incidisset in pœnam. Quæro, quomodo hæc pœna, in quam incidit contrafaciens promissioni de non offendendo, & pro quibus portionibus transmittatur ad hæredes: dixi supra lib. proximo. §. stipulatio.

## QVAESTIO. XLVIII.

## SUMMARIUM.

De dilationibus.

Quot dilationes dari debeant in causis criminalibus, uers. Quæro quot.

Et an in causa adulterij concedenda sint dilationes, prout in alijs causis, uers. Sed nunquid.

Dilationes in causis criminalibus an sint utriusque partis coes, uers. Cetera autem.



PERFECTO processu informatio ex parte iudicis, recte examinato, factusque debitis repetitionibus, & confrontationibus testium, soler pars offensata citari ad subministrandum, si quid habet contra ipsam rem, præsertim ubi adest querela & etiam eodem contextu citatur ad uidentiam fieri publicationem processus, Et scias, quod licet in causis civilibus publicatio processus non sit de substantia iudicij, sed ea omisa, processus nihilominus ualet, ut dixi infra libro proximo. tamen in criminalibus si omittitur recur, processus est ipso iure nullus, quia tolleretur reo facultas se defendendi, nam secundum communem practicum, eodem contextu solent iudices. publicare processum offensatum, & eius copiam parti decernere una cum termino ad faciendum suas defensiones.

Sed pone, q. accusator cõpareat, & pœ-

tat sibi statim dilationem ad probandum? Resp. quod iudex debet illam concedere, & supersedere in publicatione processus, Et ita vbique indistincte obseruatur.

Quero quot dilationes dandae sunt in iudicijs criminalibus. Resp. quod de iure dandae sunt accusatori duo dilationes, & tres reo, vt dicit text. in fin. ff. de ferijs, & licet ille text. videatur loqui in causis capitalibus tantum, nihilominus intelligi debet, vt procedat etiam in alijs causis criminalibus quibuscunque. Et ita illam legem intellexit gl. magna ibi, cuius opi. dicit esse communem Bal. in ea l. fin. in vltimis verbis, & illam de consuetudine obseruari attestant scribentes, ibi & in specie Ang. post nu. 1. & Pau. de Castro post nume. 3. & Ale. nume. 22. & Ia. nu. 50. Maranta in suo Spe. fol. 118. post nu. 2. In hac prouincia seruatur, quod materia dilatio num. in causis criminalibus est arbitraria iudicibus secundum opi. Immo in cap. ad petitionem, nume. 4. de accusa. quam etiam tenent communiter cano. vt dicit Alexan. in l. 2. nume. 8. ff. de re iud. & ideo solent iudices de facili concedere plures etiam dilationes reis, praesertim quando sunt in carceribus, nam eo casu cessat praesumptio calumnię. Accusatoribus autem non ita de facili eas concludunt, ne rari grauentur impensis. Et nota, quod si iudex suspicetur partem petere dilatione per calumniam, potest illi comminari mulctam, in casum, in quo deficiat in probatione, vel etiam illam cogere ad promittendum fisco aliquam penam pecuniariam, si non probauerit illud ad quod probandum petit ipsam dilationem, Et ita sepe vidisse fieri, & obseruari attestatur Cagnol. in Rubr. si quis iudici. non obtempe. nume. 4. Quod tamen ego nunquam vidi seruari, bene vidi quandoque accusatorem petentem tertiam dilationem ad probandum, reo existente in carceribus cogi ad fideiubendum de omnibus expensis versus partem, vbi non probet, Et haec practica mihi magis placet.

Sed nunquid in crimine adulterii dandae sunt dilationes, sicut in alijs causis criminalibus? Respond. quod de iure non est danda dilatio, nisi ex iusta causa, vt vi-

detur esse text. in l. crimine. ff. de adu. sed certe quidquid sit de iure, contrarium seruatur de consuetudine, ita enim dantur dilationes in causa adulterii, vt in alijs delictis, Et ita practicanus in palatio, vt dicit Bal. in d. l. fin. nu. 14.

Cetera autem, quae pertinent ad materiam dilationum, posui infra libro proximo, & nota, quod sicut in causis vitijs dilationes concessae vni parti, sunt etiam alteri communes, vt ibi dixi, ita etiam in causis criminalibus, quidquid in contrarium consulerit Signorol. consilio 160. contra quem tenent communiter Doctores, vt attestatur apostillator ibi in sumario ipsius consilii, & ita semper vidi seruari.

## QVAESTIO. XLIX

### SVM MARI VM.

*De publicatione processus, eiusque copia parti decernenda.*

*Et quid si procedatur per viam inquisitionis iuris. Et haec quidem.*

*Et quid in crimine haereticis, versiculo. Habet que locum.*

*Et quid si pars illam non petat, versiculo. Sed nunquid.*

*Et an pars petens copiam processus, teneatur exprimere causam, versiculo. Sed quaro.*

*Et quid si reus sit contumax, versiculo. Scias tamen.*

*Et quid si ex pluribus reis aliqui sint praesentes, & aliqui contumaces, versiculo. Sed pone.*

*Et an prius fieri debeat repetitio testium, versiculo. Item scias.*

*Et an sit danda reo copia allegationum, versiculo. Quero nunquid. Remissio.*

*Et an etiam accusatori danda sit copia processus, versiculo. Danda est autem.*

*Et quid in processu, qui sit super inquisitione general. versiculo. Haec autem omnia.*

*Et an facta publicatione processus possint ad huc testes recipi, versiculo. An autem Remissio.*

*Remissio*

*Remissio condemnari debere, nisi dato termino defensionis versulo. Effigitur.*

*Et an princeps possit huiusmodi terminum defensionis tollere in causis criminalibus, versulo. Et hoc adeo.*

*Et quid si reus captus sit in flagranti crimine, versiculo. Vltimus quaro. Remissio.*

*Et an possit reus huius terminum veniariare, versulo. Quaro nunc.*

*Et an reus petens veniam delicti, censatur illud fateri, versiculo. Sed hic inciderit.*



**V**bi accusator aliam dilationem ad probandum non petat sit publicatio processus, decerniturque ei copia cum termino indiciorum, Et quod danda sit reo copia indiciorum, dicit esse communem opin. Ripa in l. secunda. numero. 8. C. de edendo, quem refert Villalobos in sua collecta communium opin. in litera I, numero. 12.

Et haec quidem conclusio nullam habet difficultatem, si reus eam petat sibi dari, nam regulariter etiam si contra aliquem procedatur per viam inquisitionis, danda sunt inquisito nomina testium contra eum productorum, nec non & dicta ipsorum testium (eo petente) publicanda sunt, ad effectum ut possit seipsum defendere, & suas exceptiones proponere, aduersus eorum dicta, & personas, ut colligitur ex textu in ca. qualiter, & quando, el. secundo. §. Debet igitur, de accusat. Et ita firmiter scribentes omnes, ut dicit Parisius consil. 2. numero. 155. lib. 3. Ita etiam tenere communiter Doctores attestatur Capol. consil. crim. 65. circa finem, & consil. 66. versiculo. Quinto probatur.

Habetque locum haec conclusio etiam in crimine haereticis, nam etiam in causa haereticis danda est reo copia indiciorum, non tamen edenda sunt nomina testium, ubi adit suspicio periculi, forte propter potentiam ipsius inquisiti, ut dicit glo. in c. si. in verbo. Indicijs, de haeret. in 6. & ita firmiter communiter omnes scribentes, vt dicit Paris. in d. consil. 2. numero. 164. &

idem etiam eo casu seruandum esset. in alijs causis, & ideo dicit Blanc. in pract. crim. fol. 38. num. 80. quod innoleuit practica, quod dantur nomina testium confessa, & separata a dictis testium ob potentiam reorum, ne possint scire, quid ab uno quoque eorum dictum fuerit, & proximis mensibus ita obseruauit Senatus in causa homicidii commissi in persona Iacobus Philippi Frascarię, in qua propter potentiam aduersariorum missum fuit iudicibus in ipsa causa delegatis, ut non ederent nomina testium, nisi put sibi uideretur. 23. Augusti. 1564. A. C. quod tamen nunquam, alias vidi per Senatum concedi, Bene verum est, quod in causis hęc res, cum semper graue periculum creditur imminere, si non testibus, saltem causis fidei Catholicae, quia pauci libere testimonium perhiberent, si nomen publicatio fieret, ideo consuetudine receptum est, ut nunquam nomina testium publicentur, ut attestatur Simancas de haeret. c. 62. num. 9.

Sed nunquid tenetur iudex dare copia indiciorum reo non petenti? Respond. Aliqui tenuerunt quod non, & dicit Bla. in pract. crim. fo. 39. nume. 102. quod ita quotidie seruatur, quod scilicet iudices dant aduocatos carceratis, & cum proceditur in causa, g. vult indicia, illa petit & subdit quod ita vidit seruari. Tu vero dic, quod. Aut loquimur antequam subiiciat tormentum, & tunc non est danda, nisi petat, & est communis opin. vt attestatur Boss. in tit. de ind. nu. 79. ubi etiam subdit, quod ita practicanus, Si uero petatur, omnino dari debet, & est communis opin. vt dicit Nouell. in tract. ad defensionem, folio. 89. in primis verbis, Alex. de Nono consil. 86. nu. 4. dixi infra q. 64. versulo. Sed quid si ille. Aut loquimur, an sit danda ante condemnationem & sic quod debet omnino dari, etiam si non petatur, & hoc siue sit conuictus siue etiam confessus, ut dixi in supra versulo. Et ita seruatur in hac prouincia, non tamen intellige, quod sit danda reo cum effectu ipsa copia processus expensis officiali, vel partis querelantis sed sit tantummodo decretum super, ita Pract. Iul. Clar. S. ut

vt pars (si uelit) possit illa habere suis, rament impensis.

Sed quæro, nunquid reus petens copiam processus teneatur exprimere causam, propter quam illam petat? Respond. Forte de iure posset dici, quod sic, & ita uideatur tenere Alexand. consil. 65. colu. penult. libro primo. Sed contrarium ex communi usu seruatur, ut dicit Blanc. in pract. crim. fol. 48. num. 76. & seq. & sic factis est quod pars dicat, peto copiam in indiciorum mihi decerni, hac enim assertio inclusa habet causam, quia scilicet uolo me defendere, & elidere indicia aliter quam per torturam.

Scias tamen, quod hæc publicatio processus fieri non solet, nisi quando proceditur contra reum absentem, & contumacem, tunc nulla facta publicatione processus, neque data copia parti deuenitur contra eum ad condemnationem etiam capitalem, ut quotidie uidemus.

Sed pone, quod plures sint rei de uno delicto accusati, quorum unus sit praesens, alij uero contumaces? Respondeo, quod licet secundum aliquos non debeat differri processus rei praesentis, donec illi qui sunt contumaces, condemnentur, & hanc dicat esse communem opin. Bos. in tit. de senten. num. 85. in hac tamen provincia seruatur totum contrarium, quia scilicet nunquam publicatur praesenti processus offensiuus, nisi prius contumacibus condemnatis, ut etiam fatetur Bos. in hoc pro allegato, & in tit. de delicto, num. 46. Et ita omnino seruandum esse, in facti contingencia senatus expressè rescripsit praetoribus Fontanella, & Romanenghi, 11. Augusti, 1558. Et est (iudicio meo) optima practica ne (si publicetur processus) possint contumaces instrui de indicis contra eos existentibus & subornare testes, & deinde comparare. Ipsis autem contumacibus condemnatis, fit publicatio processus quo ad praesentes, daturque eis copia delictis tamen prius, quam uim commode fieri potest, non inibus contumaciam, atque his omnibus, quæ ad eos pertinent, quatenus rursus quo ad praesentes per huiusmodi deletionem non tollatur, uel in minimo facultas defensionis

Item scias, quod nunquam publicatur processus, neque datur copia parti, nisi prius factis debitus testium repetitionibus iuxta ea quæ dixi supra questio. 45. non enim datur reo copia indiciorum, quæ iudex suspexit super processum informatiuo, nisi postquam sunt eo citato legitime repetita, Et ita praestatur, ut dicit Marita in suo Spec. fol. 80. nu. 8. in fi.

Quæro nunquid sit danda reo copia allegationum, dixi infra lib. proximo.

Danda est autem processus copia non tantum reo, sed etiam accusatori, si illam petat, quod intellige, quando processus publicatur etiam reo, sed ante publicationem processus non datur copia accusatori, etiam illi petat pro interesse fisci, ut possit alia indicia subministrare. Est enim hoc casu omnino repellendus, & ita seruatur, ut dicit Bos. in tit. de ind. nu. 72. Vidi tamen quandoque offendi a iudicibus examina reorum accusatoribus, ut melius sciant fisci partes tueri, quod tamen ego non nisi ex magna causa, & in atrocioribus delictis, & in quibus difficile esset habere indicia, faciendum esse cõsulerem.

Hæc autem omnia, quæ de publicatione processus dicta sunt, intelligi debent, ut locum habeant in processu, qui specialiter fit contra aliquem, contra quem tanquam culpabilem iudex inquirat, secus autem dicendum est de processu, qui fit super inquisitione generali ad inuestigandum, quis fuerit delinquens, cum enim in ea non fit adhuc aliquis reus certus, non est aliquid danda copia indiciorum, & ita obseruatur consuetudo, ut attestatur Anton. de Canar. de questio. in secundo membro, numero. 52. in fin. Quod nota, quia plerique solent fieri quadam comparatione preuentoria, petendo copiam indiciorum, & c. cum tamen adhuc non sit formatus processus informatiuus, siue inquisitio specialis, ut elidant iudices imperitas, debet igitur iudex prius formare ipsam inquisitionem specialem, siue processum offensiuum, & deinde seruacis seruandis (iuxta dicta in questionibus precedentibus) poterit dari copia inquisitio.

An autè factrapublicatione processus, possint adhuc recipi testes, dixi infra q. 61. uer. Sed quæro.

Est igitur certum conclusio, quod in criminalibus nemo debet condemnari, nisi prius dato termino ad faciendum suas defensiones, etiam si fuerit delictum ipsius sponte confessus, & hæc practica seruatur totus mundus, ut dicit Salic. in l. secunda. post numerum 7. C. de custodia reorum. Angel. de malefic. in uerbo, Qui iudex dictus inquisitus, in primis uerbis, quem refert practi. Conradi, fol. 309. numero tertio, ita etiam seruari ex communi obseruantia attestatur Marian. in reperi. cap. qualiter, & quando, post nume. 232. de accusat. Paris. Put. de synd. fol. 459. o. 6. in fi. Practi. Carer. fol. 538. num. 45. Bos. in tit. de sentent. nume. 1. post enim reus contra propriam confessionem multa deducere, de quibus dixi infra questio. 55. ut in facti contingencia constituit Grammat. consil. 16. Vide quoque dixi infra questio. 55. in principio. Et aduerte, quia talis terminus defensionis datus est reo etiam non petenti, ut supra dixi, & hoc non modo quando tantum est contentus, ut aliqui faciunt, & dicit uideri contineri mentem Doctorum Bos. in tit. de confessis. num. 10. sed etiam quando est sponte confessus, ut dixi in loco præallegato.

Et hoc adeo uerum est, ut nec etiam princeps possit etiam de plenitudine potestatis tollere in criminalibus suas defensiones reo, secundum Bal. in l. 3. §. si is pro quo, uersiculo, in eadem glossa ibi, non obstante. ff. quod quisque iuris. Et hanc doctrinam omnes Doctores tenent, ut dicit Socin. consilio 266. post nume. 46. uersiculo, Tertius casus. libro secundo, quem refert Marfil. in pract. crimi. §. expedita. numero 76. & in §. oportune. numero 61. & consilio 81. nume. 78. quod consilium Socin. ego retuli supra questio. 31. uersiculo, Adde quod hæc.

Uterius quæro, nunquid reo capto in flagranti crigine datus est terminus defensionis? dixi supra questio. 8. uersiculo, Sed nunquid.

Quæro nunc, an possit reus per pactum renunciare termino sibi statuto ad facien-

dum suas defensiones? Respond. quod in causis criminalibus potest reus renunciare suis defensionibus, quando agitur de imponenda poena corporis afflictiua, ita sentit glossa in l. pactum inter hæredes. in uerbo, Licet. ff. de pactis. quæ communiter approbatur a Doctoribus, ut ait Duesnas regula 190. in quarta limitatione. Illam etiam dicit esse ab omnibus receptam Didacus super quarto Decretal. fol. 202. nume. decimo sexto. Hanc etiam attestatur communem opinionem Anto. Gomez. ca. prima delictorum. post numerum 66. Bene uerum est, quod si reus fuisset sponte confessus delictum, & iudex illi statuisset terminum ad faciendum suas defensiones, possit hoc casu reus illi termino renunciare, & postea iudex statim illum morti tradere, & ita practicitur, ut dicit Bald. in l. si accusatoribus. nu. 11. C. de accusat. Hoc etiam in practica satis receptum esse attestatur Didacus in loco præallegato. Solentque iudices huiusmodi renunciationi apponi facere clausulam, quia scilicet fecit nullam se habere defensionem, iuxta dictum Bald. in l. raptore. numero quarto. C. de episc. & cler. quod se dicit semper practicasse Angel. de malefic. in uerbo, Qui iudex dictus inquisitus. & c. nu. 8. & dicit Ang. in l. sed si quis, §. questum, post nume. tertium. ff. si quis cautio. quod hac practica hodie utuntur assessores, quem refert August. ad Ang. in dicto uerbo, Qui iudex. num. 14. Consulo tamen iudicibus, ut nullo modo curent inducere reos ad renunciandum suis defensionibus, ne super eos, & eorum filios conuertatur, si inique fecerint, ut dicit Ang. in d. §. questum.

Sed hic incidenter quæro, nunquid reus implorans clementiam iudicis, & petens ueniam delicti, censetur fateri delictum? Respond. si quidem petat ueniam delicti solentur coram iudice, uidetur fateri delictum, si uero petat ueniam extrajudicialiter, illud fateri non uidetur. Et hæc distinctio est de mente Doctorum, ut dicit Gigas de crimine lesse maiestatis. fol. 112. questio. 23. numero tertio. Faciunt quæ in hoc proposito dixi supra questio. 21. uer. lic. Sed hic cadit.

QVAESTIO. L.

## SUMMARIUM.

*De nullitate processus.**Processus formatus contra minorem viginti-  
quinque annis non datur es curatore, est  
ipso iure nullus, dicitur.**Quadragesimalis tempore, an possit procedi in  
causis criminalibus, versiculo. Pari-  
ter etiam.**Processus factus super generali inquisitione an  
valeat, ita quod possit reus ac eo condem-  
nari, versic. Item quia.**Et quid in causis syndacatus officialium, ver-  
Sciatis etiam.**Stante statuto quod alicui denegetur actio, an  
possit index ex officio inquirere, versicu-  
Possit etiam.*

**N**UNC de reorum defen-  
sionib. videamus, & pri-  
ma quidem est defensio,  
quae oritur ex illis excep-  
tionib. quae concernunt  
nullitatem processus, quar-  
um multas colligere pot-  
est ex his, quae superius dicta, & inferius di-  
cenda sunt in discursu materiae, & pot-  
est poni exemplum, puta si processus fuerit  
formatus contra minorem viginti quin-  
que annis nullo prius illi dato curatore, nam  
eo casu processus est ipso iure nullus, l. cla-  
rum. C. de auth. praesent. & est eorundem opin.  
vt dicit Boff. in ti. si aduersus rem iud. nu.  
22. Rolan. cons. 31. nu. 1. lib. 1. & dicit Pla-  
ca lib. 1. delictorum. c. 32. nu. 12. in fi. q. ita  
in regnis Hispaniarum vsu receptum est,  
& praxis id obseruat. Sed certe iudices  
nostri hoc male seruant, vt dicit Pract. Pa-  
pien. in forma inquisitionis, in verbo. Co-  
tra, & aduersus. nu. 2. & ita in hoc Decretu  
haec exceptio in practica non admittitur,  
nam in delictis minor viginti quin-  
que annis, dummodo sit maior, quatuordecim  
habet in omnibus, & per omnia pro maio-  
re, maxime quando constitetur delictum,  
vt dixi infra quaestio. 55. versicu. Vltimus  
etiam. Et dicit Boff. in ti. de confessis. nu.  
69. q. ita vidit quotidie obtineri contra

dictam legem clarum, & dicta Doctorum,  
de quibus supra tam in confessione, quam  
in alijs actibus factis per minorem in iudi-  
cio criminali, multo dato curatore. Forte  
posset ei prodesse talis defensio ad effectum  
minuendi poenam, iuxta ea, quae dixi in-  
fra quaestio. 60. circa principium.

Parter etiam opponi posset, q. proces-  
sum fuerit tempore quae tragesimae, nam  
illis diebus inhibita est cognitio causarum  
criminalium, vt est text. in l. 40. C. de ferijs.  
Sed certe haec exceptio parum prodefficit,  
quia illa lex 40. de consuetudine non ser-  
uatur, vt attestat glosella finalis ibi, quae  
refert Marcus decil. 409. Queritur an in  
festis, post num. 1. An autem diebus feria-  
tis possit inferri tortura reo, & an exequi  
condemnationis capitalis, dixi infra q. 64.  
vers. Quae in tortura, & quaestio. 97. ver.  
Quae etiam.

Item quia processum fuisse per inqui-  
sitionem generale nulla facta speciali in-  
quisitione, quo casu non videtur sequi pos-  
se condemnationem, nam inquisitio generalis  
fit ad inuestigandum, non autem ad pun-  
iendum, & sicut praeparatur via inquisi-  
tioni speciali, secundum Innocen. in c. bo-  
na. cl. primo. nu. 5. de elect. vbi attestatur,  
quod ita praedicat totus mundus, & illud  
dictum Innocen. refertur scribentes in c.  
inquisitionis. de accusa. & in specie Ana-  
num. 4. & Felin. post num. 5. & Tirraquel,  
de poenis. causa 53. nu. 3. Idem dicit Ang.  
in d. lex quidem. nu. 5. Tu vero (neces-  
sitas) aduerte, quia si ex inquisitione ge-  
nerali, id est in formationibus, quae assu-  
muntur per iudicem ad inuestigandum,  
quis delictum commiserit, nihil emergat  
specialiter contra aliquem, nulli dubium  
est; quod super ea non potest sequi con-  
demnatio, sed si resultent indicia specia-  
liter contra aliquem, tunc ipse citatur su-  
per ipsa inquisitione generali ad defen-  
dendum, & contra eum proceditur, vt di-  
cit Innoc. in loco praesent. leg. quem ego fide-  
liter retuli supra q. 5. ver. Poterit igitur.  
Et hoc casu, facta citatione, & secuta litis  
contestacione, sequi potest ex ipsa genera-  
li inquisitione condemnatio, vt dicit Bal-  
in l. edita. ibi per me allegatus, & dicit An-  
to. Roudinell. de syndica. num. 19. q. ita commu-

communitur seruatur. Debet tamen hoc  
casu reo comparere repeti testes, & alia  
feri, de quibus supra dictum est in discursu  
materiae. Testes enim, qui recipiuntur  
super inquisitione generali, recipiuntur  
parte non citata, Merito non faciunt fide-  
contra reum post comparuit, nisi ipso  
citato, & non praesente repantur, vt dixi  
supra quaest. 11. ver. Item quae, & q. 45.  
ver. Ceterum si reus.

Sciatis etiam, q. in causis syndacatus offi-  
cialium prodeditur super generali inquisi-  
tione, & super ea possunt officiales con-  
demnari, etiam nulla speciali inquisitione  
precedente, & ita obseruat consuetudo,  
vt dicit Ang. in d. l. ea quidem, post nu.  
5. prout etiam se pluries in practica seruasse  
dicit idem Ang. in repet. l. si vacantia.  
C. de bon. vacan. quem ego retuli supra  
quaest. 6. ver. Hinc est: ita etiam commu-  
niter praedicari attestatur Car. 3. lex,  
in c. de accusacione, col. 69. circa med. se-  
cunda quae. octaua. Sed aduerte, quia in  
causa syndacatus officialium, licet possit  
agi criminaliter pro barataria, tamen vt  
plurimum agitur tantummodo civiliter  
vt dicit Fran. Accur. de syndacatu relat.  
per Amad. pariter in tracta. de synd. nu.  
27. affirmans, q. ita est obtentum de longa  
consuetudine totius Italiae, a qua non est re-  
cedendum, sed si pars vellet agere criminali-  
liter. (secundum eum) esset necessarius li-  
bellus, iuxta formam libellorum, de qua  
dictum est supra q. 12. Et si esset proceden-  
dum ex officio, necessaria esset inquisitio  
specialis, quod tamen ego non credo ve-  
rum, sed puto, q. in causis syndacatus pos-  
sit sequi condemnatio super inquisitione  
generali, illud tamen intelligendo iuxta  
ea, quae dixi supra ver. Item quia, & in  
d. quaestio. 5. ver. Poterit igitur, scilicet q.  
ad hoc vt super hac generali inquisitione  
possit sequi condemnatio, si queratur, q.  
officiales sint citati, & lis contestata, & fa-  
cta inquisitio super probationibus recipien-  
dis, & data licentia procedendi vsque ad  
sententiam. Et hoc modo poterit sequi  
condemnatio, & ita seruari in practica at-  
testatur Bal. in d. l. edita in re. Parauil.  
num. 30. quem refert idem Amad. de synd.  
num. 15. & post numer. 29. Et sic vides, q.

nulla est differentia inter inquisitionem  
generalem, quae fit contra officiales, & il-  
lam, quae fit in alijs casibus, nisi quod ea,  
quae fit contra officiales, fit ad inuestigan-  
dum delicta per eos commissa, licet nulla  
ad huc indicia, neque diffamatio. vt dixi  
supra q. sexta, ver. Ceterum quae, illa ve-  
ro, quae fit in alijs casibus, non fit nisi con-  
stituto de delicto. Et scias, quod licet glossa  
allegata per Amad. in loco praesent. allegato,  
num. 217. dixerit, q. in syndacatu, hodie  
non seruatur ordo iuris, illud tamen in-  
telligendum est vt procedat, quando offi-  
cialis ipse a syndacatu aufugit, alias le-  
cus, vt de clarat Amad. ibi.

Possit etiam reus ad sui defensionem  
allegare statutum disponens, quod illi,  
qui dicitur offensus, denegetur actio, p-  
ut quandoque fit in bannitis, & in illis,  
qui onera non soluerunt, & huiusmodi,  
quo casu non modo non admittitur eor-  
um accusacio, seu querela, sed neque et  
possit index ex officio inquirere, Ita re-  
fert Bart. in l. non solum §. quantum ff.  
de iniur. cuius opin. dicit esse commune  
Claud. in repe. l. vt vim, num. 23. in fi. ff.  
de iust. & iure. Bene verum est, quod in  
hoc articulo multi reuerunt contrariu.  
adeo vt Alex. in l. §. subblata, nu. 4. ff. ad  
Tribellia. dixerit, quod communitur re-  
netur contra Bart. & illum refert Villal-  
pand. in repet. l. 22. c. 16. post num. 5. Sed  
mibi semper placuit opi. Bar. Si enim il-  
le, qui est offensus, conueni non potest,  
ergo nec resp. quae illi prohibet ne con-  
queratur, & solet allegari pro regula, q.  
non competit actio criminalis reip. vbi  
non oritur parti actio civilis. Faciunt q.  
dixi infra q. proxima, ver. Et haec quidem,  
& supra hoc eodem lib. §. Homicidium.  
ver. Alia quoque.

QVAEST. LI.

## SUMMARIUM.

*declusio criminalis tollitur spacio viginti  
annorum.  
Pract. Iul. Clar. §. 3. G. m.*



Et an eo temporis cursu tollatur etiam inquisitio, versul. Et hæc quidem.

Et si delictum sit reiterabile, quando incipiat illud tempus currere, ver. Sed hic quero.

Et an crimen adulterij præscribatur quinque annis, ver. Potest etiam. Remissive.

Si statim præfixat iudex tempus ad inquirendum, an illud incipiat currere a die delicti, an autem a die scientiæ, ver. Sed quero.

Et an iudex, qui est sub syndicato, possit se tueri exceptione lapsus termini statuti ad querelandum in edictis syndicatorum versulo. Hæc etiam.

Et an huiusmodi maleficia præscripta ob sint ad aggramandum alia delicta, pro quibus procedi potest, versulo. Vnum tamen.

Perempta instantia an reus sit absolvendus, vers. Alia etiam.

Et quid de iure canonico, ibidem.

Accusatore mortuo an extinctum sit iudicium criminale, versulo. Pariter etiam.

Et an alius volens accusare sit admittendus, vers. Quinimo.

Et an possit iudex ipse processum proseguere, versulo. Sed quid si accusator.

Delinquente mortuo an extinctum sit iudicium criminale, vers. Quæro nunc.

Et quid in criminibus exceptis, vers. Sunt tamen.

Et quid in casibus, in quibus ipso iure venit bonorum confiscatio, versulo. Scias etiam.

Et quid si reus moriatur, postquam est de crimine convictus, vel confessus, an debeat eius cadaver suspendi, versulo. Sed hic incidenter.

Hæres an teneatur ex delicto defuncti, vers. Vltimus quero.

Et an ultra vires hereditarias, versulo. Scias tamen.

Et quid si delinquens reliquerit plures heredes, quorum unus tantum sit solvendo an ille teneatur exonerare conscientiam defuncti, vers. Sed pone.

Iudæus, qui post delictum factus est Christianus, an possit pro eo delicto amplius puniri, vers. Vltimo quero.



**P**OTEST etiam reus se defendere exceptione prescriptionis, quæ scilicet lapsus sit à die commissi criminis tempus viginti annorum, nã eo tempore spatio præscribitur omnis accusatio criminalis. l. querelã. C. de falsis. Et ita tenent cõiter Doctores, vt dicit Abb. in d. ca. cū haberet, nu. 4. de eo q. dixit in matrim. &c. Card. Alex. in d. cap. de accusacione, col. 48. vers. Item opponi potest, secunda q. 8. Boer. decif. 26. nu. 6. quæ refert Villabobos in sua collecta cõmuniõni opi. in litera 13. nu. 55. licet liber sit corruptus. & viuius in lib. cõmuniõni opi. in verbo. Accusatio falsi, Anto. Gomez. super l. 76. Tauri, nu. 5. Marfil. conf. 117. nu. 40. Et ita in facti contingentia quidam Ioan. Anton. de Vaylate impunitus de homicidio supra 25. annos commissio, de quo nisi tunc fuerat querelatus iustus fuit à pace dimitti. 26. Iunij. 1554. P. N. Idem etiam iudicatum fuit per parlamentum Burdegalense in quadam incidentaria, vt refert Papo libro 24. tit. 2. Arresto 1.

Et hæc quidem conclusio de plano procedit in accusacione, vt scilicet non possit quis post 20. annos à die criminis de eo accusari, sed quid in inquisitione, nõ quæ poterit iudex ex officio de ipso delicto procedere post huiusmodi tempus 20. annorum? Respond. gloss. in d. l. querelam, in gl. prima loquendo per verbum forte, tenuit quod non præscribatur officio iudicis inquirentis nisi spatio 30. an. sed certe illa gloss. cõmuniter reprobat, vt ait Iason in l. prima, numer. 8. in ff. de iurisd. omnium iudic. Balbus de præscript. in quarta quest. quarta quæ actionis principalis, quest. 2. nu. 3. quem refert Pract. Conrad. fol. 257. nu. 30. Bos in tit. quomodo procedatur per actionem, num. 17. Taeg. in prac. crim. ca. 16. post num. 21. Hanc etiam opin. contra illam glossam dicit esse cõmuniem (sfr l. d. cit. 486. quem refert Viuius in loco præallegato Bos in titulo de accusatorio, numer. 31. Et dicit Pract. Jodoc. fol. 25. numero 25. quod cõmuniter Doctores ita fixo pede tenent;

tenent, et ratio est, quæ cum inquisitio succedat loco accusacionis, ut sapius dixi. merito subleto iure accusandi, censet etiam subleto ius inquirendi, & in hoc omnes concordant, ut dicit Ang. de castro inter cõsilia criminalia diuerforum, conf. 94. num. 16. lib. 1. & ita etiam sentire videntur Doctores allegati in uers. Præcedenti. Vide etiam in proposito ea, quæ dixi supra quest. proxima, versulo. Possent etiam. Vnum tamen scias, quod licet criminalis actio, vel inquisitio præscribatur, ut dixi, spatio viginti annorum, nihilominus omnes actiones ciuilex, ex crimine descendunt, durat vsq; ad triginta annos, & hæc est cõmuniõ opinio, vt dicit Igneus in l. in cognicione, post num. 185. ff. ad sylle. Dixi infra lib. 7. § actio.

Sed hic quero, quid si aliquis committat aliquod delictum reiterabile, puta adulterium stuprum. incestum, vel huiusmodi, nunquid hoc tempus erit computandum à die primi delicti commissi, an autem ad vltimo delicto? Respond. qd est computandum à die vltimi delicti, ita dicit gl. in l. si mariti, §. sex mensium, in verbo, commissi criminis, in ff. de adult. & est magis cõmuniõ opinio, ut attestat Ange. de Cast. in d. conf. 94. nu. 10.

Potest autem hæc exceptio in aliquibus casibus oriri non solum ex cursu viginti annorum, sed etiam ex minori spatio temporis, puta à adulterij crimine, cuius accusatio quinquenni spatio præscribit, secundum iuris cõmuniõ dispositionem, ut dixi supra hæc eodem lib. §. adulterium, vers. Vnum tamen. vel etiam vbi ex dispositione statutorum præfixum esset breuius tempus ad procedendum in causis criminalibus, prout est in multis ciuitatibus.

Sed quero, si statutum expresse præfixat terminum iudici ad formandam inquisitionem pro delictis, nunquid talis terminus præfixus iudici ad ingrendum currit à die commissi delicti, an autem à die scientiæ? Respond. Aug. ad Ang. de malef. in verbo, inchoata facta &c. dicit, qd iste passus est valde dubius, cum nequid Doctores sint varij, sed etiam illustres Doctores ipsimet variant, quia in vno loco

vnum dicit, & ipsimet in alio loco dicit contrarium. Solet tamen in hoc articulo allegari doctrina Bart. in leum qui. §. in popularib. circa finem. ff. de iure iur. qui tenuit, qd non currat nisi à die scientiæ, de qua doctrina dicit Aug. in loco præallegato, qd vidit doctissimos aduocatos multum magnificentes, & exclamantes in hac materia, & hanc opinionem dicit esse cõmuniem Natra conf. 225. nu. 2. sed certe contraria opinio, licet magis communis scilicet qd currat statim à die commissi delicti, vt attestat Alex. in d. §. in populis, nu. 12. quem refert Rum. conf. 27. post nu. 6. vers. Secundo istud. lib. 4. Marfil. in prac. cri. §. constante, nu. 85. & seq. & conf. 87. nu. 15. Regulariter enim omnis præscriptio currit ignorantia, vt dixi infra lib. 7. §. præscriptio.

Hæc etiam præscriptio exceptione tueri se potest iudex existens in syndicato, nam lapsu tempore, quod præfixum est in edictis syndicatorum ad querelandum, non potest vltius molestari non modo in ipso loco officij, sed neq; etiã in eius propria patria, & ita cõmuniter tenet, vt dicit Ferrat. cautela 14. versulo. Et circa istam. Hæc autem conclusio, quando iam secuta est absolutio, non videtur habere multam difficultatis, prout etiã se obtinuisse in facti contingentia attestat Alex. in apostillis ad Bar. in l. 2. sub nu. sexto. ff. ad legem Iuliam repetun. sicut illum refert Paris Pu. de synd. folio 137. numero primo. in fine. Sed certe idem etiam dicendum est, si non sit secuta absolutio, & ita vtroque casu hanc esse cõmuniõ opinionem attestat Bos in tit. de official. corrup. pec. num. 32. Et refert idem Paris de synd. fol. 142. post numero 7. quod vidit multos officiales, euasisse syndicatum, & fuisse absolutos, quia que res non fuerant portate in tempore huiusmodi, & ita quotidie prædicari attestat Anto. Gomez. ca. primo, delictorum, nu. 23. in fine.

Vnum tamen scias in hoc proposito quod ex maleficiis, de quibus obstat curru temporis, non potest cognosci, potest iudex alia maleficia, de quibus cognoscere potest, aggregare, & in

maiori poena punire, & ita communiter dicitur, ut attestatur Nellus de bñiciis. in secunda parte, primi temporis. questio. 6. subdens, quod ita communiter seruatur per assessores, licet dicat quod de iure id fieri non potest, & quod rectiores illud seruant in animarum suarum perniciem. Hanc etiam dicit esse communem opinionem Ias. in l. si idem cum eodem. ff. de iur. iudi. omnium iur. quem refert Villalpan. in repe. l. 2. cap. 8. post nume. 4. Vide que dixi supra questio. 39. versiculo. Pro complemento.

Alia etiam est defensio, qua potest reus vti, excipiendo peremptam esse instantiam in causa, nam eo casu debet absolui. Et licet in ciuilibus perempta instantia actor adhuc audiatur, reiectis impetis, ut dixi infra lib. proximo, tamen in criminalibus accusator post peremptam instantiam non est ulterius audiendus, & ita communiter dicitur, ut attestatur Sal. in l. qui de crimine. post nu. 8. C. de accusa. quem refert Capic. decil. 206. num. 4. & scias, quod licet regulariter de iure canonico causa nullam habeant instantiam, ut dixi infra lib. proximo. Illud tamen intelligendum est, ut procedat in causis ciuilibus, non autem in criminalibus, nam in istis tam de iure canonico, quam de iure ciuili perit instantia, & in hoc omnes concordant, ut dicit Anan. in d. c. qualiter, & quando. el secundo. §. licet autem. nu. 6. de accusatio. in hoc tamen Ducatu hac defensio parum prodesse, quia in causis criminalibus nulla seruatur instantia, neque iuris communis, neque constitutionum neque statutorum, quinimo ex generali consuetudine, etiam perempta instantia, potest iudex prosequi processum, & ita seruatur practica, ut dicit Boss. in tit. de inquisitione. nu. 89. qui etiam in tit. de sententia. nu. 108. attestatur, quod ordinis huius Ducatus disponentes super instantia causarum criminalium, in practica non seruatur, & est omnibus notissimum.

Pariter etiam potest allegare accusatorem esse mortuum, propterea que extinctum esse, & abolutum ipsius accusationis iudicium, neque hoc casu audiendi essent heredes ipsius accusatoris, si uellent uti

heredes accusationem ipsam prosequi. l. & per totum titulum. C. si reus uel accus. mort. sue. & est omnium receptissima sententia, ut dicit Placia lib. 1. delictorum. c. 38. num. 2. Sed certe hec etiam defensio non multum reo prodesse, licet et in hoc casu secuta dicitur legitima accusatoris abolitio, potest nihilominus iudex ipse ex officio accusationem ipsam prosequi, & processum perficere, & ita tenet Bar. in l. libellorum. §. si. num. 5. ff. de accusa. & ita communiter tenetur, ut ait Corset. in re. per. Abb. in uerbo. abolitio. Anan. in ca. crimina. post num. 5. versic. His autem promissis. de collul. deteg. licet dicat, quod cōtraria pars est minor, humanior, & benignior. Et ita seruatur practica, ut attestatur Bos. in tit. de inquisitione. nume. 99. Que quidem conclusio hodiernis temporibus nullam habet difficultatem, cum ex generali consuetudine in omni casu procedatur per inquisitionem, siue extet accusator, siue non, ut dixi supra quest. 3. vers. Sed certe. Vide que dixi infra quest. 51. vers. Et scias.

Quinimo si accusatore mortuo uelit aliquis alius accusationem prosequi, potest illud facere, tammodo compareat ad illam prosequendam intra triginta dies, & etiam post triginta dies, si uelit de nouo accusare principaliter, & per se, admittitur intra tempus a lege accusationi prefixum, ita declarat Bar. in l. libellorum. §. si. num. 6. ff. de accusatio. & est communis opinio, ut dicit Ant. Gomez. lib. 1. delictorum. c. primo. nu. 36.

Sed quid si accusator defuit, nunquid poterit iudex procedere? Respond. quod ex quacunque causa accusator defuit, poterit iudex ipse prosequi processum, & finire, ita tenet Bar. in l. libellorum. §. si. nu. 5. ff. de accusatio. & est communis opinio, ut dicit Gand. in tit. de tranac. que refert pract. Carer. fol. 305. in m. 379. in fi. Arer. in c. licet. nu. 2. de accusa. subdens, quod seruaretur in practica. Vide que dixi supra quest. 3. vers. superflua etiam. & infra quest. 58. circa principium. sed hoc intellige, ut procedat in illis casibus, in quibus iudex ab initio potuisset ex officio procedere, alias fecus.

Quero

Quaroneum, quid si allegetur, & probetur delinquentem esse mortuum, nunquid adhuc debet iudex ad ueteriora procedere? Respondeo, quod non, nam crimen & poena per mortem extinguuntur. l. de fun. iudic. de publ. iudic. & est communis conclusio, ut dicit Cagnol. in l. pupillu. qui. §. in heredes. post num. 4. vers. Et prædicta. ff. de regul. iuris. neque mortuo accusatoris transit in heredes accusatio, ut est text. in l. 1. C. si reus, uel accusator mortuus fuerit. Et hanc dicit esse omnium receptissimam sententiam Placia lib. 1. delictorum. cap. 38. nu. 2.

Sunt tamē aliqua crimina excepta, in quibus etiam post mortem delinquentis procedi potest, s. heresis, & lesa maiestatis repetundarum, peculatus, homicidii sui ipsius ob conscientiam sceleris patra. ti, quos omnes casus recenset, & dicit a Doctoribus communiter teneri Ant. Gomez. cap. 1. delictorum. nu. 80. de quibus ego suis locis tractaui.

Scias etiam, quod in omnibus casibus in quibus poena amissionis bonorum est imposita a lege ipso iure, potest etiam mortuo delincente tractari de eo crimine contra heredes, ad effectum confiscationis bonorum, ita dicit glo. in l. 3. §. quod autem. in uerbo. Etiam heredi eius. ff. qui quisque iuris. & est communis opinio, ut dicit Tiracquel. in repe. l. si uquam. in uerbo. Reuertantur. nume. 241. in d. §. quod autem. nume. 2. uol dicit, quod omnes ita tenent, Didacus super quarto Decretal. fol. 82. post nume. 6. Anton. Gomez. in loco præallegato. vers. Sextus casus. Menchicaa controuer. illustr. cap. 96. nume. 2. & controuer. vsu frequentium. cap. 6. nu. 15. Vide que dixi infra quest. 94. versic. Sed potest. Et quod ubi agitur de poena pecuniaria, postquam etiam post mortem sequi condemnatio, modo prius esset conclusum in causa, consulunt in factis contingentia a lra. consi. 90. Tenenturque eo casu heredes, probato crimine, non modo bona ipsa hinc relaxare, sed etiam omnes fructus per ipsum delinquentem a die commissi criminis perceptos restituere. Et hæc est communis opinio, ut ait Diaz in pract. crim. can. c. 123. quem re-

fert Didac. in loco præallegato, post nu. 7. Menchicaa in d. c. 7. nu. 16. Adde, quod non requiritur, quod ante mortem facta sit declaratio criminis, & hanc facturam esse communem opinionem Boss. in tit. de poenis. nu. 34. in fine. licet in tit. de accusa. nu. 34. dicat, quod in hoc Ducatu non obstante decreto, cuius uirtute bona ipso iure confiscantur a die commissi criminis, seruatur nihilominus, ut requiratur, quod facta fuerit declaratio criminis ante mortem ipsius rei, quod ego etiam semper uidi obseruari, & in specie in bonis cuiusdam Petri Martyris de monte scribitur, & ratiōnaris in negocijs suis, quod confessus fuerat se libros suos uiciasse, & falsas relationes in filijs præiudicij fecisse. Cum tamen mortuus esset ante condemnationem, re in senatu discussa, iudicatum fuit eius bona fisco non competere, sed ad ipsius proximorum spectare. 11. Aug. 1552. P. N. Credo tamen, quod hoc de iure uix potest sustineri, præsertim in casibus, in quibus potest memoria defuncti damnari. In quibus quidem ego apud nos nunquam hoc uidi decidam in factis contingentia, & si casus contingeret, forte non procederem a communi opinione, præsertim cum ita notissimis constitutionibus in tit. de accusatio. cap. mortuorum. uideatur hæc articulus restrictus dispositioni iuris cōis. Scias autem, quod in casibus, in quibus potest damnari memoria defuncti, uel bona post mortem confiscari, illud intelligendum est ut procedat intra quinquennium a die mortis defuncti, non autem ultra, ita tenet gl. in l. Manichæos. in uerbo. Subire. C. de heret. & communiter Doctores, teste Ant. Gomez. in loco præallegato. nu. 81.

Sed hic incidenter quero, pone quod reus, qui est de crimine cōfessus, uel condemnatus, uel etiam condemnatus, ante executionem moriatur, uel naturali fato, uel quia sibi ipsi manus intulerit, quid debet iudex hoc casu facere? Respond. quod ad poenam corporalem certe non debet illo modo sequi in eius cadaver, neque illud suspendi facere, & assessores, & quia id faciunt, tenentur iniuriari, & est pessima practica, ut dicit Pan. Put. de syn. fol. 315.

Quero

nu. primo. Et hoc est commune dictum, ut ait Sapia in l. imperium. post numerum septimum. ff. de iurisdictione omnium iudicum. Hanc etiam opinionem dicit esse communem scribentes in d. l. imperium & in specie Curt. iun. num. 35. gneus in l. si sibi manus. post nu. 46. & 54. ff. ad Syll. Boffius in titulo de accusa. nu. 33. Nam crimen & pena morte delinquentis extinguitur, vt dixi supra, versio. Quero nunc, ut hęc ratio assignatur per octores communiter, vt dicit Sapia in loco p allegato. numero 6. Sed certe quidquid sit de iure, contrarium praxis tenet, & obseruat, vt ait gneus in loco p alleg. numero 21. & 42. vbi etiam subdit qd in parlamento Rochom. hęc bis vidit iudicari contra hanc communem opinionem. Concurarium etiam de facto seruari attestatur Bal. in l. 2. num. 2. C. qui testamen. facere pos. que refert Marcus decis. 953. Queritur de ratione. nume. 7. Imola in cap. Raynurtius. nume. 144. de testament. Cagnol. in l. pupillam qui §. in heredes. nume. 2. ff. de reg. iur. & in famosis latronibus idem attestatur Imo. in d. l. imperium. proat illi refert Gigas de crimine lasq. maieftatis. fol. 37. q. 33. nu. 4. Idem etiam dicit Imola in l. defuncto. numer. 1. ff. de pub. iud. & in l. prima. §. quoties. ff. de iur. proat illum refert certach. in verbo, Cadavera. numero 3. & Angel. de malef. in verbo, Qui dandus iudens. numero 43. & Marian. in repet. ca. qualiter, & quando. nume. 267. Idem etiam practicum in regno Castelle attestatur Anton. Gomez. cap. primo delictorum. nume. 79. referens ita vidisse practitari in quodam toreñse in ciuitate almaticeñsi, qui dicebat fugisse de religione, & monasterio, & tentasse habere accessum ad puerum vt cum eo committeres peccatum contra naturam, & ex iudicis captus fuit, & i carere se suspendit, nam fuit itatum publice datus per ciuitate, & vias publicas, & gne concrematus. Ita etiam quando iure vidisse seruari in iudicis, & publicis latronibus attestatur Boffius in loco p allegato, & in v. c. de execut. sententia. num. 18. Et ego vidi aliquando delinquentes, qui in actu capturae a satellitibus occisi fue-

rant, suspendi ad aliorum errorem, & hoc quando delictum erat notorium. Similiter vidi suspendi quendam incognitum, qui aggressus fuerat quendam, & contra eum sclopū exonerauerat, licet n. fuisse ille incognitus in illa rixa interfecit, iussit tamen tenari illi furcis suspendi. Sic etiam vidi alios, qui pendente pfectu seiplos interfecerant, furcis publice suspendi, & in specie quendam Ludouicum Bergaminum, qui post confessionem delictorum seipsum in carcere stragulauerat 6. Nouemb. 1555. P. N. Et licet gneus in d. §. si sibi manus. nume. 21. dicat, qd communis praxis, & obseruanti iudicis est, qd eos, qui seiplos ex quacunque causa occidunt, suspēdi faciunt, ex eo qd siuipsum homicida sunt, hęc tamen practica apud nos non seruatur, nisi (vt dixi) id faciant pendente processu in carcere existentes: nam eo casu presumuntur id fecisse conscientia proprii sceleris, vt dixi infra q. 68. ver. seipsum occidere.

Vltius quæro, nunquid hæres tenetur ex delicto defuncti? Respon. quod de iure ciuili non tenetur, nam regulariter pœne delictorum nō transeunt ad heredes. l. 1. ff. de priuat. delict. De iure autem canonico tenetur heres p delicto defuncti, etiam si nihil ad eum peruenit, & ita tenetur communiter Canonistę, vt dicit Abb. in cap. literis. num. 3. de rapt. quem refert Anan. ibi, post nume. 3. ver. In glo. heredis. 10. Brun. post relectiones Didac. fol. 360. col. 2. versio. Secundo adde, Hęc etiam dicit esse communem opinionem Canon. Abb. in cap. fin. post num. 6. de sepult. quem refert An. Gomez. c. 1. delictorum. nu. 85. Et illam communem appellat Arc. in rub. ff. de acqui. heredi. col. 2. quem refert Ruin. consil. 20. num. 1. lib. 4. Burgos in c. r. col. 4. de emp. & ven. Didacus lib. 3. resolutionum. ca. 3. post num. 7. Et hoc etiam si cum defuncto sit cogitata non fue. it, & hęc dicit esse communem opinionem Legistarum, & Canonistarum Duennas reg. 13. nu. 11. Xarez alleg. 26. num. 4. Menchaca contraert. illustr. ca. 96. post numerum 27. versio. Sexta limitatio.

Scias tamen, qd hæres non tenetur ex delicto.

delicto defuncti nisi vsque ad vires hereditarias, & hoc, siue confecerit inuentarium, siue non, & est communis opin. ut refert Arc. in loco p allegato, quem refert, & sequitur Ruin. in d. consil. 20. circa fin. Negulan. da Pigno. fol. 50. num. 124. in fi. 2. nan. in d. c. a literis, nu. 7. de rap. Didacus in d. c. 3. nume. 8. Boff. in titu. de penis. num. 34.

Sed pone, quod delinquens reliquerit plures heredes, & unus eorum non sit sol uendo, nunquid tenebitur alius exonerare conscientiam defuncti? Respon. quod sic, ita tenet Hoff. in cap. tua. de iur. & est communis opinio, ut attestatur Alciar. in l. 2. §. & haru. numero 31. in fi. ff. de uerborum obligat.

Vltimo quæro, nunquid Iudeus, qui post commissum delictum suscepit sacrum baptismum, possit pro eo delicto puniri? Respon. in hoc fuit aliquando controuersia inter Doctores, nam gloss. in capitul. quod autem, in uerbo, Penitentis 32. q. 1. tenent, qd non, & dicit Ferrat. cautela 24. post nume. 4. qd hoc est communis opin. theologorum, quem refert Viuius in libr. communium opin. in uerbo, Accusari potest Iudeus. Alij uero multi tenuerunt contrarium, scilicet quod licet baptismus tollat pœnam spiritualem criminum antea commissorum, non tamen liberat a pœna temporali, quæ pro eis est imponenda, & hanc esse communem opin. attestatur Io. de Anan. in d. c. de his, post nu. 16. quem refert Ruin. consil. 13. nume. 3. lib. 5. vbi in facti contingentia ita consuluit, licet subdat, qd erit in a. bitrio iudicis & igitur contrariam opin. tanquam iustiore, & equiore, Berous in eo. c. de his, numero 15. Apostill. ad Angel. de malef. in uerbo, Et ad querelam, post numer. 91. Dec. consil. 130. num. 2. Ferd. Loazes in §. his itaque, numero 28. Inuit. de iustit. & iure, quem refert Placa lib. 1. delictorum, cap. 34. numero 17. Marquar. de Iudeis in tertia parte, cap. 5. num. 1. Ego uero, si casus contingeret, libentius inclinarem in opi. gl. que procedit dubio equior est, & religioni nostre magis fauere, magisque attrahit Iudeos ad conuersionem, ubi tamen non appareat, quod sacrum baptis-

ma in fraudem suscepissent. Bene uerum est, quod in omnem casum, licet talis Iudeus sit liberatus a pœna temporali, non tamen erit liberatus restitutione, uel emendatione damni, ad quam tenebitur ante baptismum susceptum, & hoc dicit esse uerissimum, & ab omnibus approbatum Ruin. in d. consil. 13. num. 2.

## QVAEST. II.

### SVMMARIVM.

Se probetur delictum de quo reus imputatur, non fuisse commissum, debet reus absolui.

Potesse id probari per rei euidenciam, ibi, Item potest probari per testes, versio. Item potest.

Negatiua simplex & indeterminata est improbabilis secus autem si sit coartata loco, & tempore, versio. Scias autem.

Potesse etiam negatiua probari per dictum reus offensum, versio. Potest etiam.

Et an ex uoluntate facta per offensum eximat reum a tortura, ibi.

Ubi non constat de delicto reus non potest puniri, versio. Propterea etiam. Remissio.

Si non appareat de nomine offensi, an possit reus puniri, versio. Vltius etiam.



IVETVR etiam se quædoque reus probado de licum ipsum nō fuisse commissum, idque probari potest in primis p euidenciam rei, puta si homo, qd dicit occisus, exhibeat uiuus, uel domus, que dicit eburnata, reperiat illata, & huiusmodi. Et dicit Bal. in l. si quis testib. in fin. c. de testib. qd semel cōtigit de facto, qd fuit exhumatum corpus illius, qd dicebat uulneratus, & cum reperit fuisset, qd ille nō fuerat uulneratus, siue reus absolutus, licet contra eum pletur.

lene probatum fuisse. Et illud dictum Bal. refert Ang. de malef. in verbo Comparent, & producentur instrumentum patris, num. 33. & Pract. Carer. fol. 58. num. 26. Vide que dixi infra quest. 98. ver. Sed nunquid. Idemque si de delictum, quod commissum fuisse dicitur, sit per rerum naturam impossibile, prout contigit superioribus annis in quodam Jo. Antonio Zanetto caupone, contra quem processum fuit per curiam Papie, tanquam quod prepostera uenere fregisset cuidam firmingereum intestinum, ex qua parte ipsa postea peperisset, de quo processu ualde miratus est senatus, & ipsum Zanetum tanquam de re incredibile accusatum absoluit. 2. Decembris. 1559. P.N.

Item potest probari per testes, probando negatiuum, scilicet quod reus delictum ipsum non commiserit, neque committere pauerit.

Scias autem, quod negatiua nonentis est improbabilis, secundum omnes, ut dicitur Ignens in repet. §. non alias, nu. 77. ff. ad Syll. Præterea etiã negatiua simplex & indeterminata est improbabilis, ut dicitur gl. in c. bono, el primo, in uerbo, preter naturam de electio. quam dicit esse communiter approbatam Paris in c. quoniam contra, nu. 8. de probatio. Hanc etiã opin. dicit esse communem Herculani. de prob. nega. num. 139. Si tamen coarctetur loco, & tempore, tunc eque probatur ut affirmatiua, quando scilicet testes deponunt ipsam negatiuam, & reddunt rationem, quod non potuissent esse uel fieri, quin ipsi testes uiderent, uel sciuissent, ita dixit gl. in §. si uero abfuit, in uerbo, et uidi te, in uerbo de her. & falcid. colla. prima, & ait Fel. in c. in nostra, nu. 8. in fi. de testib. quod audiuit Aret. in uoce de centem, quod opinio illius gloriæ obtinetur in practica, quia est communis, quem refert Auin. consil. 97. circa fin. lib. quarto.

Hanc etiã esse ueram, & receptam sententiam attestatur Simancas de here. ca. 26. num. 4. Caueant tamen testes, quia eo ipso, quod deponunt super negatiua, dicitur suspensio de falso, quod tam intelligitur: ita ea que dixi supra hoc eod. lib. §. falsum, uerbo. Solet etiã.

Potest etiã hæc negatiua probari per contumeliam, & dicitur ipsiusmet offensio licet enim assertio uulnerati contra alium quem non probet, neque faciat indicium ad torturam, tamen è conuerso dictum de functi exculpantis impunitum de homicidio tollit omnia indicia, que sunt contra ipsum ita ut ex eis non possit torqueri, ita dicit Bald. in l. prima. num. 33. C. communia de lega. & est communis opinio, ut dicit Plotus inter coasilia criminalia diuersorum, consil. 110. num. 1. li. primo. Quam tamen intelligit procedat, quando res est dubia, sed si apparet de ueritate in contrarium, uel essent contra reum indicia ualde uergentia, & proxima delicto, non esset standum huiusmodi assertioni, saltem ad uitandam torturam, Et ita praticatur, teste Blanco in pract. cri. fol. 18. num. 101. plerunque enim uidemus, quod offensi, siue propter remissionem, quam fecerunt uulnerati, siue propter situationes amicorum, faciunt huiusmodi protestationes ueritati contrarias, propterea in hoc maxime uersabitur iudicis arbitrium, qui inspecta qualitate facti, considerabit, an talis exculpatio uideatur uerisimilis uel ne, & an ei standum sit.

Præterea etiã potest reus se defendere, allegando, quod non constat de delicto & circa hoc uidentur ea, que dixi supra quest. quarta, & infra quest. 55. ver. Potest etiã, & seq.

Uterius etiã potest opponere, quod non constat de nomine offensis uel offensis. Sed certe hæc defensio non esset admittere, ualeat enim inquisitio, & accusatio super homicidio, licet ignoretur nomen offensis, secundum gl. que reputatur singularis in c. libellorum, in uerbo. C. aio Scio, secunda q. 8. que quidem indistincte obseruatur in practica, prout etiã se uidisse sepius ita praticari attestatur Ang. in l. 1. Si uerendum, nu. 2. ff. si pars heredi. peti. & in l. si cu exceptione §. in hac, nu. 3. ff. quod metus causa, que refert August. ad Ange. de malef. in uerbo, Hec est quedam inquisitio, post nu. 90. Et hoc sciunt omnes, ut dicit Bossius in titulo de delicto, num. 33. Vide que dixi supra, quest. 4. ver. Quod uero.

Quæst.

## QVÆSTIO LIII

### SVMMARIVM.

De exceptionibus, quæ contra testes proponuntur.

Et an si opponantur eis crimina, opus sit ipso exhibere locum, & tempus commissi delicti, uers. In hoc autem.

Et an opus sit etiã probare, quod communis opinione habentur pro talibus, uersicula. Sed nunquid.

Et an opponens contra testes crimina, & ea non probans, teneatur actione iniuriarum uers. Caueant tamen.

De exceptionibus, quæ contra processum ipsarum attestatiõnum proponuntur, uers. Secundum capit.

De exceptionibus, quæ contra dicta testium proponuntur, uersicula. Tertium est capit.

De exceptione falsi, uers. Frequentissime. Et an testis falsus in uno, probat in alijs, uers. Sed quæro.

Et quid si testis falsum dixerit in non concernentibus substantiam rei, de qua agitur, uers. Scias tamen.

Et quid si ipsemet sibi contradicat quia scilicet aliquando unam, aliquando aliud dixerit, cui dicto standum sit, primo an secundo, uers. Prædicta autem.

Et quid si primo dixerit unum extra iudicium, deinde contrarium in iudicio, uersicula. Primus casus.

Et quid è conuerso uers. Secundus est. Et quid si in uno iudicio dicat contrarium eius, quod dixit in alio, uersicula. Tertius est.

Et quid si in primo dixerit nihil scire, in secundo uero deponit de ueritate rei, uersicula. Sed quid si testis.

Et quid si in eadem instantia, & inter eadem personas contraria deponat, uersicula. Quartus est.

Et quid si primo deposuit uerbum, credo fecisse autem per uerbum assertiuum ueritatis, uers. Vnum etiã.

Et quid si testis negat se ita deposuisse, ut sermo reperitur, uersicula. Quintus est.

Testes singulares an probent, uersicula. Dicitur etiã.

Et quid si agatur de probando in genere alium quem esse adulterium, uel huiusmodi, uers. Et hæc conclusio.

Et quid si episcopus faciat statum a quo crimen usurarium potest probari, per testes singulares, uersicula. Sed quid si episcopus.

Et quid si princeps testificetur contra aliquam ei obordatur, uersicula. Sed quid si aliquis.

Testis non reddens causam scientie, etiã non interrogatus, in casibus criminalibus nihil probat, uers. Præterea dixi.



SI etiã pars defensionis, exceptio, qui est contra testes, à quibus reus grauatur potest que hæc exceptio est triplici capite proponi, quorum primum respicit personam ipsorum testium, quia scilicet non essent in causa criminali examinandi, de quo dictum est supra questio. 24. puta quia sine infames, perituri, & similia.

In hoc autem proposito scire debes, quod quando aliquis uult opponere contra personas testium, non sufficit opponere generaliter, quod sunt perituri, infames, &c. sed opus est specificare locum, & tempus commissi delicti, & circumstantias, & est communis opinio, ut dicit Boer. decisio. 321. nume. 2.

Sed nunquid excipiens debet etiã probare, quod ille testis, quem dicit esse infamem, communis omnium opinione esset tentus & reputatus pro tali? Respond. Bartol. in l. 1. numer. 4. C. de testamen. tenuit, quod sic, sed certe in contrarium est magis communis opinio, quod scilicet sufficiat probare, quod est infamis ex tali causa, uel tali crimine, absque eo quod dicatur, quod pro tali reputabatur, & ita attestatur Alex. consil. 152. num. 16. lib. 5. quem refert Crotus de testib. nu. 4. in fin.

Caueant tamen illi, qui opponunt contra testes, & non habent in promptu probationes criminum oppositorum, quia si non probant ipsa crimina opposita, tenentur

in ratione iniuriarum, & est communis opinio, ut dicit Boer. in tit. de iniur. nu. 21. Nam generaliter obijciens aliquid crimen in iudicio, siue agendo, siue excipiendo, si illud probat, non tenetur, & in hoc conueniunt omnes, ut dicit Boer. consil. 4. nume. 37. Si uero non probat, tenetur, etiam si excipiendo illud proposuerit, & est communis opinio, ut dicit Boer. in dicto consil. 4. nu. 37. in fi. Dicit tamen Boer. ibi, post nume. 49. quod de generali consuetudine regni Francie ille, qui opponit excipiendo contra testes, non tenetur, etiam si non probet. Et ego etiam nunquam uidi in hoc Ducatu super hoc processu. Sæper autem aduocari in exceptionibus, quas faciunt contra ipsos testes, apponi faciunt præfatione, quod contra animam iniuriandi, &c. prout etiam communiter fieri solent attestatur Boer. in consil. præallegato. nume. 23.

Secundum cap. ut respicit processum ipsarum attestacioni, quia scilicet testes ipsi minus legitime reos in iudicio, puta quia sine iure iuramento deponerent, nisi seruatis his, de quibus dixi supra lib. 2. §. testis, uel quia forte recepti fuerint super generali inquisitione. quo casu fidem non faciunt, nisi repetantur, ut dixi supra, quæsti. 11. uers. Item quæro.

Tertium est caput respiciens dicta, seu depositio omnes ipsorum testimonium, puta quia sint falsi, contrarii, singulares, & quod non concludenter deponant, uel huiusmodi.

Frequentissime autem in iudiciis criminalibus ueritatem exceptio falsi, que contra testes opponitur, nam his temporibus raro sunt processus in causis criminalibus, in quibus uel ad offensam, uel ad defensionem non examinetur testes falsi, & plures etiam uidi: utroque latere testes falsos examinatos fuisse, quod non aliunde procedit, nisi quod iudices hoc delictum nimis leuiter castigant. Et licet a constitucionibus huius Ducatus sit pro eo grauius pena imposta, illa tamen non seruatur, prout seruari deberet, de quo ego multoties exclamauit in senatu. Arbitror enim nullum erigere esse perniciosius reipublice, quam

crimen falsi, & ideo effectus uerissime castigandum. In hac autem materia facienda est conclusio, quod testis, qui in sua depositione falsum dixit conuincitur, tanquam periuro nulla est fides adhibenda, & hæc est communis opinio, ut dicit Alex. consil. 152. nu. 10. lib. 7.

Sed quæro, pone quod testis in uno falsum dicat, nunquid eius depositio ueritatis in totum, ita ut nullam proorsum fidem faciat? Respon. quod sic, nam iuramentum est indiuisibile, merito ubi testis est in uno suspectus, totum eius testimonium redditur suspectum, & quando eius edictum in uno reprobatur, non creditur ei neque etiam in alijs, & hæc est communis opinio, ut dicit Alex. in l. si ex falsis. nu. 13. C. de transac. & consil. 27. nume. 3. lib. secundo, quem refert Dec. consil. 105. post nu. 5. uers. C. Similiter testis & Gratus consil. secundo. num. 18. lib. secundo. Idem etiam dicit Alex. consil. 133. num. 7. lib. primo. & in d. consil. 152. nume. 10. lib. septimo. & consil. 183. post nume. 2. eo. uol. quem refert Cort. in uerbo, iuramentum est quid. Soc. consil. 136. nu. 9. lib. primo. quod est duplicatum consil. 155. libro secundo. Marfil. singul. 75. communis conclusio. Alciat. l. 1. §. sed & si mihi. num. 43. ff. de verb. oblig. Paril. consil. 88. numer. 82. lib. tertio. Apostil. ad Crotum de testibus. post numer. 388. quem refert Gratus consil. 152. num. 13. lib. secundo. Et hæc conclusio locum habet, siue capitula, super quibus talis testis deposuit, sint separata, siue sint connexa, nam utroque casu eius testimonium tanquam uinculum, & super unico iuramento fundamentum nihil ualet. Et dicit Alber. in d. l. si ex falsis nume. 5. C. de transac. quod in hac opinione sunt communiter Doctores. Hanc etiam dicit esse communem sententiam Alber. de testibus. in tertia parte principali. numero 25. & sequen. & siue illud dictum falsum præcedat, siue sequatur alia dicta, ex quibus probat, & est communis opinio, ut dicit Socin. Jun. consil. 41. numer. 13. & seq. lib. secundo.

Scias tamen, quod hæc conclusio intelligenda est, ut præcedat, quando testis falsum deposuit circa factum principale, vel qualitates substantiales, scilicet autem si circa alia

alia extrinseca, nam eo casu non dicitur falsus, neque ueritatur eius depositio, & ita concludunt omnes, ut dicit Imola in l. prima. §. si quis simpliciter, nume. 35. col. tertia. uers. Item inducitur per Bald. ff. de verbo. obliga. & dicit Alexand. consil. 88. nume. 10. quinto, quod ita communiter concluditur, sufficit enim, quod testes in facto principali conueniant, & dummodo in eo sint concordantes, non nocet quod sint uarij, uel contrarij in accessorijs, Et hoc est commune dictum maiorum notistorum, ut ait Socin. Jun. consil. 102. numero 5. lib. tertio. Hanc etiam dicit esse communem regulam Dec. in d. consil. 105. post nume. 2. uers. Venio ad secundum, & consil. 602. nume. 9. Hanc etiam esse communem opin. attestatur Ale. consil. 47. nu. 5. lib. secundo.

Prædicta autem omnia locum habent, quando vnus testis ab alijs de falso conuincitur, sed quando ipsemet testis aliquando vnus dixit, aliquando aliud totum contrarium, magna est altercatio inter scribentes, an ei sit credendum, & an scidum sit primo, uel secundo dicto, Et in hac quidem quaestione aliqui faciunt simpliciter regulam, quod primum dictum testis regula inter atredidit, & dicit Dec. consil. 175. nu. 7. in fi. quod ita tenent communiter Doctores quem refert Grammati. voto 34. col. secunda. Idem etiam dicit Dec. consil. 189. num. 6. & post num. 10. uers. Secundo principaliter, in quibus locis refert Corn. consil. 7. col. pen. lib. tertio, ita dicentem, qui tamen hoc expresse dicere non uideatur licet obiter alleget communiter ea non in eum causam, de testibus ita tenentes, Eundem etiam Cor. tanquam attestatorem hanc esse communem opi. refert Gratus consil. 42. nume. 29. lib. primo. Alij uero simpliciter faciunt regulam in contrarium, quod scilicet quando testis uario modo loquitur, secundum dictum atredidit debeat, Et hæc dicit esse communem opi. Dec. sibi contrarius consil. 429. nu. 17. Tu uero pro resolutione huius quaestionis, que satis consule tradatur a doctoribus distinguere nonnullos casus.

Primas casus est, quando testis primo dixit vnum extra iudicium, deinde in iudicio deposuit contrarium eius, quod extrajudicialiter dixerat, Et hoc casu Barr. in l. eos. nume. 4. ff. de falsis, tenuit, quod sit standum primo dicto, & quod pro secundo puniendus est tanquam falsarius, nihilominus magis communis opi. uideatur esse contra Bartol. scilicet quod imo standum sit secunda depositioni facte in iudicio, Et ita dicit communiter tenent Ang. de malefic. in uerbo, falsario, num. 23. Corn. consil. 58. in litera 1. libro primo, ubi dicit, quod in hoc omnes concurrant, Hanc etiam opin. dicit esse communem Abb. in cap. per tuas, nume. 11. de probatio. prout illum refert Ferret. consil. 196. nume. 19. licet in libro meo id non dicat Alex. consil. 74. nu. 8. lib. proximo, & consil. 222. num. 13. lib. secundo, quem refert Cræuetra consil. 6. nume. 7. Corn. consil. 297. circa fin. libro quarto. Tyndar. de testibus libro secundo, capitulo primo nu. 7. Ang. de Vhal. inter consilia criminalia diuersorum consil. 73. nume. 1. libro secundo. Bertach. in uerbo, falsitas, numero 103. Rimuald. consil. 48. nume. 7. ubi Apostil. Thomas Ferrat. cautela 13. Quæstio est. Et dicit Felin. in c. cum in tua, nume. 10. de testibus. quod hæc pars est communior & uerior, quem refert Boer. decil. 108. nume. 2. & consil. 40. nume. 116. & Grammat. consil. 65. nume. 6. & Apostil. ad C. ro. de testibus, post num. 445. in uerbo, Non tollitur. Idem etiam dicit Arctin. in d. capitulo per tuas, numero 41. de probatio. Ruin. consil. 57. post numero 8. lib. primo. Boss. in tit. de oppos. contra testes, numero 3. Menchiaca controuertit. uis frequentium, cap. 3. numero 4. Illud etiam dicit Ann. Bar. communiter reprobati ait C. epolla consil. crimi. 61. uersiculo, Tertio quia, Publicistis super consuet. Alber. fol. 18. nume. 49. Et quod hoc casu prærendum sit secundum dictum iuratum, & in scriptis solemniter receptum, dicit esse communem Alexander, consilio 66. nume. 20. lib. 6. Marfil. sing. 212. Communis omnium. Bene uerum est, quod debilitatur

bilatur fides huiusmodi testis, & ita dicit fateri omnes Doctores Are. consi. 71. col. 2. num. 1. in fi. quem refert Boss. in loco præallegato, & ideo poterit testis torqueri, vt dixi supra q. 25. versic. Sed pone Scias tamē, qd si testis illud quod dixit ex tra iudicialiter, dixisset cum iuramento, & inde contrarium etiam cum iuramento deposuisset iud. cialiter, tunc forte pro cederet opi. Bar. vt scilicet posset de per iurio condemnari, ex quo reperitur posuit inter duo iuramenta contraria. Et hæc dicit esse communem Doctorem opi. Camerar. in consi. suo matrimoniali post cōsilia Zabarel. nu. 5. quam etiam se vidisse in practica obseruari attestatur Boss. in loco præallegato.

Secundus est casus, quando testis deposuit vnum in iudicio cum iuramento, deinde extra iudicium illud dictum reuocauit, Et hoc casu standum est eius primo dicto iudiciali. Et hæc est communis opi. vt sentit Gratius consi. 59. nu. 26. iib. 2. Menchiaca in d. c. 32. post nu. 3. ver. Tertio casu, & hoc etiam, si testis talem reuocationem faceret in articulo mortis constitutus. Et ita videtur reuere Bart. in l. si quis in graui §. si quis moriens, in vltimis verbis. ff. ad sylle. & in d. leos. num. 4. qui in hoc communiter approbatur, vt dicit Alexan. in l. sciendum, nume. 33. in fin. ff. de verbo. oblig. quem refert Didacus in d. c. 13. nu. 7. in fin. Curt. in l. 1. nu. 36. ff. si cert. petatur. Marfil. in Rubrica de fidei iussoribus, post nu. 39. Simancas de hæret. c. 62. nu. 29. Ploz. in repet. l. si quando, post nume. 65.

Tertius est casus, quando testis in vno iudicio deponit contrarium eius, quod de posterat in alio iudicio, Et hoc casu cum vtrunque dictum sit iuratum, certum est, quod potest tãquam falsarium puniri, Et est communis opin. vt dicit Camerar. in dicto consi. matrimoniali, nu. 3. & in hoc nulla videtur esse difficultas punctus est, quod dictum artemi debeat, scilicet primum an secundum, Et in hoc variæ sunt scribentium opiniones. Aliqui enim dicunt, quod ex quo apparet, quod in altero dicto est falsus, ei non credatur, neque ad vna, neque in alia causa. Et hæc dicit

esse communem opin. Ruin. consi. 75. post nume. 8. lib. 1. Alij vero dicunt, quod si testis reuocat primum dictum in alio iudicio, siue ciuili, siue criminali, statim primo dicto, Et hæc dicit esse communem Alciat. de præsumpt. in secunda regula, præsumptio. 29. numero 7. quem refert Menchiaca in dict. c. 32. numero 1. Et hæc opin. mihi magis placet, Cam enim iam ex primo dicto iudiciali, & iurato quæstum sit ius parti, non debet illud ab ea sine eius culpa, vel factio auferri posset. Faciunt ea que dixi supra ver. Secundus est Debilitatur tamen primum dictum quoad fidem probationis, Et hæc dicit esse communem Dec. in dict. consi. 189. col. 3. prout illum refert Boss. in tit. de op. contra testes, num. 6. Bene verum est, quod si essemus in casibus, in quibus etiam liber homo non admittitur ad testificandum nisi cum tormentis, tunc standum esset illi dicto, in quo perseveraret in tormentis, licet in alio iudicio ciuili contrarium deponuisset, Si vero semel bene deposuisset in ciuili iudicio, licet deinde reuocaret in tormentis, staret primo dicto, Et hæc est communis opin. vt dicit Alciat. in d. præsumptione 29. circa si Quod intellige vt procedat, quando primum dictum non fuisse cum tortura confirmatum, nã hoc casu licet perseveraret in reuocatione in tormentis, adhuc crederem standum esse primo dicto. Scias etiam, quod si prima depositio facta fuisset in iudicio nullo, & secunda in iudicio valido, tunc standum esset secunde depositioni, nec noceret quod dixisset contrarium in iudicio nullo, secundum gloss. in cap. cum causam in glo. fin. de testibus, quam sequuntur omnes, vt dicit Felin. in dicto. c. cum in tua, numero quinto. Arelaten. in Apostil. ad Alciat. in dict. præsumptione. 29. in fin.

Sed quid si testis in primo iudicio dixerit nihil scire, deinde in secundo deponat de veritate facti? Respond. quod nihil probat, & hæc est omnium conclusio, vt dicit Ange. de Vbal. inter consil. crimin. diuersorum consil. 73. numero 23. in fin. libr. secundo dicens, quod ita tenent omnes nullo discordante.

Quartus

Quartus est casus, quando testis in eadem instantia, & inter easdem personas contraria testimonia deposuit, Et in hoc puncto est distinguendum, nam aut testis est sibi contrarius in eadem depositione, aut in alia depositione contradicit primæ depositioni. Si est contrarius in eadem depositione, aliqui simpliciter dicunt, qd eo casu non fiat ut alicuius dicto, primo scilicet sed, imo in totum reuocet tanquam falsus, Et hæc dicit esse communem opinionem. Alciat. de præsumptio. in dicta præsumptione 29. num. 6. quem refert Pract. Conradi. fol. 120. post numer. 10. Menchiaca in d. cap. 32. num. 9. in fin. Tu vero dic, quod Aut testis in eodem examine contraria deponit sine iusta correctionis causa, & tunc illi proflus non creditur. Et hoc omnes, passim sentunt, vt ait Didacus lib. secundo resolutionum, in d. cap. 13. post num. 8. versic. Caterum si testis, neque etiam reducit ad concordiam vt probet, Et hæc conclusio communiter approbatur, vt dicit Crot. de testib. nu. 428. & seq. Et hoc non solum si sit manifesta contrarietas, & non de facili concordabilis, sed etiam aliquo modo compatibilis, Et est communis opinio. vt dicit Alexan. consi. 10. nume. 3. lib. 4. quamvis illum in contrarium alleget Sigismund. conf. feudali 49. nu. 7. tenēs, quod oñ contrarietas est facile concordabilis, debet ad concordiam reduci etiam vt probet, Et ibi etiam refert Fel. in c. cum tu. de testibus attestantem quod hæc est communis opi. Ego tamen non reperio, Felin. ibi nu. 1. ubi loquitur de hoc articulo id attestantem, & credo, quod contraria opinio sit (vt dixi) tutior, & magis communis. Aut vero deponit contraria in diuersis examinibus, & tunc Aut deponit contrarium secundo loco, non dicendo in specie se errasse in prima depositione, sed simpliciter loquendo, & tunc, modo secundum dictum compatitur cum primo, debet quantum fieri potest, ad concordiam reduci, secundum amol. in l. qui bona. ff. si quis stipulatus, versic. ot. extext. ff. de demno infecto, quem in hoc communiter sequuntur Doctores, vt dicit Sigismundus in d. consi. 49. num. 6. in fin. Aut ipseniet testis dicit se

esse primam, dicendum autem corrigere, & tunc, si quidem illud vult facere incontinenti, est admittendus, & præterea de testibus cogen. Et dicitur hoc casu incontinenti, antequam testis ipse aliquatenus parum, & ita communiter enunciat, vt dicit Fel. in d. cap. præterea nu. 9. quem refert Capic. decif. 142. num. 9. Si vero velit illud corrigere ex interuallo, non auditur, sed tanquam periuus, & falsarius puniri debet. Et in hoc omnes conueniunt, vt ait Didacus in d. c. 13. post nu. 8. versic. Caterum, ibi tertium est, standum est tamen eius primæ depositioni, Et hæc est communis opin. vt attestatur Didacus in loco præallegato, secundum quam intelligendus est Cor. & Dec. in consiliis per me relatis supra, versic. Prædicta autem. In hoc tamen Duca tu hæc opin. non seruatur in causis criminalibus, nam si testis reuocat primam depositionem, quia dicit se errasse, uel falsum deposuisse, tunc ponitur in tormentis, & illa depositio, quam confirmat in tortura, solet attendi, Et ita seruandum esse rescriptis senatus commissario Arona. 30. Jan. 1557. P. N. Bene verum est, quod ex quo talis testis omnino est periuus, punitur de falso, vt supra dixi, prætereaque etiam eius primo dicto non adhibetur plena fides, tanquam dicto integri testis, sed multum de eius fide dimittitur, adeo quod eius dictum sine alijs adminiculis non sufficeret ad torturam contra reum, sed solummodo ad inquirendum, Et hæc dicit esse communem opinionem. Menchiaca in d. c. 32. nume. 9. Et aduerte, quia licet (secundum aliquos) ad hanc torturam, que fit ad confirmationem huius secunde depositionis, deberet pars citari, ex quo agitur de eius imagine præiudicio, scilicet de reuocatione primæ depositionis in eius fauorem facte, nihilominus hoc ex consuetudine non seruatur, vt dicit Boss. in tit. de oppos. contra testes, post num. 1. versic. Quo uero ad primam. Ego etiam puto in huiusmodi reuocationibus, multum esse tribuendum arbitrio iudicis, qui considerare poterit ex illis depositionibus contrarijs, que videat magis verisimilis, & cum qua concurrat plura adminicula, & illi adherere, præsertim Pract. fut. Clar. T vbi

vbi subesse aliqua suspicio subornationis, vt quoadie contingere videmus in practica. Aut vero non ipsimet testis, sed aliqua partium petit ipsum testem iterum examinari, & tunc, si est illa pars, contra quam reus deposuit, non debet audiri, subest enim magnus timor subornationis, si vero illa pars. in causis fauorem testis deposuit, utique auditur, & si testis deinde uariet, & diuersa, seu contraria deponat, tunc standum est secundo dicto. Et ita communiter tenetur, ut dicit Albe. in l. si. nu. 2. C. de testi. & sibi imputet pars, quæ petijt illum iterum examinari. Ex hoc enim censetur eius primo dicto renunciasse. Consulo tamen iudicibus, præsertim in causis criminalibus, vt quantum fieri potest, caueant ab huiusmodi repetitionibus testium, quæ fiunt ad instanciam partium, nam sepe numero processus inuoluunt, ac destruantur. magnamque præbent occasionem subornationibus, & falsitatis testium.

Vnum etiam uolo ut scias in hac materia quod quando testis primo loco deposuit per uerbum, Credo, & secundo loco deponit per uerbi assertiuum ueritatis, eo casu semper standum est secundo dicto. Ita uidetur sentire glo. ordinaria in l. de tutela, in uerbo, Probata. C. de in integ. rest. mino. dices, quod hodie possum credere unum, & eras aliud, quod in hoc communiter ab omnibus approbatur, ut dicit Soci. consi. 92. numero. 7. lib. 3. Crot. de testib. post nu. 343. Tiudar. de testib. lib. 1. c. 5. nu. 1. Foller. in pra. crim. fol. 25. nu. 44.

Quintus est casus, quando testis non contrariatur de dicto sua primæ deponitioni, sed negat se ita deposuisse, ut a notario scriptum reperitur, & tunc est distinguendum, nam, Aut tractatur de puniendo teste de falso, & hoc casu tantum creditur testi, quantum notario, ut dixi supra hoc eo. libro. §. Fallum, uerl. Pone testis, Aut tractatur, cui plus credendum sit an notario, quod dicit testem deposuisse, ut scriptum est, an uero testi id neganti, & tunc plus creditur notario. Et hæc est communis distinctio, ut ait Thomas Ferrat. cautela 16. licet condecens. Foller. in pra. crim. fol. 244. nu. 15. Ad euidandas tamen

omnes controuersias bonum esset, quod testes assisterent notarijs recipientibus dicta testium, nam eo casu non auditur testis postea dicens se non ita deposuisse, ut scriptum est a notario præsentis iudicis, imo si contrarium postea deponat, potest etiam de falso puniri. Et hæc omnia bene nota, quia frequentissime contingunt.

Dixi etiam contra testes oppositi fore, quod sunt singulares, nam testes singulares non sufficiunt ad plenam probationem, ut dixi in d. §. Patis præsertim in causis criminalibus, prout tenere scribentes omnes affirmat Marf. consi. 1. nu. 25. & consequenter neque ad condemnationem, sed solummodo faciunt indicium ad tormentum, iuxta ea quæ dixi supra q. 21. uerl. Vnus testis. Et hæc conclusio de plano procedit, quando agitur de probando aliquo delicto in specie, nam eo casu debent testes esse testes, ut sufficiant ad condemnationem. Sed quid si agatur de probando delicto in genere, puta aliquem esse hereticum, adulterum, usurarium, blasphemum, uel huiusmodi, nunquid testes singulares, qui deponant an quisque eorum de diuersis actibus, sufficiunt ad conclusionem probationem? Respond. Aliqui dixerunt, quod sic, & in proposito probandi aliquam mulierem esse inhonestam ita attestatur hanc esse communem opinionem Ale. consi. 13. nume. 24. lib. 7. Idem in eodem proposito attestatur Alba. consi. 25. nume. 1. Idem loquendo in proposito adulterij attestatur Ferrer. consi. 168. post nume. 14. & 15. allegans alios idem attestantes, quos ego cum alijs multis retuli in d. §. Testis. post glo. in l. ob carmen. §. fin. in glo. si. de testib. Alij uero dicunt totum oppositum, quod scilicet etiam hoc casu testes singulares non sufficiunt, Et hanc attestatur esse communem opinionem, Menchiaca in prima pte de testa §. 4. nu. 45. & loquendo in proposito criminis adulterij Ioann. de Armicis, consi. 127. nu. 1. Ego aliquando cogitabam, quis esset sensus doctorum ita loquentium de probando delicto in specie, uel de probando delicto in genere, Et credo, quod (secundum eos) tunc dicatur, agi de probando delicto in specie, quando tractatur de puni-

do

do aliquem criminaliter, & hoc casu uerior sit secunda opinio, quod scilicet testes singulares non probent aliquem esse adulterum, uel hereticum, uel usurarium, & ita semper uidi seruari, prout etiam loquendo de hæresi, dicit Simancas de hæresi. c. 62. nu. 24. quod hanc opinionem usus iudiciorum sanctæ Inquisitionis comprobauit. Quinimo ad probandum hæresim, neque etiam sufficerent testes singulares cum fama, & hæc attestatur esse communem Lupus in allegatione de hæresi. §. 12. quem refert Simancas de ret. cap. 50. numero 1. Tunc uero agi dicatur de probando delicto in genere, quando agitur non de pena infligenda, sed ad alium finem, puta excipiendo de adulterio ad priuationem dotis, uel de alio crimine ad diminuendam fidem testis, & hoc casu forte procedere potest prima opinio, quam tamen ego puto restringendam esse iuxta ea, quæ dixi in d. §. testis. Bene uerum est, quod isti testes singulares nullum faciunt ad aggravandum reum, contra quem deponunt. scilicet quo ad hoc, vt acrius torqueatur, uel vt seuerius puniatur.

Sed quid si Episcopus faciat statutum, quod crimen usurarum possit probari per testes singulares, nunquid tale statutum ualebit? Respond. quod non, ita consuluit Federic. de Senis consi. 17. quem communiter Doctores sequuntur, ut ait Foller. in practica crimi. canon. fol. 229. nu. 17. Hanc etiam dicit esse communem opinionem Abb. in capi. cum in dicelesi. circa si de usuris. quem refert Alf. consi. 78. col. 2. uerl. Secundò principaliter. lib. 3. & Didaeus libro tertio resolutionum. cap. tertio. post nume. 5.

Sed quid si aliquis princeps dicat testimonium contra reum, nunquid ei soli creditur? Respond. Aut agitur de modico præiudicio, prout est inquirere, & procedere contra reum, & hoc casu creditur solius principis assertioni, ut dixi supra q. 6. uerl. Præterea scias. Aut uero agitur de magno præiudicio, & tunc aliqui dicunt, loquendo de Summo Pontifice, quod nullo modo creditur eius assertioni in facto tertij, & hanc dicit esse communem opinionem Socin. inter consilia Curtii Senioris,

consi. 20. post nume. 12. Alij uero loquendo pariter de Summo Pontifice, dicunt, quod imò standum est eius assertioni, & hæc dicit esse communem opinionem Aret. in c. cum a nobis. num. 7. de testib. notandum in his, in quibus Papa habet summam potestatem, sed etiam in omnibus causis prophanis, etiam laicorum, prout illum refert Ruin. consi. 103. num. 11. libro quinto. Ego pro nunc de Summo Pontifice nihil determino, quo uero ad reges, & principes seculares sic distinguo, Aut princeps attestatur de eo, quod ipse uidit, & illi soli creditur etiam ad condemnationem, argum. clem. literis. de probatio. Aut princeps asserit aliquid, quod ipse intellexerit coram alijs fuisse gestum, & non est ei soli credendum, possit enim princeps male ab alijs informatus fuisse. Et hoc casu duo concurrerent specialia. Primum, quod creditur ei soli. Secundum, quod testi deponenti de auditu alieno adhiberetur fides, quorum utranque est contra communes regulas, ut dixi in d. §. testis. Bene uerum est, quod si Imperator diceret aliquid sibi constare ex relatione principum sibi facta, & rem esse adeo notariam, ut non indigeret probatione, & rescriberet proprio motu, tunc esset credendum eius assertioni, secundum fere omnium opinionem, ut dicit Socin. consi. 87. post num. 19. lib. 3. saltem quo ad hoc, ut transferretur onus probandi contrarium, parti contrarium affirmanti, quod tamen ego in presentia non affirmo.

Præterea dixi, quod contra dicta testium opponi solet, quod non concludant. Potest autem in primis allegari, quod non reddant causam scientiæ, licet enim regulariter testis non interrogatus super causa scientiæ, non teneatur illum reddere, ut dixi supra lib. 2. §. testis. est tamen speciale in causis criminalibus, vt teneantur testes etiam non interrogati reddere causam scientiæ, alias non probant, neque faciunt indicium. Ita dixit Innocen. in cap. cum causam de testibus quem omnes Doctores sequuntur, teste Marf. consi. 50. numero 10. & hæc est communis opinio, ut ait Bald. consi. 182. numero 2. lib. 4. prout illum refert Nouell. in pra. crim. fol. 114.

T 2 nume.

nume. 15. & Viuius in libro communium opinionum. fol. 271. vers. Testes in causis. quibus in lib. meo ad non dicat. Apost. ad Felix. in d. c. cum causam. sub nu. 2. de testibus. secundum ultimam impressionem. Sed hoc intellige vt procedat in testibus. qui ad offensam deponunt. sed testes. qui deponunt ad defensionem. vtique probant. etiam si causam scientie non expriment. Et hanc opinionem communem appellat Viuius in loco præallegato. Possunt autē. & alia multa circa hoc contra testes deduci. secundum facti contingentia. prout Iacius dixi in allegato §. testis.

QVAESTIO. LIII.

SUMMARIUM.

*Delictum non potest probari per instrumentū. Acta facta in iudicio civili non faciunt fidem in criminali. versiculo. Item si producantur.*

*Et quid si illud indicium civile erat super crimine. versiculo. Et hoc quidem.*

*Confessio procuratoris facta in iudicio civili. an prouideat principali in iudicio criminali. ver. Sed quæro.*

*Confessio principalis facta in iudicio civili. an ipsi præiudicet in criminali. ver. Sed quid si exhibeatur.*

*Sententia lata in loco delicti. an sit mittenda executionem in loco originis. versiculo. Sed pone.*



**D**ICTVM est de exceptionibus. quæ personas. & dicta testium concernunt. Sed quid si accusator ad probandum delictum produzerit aliqua instrumenta? Respond. Potest dicere reus. quod delicta non probatur per instrumenta. solet ad hoc allegari text. in c. cum in ecclesijs. de maior. & obediē. & est doctrina Bart. in l. in senatus. num. 2. ff. ad senatusconsult. Turpil. quam dicit esse communiter approbatam Cur. Iun. in authent. si quis in aliquo. post num. 34. vers. quarto aduerte. C. de edendo. Hanc

etiam dicit esse communem opinionem Berous in cap. at si clerici. nume. 14. de iudi. Et dicebat Dyn. quod hæc opinio tenetur. & seruatur pro Euangelio. quem refert Gand. de malef. in titu. de penis. nu. 15. Hoc tamē intellige vt procedat. quando crimē consistit in facto separato ab ipse instrumento. puta homicidium. furtū. adulterium. &c. sed si crimē consisteret in animo. prout est hæresis. vtique per instrumentum. in quo aliquis assereret aliquid hæreticum. posset crimen ipsum probari. Item si quis ratificet per instrumentū delictum commissum ab alio. pariter talis ratificatio. quæ etiam ipsa est delictū. vt dixi infra quæst. 87. versico. Quæro nunquid. poterit per ipsum instrumentū probari. Idemque. si delictum consisteret in facto incorporato vel connexo ipsi instrumentum. puta si aliquis faciat instrumentū contractus vltrarij. certe poterit delictū vltræ probari per illud instrumentū. & ita illa conclusionem declarat practica. quæ est optima legum interpretis.

Item si producantur aliqua acta. potest reus dicere. quod acta facta in iudicio civili. non faciunt fidem in criminali. & ita communiter concluditur. vt dicit Fel. in cap. at si clerici. nume. 26. de iudi. Ripa in l. secunda. numero 40. C. de edendo. quem refert pract. Conrad. fol. 283. numero 10. in fine. & Villalob. in sua collecta communium opinionum. in litera A. post nu. 47. Diaz. regu. 10. Sed hoc intellige vt procedat. quantum ad hoc vt plene probat. sed benefaciunt indicium ad inquirendam. vt dixi supra quæst. 19.

Et hoc quidē de plano procedit. quando huiusmodi cautia civilis fuisset agitata super aliqua re in controuersiam deducta. Sed quid si fuerit intentata super crimine. prout sæpenumero contingit. iuxta ea quæ dixi in loco præallegato? Respond. quod adhuc talia acta. neque etiam sententia sit per ipso crimine lata. non faciunt fidem in iudicio criminali. & est communis opinio. vt dicit Abb. in c. inquisitionem. post nu. 12. de electione. quem refert Berous in c. qualiter. & quando. nu. 87. de accu. Apostil. ad Ang. de malef. in verbo. Et est querelam. col. pen. vers. Et aduerte.

Sed

QVAESTIO. LV.

SUMMARIUM.

*De exceptionibus. quæ contra propriam confessionem proponi possunt.*

*Confessio extraiudicialis non sufficit ad probationem delicti.*

*Confessio facta coram iudice incompetenti non valet. nisi. vt extraiudicialis. versiculo.*

*Præterea etiam.*

*Et quid si facta fuerit parte presente. & acceptante. versico. Vnum tamen.*

*Et quid si facta sit coram iudice non sedente pro tribunali. versiculo. Item potest. Remissio.*

*Et quid si talis confessio emanauit extracausam. de qua agitur. versico. Possit etiam dicere.*

*Et quid si facta extorta a iudice sub spe impunitatis. versiculo. Allegare etiam.*

*Et an iudex possit huiusmodi impunitatem reo promittere. versico. Circa primum.*

*Et an res confessus sub spe talis promissionis possit ex ipsa confessione ad mortem condemnari. versico. Circa secundum.*

*Et quid si non constat de delicto. an possit res ex propria confessione condemnari. versico. Potest etiam.*

*Et quomodo dicatur constare de delicto versico. Quomodo autem.*

*Confessio facta a minore sine auctoritate curatoris. an illi nocet. versiculo. Vterius etiam.*

*Confessio facta super processu formato suris ordine non seruato. an nocet consentienti. versico. Item possit.*

*Et quid si facta sit in tormentis. versiculo. Si uero.*

*Confessio cum qualitate adiecta. an possit pro parte acceptari. & pro parte reijci. versico. Possit quoque.*

*Et an saltem reus sit mitius puniendus. versico. Forte possit.*

*Cautela quomodo debeat hoc casu concipi uerba confessionis. versico. Cautius igitur.*

*Reus an possit confessionem a sponte factam resouare. versico. Sed pone.*

Pract. Iul. Clar. T 3 Viuis

Sed quæro. nunquid confessio procuratoris facta in uno iudicio civili. præiudicat principali in alio iudicio criminali? Respond. q non. & ita tenet communiter Doctores. ut dicit Berous in loco præallegato. num. 91.

Sed quid si exhibeatur confessio ipsiusmet principalis facta in alio iudicio civili? Respond. q (secundum aliquos) plene præiudicat consentienti. Et ita uidet tenuisse Spec. in tit. de actionibus §. super petitionibus. nu. 8. cuius opin. dicit esse communem Are. in cap. causam qua. nu. 17. & seq. de testibus. quem refert Bosl. in tit. quomodo procedatur per exceptione. nu. 4. & in tit. de pluribus uiol. post nume. 17. Idem dicit Public. super consuet. Aluer. fol. 21. num. 11. Mihi uero semper placuit contraria opin. quod scilicet huiusmodi confessio facta in iudicio civili non faciat in iudicio criminali plenam probationem sed tantummodo semiplenam. & sic indicium ad torturam: Cum. n. sit facta coram alio iudice. & ad alium finem. potius detur dici extraiudicialis respectu scilicet iudicii. quia iudicialis. merito non debet sufficere ad condemnationem. & si casus cōtingeret. forte ita seruarem. nisi una cum ipsa confessione concurrerent alia iudicia.

Sed pone. quod exhibeatur sententia. & condemnatio lata contra aliquem in loco delicti. nunquid illa faciet fidem in loco originis. uel domicilij. ita ut sit executioni mittenda? Respond. q non. quando lata est per iudicem alterius territorij prorsus separati. scilicet quod sit sub alio principe. uel sub alio præside prouincia. ut dixi infra q. 96. versico. Item quæro. sed tantummodo facit contra eum indicium. ita q etiam aliter non constituto de delicto poterit contra eum procedi. Et superioribus annis ita decisum fuit in senatu. & iussu detineri quidem Io. Ambrosius Plenus. subditus huius ducatu ratione originis. qui fuerat Parisiis condemnatus ad furcas pro uulneribus illatis cuidam. 4. Septembris. 1560. A. C. Ceterum sine causæ cognitione non solent tales sententia executioni demandari. Et ita rescriptis senatus prætorij Cremonæ. 2. Augusti. 1554. P. N.



**V** I S I S defensionibus, que contra testes aut acta in iudicio exhibita, pponi possunt, Quaro, quid si reus confessus sit delictum, nunquid adhuc non obstante confessione, poterit ad evitandam condemnationem aliquid ad defensionem suam adducere? Respo. sic, & in primis potest dicere, quod talis confessio fuit extrajudicialis, que quidem non sufficit ad probationem delicti, Et ita communiter dicitur, ut ait Paris Puc. de synd. fol. 439. capit. tertio, in primis verbis, Ita etiam tenere communiter Doctores attestatur Alber. in l. quoniam, numero 1. ff. de infamib. Bene verum est, quod talis confessio extrajudicialis sufficit ad torturam, ut dixi supra quest. 21. versicu. Confessio extrajudicialis.

Præterea etiam, si confessus fuerit delictum in iudicio, poterit dicere, quod iudex erat incompetentis, talis enim confessio facta coram iudice incompetenti non valet in iudicio, sed tantummodo valet extrajudicialis, Et hæc est communis opinio, ut dicit Aret. consilio 26. circa si. Alex. in l. servus, nume. 3. ff. de iureiur. & in l. magistratus, ff. de iurif. omnium iud. prout illum refert Capic. de civil. 179. num. 1. in fin. Et ideo non sufficit ad probationem delicti, ut statim dixi, sed bene sufficit ad torturam, ut dixi in loco præallegato.

Vnum tamen scias in hoc proposito, quod licet confessio criminis facta extrajudicialiter uel coram iudice incompetenti regulariter non præiudicet ad plenam probationem, si tamen facta fuerit parte præsentis, & acceptante, eo casu facit plenam fidem contra consententem. Ita videtur sentire Abb. in c. si clerici, post nu. 16. versu. Si vero confessio, de ind. quod dicitur sequuntur communiter Doctores, ut ait Berous in eod. c. at si clerici, num. 142. Bene verum est, quod hoc casu requiritur quod pars talem confessionem expresse acceptet, nec sufficeret tacita acceptatio, secundum communem opinionem, de qua attestatur Berous in loco præallegato, num. 143. Sed certe quidquid sit de iur.

re, ego semper vidi in practica obseruari, quod tales confessiones non præiudicant consententibus ad plenam probationem, si deinde illam reuocant, sed tantummodo torquentur, ut in ea perseverent, nisi forte cum huiusmodi confessione concurreret tot alia argumenta, ex quibus posset dici, quod omnibus simul iunctis de crimine plene inquereret.

Item potest dicere, etiam quod iudex esset competens, quod talis confessio facta fuit coram ipso iudice non sedente pro tribunali, & sic tamen coram pro tribunali, talis enim confessio non dicitur iudicialis, ita ut reus possit ex illa condemnari, sed tantummodo facit iudicium ad torturam, ut dixi supra quest. 21. versicu. Sed hic cadit.

Potest etiam dicere, quod talis confessio emanauit extra ipsam causam, de qua principaliter agitur, Hęc tamen defensio non esset multum tuta, quia quando de delicto contingente causam, de qua agitur constat per confessionem ipsius delinquentis, tunc potest ex ea puniri etiam pena ordinaria, licet directo actum non fuerit contra consententem, & in hoc omnes consentiunt, ut dicit Ab. in c. cum super nu. 13. de confess. Hanc etiam opinio dicit esse eodem Aret. in c. causam que, num. 17. de testib. de quo mentionem feci supra que. prox. versicu. Sed quid si habeatur.

Allegare etiam posset, quod talis confessio fuit sibi extorta à iudice, cum promissione impunitatis, quod casu non videtur ex ea posse condemnari, sed ita repetio in facti contingentia, quod quædam Catherina Candolija, que coram prætoris Vogonia confessa fuerat re partum necesse, cum deinde affereret illam confessionem à se per ipsum prætorem bladis verbis minisque extortam fuisse idem; præbasset coram prætore Intri per senatum ad id delegato, fuit tantummodo tortura subiecta, et cum perstitisset in negatiua, fuit absoluta. 27. Iul. 1558. P. N. Sed in hoc proposito duo sunt uidentia. Primum, an iudex, ut veritatem eliciat à reo, possit aut debeat huiusmodi promissiones facere, Secundum, an facta per eum tali promissione teneatur aut debeat illam obseruare.

Circa

Circa primum, dicendum est, quod potest iudex ad eruendam veritatem talem promissionem impunitatis reo facere, & est communis opinio, ut dicit apostil. ad Dec. in l. ea est natura: sub numer. 7. ff. de regulis iuris, quem refer Placa lib. 1. delictorum, c. 37. num. 2. ubi per totum illud capitulum satis bene loquitur in hac materia, certum est enim, quod licet iudicibus indagandę veritatis gratia aliquid simulare, ut colligit ex salomonis exemplo, de quo in c. afferre de presumptione, & est crebrior recepta sententia, ut dicit Placa in d. c. 37. nume. 2. in fine, sed certe hæc opinio mihi nunquam placuit, hoc est (iudicio meo) est illaqueare reum fraude, & mendacio, quod cuiuslibet bono viro, præsertim vero iudici, qui veritatis amantissimus esse debet, videtur summo opere vitandum, neque exemplum salomonis quidquam facit, longe enim differt fictio ac simulatio à mendacio ad deceptionem. Finxit etiam quandoque saluator noster se longum ire, Lucę 24. priusq, finxerit se velle ascendere ad diem festum, & tamen ascendit, Ioan. 7. non tamen quenquam decipit, aut alicui mentitus est. consulo itaque iudicibus, ut ab huiusmodi promissionibus, quantum fieri potest, abstineant, at que alijs iustis modis studeant veritatem delictorum inuenire, prout etiam dixit Dy. in tracta de qualio, quem refert Paris Put. de syndic. fol. 484. ca. 7. circa principium.

Circa secundum vero, an scilicet possit iudex non obstante huiusmodi promissione reum ad mortem condemnare, variae fuerunt scriptentium opiniones, nam Imola conf. 109. consiluit, quod reus iustitute talis confessionis extortę, ut ipse dicit, per dolum, & fraudem non possit condemnari. Et hæc est communem opinionem dixit Cagnol. in d. l. ea est natura. nu. me. 18. in fine, licet dica: aliquando Taurini seruatum fuisse contrarium, Idem autem statuit Remigius de immunitate ecclesiarum, fol. 185. fallentia 26. in fine. Contrariam vero sententiam, scilicet quod imo possit, & debeat reus non obstante tali promissione condemnari, tenuit Cy. in l. præsentia. C. de his, qui ad eccles. consu. & in hac

sententiam si sequentibus item esse dicit. Alciat. in l. natura. in fine. ff. de verbo. sig. Hanc etiam dicit esse communem opinionem Apostil. ad Dec. in d. l. ea est natura. sub nu. præallegato, quem refert Viuius in lib. communium opinionum, verbo, Iudex, pmissitens. Placa in d. c. 37. nu. 7. Vallet enim talis confessio, eo modo extorta, non solum quod iudex dicit reo, ut narret veritatem, quia nihil mali sibi ueniet, sed etiam quando expresse ei promittit, quod liberabitur, modo alterius dolose agendo non procedat, secundum opinionem quam dicit esse magis communem Boff. in titu. de confessis per torturam, nu. 12. Ego certe suspicor opin. Cy. esse magis communem, nihilominus opin. Imolę equior uideatur, præsertim ubi promittens impunitatem delicti poterat etiam de ipso delicto gratiam, seu indulgentiam concedere, pua quæ esset princeps, uel ab eo auctoritatem habens tales gratias delictorum concedendi, tunc enim omnino dicerem seruandam esse ab eo promissionem impunitatis turpe enim est d. in fallere, & dicit Boff. in tit. de confessis per torturam, quod ita semper uidit seruari, & re uera apud nos in semper obseruatum fuit, & quotidie obseruatur, nisi uero sit promissa impunitas ab eo, qui non potest illam concedere, tunc sibi imputet, & credit tali promissioni. Nung tamen huiusmodi reum condemnare cum tali confessione ad penam ordinariam delicti, nisi esset alijs et iudicis grauat.

Potest etiam contra confessionem allegari, quod non constat de delicto, nam ubi aliter non apparet de crimine, quam per confessionem ipsius rei, non debet reus ex sola confessione sua condemnari. Et licet Ioan. Andr. in addit. Specul. tit. de accus. §. versicu. Sed pone A. fuit accusatus, dicit quod contrarium seruatur de facto, & refert Guidonem de Suzaria idem dixisse, ut per Boer. decif. 259. num. 3. quem tamen locum non aud. ego in libro meo hæcenus inuenire non potui, at tamen in hoc loco ad male dixit quæ imo seruatur, & refert licet constat de delicto, nunquam reus condemnatur ex sola confessione, ut etiam sentire videtur Marti.

T 4 pract.

prac. crimi. §. postquam. num. 18. Et ideo dicit Pouzauib. de Lam. post numerū 70. quod iudex debet inquirere de veritate confessionis, quia aliquando aliqui confessi sunt delictum, & postea reperti sunt non deliquisse, & ait, quod ita dicunt doctores, & illum refert Grammat. conf. crimi. 16. post num. 5.

Quomodo autem dicatur constare de delicto, ad effectum, ut super eo procedi possit, dixi supra q. 4. Sed ad effectum ut aliquis possit condemnari ex sola confessione, ego ita distinguem, aut delictum, quod reus confitetur, est tale, quod solo animo pñci possit, ut est hæresis uel similia, & tunc ex quo tale delictum vix alter probari potest, quam per propriam confessionem, crederem quod sola confessio, (modo esse verisimilis) sufficeret, aut vero est delictum, quod etiam facto committatur, & tunc si quidem reus confiteatur, in genere aliqua delicta commisisse, puta vnum aut et plura homicidia, uel multa furta, non exprimitur in specie quos homines interfecerit, aut cuius res furto subtraxerit, certe non debet ex tali confessione condemnari. Et hic casus nulli habet difficultatem apud doctores, ut dicit Bos. in tit. de delictis. num. 15. si uero confiteatur in specie aliquod delictum, puta se aliquem certum hominem interfecisse aut alium furto certa bona subtraxisse, tunc est distinguendum, nā aut est delictum facti transeuntis, cuius scilicet nulla solent remanere uestigia, puta adulterium, fur-tum, & similia, & tunc ubi querela partis concarrat etiam confessio rei, vtique erit sufficiens ad condemnandum, & ita videmus quotidie obseruari, teste Bosio in loco præallegato, numer. 19. ubi etiam, num. 21. subdit, qd in furto practica est, qd sufficit querela partis, ubi uero non adfit querela partis, aut aliqua alia informatio, sola confessio non sufficeret, & ideo iudices quando fures confitentur coram eis mara, & montes, & plura furta se alibi commisisse, debet mittere nuncios ad habendam informationem, has sepe innotentes ostendemur, ut dicit Ang. de malef. in verbo, & ueterem cælestem. numero 25. quem refert Brun-

de iudic. & tortura. fol. 138. num. 10. quod pluries temporib. suis uidisse contingere asserit igneus in l. 1. §. item illud. post numerū sextum. ff. ad sylle. & ita feruari attestatur Bos. in loco præallegato, post nu. 15. verfic. sed quid quando. Et ita feruari debere priusquam suspenderentur quidam fures, & latrones, qui plura delicta confessi fuerant, rescriptis senatus. 12. April. 1561. & 28. Nonenb. 1562. & alias sapissimè. Et propter hoc fuit in magno periculo uitæ quidam doctor, qui consultuit quendam furem, qui plura furta confessus fuerat, de quibus tamen aliter non constabat, furcis esse suspendendum, pro quo doctore consultuit Alex. conf. 19. lib. septimo. aut est delictum facti permanentis, qd scilicet oculis subijci possit, & cuius remanere solat uestigia, ut est homicidium, incendium, & similia, & tunc nisi inspectio, seu uisitationem factam, uel faciendam per carcerum, iuxta ea, que dixi in dicta questione quarta appareret delictum fuisse committum, non poterit reus ex sola confessione condemnari. Et cauti iudices his casibus solent perquiri facere cadauera eorum, qui dicuntur occisi, & ea exhumari, & inspicere, an extet uestigia uel nerum, ut sapius se in contingentiâ facti feruari uidisse narrat Paris. Put. de synd. fol. 207. num. 6. & ideo male potest de iure defendi sententia D. Nicolai Torelli de Prato, qui fecit suspendi tres diffamatos pro assassinis, qui confessi fuerant se occidisse tres incognitos, & eos in mari proicisse, & tamen eorum cadauera non fuerunt reperta, ut refert Angel. in l. certum. num. 2. ff. de confes. & Berous in loco præallegato, post num. 11. & auguit ad Ang. de malef. in loco præallegato, post numerū 25. & Paris. Put. de synd. in verbo, Confessio, c. primo. post num. 1. & igneus in d. l. 1. §. item illud. num. 4. Bene verum est, quod si confessio esset de aliquo homine, certo, & haberentur informationes, qd non reperiretur, & reus faceret illam intercessisse, & apparet aliqua uestigia, nec non reperiretur cadauer, forte potest ex ipsa confessione condemnari, prout etiam refert. hals. super confectu. Burg. fol. 49. post num. 41. condemnatum fuisse a sena-

tu quendam massariam, ipso existente vicario iustitiæ Mediolani, qui confessus fuerat se occidisse dominum suum, & proicisse in lacum Comensem, nam licet cadauer ipsius domini repertum non fuerit, tamè reperito sanguine in loco designato ab ipso met massario, ubi dicebat se delictum perpetrasset, fuit illo ultimo supplicio affectus. Et ita puto intelligi debere ea, qd dicit Bos. in loco præallegato, post nu. 15. qd etiam quando confessio est de homine vel re certa, deest iudex a seipso mittere ad intelligendum, an delictum commissum fuerit, & eo non comperto, illum absoluerit, alias condemnare, subdens qd ita feruatur, satis enim dici poterit compertum delictum in casu prædicto, etiam si cadauer reperitum non fuerit.

Uterius potest reus contra propriam confessionem allegare, qd ipse esset minor propterea, qd eius confessio facta sine auctoritate curatoris illi obesse non debet, de quo uideâ sunt ea, que dixi supra q. 50. circa principium. & dicit Alber. qd semel obtinuit de facto, quod confessio minoris facta in tormentis sine auctoritate curatoris ei non obestet, & ita illum refert Raph. Fulg. in l. clarum. C. de aucto-ritate, relato per August. ad Ange. de malef. in verbo, Comparuerunt, & confitentur totum. post num. 13. & Grammat. qui in facti contingentiâ ita consuluit, conf. cri. 16. Sed certe hæc defensio paru proderet stante consuetudine, de qua dixi in d. q. 50. secundum quam in confessione minoris nõ requiritur curatoris auctoritas, prout etiam communiter seruatur in practica attestatur Bal. in l. 1. nu. 59. C. de confes. que refert Paris. Put. de synd. fol. 457. nu. 7. Angel. de malef. in verbo, Comparuerunt, & confitentur totum. nu. 8. subdens, qd esset quasi ridiculam dicere contrarium. Hoc idem seruari apud Venetos, & multa Italig loca attestatur practi. Casoni, fol. 76. nu. 2. Vide que dixi infra que est. 60. circa principium. ubi etiam dixi, an saltem propter minor ætas ad hoc ut reus in mitiorem poenam condemnatur.

Item potest allegare, qd talis confessio facta fuisse super processu formato per

iudicem iuris ordine non seruato. Scias tamen, qd hæc defensio non ita absolute procedit, sed est distinguenda, an confessio ipsa ipse emanauerit, an uero in tormentis. Nam si quidem confessio est a reo sponte facta, tunc etiam si facta sit super processu nullo, adhuc potest reus ex illa condemnari, & est doctrina Inn. in c. qua liter, & quido. el. secundo. de accus. quam dicit esse communiter approbatam Alex. in l. inier stipulantem. §. j. circa finem. ff. de verb. oblig. ubi etiam las. nu. 11. idem attestatur, & dicit Marfi. in l. prima. §. diuus. nume. 10. ff. de quest. & confes. 94. nu. 7. & consi. 130. nume. 2. & in practi. crimi. §. postquam. nume. 12. quod omnes eunt sequuntur. Idem dicit Alex. consi. 19. nu. 3. lib. septimo. Iosn. Arno. commentario 120. Hæc etiam conclusionem dicit esse communem Marfil. lingu. 201. in confes. sum. Follet. in practi. crim. fol. 285. num. 65. Hæc etiam dicit esse communem opinionem Legistarum, & Canonist. Aucto. Gomef. c. 12. delictorum. nu. 8. Quod tamen intelligendum est ut locum habeat, quando nullitas non procedit ex defectu iurisdictionis, sed ex aliqua alia causa, & ita colligitur ex mente omnium Doctorum, ut attestatur Ant. Gomef. in loco præallegato. Dicit tamen Aug. consi. 173. circa finem. qd est duplicatum in consi. 293. qd quando confessio emanat super processu nullo, tunc est uia, quod reus absoluitur ab obseruatione iudicii, & de nouo procedatur, subdens qd si ipse consulere, hæc partem eligeret, ut effugeret syndicatorum retia, & quod ipse ita obtinuit Perusii in syndicatorum cuiusdam D. Raynerii Lanfranchi, vt ibi per eum, quem refert August. ad Ang. de malef. in verbo, Comparuerunt, & confitentur totum. post num. 1. Et certe credo, quod iudex, qui ita faceret, non erraret, nihilominus cum hæc communis opinio iam sit canonicata in iudicijs, & in scholis, potest iudex in iudicando illam intrepide sequi, absq; eo quod timeret sibi inferri molestiâ in syndicatorum.

Si uero confessio facta sit in tormentis, tunc si legitima indicia non precesserint, & seruata non fuerint seruanda,

talis confessio est ipso iure nulla, nec potest confessus ex ea condemnari, etiam quod in illa perseveret, ita videtur sentisse glossa in l. questionis habende. ff. de quibus sequuntur communiter Doctores, ut ait Foller. in pract. crim. fol. 307. nu. 1. & illam dicit esse ab omnibus celebratam Marfil. consil. 95. num. 10. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Alexā. in l. qui in aliena. §. Celsus. num. 12. ff. de acqui. hære. quem refert Iaf. in eo. §. Celsus. post num. 38. & consil. 188. num. 2. lib. secundo. relatus per prac. Conradi. folio 285. in vigesima prima limitatione. Brū. de indi. & tortura. fol. 134. nu. 3. Bertran. consil. 226. num. 5. lib. 2. in secunda parte. Marfil. in l. prima. in princip. nu. 24. ff. de questio. Anto. Gomel. ca. 15. delictorum. num. 25. Et videtur tex expressus in l. p. ff. de questio. secundum lecturam, quam Bar. & communiter omnes Doctores sequuntur, ut dicit Alex. de Neuo consil. 86. nu. 9. & dicit Augu. ad Ange. de malef. in verbo, Fama publica. post num. 36. quod alias ita obtinuit in persona vnus, qui vocabatur suo nomine Augustinus de Arimino. Et licet Paris Put. de syn. fol. 445. cap. 9. num. 2. intelligat hanc conclusionem procedere in illa tacita perseverantia, quæ inducitur non approbando, neque reuocando, secus autem (secundum eum) si expresse ratificet confessionem ipsam ad banchum iuris, quia tunc (ut ipse ait) habetur tanquam si vlt; à principio sponte confessus fuisset, hoc tamen est contra communem opinionem Doctōrū, ut dicit Hippol. Rimina. inter cōsilia criminalia diuersorum, consil. 105. post nu. 16. versū. Obstat etiam. lib. primo. vbi ostendit contrariam opinionem proculdubio esse magis communem, aliqua nō puto esse recedendum. Quinimo etiā si post huiusmodi confessionem extortā ut tormentorum, iudicis legitimis non precedetibus, deinde legitima superuenirent iudicia, non propterea talis confessio conuallidatur, ut dicit Bar. in l. maritus. nu. 2. ff. de questio. Dixi infra q. 64. versū. Dixi etiam.

Posset quoque reus contra propriam confessionem allegare, quod talis confessio

non esset absoluta, & pura, sed cū aliqua qualitate adiecta, quo casu nō posset, nec deberet pro parte acceptari, & pro parte sperni, iuxta doctrinam Bart. in l. Aurelius. §. idem questio. num. 2. ff. de liber. le. ga. cuius opi. communiter per Doctores approbatur, ut demonstrat loquendo de causis ciuilib. infra lib. proximo. Sed certe hæc defensio esset valde periculosa, nā vbiunque confitens habet presumptionem contra se, eo casu potest eius confessio pro parte acceptari, & pro parte sperni, ut dicit Bart. in loco præallegato, vbi refert, quod homicida, qui confessus est hominem occidisse ad sui necessariā defensionem, habet perinde ac si confessus fuisset simpliciter homicidii sine illa qualitate, nisi deinde illam probet, & potest ex tali confessione condemnari. Et hanc defensionem Bart. dicit esse communiter approbatam Iaf. in l. ut uim. nu. 13. ff. de iustit. & iure. quem refert Bos. in tit. de confessis. post nu. 19. & Menchiaea lib. 3. de telta §. 23. num. 23. Thomas Ferrar. causa quinta. col. 1. & secunda. Petrus Cappelhatius inter consilia criminalia diuersorum consil. 88. nu. 2. lib. secundo. Et dicit prac. Carer. fol. 413. nu. 163. & seq. quod ita communiter concluditur. Hanc etiā opinionem dicit esse communē Boer. de cōsilio. 164. post num. 10. sicut. in l. 1. §. si quis simpliciter. nu. 76. ff. de ver. obi. Berous in c. at si clerici. num. 73. & seq. de iud. simancas de hære. c. 63. nu. 23. Blan. in practica crim. fol. 149. nume. 35. & sequi. vbi dicit, quod in hoc resident communiter Doctores. Menchiaea controuers. illustr. cap. secundo. num. 8. Et dicit Ange. de malef. in verbo, Comparent dicti in quæsti, & partim negant. post principū, quod vidit hanc opinionem Bartol. in practica seruari. Ex his videt, quod Marfil. consilio 136. numero 31. & nume. 44. ubi dicit, quod opinio contra Bar. est magis communis, valde fallitur, & ideo non recedas in practica ab opinione Bar. que proculdubio, & comunim Doctōrum consensu, & consuetudine est magis approbata.

Forte posset hæc exceptio ipsi reo prodesse, quo ad hoc ut minori pena afficeretur,

retur, multi enim tenuerunt, quod licet reus possit ex tali confessione condemnari, non tamen poterit condemnari ad penam mortis, quod dictū originale Abb. in c. auditis. nu. 32. de præscrip. quod dicit esse communem Boss. in tit. de cōfess. nu. 20. & seq. Et dicit Pract. Carer. in loco præallegato, num. 167. quod ita communiter concluditur. Dicit etiam Grammat. consil. 69. in fin. quod ita semper fuit in practica obseruatum, prout etiam idem attestatur super consil. Regni, fol. 16. col. prima. Et ita reperio, quod in facti contingentia Pror. ex Neap. condemnauit ad trimeses perpetuo quendam, qui confessus fuerat alium occidisse ad sui defensionem, & ita in tormentis sustinuerat, ut refert Grammat. voto secundo, de quo etiā mentionem facit idem Grammat. super consil. Regni, fol. 14. nu. 30. Quam tamen practica, ut scilicet ita confessus torqueatur, ego non laudo, neque apud nos vquam vidi illam obseruari, prout etiam idem attestatur Boss. in loco præallegato nu. 27. & seq. Quod tamen intellige ut procedat, quando contra reum non esset aliud aliquid legitimū indicium, alias seque retur, quod de facili reus ita confitendo homicidium, posset euadere penam mortis etiam quod ex alij's probationib. esset de ipso homicidio conuictus, quod esset absurdum. Item intellige ut prædicta conclusio procedat, quando eodem contextu verborum reus confessus est occidisse ad sui necessariam defensionem, tunc enim posset pena mitigari, sed si prius confessus est explicite occidisse, deinde aliquo interiecto addat, quod illud fecit ad necessariam defensionem, tunc ex tali confessione potest absolui condemnari ad mortem, si non probet qualitatem defensionis. Et ita concludunt, & declarant communiter Doctores, ut dicit Boer. in d. de cōf. 164. nu. 11. in fi. & nu. 14. in fin. Quam quidem qualitatem vtiq; potest reus in suis defensionibus probare, etiam quod prius simpliciter confessus fuerit se illud occidisse, ut dixi supra hoc eo. lib. §. Homicidium, versū. ed hic occurrit.

Cautius igitur faciet reus, qui alium ad sui defensionem interfecit, si negauerit

homicidium commississe, se bis sciendo, & si id feci, feci ad mei defensionem, que quidem responsio admittitur. & propria negatiua habetur, & hæc est communis opin. ut attestatur Poff. in d. tit. de confessis, nume. 36. Et licet Grammat. super constitut. Regni, fol. 13. num. 9. dicat tutius esse, quod confiteatur cum illa qualitate, quia evitabit torturam, credo quod in hoc decipiatur, & ipsemet in locis præallegatis, præsertim voto secundo narrat, quod ille Cosmus, qui ita confessus fuerat fuit grauius tortus.

Sed pone, quod reus velit confessionem se sponte factam reuocare, & probare contrarium, non quid erit audiendus? Respond. quod sic, si velit docere confessionem ipsam fuisse erroneam, & errore probare, & hæc est communis opin. ut dicit Aret. in c. cum delicti, in vltimis verbis, de accusatio. quem refert Boss. in tit. de confessis, post num. 60. & in tit. de defensorum, num. 4. Dixi infra quest. 64. versū. Sin autem reus. Et dicit idem Boss. in tit. de confessis, num. 6. quod ita uoluit omnes, deo quod non fuisset (ut ipse ait) velle probare per torturam. Bene potest reus se excusare, & aliquid deducere contra propriam confessionem, quod tamen possit simul stare cum ipsa confessione, non autem illam perimat, & profusus enervet. & ita dicunt omnes, ut ait Boss. in tit. præallegato de confessis, nu. 35. Reperio tamen, quod Salic. in l. fina. post numerū 2. C. de probat. tenuit, quod indistincte proficit reuocatio, & dicit Angel. de malef. in verbo, Comparent, & produxerunt instrumentum pacis, num. 1. quod ita vidit practicari. Sed certe apud nos seruatur contrarium in confessione facta sponte, vel ratificata extra tormenta nam illis nunquam admittitur reuocatio, nisi probato errore.

QVAEST. LVI.  
SUMMARIVM.

Si reus probat licite facere potuisse id, de quo imputatur esse absolutum.

*Putat de iura permissa est illi leuis castigatio, versu.* Potest etiam.  
 Et quid si probet illud aliquo loco & tempore licite fieri potuisse, an id sufficiat, versu. Et in hoc.

**O**TEST etiam reus, qui id, de quo imputatur, confessus est commississe, allegare quod illud licite facere potuit, puta quia forte ille, quem occidisset, fuisset bannitus, vel fur, vel adulter, in furto, vel adulterio, deprehensus, tales enim licet occidere, vt dixi supra hoc eod. lib. §. homicidium, versicul. Vltima est. & alijs seq.

Potest etiam poni exemplum in his, quibus permissa est correctio seu castigatio, puta patris in filium, viri in uxorem, magistri in discipulum, & domini in ancillam, vt in casu Alex. conf. 75. lib. 3. Et reperio, quod in facti contingentia fuit absolutus per senatum quidam de Bonetis, qui filium suum interfecit illum corripendo. 7. Maij. 1555. Marito quidem per mittitur ex iuxta causa verberare uxore leuiter tamen, & ita tenent communiter omnes, vt dicit Alex. conf. 115. nu. 3. libr. quinto. Quo vero ad magistrum, dicit qd illi permissa est leuis castigatio in discipulum, non autem immoderata, ita colligitur ex text. in l. item qui erit. §. si tutor, alias est. §. si tutor, alias est. §. si Iulianus, ff. locati, & ita communiter tenetur, vt attestatur Anan. in Rubri. de magistris, numero 3.

Et in hoc proposito nota, quod ad euitandam condemnationem, ita quod pro delicto quis puniri non possit, sufficit probare tale quid, vt quod appareat illud ex aliqua causa potuisse licite fieri, licet pñtialiter non probetur, qd factum fuerit iure licito, secundum doctrinam Barto. in l. non solum §. sed vt probari. num. 1. ff. de no. ope. nunc. cum qua Doctores videntur communiter sine additione trāsire, vt dicit Alex. in eod. §. sed vt probari. quem legit cum §. sciendum. nu. 2. quem referat Gratianus. conf. 57. p. 2. nu. 8. Illa etiam doctrinam dicit esse cōter probatam Ial. in d. §. sciendum. post num. 7.

August. ad Ang. de malef. i. verbo, De an no presenti. post num. 5. Et ait Dec. in c. in presentia. numer. 72. de probat. quod totus mundus illam sequitur, quod refert Neutzan. in Sylua nuptiali. fol. 12. col. 2. versic. Vigesimalprimus principalis. Riminal. conf. 44. post numer. 4. Bertrand. conf. 290. nume. 4. lib. 3. in prima parte. Tortus inter consilia Ant. de Butr. conf. vltimo. nume. 7. Anton. Gomez super l. 80. Tauri. num. 57. Berous in cap. in presentia. num. 133. de probatio. Nam vbi-  
 que aliquid est prohibitum, & punibile certo, & limitato loco, vel certo, & limitato tempore, oportet quod accusator praeite probet reum illum fecisse in illo tempore vel loco prohibito, alias praesumitur factum loco, & tempore licito, vt per Bar. & alios in locis praeregatis. Et ex hoc infert Bart. ibi, quod si accusator probet, quod accusatus vulnerauit Titium de mense Nouembris, & accusatus probet, quod de mense Nouembris Titius esset bannitus, etiam si non appareat, quod Titius fuerit bannitus antequam accusatus illi vulneraret, nihilominus accusatus est absolendus. Et hanc decis. Bart. dicit esse comunem August. ad Ang. de malefic. in verbo, De anno presentia, post num. 6. Parisius in d. cap. presentia, num. 31. & seq. Boffius in titulo de conuictis, num. 60.

## QVAEST. LVII. SVMMARIVM.

*Vbi reus alias de eodem crimine absolutus fuerit, aut condemnatus, non potest contra eum amplius procedi.*

*Et quid si sit absolutus, non quia crimen non commiserit, sed quia non fuerit probatus, versu.* Sed hoc quidem.

*Et in dubio qua ex causis praesumatur absolutus, versu.* Sed hic quero.

*Et an ille, qui primam accusationem ignorauit, possit non obstante absolutione sua perinde secuta, iterum accusare, versu.* Sed pone.

*Et quid*

*Et quid si primus accusator praenunciatus fuit, versu.* Vltimus quero.

*Et quid si fuit absolutus virtute transactionis initae cum accusatore, versiculo, Sue cessiue quero.* Remissive.

*Et quid si processum fuit per inquisitionem, versu.* Procedunt etiam.

*Et quid de iure canonico, versicul.* Sed hoc quidem.

*Et quid si sit secuta absolutio per suam dispensationem, versu.* Habet etiam.

*Et quid si quis fuerit absolutus in foro penitentiali, versu.* Sed nunquid.

*Et quid si sit absolutus in foro ecclesiastico de crimine, pro quo possit etiam procedere iudex laicus, versu.* Sed hic occurrit.

*Emittis de aliquo crimine an possit iterum accusari, versu.* Dicitur est.

*Et quid si iudices sint sub diuersis praesidibus, versu.* Scias etiam.

*Et quid si quis fuerit punitus a iudice ecclesiastico, & crimine sit communis foro, versu.* Sed quero.

*Et quid si crimen sit male de atrocibus, versiculo, Vnum tapen.*



**A**LIA est etiam defensio, qua reus iudicio criminali proponere potest, qd scilicet alias de eodem crimine absolutus fuerit, aut et condemnatus, nō eo casu nō potest vltius contra eum procedi, & ita tenent communiter Doctores, vt dicit praes. Conradi. fol. 227. num. 11. Pro intelligentia autē huius materiae facienda est in primis conclusio, quod de his criminibus, de quibus semel quis fuit absolutus, non potest accusatio replicari. text. est in c. de his de accus. & in l. si cui. §. i. ff. de accus. & ita dicunt communiter omnes Doctores, vt attestatur, Ang. de malef. in verbo, Et ad querelam. nunc. 90. nam de eiusdem hominis delicto lapsus querendum non est, & ita in facti conuergentia consuluit Mantua conf. 251. lib. 2. & Io. de Amicis conf. 37. in prima regula.

Et haec quidem conclusio de plano procedit, quando quis est absolutus eo quia

non commisit crimen, nam eo casu procul dubio illi competit huiusmodi exceptio rei indicata, & dicit Foller. in pract. crim. cano. fol. 302. numero tertio. qd haec est vera conclusio ab omnibus approbata tam secundum Legistas, quam secundum Canonistas. Et hoc nō solum si primum iudicium fuerit criminaliter intentatum, sed etiam si fuerit intentatum ciuilitate, adhuc enim si reus fuerit absolutus, eo quia crimen commissum non fuerit, non potest amplius criminaliter accusari, ita dicit Cyn. in l. vnica in tertio quaest. C. quando ciuili. actio crim. prauidi. quem sequitur communiter Doctores, vt dicit Socin. in l. qui agnatis. post nume. 3. ff. de exceptio. & est communis opinio, vt ait Boff. in tit. de sentent. numero 77. Sed si esset absolutus eo quia probatum non fuisset, tunc vtrique possit iterum accusari.

*Sed hic quero an in dubio censetur quis absolutus, eo quia crimen non commiserit, an autem quia probatum non fuerit? Respond. quod in dubio sententia absolutoria in causa criminali censetur lata ex eo, quod non fuerit probatum, & ita communiter tenetur, vt dicit Augusti. ud Ang. de malef. in verbo, Et ad querelam. post nume. 88. versu. An autem, vbi etiam Hieronymus in apostol. attestatur hanc esse communem opinionem Villalpand. super .22. c. 50. numero 5. in fine. Scias tamen, quod in hoc Ducatu haec opinio non seruatur, nam vt dixi infra quaest. 62. ver. Forma autem, stylus est, quod quando quis absolutus, eo quia crimen non commisit, fertur sententia absolutoria simpliciter, & diffinitiuē, ubi vero absoluitur, quia non probatum, semper apponitur clausula stantibus rebus prout stant, & hoc fecundo casu quandoque superueniat noua iudicia, semper proceditur, sed quando est simplex absolutoria, non potest amplius procedi, vt ibi dixi.*

Sed pone, qd aliquis primam accusationem ignorauerit, nunquid ipse non obstante absolutione poterit accusare? Respond. qd sic, si suam, vel suorum iniuriam prosequatur, text. est in d. §. i. ff. de accus. & ita tenet gl. vnica, in d. de his, quam dicit esse communiter receptam Did. lib. 2. ref. c. 16. po. ff.

post num. 1. vers. Tertio admittenda. Probabiturque hoc casu ignorantia per proprium iuramentum ipsius accusare uolentis, ut dicit gloss. in d. §. iisdem. in verbo, Deceatque, quam Doctores sequuntur, ut ait Didacus in loco præallegato, nisi aliter in contrarium de scientia appareat. Et ita hodie tenari attestatur Anto. Gomez libr. 1. delictorum. cap. 1. nume. 26. in fine. Debet etiam hoc casu esse & probabilis & uersimilis ignorantia. & etiã oportet, qd sub sit aliqua magna causa ad hoc ut amplius procedi possit, ut aperte dicit text. in d. §. iisdem. ibi, magna ex causa. Et ideo cum de hoc casu de facto contigisset, ego dicebam non esse audiendos huiusmodi de nouo accusare uolentes, nisi in criminibus in ignis, & atrocioribus, & nisi esset iudicialis de omnibus impensis, & damnis, in casu quo delictum non probarent, quia non uidebatur posse dici subesse magna causam, ubi non esset grauis etiam qualitas ipsius criminis.

Uterius quero, si primus accusator per uaricatus fuisset, nunquid poterit alius accusare? Respond. qd sic, ita dicit gl. prædicta, in d. c. de his. & est communis opinio, ut ait Didacus in d. c. 10. post nu. 1. vers. Secundo tunc demum. Non enim debet obesse dolus primi accusatoris huic secundo accusare uolenti, pro quo ita fauor publicus, ne delicta impunita remaneant.

Successiue quoero, quid si in primo iudicio reus fuerit absolutus uirtute transactionis inter accusatorem, nunquid poterit ab alio accusari? Dixi infra qd. proxima, vers. Sed pone.

Procedunt etiam hæc omnia, quando in primo iudicio processum fuit ad instantiam accusatoris, nam eo casu secuta abolitione, non debet posse accusatio replicari, sed quid si processum fuerit via inquisitionis? Respond. qd adhuc locum habet conclusio, ut non possit de nouo accusari, & est communis opinio, ut dicit Berous in d. c. de his. num. 20. Nè inquisitio habeatur loco accusatoris, ut supra sepius dixi, merito idem de ipsa iudicandum est.

Sed hæc quidem conclusio de plano procedit de iure ciuili, secundum cuius dispositionem ita imponitur poena ordinaria

quando proceditur per uiam inquisitionis, sicut quando proceditur per uiam accusationis, ut dixi infra q. 60. vers. Potest etiam. Et ita hæc conclusionem attestatur esse communem Aret. in d. c. de his. num. 21. & sentit Berous in loco præallegato. Sed quid de iure canonico, secundum cuius dispositionem non solet imponi poena ordinaria delicti, quando proceditur per uiam inquisitionis, nunquid hoc casu poterit pars offensa accusare ad imponendam poenam ordinariam? Respond. Aliqui dixerunt, qd sic, & ita communiter esse receptum ait Didacus in d. c. 10. nu. 5. qd scilicet ab solutus in iudicio inquisitionis possit iterum accusari, quoties non esset imponenda poena ordinaria delicti. Quod tamen ego in practica nunquam uidi seruari, neque seruarem, præsertim si pars offensa fuisset citata ad subministrandum, iuxta practicum, quæ hic seruatur, uel aliter sci uisisset, aut scire potuisset iudicium ipsum inquisitionis fuisse intentatum.

Idemque dicendum est, si reus absolutus fuerit in iudicio agitato super denunciatione, & ita dicunt Doctores, teste Card. Alex. in c. de accusatione. col. 69. vers. Quero, an absolutoria. 2. quaest. 8. Nam te uera iudicium, quod sit super denunciatione, non differt à iudicio inquisitionis, ut dixi supra q. 7. circa principium.

Habet etiam locum hæc conclusio, quod post abolitionem alia accusatio non permittitur, quando processum fuit ad abolitionem per uiam iustitiæ. Sed quid si secuta sit absolutio per uiam dispensationis, nunquid erit accusator postea admittendus? Respond. quod non, ita tenet gl. præallegata in d. cap. de his. quam sequuntur communiter scribentes, ut ait Decius consil. 137. circa principium. Quod intellige, modo dispensatio processerit ab eo qui haberet potestatem dispensandi, ut dicit gloss. ibi, subdens, qd crimina semel dimissa, iterum in uisionem venire diuina clementia non patitur. Scias tamen, quod si aliquis ob idem delictum fuerit condemnatus in loco delicti, & etiam in loco originis in contumaciam, prout quotidie fieri uidemus, si deinde habuerit gratiam à domino loci delicti, non potest et

talis

calis gratia in loco originis, & ita declaratur uentus. 9. Nouemb. 1556.

Sed nunquid si quis fuerit de aliquo crimine absolutus in foro poenitentiali, poterit ulterius de ipso crimine accusari Respond. quod sic, secundum præallegatam gloss. in d. c. de his. quam omnes approbant, ut dicit August. ad Ang. de malefic. in uerbo, & ad querelam, nume. 91. Et ait Didacus in d. c. 10. numero 3. quod illa gl. est communiter recepta. Idem dicit Card. Alex. in cap. habet. col. fin. uerbi. ideo etiam. secunda quaest. 5. Simancas de heret. ca. 8. numero 4. alias enim quis de facili habita absolutio à cōfessore posset euadere poenam delictorum, quod esset ualde ridiculum. Idemque dicendum est si fuerit punitus in foro poenitentiali poena quantumcumque magna, adhuc enim non attemptata tali punitione poterit puniri in foro iudiciali, ita tenet gloss. in cap. gaudeamus, in gloss. fin. de diuort. quam omnes Doctores sequuntur, teste Anto. Gomez. cap. 1. delictorum, post numerum 40. uerbi. Sit prima, ubi etiam subdit se hoc uidisse de facto in quibusdam seculis, qui in die carnis prius quoddam spectaculum fecerant in uilipedium Dei, & Catholice religionis.

Sed hic occurrit alia quaestio, Tu scis, quod multa sunt crimina communis fori, scilicet pro quibus potest laicus puniri à iudice laico, & etiam ab ecclesiastico ut dixi supra q. 37. pone, quod aliquis fuerit de tali crimine accusatus coram iudice ecclesiastico, & ab eo causa cognita absolutus, nunquid poterit non obstante dicta abolitione iterum coram iudice laico de ipso crimine accusari, & puniri? Respond. quod sic, & ita omnium consensu receptum esse attestatur Didacus in d. cap. 10. nu. 6. Nam iurisdicatio ecclesiastica, & secularis sunt prorsus separata, & distincte ideo absolutio lata in una iurisdictione, non parit in alia exceptionem rei iudicæ, & ita in facti contingentia consuluit Bal. consil. 260. lib. 3. contra quandam imputatum quod cognouerat quandam monalem, qd fuerat ab episcopo absolutus, faciunt ea, que dixi infra uerbi. scias etiam, & seq. & refert Papo lib. 1. titu. 5. Arresto

46. iudicatum fuisse per parlamentum Parisien. quod clericus in cassibus in quibus, ex priuilegio Gallico possunt puniri etiam à iudicibus laicis, si prius fuerint puniti de criminibus absoluti à suis iudicibus ecclesiasticis, possunt non attenda huiusmodi absolutioe à laicis puniri.

Sed quid si pro eo crimine fuerit punitus ab ecclesiastico? Dixi infra uerbi. Sed quarto.

Dictum est non posse procedi contra eum, qui fuerit pro eo crimine absolutus, sed quid si fuerit punitus? Respond. Si qui dem fuit punitus ex poena, quam requirebat qualitas delicti, nulla est difficultas, quod non pot amplius procedi, & ita in facti contingentia consuluit Bal. consil. 31. lib. 4. & consil. 292. eod. uol. & consil. 124. lib. 5. & Paul. de Castro consil. 18. libro. 1. Ita etiam declarant tenari in causa cuiusdam Andreæ Marzæ, qui fuerat punitus ex causa ludi prohibiti, & iterum pro eodem delicto molestabatur. 23. Nouem. 1555. Sed si fuit punitus minori poena quam criminis qualitas requiret, forte, posset dubitari. Adhuc tamen dicendum est, quod non potest iterum puniri, & ita quotidie practici uidemus, ut dicit Baldus consilio trigefimo quarto in fine libro primo. militat enim etiam hoc casu generalis ratio, quando de eodem delicto sepius non est querendum. Quod tamen intellige ut procedat, nisi ex parte iudicis, qui minore poenam imposuit intercessisset aliqua fraus, uel collusio, imponendo poenam leuiorem delicto ualde graui, nam eo casu, non obstante huiusmodi punitione, posset reus iterum accusari, & puniri. Et ita reperio iudicatum fuisse in causa cuiusdam Gasparis Canouæ, qui pro homicidio animo deliberato patrato fuerat punitus poena pecuniaria per prætorum Domus Ostiæ. Iussit enim, Senatus eius Prætori successori, ut nulla habita ratione illius condemnationis, de nouo contra ipsum Canonam procederet. 8. Octobris. 1556. P. N. Et Paul. de Castro consilio 348. libro primo consuluit, quod quidam, qui fecerat compositionem pecuniariam cum iurario episcopi pro adterio, poterat non obstante

obstante oppositione iterum ab episcopo inquiri, & puniri.

Scias etiam, quod licet prædicta cōclusio procedat de iure, tamen consuetudo illam non admitti, nisi quando isti duo iudices sunt sub eodem domino, Sed quando eorum territoria & iurisdictiones sunt penitus separatae, & distinctæ & sub diuersis præsidibus prouinciarij, sic si delictum commissum in uno loco potest puniri à duobus iudicibus insolidum, condemnatio facta ab uno, & exactio pœnæ non tollit executionem, neque punitionem coram alio, Et ita de consuetudine obseruari attestatur Bal. relatus p̄ Aret. in d. c. de his, num. 20. & in specie ita seruari in Italia dicit Iaco de Belusio cōf. 9. circa si. inter consilia criminalia diuersorum lib. primo.

Sed quero, quid si aliquis fuerit accusatus coram iudice ecclesiastico pro aliquo crimine ex his, pro quibus etiam iudex ecclesiasticus potest contra laicum procedere, de quibus dixi in d. q. 37. & q̄ fuerit ab ipso iudice ecclesiastico punitus, nunquid poterit iudex laicus illum iterum pro eodem delicto grauius punire? Respondet, q̄ sic, & est communis opinio, ut dicit Feljn. in d. c. de his, num. 10. put illum refert Alejat. in c. 1. num. 128. de off. ord. q̄ & ipse attestatur hanc esse communem opinio, licet ego in libro m. o non reperiam Feljn. in eo loco id attestante, Didac. in d. c. 10. post nu. 6. Anto. Gomez. c. primo de delictorum, post nu. 40. in prima conclusione: sunt enim iurisdictiones distinctæ, & prorsus separatae, ut dixi supra. vers. Sed hic occurrit. Subdit tamē, Ant. Gomez. in loco præallegato circa si. q̄ aliud esset dicendum, si prius fuisset punitus iudice laico, nam (secundum eum) non potest deinde ab ecclesiastico molestari. Et dicit, q̄ ita colligitur ex mente omnium doctorum, quod ego etiam sequor, dum modo pœna imposita per iudicem laicum non esset minor illa, quam pro eo crimine potest imponere iudex ecclesiasticus, loquendo de pœna corporali uel pecuniaria. Nā licet pœna excommunicationis, quā iudices ecclesiastici passim imponunt, secundum quid sit grauior omni pœna temporalis,

tamen tædatur potius ad salutem animæ, & sic sit potius medicinalis, quam afflictiva non est in hoc proposito conuincenda inter graues pœnas.

Vnum tamen scias, quod tanta potest esse criminis atrocitas, q̄ non obstante punitione per vnum iudicem illata, potest etiam p̄ alium iudicem puniri. Et ita colligi uidentur ex text. in c. ad falsarium. de crim. falsi. & in hoc omnes doctores consentiunt, ut attestat Ponta. super consuet. Blesm. fol. 182. col. 1. in fi. ubi p̄ tres col. faris eleganter loquitur in hac materia.

## QVAEST. LVIII. S M M A R I V M.

*Pace habita ab offenso, an possit ulterius procedi.*

*Et an possit transigi super crimine prius, quam sit instituta accusatio, vers. Sed punctus est.*

*Et an facta pace possit capere iudicium, possit iudex illud proficere, ibid.*

*Et an stante pace possit tertius accusare, vers. Sed pone.*

*De quibus criminibus possit fieri pax, vers. Successiue uideamus.*

*Et an de criminibus priuatis, vers. Habet que.*

*Et an ubi ingerit tantum pœna zomilationis mēbri, vers. Item locum.*

*Et an ubi pœna fugitationis, vers. Sed quid si ingeratur.*

*Et quid si agatur de imponenda pœna perpetui carceris, vers. Hinc inferitur.*

*Et an ubi agitur de amittenda libertate, vers. Item quero.*

*Et an super crimine adulterij, vers.iculo.*

*Excipitur tamen.*

*Et an super crimine raptus, vers.iculo.*

*In alijs autem.*

*Et an super crimine incestus, vers. Secundo inferitur.*

*Et an super supra, vers. Tertio inferitur.*

*Et an super criminibus, pro quibus non ingeritur pœna sanguinis, vers. Secunda regula.*

*Ita quid*

*Et quid si agatur de crimine priuato, vers. Sed hic quero.*

*Et quid si agatur de crimine, pro quo de iure sit imposita pœna mortis, & a statuto imposita sit pœna pecuniaria, vers. Pone modo.*

*Et quid si agatur de crimine falsi, vers.iculo.*

*Ab hac autem.*

*Et an in casibus in quibus est prohibita tractatio, sit etiam prohibita gratuita pœnitentia, vers. Scias etiam.*

*Et an si statutum prohibeat fieri pacem pro aliquo delicto, censetur etiam prohiberi fieri pacem cum eo, qui delictum ipsum fecit, vers. Vnum autem.*

*Ad quos spectet ius faciende pacis, vers.iculo.*

*Pater an possit remittere iniuriā factā filio, vers.iculo.*

*Quero nunquid.*

*Prælati an possit remittere iniuriā factam ecclesie, vers. Præterea quero.*

*Et quid in blasphemia, vers. Sed quid dicendum.*

*Offenso monacho, an spectet ius faciende pacis monasterio, uel filio, vers.iculo.*

*Viterius quero.*

*Filij spiritus an possint pacem facere de morte parentum, vers. Scias autem.*

*Tutor an possit facere pacem nomine pupilli, vers. Quero an tutor.*

*Procurator cum libera an possit pacem facere, vers. Sed an procurator.*

*Pax habita a vulnerato, qui deinde moritur an prestet vulneranti, vers.iculo.*

*Quero pone*

*Et an pax facta pro vulneribus prestet pro morte, vers.iculo.*

*Vnum tamen.*

*Marito, qui uxorem occidit, an possit pax habita a filijs communibus, vers. Continuitur etiam.*

*Filius, qui non uult esse heres patris, an possit facere pacem pro morte patris, vers.iculo.*

*Quero nunc.*

*Et an filius faciendo pacem censetur adire patri hereditatem, vers. Sed hic incidenter.*

*Si offensus decedat, relictis pluribus heredibus, an sit habenda pax ab omnibus, vers.iculo.*

*Frequenter solet.*

*Et an sit habenda pax a semina herede.*

*vers. Sed quid si inter*

*Et quid si nullus ad sit heres, a quo possit haberi pax, vers. Sed quid si nullus.*

*Pax an possit fieri absenti, vers.iculo.*

*Di&um est.*

*Pax facta pro iniuria an tollat etiam interest se respectu damnorum, & expensarum, vers.iculo.*

*Quero modo.*

*Remissione facta in foro conscientie, nunquid sublatum sit ius accusandi, vers.iculo.*

*Sed in proposito.*

*Restitutio rei ablata, uel satisfactio an habeat vim remissionis, vers. Adde quod etiam.*

*Iudex an possit cogere offensem ad faciendam pacem, vers.iculo.*

*Pro complemento.*



**E**QUENS est defensio quā reus contra processum proponere potest, q̄ scilicet habet pacē seu remissionem à parte offensa, & hac materia est valde utilis, tum propter statuta, quę ple runq; habita partis remissione minuunt pœnas delictorum, uel etiā aliquando disponunt delinquentes habita pace nō posse molestari, quam etiam, p̄pter gratias, seu remissiones quę illis fiunt à principe quę in hoc Ducatu, & multis et in locis non fiunt, nisi præuia partis remissione. Hęc autē pax seu remissio partis offensa si habita esset antequam capturn esset, p̄cedi, multum prodesse potest delinquenti atenta dispositione iuris cōmunis, secundum quam nō procedit regulariter sine accusatore, ut dixi supra q. 3. uer. Debes autē, uideamus enim, q̄ ubi pars offensa nō accusat, raro solent alij accusare, ut experientia docet. Sed de consuetudine, secundum quam hodie iudice pro quocunq; crimine procedunt per inquisitionem, id est ex officio, ut dixi in d. q. 3. uer. Sed certe, parū prodesse partis remissio quo ad impedidum processum, quia iudex ea nō obstante, p̄cederet ex officio, & ita in facti contingencia rescriptis tenentis p̄tori Com. 16. Septem. 1546. P. N. Bene possit prodesse quo ad debilitandū re ipsa processum, nā ubi pars remittit, uideamus

Pract. Iul. Clar.

V ut

vt plurimum, quod cū maxima difficultate possunt haberi per sibi indicia uel probationes contra delinquentes.

Sed punctus est, nunquid possit transigi super crimine antequam sit super eo in scripta accusatio, nam de iure loquedo uidetur qd non, & qd si facta sit transactio, nihil ualet, quinimo illemet, qui remisit pactum uel per transactionem poterit non oblatē tali pace uel transactione accusare, Et est cōsopi. ut dicit Ale. in l. transigere, nu. 16. C. de transact. quem refert Paris. consil. 150. nu. 4. lib. quarto, & Mantua in ea. l. transigere, nu. 294. in fi. & fuit opi. gl. in l. iurisdictionis. §. si pacificari, in uerbo Non liceat, versic. sed an idem. ff. de pac. quam dicit esse communiter approbatā Villalpand. in repet. l. 22. c. 4. nu. 1. Sed certe de consuetudine contrarium seruatur, nam quodcumq; sunt paces, & transactiones super criminibus, semper uaalent & sunt obseruanda, & licet de iure cōmuni transactio, seu pactum facta per proximiorē offensā, non impendiat, quominus alius sequens in gradu possit accusare, se cundum communem opi. de qua per Villalpand. super l. 22. c. 5. nu. 1. nihilominus de consuetudine seruatur, qd ubi primus in gradu remisit, nō possunt alij accusare, nisi put posset quilibet extraneus, & ita in casu statuti uel decreti, uel gratiæ particularis semper remissio proximioris tollit alijs facultatē accusandi, Et ita in practica indistincte sēp uidi obseruari. Postceptum autem iudicium, siue pūā accusationis, siue pūā inquisitionis, credo qd hęc defensio fundata sup pace aut remissione partis, esset modici effectus, nā non obstantē tali pace, seu transactione, quæ facta esset super crimine, etiā in casibus à iure permissis, deuenitur ad condemnationem contra delinquentem, perinde ac si nulla pax, aut remissio parti secuta esset, & dicit Gan. de malef. in tit. de transactio. nu. 13. qd hęc est opi. omnium doctorum communiter, & qd ita de consuetudine seruatur, quem refert Villalpand. in repet. l. 22. c. 6. num. 5. Praet. Carev. fol. 105. nuca. 379. relatus, & ipse per Vilalob. in sua collecta communium opin. in litera T. nu. 131. ubi subdit qd ita praxis obser-

uat. Dicit etiā Vitali. de malefic. in tit. de pace, nu. 4. quod in hoc cōcordant cōmuniter Doctores, & quod ita seruatur. Ita etiā seruari attestatur Ang. in d. l. transigere, post num. 10. quem refert Anan. in capi. primo, post num. 20. de collus. deteg. & Car. 41. in c. si quinquam §. in omnibus, in gl. prima, secunda quæst. tertia, & Villalpand. in repet. l. 22. c. 5. post num. 2. Et dicit Alber. in secunda parte statutorum, quæ est. 126. quod ita communiter tenetur, & seruatur, quod tamen intellige, modo delictum sit tale, p quo possit ex officio procedi, & ita in facti contingentiā rescriptis tenetur pratori Cremonæ 24. Iulij. 1564. Vide quæ dixi supra quæst. 51. versic. Sed quid iud. accusator. Verū est quod Bar. in d. l. transigere, nu. 7. tenet, qd facta transactione super crimine in casibus à iure permissis non possit deueniri ad condemnationem sanguinis contrarium, & Curt. lun. in d. l. transigere, nu. 29. dicit hanc opin. esse communem, quæ forte etiā in puncto iuris est uerio, & in regno Castellæ passim & indistincte obseruat, ut attestat Villalpand. in repet. l. 22. c. 6. num. 1. & seq. & Ant. Gomez. c. tertio delictorum, nu. 55. & seq. in hęc do literæ tex. d. l. 22. licet idē Gomez. referat quando que contrariū fuisse obseruatum. Nihilominus ueritas est contrariam opi. esse magis communem, & ita semper uidi seruari ubique locorum, ubi non extent in aliquibus casibus statuta contrarium disponentia, Cum enim ex generali consuetudine totius Italiæ, & forte etiā totius orbis, possint iudices ex officio procedere super quibuscumq; delictis, ut supra dixi, parū curamus, an pars accuset, uel remittat, & in hoc (maxime stante consuetudine) nō est dubitandum. Et ideo in casibus, in quibus, non potest procedi nisi ad querelam partis, credendū quod remissio partis superueniens tollit omnem processum, & quod accusatus esset omnino absoluentus, in cæteris autem tenenda est communis opi. vt scilicet remissio partis nihil operet quoad hoc ut processus impediatur aut tolli possit. Et hoc aperte inuict decretum in nouis consil. in tit. de accusat. in casibus, ditpo-

nens

nens, quod ubi agitur de pena pecuniaria habita remissione ab offenso, uel eius heredes, non possit aliquo modo procedi, nisi sint casus, in quibus possit etiam ex officio procedi.

Et scias, qd licet secuta abolitione per transactionem, uel mortem accusatoris, possit iudex accusationem ipsam prosecui, debet tamen nouum processum, & nouam instantiam inchoare, ex quo prima instantia per transactionem fuit extincta, ita tenet Bart. in d. l. transigere, num. 8. cuius sententiam dicit esse communem Antonio Gomez. c. primo delictorum, post num. 36. versic. Ex quo aperte, licet ipse teneat contrariū, & re uera cum hodie (vt sæpius dixi) iudex inquirendo concurrat cum accusatore, practica seruatur, quod per transactionem non dicatur precepta instantia, sed potest iudex illam quodcumque prosequi, secundum Ang. in d. l. transigere, nu. 7. quem refert Don Ant. de Padilla in d. l. transigere, nu. 47. Et ita de consuetudine hodie obseruari attestatur Antonio Gomez. in loco praallegato. num. 37. in fine. Vide quæ dixi supra quæst. 51. versic. Pariter etiam, adde quod accusator, qui transigit super crimine, etiam in casibus à iure permissis, incidit in penam senatusconsulti. Turpil. & est communis opinio, vt dicit Curt. Iuni. in d. l. transigere, nu. 29. quem refert Don Anton. de Padilla in ea. l. transigere, num. 46. Villalpand. in repet. l. 22. c. 71. nu. 2. Et sic punitur non vt præuaricator, sed vt desistens, quam etiā opinionem dicit esse communem Ale. in ea. l. transigere, nu. 10. in fi. licet enim lex permittat accusato transigere, vt sanguinem suum redimat, non tamen propterea permittit ac. uisator, vt se corūpi patiatur. Sed certe quodquid de iure, hoc apud nos non seruatur in practica, ut accusator transigens in aliquo casu punitur.

Sed pone, quod pars offensa faciat remissionem d. l. in quenti, nunquid poterit aliquis tertius, non obstante tali remissione, ipsum delinquentem de eo crimine accusare? & respon. quod sic, & est communis opinio, vt dicit Fel. in c. de his, nu. 3. de accusat. ubi dicit, qd ita tenent omnes Doctores. Curt. lun. in d. l. transigere, nu. 34. Ma-

ranta in suo Speculo fol. 84. post num. 61. didacus lib. secundum resolutionum. c. 10. post nu. 5. versic. Non idem. Don Anto. de Padilla in d. l. transigere, nu. 51. Quod intellige vt procedat in criminibus, in quibus illi tertio competit ius accusandi, uel quia crimen sit publicum, uel quia prosequatur suorum iniuriam, alias secus.

Successive uideamus, super quibus criminibus licitum sit facere pacē, seu transactionem? & respon. Et hoc habemus textum in d. l. transigere, ubi est locus ordinarius huius materię, ex quo colligitur prima regula, qd de criminibus, pro quibus ingeritur pena sanguinis, licita est transactio, & dicit Placa lib. primo delictorum. c. 39. num. 3. quod est consuetissima conclusio, & frequenti Doctorum calculo recepta sententia. Ratio autem huius conclusionis est, quia uiciniq; licet sanguinem suum redimere, ita dicit glo. in d. l. transigere, in uerbo, Prohibitum. quæ quidem ratio ab omnib. approbatur, vt dicit Purpurat. in d. l. transigere, num. 17. & illam communem appellat Curt. Iuni. in eadem l. transigere, nu. 4. quem refert Don Anton. de Padilla, ibidem nu. 2. Mantua in ead. l. transigere, nu. 18.

Habetq; locum hæc conclusio non modo in criminibus publicis, sed etiā in priuatis, nam si pro illis, puta pro furto, uel huiusmodi imposita sit pena sanguinis, utiq; etiam in illis licita erit transactio, & est communis opinio, vt attestatur Villalpand. in l. 22. c. 1. num. 11. Ant. Gomez. c. tertio delictorum, num. 54. prout illum refert Don Anto. de Padilla in d. l. transigere, num. 7. Militat enim eadem ratio, quia scilicet uiciniq; licitum esse debet sanguinem suum redimere.

Item locum habet conclusio non solum in criminibus, pro quibus ingeritur pena mortis, sed etiam in illis, pro quibus ingeritur pena mutilationis membri, & est communis opinio, vt attestatur scribentes in d. l. transigere, & in specie Curt. Iuni. nu. 23. & Purpur. num. 9. & Alciat. nu. 45. & J. on Anton. de Padilla, num. 8. Villalpand. in l. 22. c. 1. num. 4. Chaff. super consue. Burgund. fol. 56. num. 129. Talis enim dicitur etiam pena sanguinis.

Sed quid si ingeratur solimodo poena a suffragationis? Respondeo, quod etiam super illis licita est transactio, & est communis opinio, vt dicit Cur. iun. in d.l. transigere. nu. 26. Chaff. in loco praeallegato. Purpurat. in d.l. transigere. nume. 12. Don Anton. de Padilla in ea. l. transigere. num. 10. Et haec opinio mitior est, & mihi magis placet, quamuis contrariam opinionem multi sequuntur, quam etiam communem appellat Roma. in ea. l. transigere. nu. 9.

Item quae, quid si agatur tantum de amittenda libertate aut auctoritate, nunquid poterit transigi? Respond. quod non, ita tenet gl. in d.l. transigere. in verbo, Capitali, quae in hoc communiter approbatur, vt dicit Bur. iun. in eadem l. transigere. num. 27. Nam eo casu non dicitur proprie agi de poena capitali, vel sanguinis, merito cessat legis ratio, & consequenter etiam dispositio.

Hinc inferitur, quod si agatur de crimine, pro quo veniat imponenda poena perpetui carceris, non erit licita transactio, Et haec est communis opinio, vt attestatur Curt. iun. in d.l. transigere. nume. 22. & Mantua post num. 37. quidquid in contrarium dixerit Abbas in cap. primo. col. fi. versic. Idem putarem. de colluf. deteg. cuius opinio magis communiter reprobari affertur Don Anto. de Padilla in d.l. transigere. nume. 15.

Excipitur tamen ab hac regula crimine adulterij, licet enim pro eo de iure communi imposita sit poena mortis, vt dixi supra hoc eodem libro. §. adulterium, versic. Sed quaero, nihilominus non est super illo licita transactio, vt expresse dicit text. in d.l. transigere. Et ratio est propter frequentiam, & immanitatem ipsius criminis, & ita dicunt communiter Doctores, vt dicit Alber. in d.l. transigere. post num. 17. versic. Quaero quare, quem refert Don Anton. de Padilla in eadem l. transigere. post nume. 77. quam tamen rationem communiter reprobatam esse ait Coraf. libr. secundus Miscell. c. primo. nume. 2. Vel etiam ita inducitur fuit in fauorem matrimonij, cui leges multum fauent, ne fiat sanguinis turbatio, neue forte fordidæ stirpis viri splendis natalibus subrogentur, quam etiam

rationem communiter tenet attestatur Mantua in ea. l. transigere. nu. 65. & Alcia. nume. 20. Hoc tamen intellige vt procedat ante, quam poena pro iplo adulterio imposita sit, sed post impositam poenam, vtique etiam in adulterio licita est transactio, ita tenet Bar. in d.l. transigere. nume. 13. & est communis opinio, vt attestatur Purpur. in ea. l. transigere. nu. 71. Ego tamen in contingentia facti nunquam vidi reuici remissiones factas à maritis pro adulterio, quinimo dicit Papo lib. 22. tit. nono. Arresto 12. q. quando concuque maritus remittat ante sententiam, mulier non punitur, & quod ita fuit iudicatum per parlamentum Tholosanum.

In aliis autem criminibus praeter adulterium licet transigere, etiam si grauiora sint ipso crimine adulterij, & ita communiter concluditur, vt dicit practica Carerii, folio 628. post num. 127. Hinc inferitur quod licita est transactio super raptu. Ita tenet Bar. in d.l. transigere. nu. 12. quem sequuntur communiter Doctores, vt dicit Curt. iun. in ea. l. transigere. nume. 35. Hanc etiam opinionem dicit esse communem Alex. in eadem l. transigere. num. 31. & Purpur. nume. 54. & seq. & alij, quos refert Don Anto. de Padilla in d.l. transigere. nume. 79. & Villalpand. in repeti. l. 22. c. 17. nume. 2. & c. 18. post nume. 5. Et si dicas, quod imo parentes prohibentur sub poena deportationis facere pacem pro raptu filiarum, vt expresse dicit text. in l. vni. ca. C. de raptu virgi. Respond. quod ipse quidem pater transigendo incidit in poenam dictae legis, tamen remissio ualet nec suo nomine amplius agere potest. Et ita consueuerunt Doctores communiter dicere, ut ait Salicetus in dicta l. unica. numero 31.

Secundo inferitur, quod licita etiam est transactio super crimine incelestus, & est communis opinio, ut attestatur Boer. de cif. 91. nume. 2. & 3. Tertiò inferitur, quod licita etiam est transactio super stupro, & est communis opinio, ut attestatur Coraf. libro secundus Miscell. cap. primo. nume. 5. Don Anton. de Padilla in dicta lege transigere. numero 82.

Secunda

Secunda regula, quae colligitur ex text. in d.l. transigere, est, quod super criminibus, pro quibus non ingeritur poena sanguinis, non potest fieri pax, siue transactio. Ratio autem est, ne delicta impunita remaneant, & ita communiter dicitur, vt attestatur Alex. in ea. l. transigere, post nu. 5. versic. Quae autem. Sed certe, & contra hanc rationem, & multas decisiones Doctorum in hac materia multa licet possent, quae tamè omitto, tum quia istae disputationes parum vel nihil profunt, tum etiam quia hodie ex generali consuetudine Italica licitum est facere pacem pro quocunque crimine, & sic ferè omnia praedicta raro, vel nunquam tractantur in practica.

Sed hic quaero, nūquid haec conclusio locum habeat, non modo si agatur de criminibus publicis, sed etiam si agatur de criminibus priuatis, vt scilicet etiam in istis non sit licita transactio, si poena sanguinis non ingeratur? Respon. Aliqui tenuerunt, quod non habeat locum in criminibus priuatis, & consequenter quod in illis licitum sit transigere, & dicit Alb. in d.l. transigere, nu. 22. quod ita tenent communiter Doctores. Contrarium autem sententiam, quod scilicet etiam in criminibus priuatis, vbi non ingeratur poena sanguinis, non liceat transigere, tenuit Bar. in ea. l. transigere, num. 14. & seq. Et hanc dicunt esse communem scribentes ibi, & in specie Purpur. numer. 120. Don Ant. de Padilla in ea. l. transigere, nume. 104. Boss. in tit. de furtis, post nu. 58. Militat enim etiam in illis ratio praedicta, ne scilicet delicta impunita remaneant.

Pone modo, quod pro crimine, pro quo de iure communi imponitur poena mortis, puta homicidio, ex statuto imposita sit poena pecuniaria, nūquid eo casu poterit super tali crimine transigi, vel pacifici? Respondeo, quod non, & est communis opin. Doctorum, vt ait Albert. in secunda parte statutorum, quaest. 124. Anan. in cap. primo, post num. 22. versic. Quid autem si poena de colluf. deteg. Gregor. quem refert Don Ant. de Padilla in d.l. transigere, post num. 66. Magis enim attenditur poena statuti, quam natura cri-

minis, & ex quo recessum est à iure communi in impositione poenae, videtur etiam recedendum ab omnibus, quae veniunt ex genere poenae. Faciunt quae dixi supra q. 32. versiculo, i. iustum est. An autem valeat tale statutum imponens poenam pecuniariam pro homicidio, dixi supra hoc eodem lib. §. Homicidium, versiculo, Sed nunquid.

Ab hac tamen regula excipit crimen falsi, nam quamuis pro eo de iure communi non imponatur poena mortis, vt dixi supra hoc eo lib. §. Falsum, versic. Sed quae ro, licitum est tamen pro eo transigere, vt ex text. in d.l. transigere. Et ratio est, quia nullum crimen est, quod maiorem infamiam irroget, quam crimen falsi, & ideo eius poena quae est honoris iactura tam grauis poena sanguinis equiparatur, & hanc rationem dicit esse communem scribentes in d.l. transigere, & in specie Romana. num. 7. & Curt. sen. nume. 27. & alij, quos refert Don. Anton. de Padilla ibid. post nu. 111.

Vnum autem volo vt scias in hoc proposito, quod si statutum prohibeat fieri pacem pro aliquo delicto, non poterit fieri pax neque cum principali delinquire, neque cum eo qui mandauit ipsam delictum committi, & ita communiter obseruatur, vt dicit Candi. in tit. de transa. & pactis in fi. quem refert Villalpand. in repe. l. 22. c. 66. nu. 9. idem enim iudicandum videtur de mandante, quod de ipso principali delinquire, circa quae tamen videnda sunt ea, quae dixi infra quaest. 89. in prin. & verò ed quaero.

scias etiam, quod in casibus, in quibus non est licitum transigere, neque etiam licet gratuito pacisci, & haec est magis communis sententia, vt attestatur Don Anton. de Padilla d.l. transigere, nu. 108. Villalpand. in repet. dictae l. 22. cap. 18. numero 3.

Vltimū est de quibus criminibus licitum sit transigere, videamus nunc ad quas personas spectet ius faciende pacis seu remissionis, & si quidem extet ille, qui offensus est, proculdubio ad eum pertinet offensam remittere, si vero ibi mortuus est, tunc ad eius proximiores spectat pacem facere, Praet. Iul. Clari. V 3



facere, eo ordine, vt qui prefert in accusatione, pater preferat in remissione facienda. Quis autem preferat in accusatione, dixi supra q. 15. vers. Successive quero.

Quero, nunq̄ pater possit facere remissionem pro iniuria facta filio? Resp̄. q̄ sic, ita tenet Bar. in l. sed si vnus. §. filiosam. nu. 2. ff. de iniur. & est communis conclusio, vt dicit Boer. decis. 120. nu. 1. & seq. quem refert Menchiacha controuer. illustr. ca. 15. nu. 8. Villalpand super l. 22. c. 26. num. 1. in fin. Placa libro 1. delictorum cap. 6. post num. 21. Arrius in l. r. c. de bon. mater. fol. 586. nam ex iniuria facta filio magis videtur offendi pater, quam filius, & hoc etiam inuito filio, & ita in facti contingencia iudicatur curia Tholos. teste Aufser. decis. 261. Hanc tamen conclusionem aliqui limitant, vt non procedat, quando iniuria facta esset à coniugeta persona, vt scilicet illam nō possit pater inuito filio remittere, & hęc dicit esse communem imitationem Arrius in loco prælegato fol. 187. licet illam non sequatur. Et re vera quidquid sit de iure. Senatus non feruat hanc conclusionem, sed indistincte vult, quod in remissione iniuriæ frequenter cōsensu vtriusque. i. filij, qui iniuriam accepit, & eius patris. Bene verum est, q̄ quando nō interueniūt cades, neque vulnera, solet approbari remissio facta à patre sine filio, qui est offensus, & ita vidi seruari in gratia cuiusdā Bapt. Righetti. 5. Aug. 1551. P. N. Hęc autem omnia intellige vt procedant in filio, qui sit in patris potestate constitutus, sed si esse emancipatus, sufficit ab eo remissionem habere, etiam sine patris interuentu, & ita conclusum fuit per senatum in approbatione gratiæ cuiusdam Franciscini Bassij. 6. Octobris. 1557. P. N.

Præterea quero, nunq̄ prælatus possit remittere iniuriā factam ecclesię? Respon. quod non, & ita tenet glo. in cap. 1. in verbo punire, & de penis in textu, & est communis opi. vt dicit Boer. in d. decis. 120. num. 5. prout illum refert Placa in loco prælegato, num. 21. Hoc tamen intellige, vt scilicet nō possit Episcopus

solus illam remittere, sed bene pōt cum consensu capituli, & ita tenet gl. in cap. contingit, in glo. 1. de senten. excomm. Et hanc esse communem opin. attestatur Fel. in eo. cap. contingit, nu. 8. prout illū refert Koller. in præd. crim. cano. folio 52. num. 58.

Sed quid dicendum in blasphemia, per quam diuina Maiestas offenditur, ad quę spectabit facere remissionem? Respon. Doctores videntur concludere, q̄ spectet ad Episcopum, sed quidquid sit de iure, apud nos seruatur, quo non requiratur remissio, Cum enim solus Deus sit offensus, ipse penitentem semper remittit, & ita rescriptis Senatus iudici maleficiorum Papiæ. 10. Maij 1556. P. N. Idem etiam seruatur venatus in casibus, in quib. solus Prin. eps offenditur, prout in strafatione bladorum, Cū enim princeps ipse indulget, non est alterius remissio requirenda, idemq̄ in his, qui deserunt fal in dominio. Bene verum est, quod si princeps alicui locasset vectigal salis, eo casu requireretur remissio conductorū ipsius vectigalis, de quorū interesse principaliter agi videt, & ita in facti contingencia cōsensus fuit in Senatu, in gratia cuiusdā Petri Banchi sfolatoris salis vltimo Septembris. 1557. P. N.

Vterius quero, pone quod fuit interfectus monachus, qui reliquit filium, quem ante monachum legitime susceperat, nū quid spectabit ius faciendæ remissionis Abbati monasterij, an autem filio ipsius monachi? Respon. in hoc fuerunt variæ Doctorum sententię, nam aliqui tenebant, quod filius præferatur monasterio, & ita conlulit Feder. de Senis. consil. 174. Et hanc opin. dicit esse magis communem Boer. decis. 121. præsertim, num. 9. quem refert Placa in d. c. 6. num. 18. & cap. 43. num. 16. & Caraita super. 275. ritu magne curiæ circa fi. Aliqui vero tenuerunt contrarium, scilicet q̄ remissio spectet ad monasterium, & non ad filium, & hęc dicit esse magis communem A. C. in l. 4. §. Cato, num. 175. ff. de verb. obli. quem refert Don Ant. de Padilla in d. l. transigere, numer. 38. C. de transac. i go vero in hac Doctorum varietate aliquando sic dicebam,

nam, quod aut apparet iniuriam factam fuisse monacho intuitu ecclesię, vel monasterij, & debet præferri monasterio, aut apparet, q̄ facta fuit intuitu persone ipsius monachi, & filius est præferendus, aut sumus in dubio, & tunc ad vtrunq̄ spectat. Tutius est tamen (si potes) ut semper habeas remissionem ab utroque, & cessabit omnis difficultas, nā ut repetio in facti contingencia iudicatum fuisse per parlamentum Burdegalense, uterq̄; & filius, & abbas admittuntur ad acculandum p̄ suo interese, merito ab utroque debet haberi remissio, & de illo Arresto mentionem facit Papeo libr. 24. titu. 2. Arresto 4. Scias tamen, q̄ si ille, qui est offensus, non esset professus religionē, eo casu non spectaret ad monasterium facere pacem pro iniuria ei illata, & ita fuit declaratum per senatum in approbatione gratiæ cuiusdā nobilis, qui vulnerauerat coquum monasterij Carmelitarum, quę fuit admissa cū remissione ipsius tantum, & dictum non requiri consensum prioris, nec monasterij, comperto quod non erat professus. 12. Maij. 1558. P. N.

Scias autem in hoc proposito, in quo scidit metio de filijs monachorum, quod Senatus non admittit remissiones factas à filiis spurij, & ita declarauit in cā cuiusdam Margaritę Balalli de Creula. nono Decembris. 1559. P. N. Et licet quibusdam videretur, quod eo casu de iure fuissent admittendi, ex quo agebatur de homicidio commisso in personam eorum matris, cuius respectu habetur pro filiis, & eis competit ius acculandi, iuxta eā, q̄ dixi supra quæf. 14. vers. Quero an filij, & supra li. 2. §. filius. Nihilominus cum (ni fallor) essent suscepti ex coitu damnato, & à lege punibiles, non fuit eorū remissio per senatum admissa. Sed circumscripta obseruantia senatus, forte contrarium esset de iure dicendum, scilicet quod imo filij naturales, & spurij possint pacem facere pro offensis factis eorum matribus, & etiam patribus, quando sunt certi. Et ita videntur concludere communiter doctores, ut attestatur Pet. Bellus de re milita. folio 139. nu. 64.

Quero, an tutor possit facere pacem

nomine pupilli pro offensa facta defuncto uel etiam ipsi pupillo? Respon. si pupillus sit maior infans, & in ipsa pace in reuenerat, nulla est difficultas: Nam certum est, quod pupillus maior infans potest cum auctoritate tutoris pacem facere & in hoc omnes concordant, ut dicit Nellus de bannitis, in tertia parte, secūdi temporis. quæ. 32. Brun. in lib. de constit. in uerbo, Pax. vers. Item queritur. si uero est infans pariter uideatur expeditum, quod neque ipse solus neque cum tutore potest pacem facere. Et ita communiter concluditur, ut dicit Caraita sup. 275. ritu magna curiæ. num. 19. Et dicit Croc. in prima repeti. §. Cato. num. 167. quod in hoc omnes concordant. Idem dicit Brun. in loco præ allegato. Et hoc idem ante eos dixi Nellus in d. qu. 32. punctus est. an solus tutor pro eo pacem facere possit, & in hoc aliqui dixerunt, quod quando delictum non est clarum, neque notorium, puta quia non sit certus homicida, potest tutor facere pacem pro pupillo, si uero certus est homicida, & clarū delictū, eo casu non pot. st. & fuit opinio Guid. de Surza. quam dicit esse communem Brunus in loco præ allegato. sed certe hęc opinio communiter non uenit, ut dicit lo. de amicis. consil. 88. post numer. 4. Alij itaque dixerunt, quod, aut remissio est damnosa pupillo, puta quia sit in dedecus ipsius pupilli, uel familiæ suę, & non ualet, aut uero remissio est utilis pupillo, puta quia fore eius aduersarius est potens, & tunc ualet. Et hęc dicit esse communem opinionem Nellus in d. q. 32. Alexan. in l. pacti curatoris. nu. 7. C. de pactis. prout illum refert Villalpand. super l. 22. c. 29. num. 5. & Placa lib. 1. delictorum. ca. 45. num. 6. & seq. Curt. iunior in ea. l. pactum curato. ris. nu. 17. Crocius in prima repeti. §. Cato. num. 169. Et dicit Caraita in loco præ allegato, post nu. 19. quod ita communiter concluditur, Et ita in facti contingencia conlulit Abb. consil. 108. libro 2. ubi etiam num. 3. attestatur communē opi. esse, q̄ in huiusmodi pace per pupillum faciendā non requirit iudicis decretum, & illum refert Don Anto. de Padilla in d. l. transigere. num. 64. in hoc Duce-

tu indiffinē admittit pax facta a tutore pro pupillo, abſq; alia cauſa cognitione, vt etiam atteſtat Boſſ. in titu. de pace. numero 14. Bene quando pupillus eſt maior infante, requiritur quod & ipſe in cōtraſtu pacis iſterueniat, & hoc ſepe declarauit ſenatus, & in ſpecie 2. Septem. 1557. in cauſa cuiuſdam 10. Marię Mazolarij P.N. Hęc tamen, q̄ de tutore dicta ſunt, intellige vt pcedant in tutore generali, qui fideiubeat, & iuenturum conſciat, & cetera faciat, quę de iure requiruntur, non autem i tutore ſpeciali. Et licet alias remiſſiones factę per tutores ſpeciales fuerint quandoque in ſenatu habitę pro legitimis, prout reperi in approbatione gratię cuiuſdā Dominici Ferrarij ſeruatiuſiſſe duodecimo iunij. 1548. nouiſſime tamen die 8. Aprilis. 1559. P.N. conſuſum fuit in cauſa cuiuſdā Darij carenzoni, quod non erant admittendę huiuſmodi remiſſiones factę a tutorib. ſpecialibus, & ita poſtea (ni fallor) ſemper fuit obſeruatum.

Sed an procurator habens ab offento mandatum cum libera, & generali adminiſtratione poterit pacem facere cum offendente? Reſpond. quod non, ſed requiritur, quod habet ſpecialē mandatum, ita tenuit Specul. in rubrica, de treuga, & pace. numero quarto, & ita ſeruiatur, vt atteſtat Nellus de banuitis, in tertia parte, ſecundi temporis. queſtio. 37. quem reſert Villalpand. in repetitio. l. 22. cap. 67. numero primo. nam in mandato cum libera nunquam veſiunt ea, quę veriſimiliter conſtituens non conceſſiſſet, qualis eſt remiſſio debiti liquidi, quę donationi æquiparatur.

Quero quoque, quod aliquis fuit læthaliſſe vulneratus, & ad iſtantiā amicorum, uel aliter fecit pacem cum ipſo vulnerante, deinde mortuus eſt, nunquid hæc pax proderit delinquenti? Reſpond. aut ſtatutum ſimpliciter loquitur, puta quod habens pacem mitior puniatur, & nunc loquendo de iure poteſt quis habere pacem ab ipſomet vulnerato de eius morte, ubi ſequatur, & talis remiſſio ei proderit ſecundum Barto. in l. danuſ. §. Sabini. numero primo. in fine, de damno

infecto. quamvis illum in contrarium reſert Boſſ. in titulo de pace. nume. 13. ubi etiam reſert Roman. in §. Cato. atteſtante, quod opinio Bar. eſt communis, quod tamen in libro meo hoc non dicit. Sed certe quidquid ſit de iure communi, conſuetudo hoc non approbat, ut atteſtatur Alciat. conſ. 477. nume. primo, & ita quodtidie uidemus in ſenatu obſeruari, quod ſcilicet tales remiſſiones habitę ab occiſis non attenduntur, ut ſit atteſtatur Boſſ. in loco præallegato. Et id expreſſe declarauit ſenatus in cauſa cuiuſdā Baptiſtę Ildæ Opilionis. 25. Febr. 1545. P. N. & idē reſcripte ſtori Papię. 3. iulij. 1549. P. N. aut uero ſtatutum requirit, quod pax habeatur ab hærede, & tunc proculdubio nõ prodeſt pax habita a defuncto, & ita tenet Bartol. in d. §. Sabini. numer. 2. Et dicit Roman. in d. §. Sabini. nume. 2. in fi. q̄ hanc opinionem Bar. ſequuntur communiter doctores, quem reſert auguſti. ad Angelum de maleſ. in uerbis, & comparent dicti, & prodixerunt inſtrumentis pacis. nume. 6. in fine, & Crocius in prima repe. §. Cato. num. 161. & hæc opinio proculdubio eſt tenenda, præſertim iſtate conſuetudine, de qua ſtatim dixi.

Vnum tamen ſcias in hoc propoſito, q̄ etiam de iure loquendo, ſi quis aliquem vulnerauerit, & ille ei pacem fecerit de illis vulneribus, ſi deinde mors ſequat, talis pax facta pro vulneribus, nõ prodeſt i caſu mortis, & hæc eſt communis opinio, ut atteſtatur Gand. in ti. de maleſ. nu. 15. quem reſert Don Anton. de Padilla in l. tranſigere. nu. 28. C. de tranſac. Villalpand. ſuper l. 22. cap. 56. nu. 4.

Contingit etiam aliquando, quod maritus interficit vxorem, quero, nunquid proderit illi pax habita a filijs communiſis ipſius vxoricidę, & vxoris occiſe? Reſpond. Boſſ. in ti. de pace. nume. 21. reſert quod hic caſus de facto contingat, & quod ſenatus reddebat ſe ualde difficile in approbatione huiuſmodi pacis Quinimo ego reperi, quod in facti contingentiali ſenatus expreſſe re. ſciit gratiam, quam obtinuerat qdam Georgius Barata vxoricida a filijs communib. eorumq; tutoribus ſpecialibus, niſi haberet pacem a

fratribus,

fratribus, & armentib. ipſius vxoris occiſe, quinto Decemb. 1547. P. N. Reperio tamen, quod e conuerto fuit approbata gratia cuiuſdam Domine de Cabianis, quę maritū in rixa interfecerat, habita remiſſione tantummodo a filijs. 18. Iunii. 1555. A. C. forte quia non militat ratio metus reuerentialis in matre, prout in patre.

Quero nunc, pone q̄ offenſus reliquit filium, qui non vult eſſe hæres patris, nõ quid iſte filius faciat pacem, valebit? Reſpon. q̄ ſic, ita dicit Bart. in l. ſi filius qui patri. nu. 8. ff. de vulgari. & eſt communis opinio, vt atteſtatur Iaſ. in d. l. ſi filius q̄ patri. nu. 21. quem reſert Villalpand. ſuper l. 22. c. 45. poſt nu. 7. Boer. decil. 121. nu. 4. in fi. quem reſert Don Anto. de Padilla in d. l. tranſigere. nu. 62. C. de tranſac. Crocius in prima repe. §. Cato. nu. 150. Hippol. Rimin. in l. qui ſe patris. nu. 82. C. vndelib. nam reuera ius faciendi pacem non eſt hereditariū, vt dicit Bar. in d. §. Sabini. nu. 2. in fi. & cõter tenet, reſte Ruino in repet. §. Cato. poſt nu. 102. In hoc Ducatu plerumque ſeruiatur contrarium, vt ſi non admitterent remiſſio habita ab hærede ſanguinis, niſi etiam habita eſſet pax ab hærede bonorum. Ego vero dicebam, q̄ vbi appareret de alio hærede bonorum, vtique bonum eſſet q̄ etiam ab eo pax haberet, ſed vbi non appareret, ſatis eſſe deberet remiſſio habita ab hærede ſanguinis, & ita de anno 1561. 27. Septemb. P. N. ſuit cõcluſum, q̄ approbaret gratia cuiuſdā Joſephi Farinę, qui habebat pacem ab hærede ſanguinis, qui non dicebat ſe hæredẽ bonorum, ſuit tamẽ appoſita conditio, q̄ ſi aliquando appareret hæres bonorum, tene reſer Farina ab eo legitimam remiſſionem termino duorum menſum obtrine, alias gratia eſſet nulla, &c.

Sed hic incidēter quero, nõquid ſi filius faciat pacẽ pro offento illata patri ſuo defuncto, videatur ex hoc adire etius hereditatem? Reſpon. Aliq̄ dicunt, q̄ ſi pro iſta pace aliquid recipiat, videt ſe facere hæredẽ, ſed certe communis opinio eſt contrarium, vt atteſtatur Nellus de banuitis. in tertia parte, ſecundũ temporis

quæſt. 36. quem reſert Don Anto. de Padilla in d. l. tranſigere. nu. 63. Et inuis in lib. ſuo de conſtit. & c. in uerbo, Pax. verſ. Item quæritur an ex tali. & x. quo n. iure ſanguinis poteſt filius pacem facere, etiã ſi non ſit hæres bonorum, debet eadem ratione pro iſta pace aliquid poſſe recipere, ab iſte eo q̄ ex eo cõſentat ſe facere hæredem, niſi hominũ ad vnicandas diſputationes quotidie hæredes ſanguinis impetrant diſpenſationes a ſenatu, ut poſſint facere remiſſiones circa ius & nomẽ heredis, & ſenatus illas concedit.

Frequenter ſolet dubitari, nõquid ſi offenſus deceſſerit relictiſ plurib. hæredibus, ſit habenda pax ab omnib. hæredibus, an autem ſufficiat illi habere ab aliqua, vel ſaltem a maiorĩ parte hæredum. Et in hoc quidẽ articulo varię ſunt opinionēs inter Doctores, nõ Gldr. tenuit, quod ſufficiat illi habere ab uno eorum, ſed hæc opinio communiter non tenetur, vt dicit Alciat. in d. §. Cato. nu. 168. Et illam dicit eſſe communiter damnatam. Crocius in ſecunda repe. §. Cato. poſt nume. 87. Bar. autem in eod. §. Cato. nume. 33. tenet q̄ ſufficiat illam habere a maiorĩ parte hæredum, & dicit Boer. de ciſ. 121. poſt num. tertium. quod opinionem Bartoli ſequuntur communiter Ledores, & illi reſert Vinius in libro communium opinionum, fol. 202. verſ. ſtatutum diſponens. q̄ banuitus non poſſit. Idem dicit Boſſius in titulo de pace. nu. 21. Dicit etiam Arctinius in l. pro hærede §. ſin. poſt nume. 11. ff. de acqu. hæred. q̄ communiter tenemus ſententiam Bart. in d. §. Cato. quem reſert Butigella in d. §. Cato. nu. 195. & Bologni in eod. §. Cato. num. 199. & Alciat. conſ. 477. nu. 2. Hanc etiam opinionem dicit eſſe communem Crocius in prima repe. d. §. Cato. nume. 151. vb̄ ſenauerat auctoritates, & in ſecunda repe. num. 81. ſacob. Villalpand. in repet. l. 22. c. 52. nume. 9. Placa lib. primo delictorũ. c. 46. nu. 7. Io. de Amicis, conſil. 88. nu. 6. dicens, q̄ hæc opinio ſiquam magis communis & equior tenenda eſt iudicando. Multi autem tenuerunt contrarium, ſcilicet q̄ ino habenda ſit pax de necessitate ab omnib. hæredibus, &c.

dicit

dicit Felin. in cap. cum omnes. nu. 27. de constitut. quod contra Bart. in hoc communiter tenetur, quem refert. al. in d. §. Cato nu. 57. & Alciat. in eo §. Cato. post num. 172. & Socin. l. in eo §. Cato. nu. me. 273. Ita etiam communiter teneri at testatur Io. Anno. dialogo 14. fuit interfectus. Hanc etiam dicit esse communem opinionem Ripa in d. §. Cato. nume. 103. qui refert Pet. Bellus de re militari. fol. 137. nu. 54. Alciat. in l. in vlt. ff. de verb. signi. vbi dicit, quod hoc frequentius receptum videtur. Didacus libro primo. resolutionum. c. 13. post nu. 8. versic. Quarto hinc. vbi ait, quod ita aduersus Bar. frequentiore calculo receptum est. Menchiaca contra aer. vlt. frequentius. cap. 30. numero 39. Hæc opinio mihi semper magis placuit, nisi enim omnes remittatur, videtur sublati rancor, & odiū inter offendentem, & heredes offensi, quod videtur statuens primodialiter considerasse præterea cum quilibet heredum pro sua portione representet personam defuncti, vti que ad hoc vt dicatur plena remissio, debent omnes in ea interuenire, & ita in hoc Ducatu seruatur. Hæc autem cōlatio multo magis procederet, vbi statuti requireret, quod pax haberetur concorditer sine unanimitate ab heredibus, nam eo casu proculdubio requireretur, quod oēs consentirent nomine discrepante, & ita communiter concluditur, vt dicit Claud. in d. §. Cato. nu. 43.

Sed quid si inter heredes relictos a defuncto reperitur vna fortuna, nunquid etiam ab illa erit habenda pax? Respond. Aug. in d. §. Cato. post nu. 18. videtur tenuisse quod non, quia (vt ipse ait) femina non potest leuare saydam, id est inimicitiam, & sic manualiter prosequi vindictam ergo neq; debet posse pacem facere. Sed contrarium communiter tenetur, vt attestatur Ripa in eo §. Cato. nu. 105. Petrus Bellus de remili fol. 138. nu. 58. nam mulieri permittitur acculare, vbi suam, vel suorum iniuriam prosequitur, ut dixi supra q. 14. ver. Præterea dixi, merito poterit etiam pacem facere, & ita apud nos indistincte obseruatur, & senatus expressere iecit gratiā cuiusdam Galeazii Docii, ex

eo, quod non habebat remissionem a filiabus defuncti. 18. Ian. 1547. P. N. Bene verum est, quod si filie essent exclusæ a successione per statutu, quia dotata, vel huiusmodi, non requiritur earum remissio, & ita dictu fuit in approbatione gratiæ cuiusdam Bernardini Caprioli. 24. Feb. 1557. P. N. & in gratia cuiusdam 10. Caunagæ. 28. Februarii. 1556. P. N. Pariter etiam si filia femina non fuisset instituta hæres, sed tantummodo relictuæ ei legatū, & habita esset pax ab heredibus testamentariis, qui etiam essent heredes ianguinis, senatus eni fuit in casu cuiusdam Bernardini Putei illam sufficere. 10. Ian. 1559.

Sed quid si nullus adsit hæres, a quo pax haberi possit? Respond. Solet hoc casu senatus approbare literas gratiæ, apposta conditione, vt si aliquis hæres appuerit, teneatur ille, cui concedit gratia, intra aliquem terminum, puta vnius mensis, habere pacem ab ipso, alias &c. Et ita etiam fecit obseruari senatus tempore decreti gratiosi conditi de anno 1554. in casu cuiusdam Michaelis Mantuani. 21. No. uembris. 1554. A. C. licet deinde conclusum fuerit p. senatum. 4. Augusti. 1559. P. N. quod illi, qui propter defectum heredum admittuntur ad gratiam sine remissione partis, debeant impetrare gratiam particularem, & non admittant amplius ad beneficium decreti gratiosi, & est (iudicium meo) longe tutius, nam tempore decreti gratiosi declarationes sunt per iudices inferiores, qui non ad omnia diligenter aduertunt, prout facit senatus, coram quo presentant gratiæ particulares. Pariter etiam si offensus sit forensis, & absens, ita quod ignoretur ubi sit, olet approbari gratia cum conditione, quod si comparuerit in domino, teneatur offendens termino duorum mensium habere ab eo pacem, alias &c. Et ita tempore eiusdem decreti gratiosi seruatur senatus in casu cuiusdam Annibalis Boletti. 3. Decemb. 1554.

Dicunt est ad quas personas pertineat ius faciendæ pacis. Quæro nunc, nunquid pax possit fieri absenti, ita ut cui effectus valeat? Respond. quod non, nisi in ipsa pace interueniat aliquis, qui pro ipso absente recipiat, ita tenet Bald. in l. 2. nu. 4. C. de

C. delibert. & eorum liberis. & ita se habet magis communis opin. vt dicit Ale. consil. 131. num. 9. lib. 4. Aret. in d. §. Cato, in ultimis verbis, quamuis illum referat contrarium attestari Villalob. in sua collecta communium opin. in litera P. numero 56. Et hæc opin. iudicio meo est æquior, & etiam verior. Ceterum in practica seruatur, quod huiusmodi remissiones sunt notario stipulanti nomine omnium, quorum interest, Et sic cessat omnis difficultas, ualet enim pax ita contracta, & prodest cuique eius beneficio, vti volenti perinde acti esset in ipso contractu specialiter nominatus, Et ita declarauit Senatus in causa Lucij Maynardi. 19. Decem. 1560. Hæc tamen intellige ut procedant in pace, seu remissione solemnī, que sit ad effectum, ut proficit etiam in foro iudiciali, non autem de ea, que fit in foro penitentiali, nam illa secundum omnes potest fieri sacerdoti, vel etiam alteri culti- bet tertio, etiam si nemo sit, qui pro absente recipiat.

Quæro modo, si facta sit simpliciter pax pro iniuria, vulnere, vel morte, nunquid censetur etiam facta remissio interitæ pecuniarij respectu damnorum, & exensarum? Respond. quod non, ita tenet gl. in §. fin. in verbo, Non reuocauerunt, Insit. de iniur. quam ita intelligunt, & sequuntur communiter scribentes, ut dicit Io. de Ansticis consil. 88. num. 14. Hanc et dicit esse communem opin. Didacus lib. 1. resolutionum. capit. 10. post numero 6. versic. Quarto eodem. Villalpand. super l. 22. capit. 57. nu. 4. Placa libr. 1. delictorum cap. 6. num. 40. In dubio enim censetur propter æternam salutem solum rancorem animi remissio, non autem damna, quorum refectionem licite petere, & consequi potest.

Sed in proposito quæro, quid si facta sit remissio iniuriæ, siue offensæ in foro conscientie, nunquid propterea censetur sublatum ius accusandi? Respond. quod non, & est communis opin. ut dicit Ale. in l. si sibi decem §. quæ. dam. num. 1. ff. de pact. quem refert Didacus lib. 2. resolutionum cap. 10. post nu. 6. versic. Tertio ut constat, & Pract. Conradi, fol. 411. nume. 32. Aug.

ad Angel. de malefic. in verbo, Comparent, & produxerunt instrumentum pacis, numero 27. quem refert Pract. Conradi, fol. 411. numero 33. Iaf. in d. §. cne-dam, numero 2. & seq. gneus in l. dicitus, numero 25. & seq. ff. ad Syll. Pet. Petilus de re milit. fol. 148. numero 127. Placa in d. ca. 6. post numero 40. it est ratio, quia (vt dixi) non tenetur quis ex pro-pto Euangelico remittere nisi rancorem, & odium.

Adde, quod etiam si quis ostendar, vel probet se restituisse re ablatam, vel satis fecisse pro damnis, vel soluisse penam pecuniariam, in qua fuerat condemnatus uerfus partem, non propterea talis restitutio, solutio, vel satisfactio prodest volenti impetrare gratiam sine partis remissione, pro pena corporali, vel exilio, in quo est condemnatus, sed opus est prætere remissione partis, Et ita decisum fuit per Senatū in facti contingentia in quodam Nicolao Forbecano, qui fuerat pro homicidio condemnatus ad triremes per triennium & in scutis 50. versus partem, nā cum in approbatione gratiæ triennium produxisset instrumentum solutionis scutorum 50. factæ parti ipsius interfecti, fuit rejecta gratia, & opus fuit illi habere ab eo plenam pacem, & remissionem, qua habita, fuit deinde gratia approbata. 10. Decembris. 1560. A. C. Quod nota, quæ multi falluntur credentes contrarium.

Et aduerte, quia non modo ipse principalis homicida non admittitur ad gratiā sine remissione partis, sed neque etiam ille, qui pro simplici auxilio ad homicidiū sit condemnatus in penam pecuniariam si nescit ab ipsa pena gratiam reportare, prout soepe fit tempore, quo publicantur decreta gratiosa, Et ita rescriptis senatus iudici maleficorum Papia. 10. Maij 1559. P. N.

Scias etiam, quod senatus non solet admittere probationem pacis nisi per publicum nuntium, & uidi plerumque repulsam dari his, qui uolebant illam habere per testes, uel per fides subscriptas etiā a personis fide dignis. Si tamen senator & fiscalis attestarentur pacem coram se factam, & delicti non esset ualde graue. forte admitt-

admitteretur, prout in facti contingetia admiffa fuit gratia cuiusdam Ioan. Ange li. Cardani, qui, insolenter fegefierat cum quodam doctore, qui iniuriā uerbo remilerat me prefente & uno ex fiffa- libus, nam nobis id attestatus fuit gra- tia approbata. 3. Octobris. 1559. P. N.

Pro complemento huius materiæ quæ- ro, nunquid iudex, seu officialis regens prouinciam possit cogere offensum, ut in iuriam remittat, & pacem faciat cum of- fendente? Respond. quod non, ita tenet Bal. in l. prima. §. quies, num. 2. ff. de offi. præfecti urbi, qd est communis opin. ut at- testatur Marii. consil. 98. num. 6. A equita- tis enim ratio non patitur, ut quis cogat iniuitus offensam remittere præterquam in foro pœnitentiali. Debet ergo iudex suadere, non cogere subditos, ut pacem faciant. Vide quæ dixi supra lib. secun- do. §. iudex.

## QVAEST. LI. SUMMARIVM.

*Ubi reus exhibet gratiam sibi a principe cōces- sam, non est ulterius molestandus.*

*Princeps supremus potest pœnas delictorū remitte- re, tam corporales, quā pecuniarias, etiā post sententias in iudicatum transactas.* versiculo. Et hæc quidem.

*Potest etiam pro bono pacis remittere iniurias, & damna singularium personarum, alif- que earum consensu.* versiculo. Adde quod.

*Regulariter princeps non concedit gratiam delictorū, nisi præuia partis remissione, ibid.*

*Ille, cui princeps dicit, Facio tibi gratiam pro delicto, an recuperet bona.* vers. Quo- ro nunquid.

*Et an recuperet etiam bona alienata.* vers. Item quero.

*Et an recuperet etiam fructus.* versiculo. Quæro etiam.

*Et an hæreditatem alteri delatam.* versicul. Sed quero.

*In impetratione gratiæ exprimenda sunt ea om- nia quæ principem ab ipsius gratiæ con- ceptione retrahere possunt.* versicul. Debes autem.

*Gratiæ a principe concessæ debent à senatu op- probari.* versiculo. Et quia.

*Decreta gratiosa trahantur ad delicta futu- ra.* versiculo. Succellusue quæro.

*Et an delicta commissæ sub spe decreti, uer- sic. Fortius dico.*

*Et an comprehendant condemnatos pro cri- mine falsi.* vers. In huiusmodi.

*Et an prosint carceratis.* versiculo. Scias etiam.



**L**IA est defensio, cum reus proponit delictum sibi a principe remissum fuisse. Sciedum est enim, qd potest supremus prin- cepts pœnas delictorū de- linquentibus remittere, & indulgere, ut dicit gl. secunda, in uerbo, Concedi. C. de in ius uocando, quæ est communiter ab omnibus approbata, ut dicit Paris. consil. primo, num. 1. lib. 4.

Et hæc quidem conclusio generaliter intelligenda est, ut scilicet possit princeps omnes pœnas remittere tam corporales, quam pecuniarias, etiam per sententiam & condemnationem in fiffas, etiam si talis sententia in rem iudicatam trāsuerit, & ita firmant omnes in differet, ut dicit Paris. in d. consil. primo, num. 59. Et dixi, quod potest princeps, quia ad ipsum solum spectat gratias facere delictorum, licet de facto uel de consuetudine barones seruent contrarium, ut dicit Iaco. de Bes- uis. in prac. crim. in ti. de senten. crim. nu- mero 10. in fin. Bald. in l. seruos. C. ad l. Iul. de ut. pub. quem refert Boff. in d. titu. de remed. ex sola clem. num. 51. In hoc ta- men Ducatu barones uel feudatarij non possunt gratias delictorum cedere, nisi id eis specialiter concessum fuerit in eor- um inuestitura, prout aliquibus criminibus exceptis fuit concessum ducibus Far- nensis, quando fuit in feudata eiuitas No- nariæ, quando Carolus V. Cas.

Adde, qd pro bono pacis potest etiam princeps remittere iniurias, & damna singula

singularium personarum, nec eorum con- sensus requiritur, & est conclusio commu- nis, à qua nullus discrepat, ut dicit Dee. cō- si. 52. num. 4. quem refert Pet. Bellus de re milita. fol. 130. numero 20. Menchiaca controuert. illustr. c. quarto. num. 11. Quod intellige vt procedat, si id specialiter, & expresse dictum sit. Cæterum in dubio nō censetur princeps uelle iuri priuatorum preiudicare, prout in facti contingetia consuluuit Rum. consil. 60. lib. quinto. Quin- imo in hoc Ducatu non solet concedi gra- tia nisi ijs, qui habent remissionem à par- te offensa, secundum communem obser- uantiam, & consuetudinem huius prouin- ciæ, vt etiā attestatur Boff. in tit. de pace. in primis uerbis, & in tit. de remedijs ex sola clem. num. 24. vbi subdit hoc locum habere non modo in offensionibus factis in personam, vt est homicidium, uulnus, & similia, sed etiam in offensionibus factis per rebus, vt est furtum, robaria, & huius- modi. Et quod hæc practica semper fuit obseruata in hoc Ducatu, neque admitte- retur per senatum talis gratia, dato quod princeps in ipsa expresse referuaret ius ip- sius partis offensa, prout etiam obseruari in regno Neapol. attestatur Grammat. si- per constit. Regni, fol. 153. de concordia partis. post num. 4. vbi dicit fuisse per con- si. Neapol. reuocata quendam composi- tionem factam per quemdam D. Moysem parte non concordata, & quod non fuit mirum, quod ille D. Moyfes in hoc erra- uerit, quia (vt ipse dicit) erat senex cen- tum annorum. Reperio tamen, quod hæc regula quandoque etiā fuit alterata, nam semel fuit approbata per senatum gratia concessa capri. Nicolao Scio pro quatuor homicidijs non habita remissione partis, & postea de anno 1556. 4. Febr. fuit etiam approbata gratia alterius Io. Antonij Lo- atellij, qui in eiusdem homicidijs interue- nerat, nulla pariter habita partis remissio- ne. Verum est quod tales gratiæ fuerant concessæ ab ipsomet Imperatore ex cer- ta scientia, & forte aderat etiam secunda iussio, & homicidia (ni fallor) fuerat pa- terata in exteros. Reperio etiam, qd cum quidam medicus fuisset priuatus digni- tate doctoratus, & præterea iussus exula-

re à Ducatu arbitrio principis, eo quia fuisset oblocutus de Barone Synech, fuit deinde receptus in gratiam, ipso barone mortuo, absque remissione ipsius, neque hæredum, & gratia per senatum approba- ta. 18. Octobris. 1558. P. N. Et potuit for- te princeps, & senatus iussus ad id moue- ri, ex eo, quod ipsius hæredes in partibus valde remosis habitarent, & delictum non esset atrox. Cæterum ego semper vidi seruari pro lege, quod gratiæ concessæ sine partis remissione non approbantur, per se natum, prout etiam seruari in Regno Nea- pol. attestatur Grammat. voto 31. num. 8. in fi. subdens quod princeps aliter faciens, mortaliter peccaret, & refert ibi fuisse vltimo supplico affectum quemdam, qui se composuerat pro quibusdam homicidijs pro quibus non habebat partium remissio- nes, & contra eum, qui obtinuerat gratiam non habita remissione partis, consuluuit idem Grammat. consil. crimi. 34. Reperio autem, quod senatus aliquando eos, qui se constituerant pro approbatione literarum gratiæ, & exhibebat remissiones minus legitimas, fecit e carceribus dimit- ti, ut seruatum fuit in quodam Christo- phoro Pilono. 17. Maij. 1542. P. N. Ali- quando etiam vidi de eis sumi vltimum supplicium, prout factum fuit de Anto- nio Lossa. 3. Ianuarij. 1558. A. C. Sed in casu Lossæ fuerat etiam probatum, quo- t pax fuerat ab hæredibus occisi extorta per vim, & metum, & erat etiam mala uo- cis, & fame. Sunt tamen aliqui casus, in quibus non requiritur remissio partis, quos declarauit senatus tempore, quo ego iussu Illustrissimi Ducis Suetij tunc Regij locum tenentis in hoc Ducatu com- pilauit decretum gratiosum conditum ob pacem initam inter Serenissimum Regem nostrum, & Christianissimum Regem Fræ- corum, & qui sunt hi, qui sequuntur. Sim- plex insulatus, de quo etiam extant literæ vltimo Maij. 1559. P. N. in casu Antonij Mariæ Mirabili, prima euaginatio. & prouocatio, & delatio arborum prohibito- rum, nisi uulnus interuenierit, aut percus- sio animo deliberato illata, & de his etiā extant literæ. 30. Martij. 1543. P. N. Et hoc dato etiam, quod cum prima euagina- tione

nacione interuenisset istus, modo non esset fecum vultus, & ita declarauit tenatus i causa Baptista Negrol. primo Decembris. 1554. A. C. Sed hec omnia intellege vt procedant, quid non interuenit animus deliberatus, nam vbicumque animus deliberatus interuenit, semper est necessaria partis remissio, licet nihil mali secuta fuerit & ita rescriptis tenatus prior domus Ostiense. 19. Iulij. 1559. P. N. Subdens, quod illi, qui mandant homicidia patari, quomnis parata non fuerint & illi, qui scilicet cum animi deliberatione dispulerant, licet non vulnerassent, non erant sine partis remissione ad gratiam generalem admittendi. Et haec omnia nota, quia quotidie contingunt in practica. Si tamen quis dederit aliam alicui requiritur remissio, & ita declarauit tenatus in casu Nicolai Gallerati. 17. Novemb. 1554.

Scias autem, quod huiusmodi gratiae soleat a principibus duobus modis concedi. Primo quidem, quando princeps alicui facit per delicto specialem remissionem sine indulgentiam delicti, & hec apud nos appellatur literae gratiae. Secundo, quando princeps ex aliqua causa, puta pacis initia, aut decedendo uxoris, aut natiuitate primogeniti, aut in ingressu possessionis alicuius regni, vel prouinciae facit gratia generalem, & hoc apud nos appellatur decretum gratiosum.

Quaro nunquid si princeps dicat alicui: Facio tibi gratiam pro delicto, dicatur ille plene restitutus? Respond. quod sic, & consequenter recuperat etiam bona, secundum Bar. in l. fin. num. 11. C. de sentent. pas. & est communis opinio, vt dicit Boffius in tit. de remed. ex sola clem. prin. numero 1. & sequen. Et quod restitutio comprehendat etiam bona, quae nondum sunt in aliu translata, dicit esse communem omnium sententiam Petrus Bellus de re milita. fol. 123. nume. 21. Et ideo in hoc ducatur princeps quando facit gratiam, solet addere quod ad penam corporalem tantum. Credendum tamen quod ex quo in hoc ducatur non sicut princeps facere gratias quo ad bona, sed tantum quo ad personam, dici possit, quod etiam si

haec verba apponita non fuissent, deberet censeri omnia per errorem, & haberi pro appohtis, nisi in contrarium appareret de mente principis, & ita superiorem dicitur in fa. in contingencia conclusum fuit in hoc magistratu.

Item quero, nunquid restitutio, seu gratia in eo casu in quo comprehendit etiam bona, trahatur non modo ad bona existentia penes solum, sed etiam ad bona iam per ipsum solum alteri donata, seu vendita? Respond. quod regulariter non veniunt bona alienata, & est communis opinio, vt attestatur Fel. in c. inter quatuor, num. 4. de maior. & obed. quem refert Viuius in lib. commutatio opin. fol. 174. in verbo, Bannitus, seu deportatus, & de bannitis in prima parte tertij temporis, questio. 5. tal. in l. gailus. §. & quid si tantum, num. 70. & sequen. quem refert Plostus in rep. l. si quando, num. 9. in fin. Boff. in tit. de remed. ex sola clem. prin. post num. 11. Et secundum haec opinio in facti contingencia consuluit Christoph. de Castell. consil. octauo. & Nara consil. 471. vbi numero 1. dicit, quod omnes illam leguntur. in dubio enim non est praesumendum, quod velit princeps tollere ius tertij nisi id expressis deponerit, pot tamen princeps (si velit) ex causa restitutio bannitum etiam ad bona in alios alienata, & haec est communis opinio, vt attestat Rubens consil. 153. numero 6. Et ideo si princeps diceret, quod bannitus plenissime restitueretur, ita quod de banno nihil opponi posset, forte talis restitutio traheretur et ad alienata secundum opinionem qua dicit esse communem Viuius in loco praelato, quae tamen mihi nunquam placuit & apud nos vix posset obtineri, nisi in specie verba restitutionis comprehenderent etiam bona penes tertiam existentia. Tenere posset ita restitutus (secundum aliquos) recuperare a filio pretium ipsorum bonorum uenditorum, & sic quatenus sicut factus esset locupletior. Et haec opinionem tenuit Bar. quem Doctores communiter sequuntur, vt attestatur Neillus in d. prima parte tertij temporis questio. 6. licet subdat quod apud eos non seruatur, prout neque etiam seruatur apud nos.

Quero

Quero etiam, nunquid restitutus in casibus, in quibus recuperat bona, recuperet etiam fructus? Respon. quod non recuperat, neque fructus perceptos ex bonis iam alienatis, neque perceptos ex non alienatis & est communis opinio, vt attestatur Boff. in ti. de rest. que sunt a prin. & c. nu. 17. & in d. tit. de remed. ex sola clem. nu. post nu. 11. & Viuius in loco praalle.

Sed quero, pone quod tempore banni deuoluta sit haereditas bannito, quae eo repero incapace, delata fuerit alteri proximo in gradu iuxta iuris dispositionem, nunquid si bannitus fuerit restitutus, recuperabit illam haereditatem alteri delatam, & acquisitam? Resp. quod non, & est communis opinio, vt attestatur Boff. in d. tit. de remed. ex sola clem. nu. 13. Nam (vt supra dixi) non censetur princeps velle auferre ius alterius.

Debes autem aduertere tu, qui vis impetrare gratiam delicti a principe, vt ex primas in supplicatione omnia ea, quae potuissent verisimiliter retrahere animu principis ab eius gratiae concessione, si ea sciuisset, ne tempore interinacionis gratiae ponas te in periculo, prout fecit ille, quem defendit Crauerta consil. 2. Praesertim vero exprimas si alia habuisti gratiam de aliquo delicto, nam vt dicit Barb. in c. super his, col. 34. de resc. quem refert Guli. de Bene. in secunda parte. c. Raynuntius. fo. 88. numero 112. quidam, qui impetrauerat gratiam de secundo homicidio, & non fecerat mentionem de primo, fuit Bononię decapitatus. Idem etiam refert Anan. in cad. abolentum, nu. 7. de h. re. & dicit, quod ille appellabatur Formica, refert etiam saf. in l. nec damnosa, nu. 3. C. de precio. imp. offe. & Prac. f. odoci. c. 177. nu. 3. & Prac. Carer. fol. 502. num. 375. & Villalpand. in rep. l. 22. c. 8. nu. 3. Et recordor, quod quidam Bartholomaeus Claudus in Anguis, acutus qui obtinuerat literas impunitatis a principe, neque expresserat quod tempore impetrationis erat in carceribus detentus, fuit laqueo suspensus 6. Maij. 1538. P. N.

Et quia plerumque contingit dubitari, an in aliquibus casibus requiratur, quod gratiae sint per tenatum approbate, scias

quod regulariter omnes gratiae debent a tenatu interinari, alius nihil ualet, ita expresse dispositionibus constitutionibus. Huius domini quod etiam in Flandria seruari attestatur Pract. Iodo. c. 147. numero 13. Et aduerte, quia non modo gratiae, quas princeps facit absolute remittendo delictum, sed etiam illae, quas facit commutando penam debent a tenatu interinari, prout sepe fuit decisum, & obseruatum & in specie in illa, quae facta fuit 10. Hieronymo Ceruto. 4. Iulij. 1547. P. N. in qua poena furcarius commutabatur in poena trireremium perpetuarum, in istis enim, prout in alijs requiritur partis remissio, ex quo commutatio uel diminutio poenae est gratia, licet tenatus quandoque, contraarium obserauerit in commutatione poenae ultimi supplicii ad trireremium perpetuas facta cuidam Iacobo Merlatie, quae approbata fuit absque partis remissione, & dictum quod in commutatione, quae fit ad trirerem perpetuas, forte non requiratur ab illius partis remissio, praesertim attentu illius temporis, qualitate. 26. Martij. 1552. P. N. Quod nota, quia dum ego sederam in tenatu, nunquam uidi approbari aliquam commutationem poenae, nisi praeterea partis remissione. Sunt tamen aliqui casus, in quibus non requiritur approbatio tenatus, prout est quando princeps concedit gratiam exilij arbitrarj, & ita declarauit tenatus in casu cuiusdam Georgij Scriuani. 24. Maij. 1544. P. N. Item quando conceditur gratia a poena extraordinarie imposita per edicta ipsiusmet principis Et ita iussit tenatus per secretarium P. N. rescribit praetori Cremonae. 46. Febr. 1559. Pariter etiam rescripsit tenatus eidem praetori. 8. Ian. 1546. super gratia concessa Francisco Mariae Regio, unum de quo ego saepius miratus sum, quod scilicet quando non est facta gratia pro delicto capitali, non requirit tenatus approbatio, quod idem expresse dixit tenatus in literis concessis in casu Scriuani, de quibus supra facta est mentio, ego tamen toto tempore, quo in tenatu sedi, impen uidi omnes gratias etiam pro delictis non capitalibus, a principibus concessas, in tenatu interinari, & ita puta seruandam esse.

Success.

Suscipere quera, nunquid statuta seu decreta concedentia liberationem seu indulgentiam delictorum, vel dispensantia quod baniti cancelentur de bano, trahantur ad banna vel delicta futura, scilicet committenda post publicationem ipsius decreti? Respon. quod non, & ita communiter tenetur, ut dicit Imola. in c. fina. numero 11. de constit. Et hoc, ne deus occasio delinquendi.

Fortius dico, quod si aliquis commiserit aliquod delictum ante publicationem ipsius decreti, sub spe tamen decreti, nullo modo est ei indulgendum, Et in hoc proposito refert Gul. de Bene. in secunda parte. c. Raynucius, fol. 88. num. 11. & in tertia parte, fol. 49. num. 38. quod vidit Tholose quendam decapitari, qui sub spe, & confidentia habendi gratiam a Rege aliter occiderat. & de hoc ante delictum se iactante rat. dices quod pro de em aureis deinde gratiam obtinuisse. Cum autem in supplicatione hoc non expressisset, fuit iudicatum gratiam per eum obtentam fuisse subreptitiam, & ipse fuit decapitatus.

In huiusmodi a tunc generali abolitione delictorum non comprehenditur crimen falsi, Et ideo si fiat decretum vel statutum quod omnes carcerati relaxentur soluta certi quantitate, tale statutum non extenditur ad eos, qui sunt carcerati pro crimine falsi, Et ita communiter tenetur, ut dicit Nellus de banitis in tertia parte secundi temporis. questio. 12. quem refert A postil. ad Ang. de malefic. in verbo, Et ad querelam, post numerum, 80. Et hoc propter criminis enormitatem. Faciunt quae dixi supra questione, 58. versiculo, Ab hac tamen.

Scias etiam, quod licet de iure communi istae oblationes non extinguant crimine, sed tamen suspendant processum per triginta dies secundum aliquos, item non prosunt illis, quorum crimina sunt iam liquidata, apud nos tamen servatur totum contrarium nam liberantur, etiam si sint in carceribus, & iam condemnati, Et proximis annis, dum in civitate Lauda esset repererit in carceribus quidam Raynucius Veronensis tempore decreti gratiosi publicati de anno. 1544. qui iam per

multos dies ante fuerat pro furtis damnatus ad furcas, & fuisset dilatum eius supplicium solo collateralis, sensus tenuit ipsum gaudere beneficio decreti, & liberari. 5. Nouembris. 1544. P. M. & eodem navit ad triremes per decennium ipsum collateralis, qui corruptus supplicium distulerat. Vide quae dixi infra quae. 97. versic. Regulariter autem. Quinimo virtute ipsius abolitionis generalis solent etiam liberari illi, qui sunt in triribus, eodem modo sicut in casu decreti, Et ita pluries declaravit senatus, & in specie in causa cuiusdam Joannis de Zardinis condemnati ad triremes perpetuo ob falsum testimonium. 20. Decembris. 2554. I. D. P. & alterius cuiusdam Baptista de Alexijs condemnati ob atroces blasphemias ad triremes per decennium. 23. Decembris. 1554. I. D. P.

QVAESTIO. LX.

SUMMARIVM.

Quis in delictis prorsus excuset, vel saltem prosint ad minuendam penam.  
Aetas an excuset, ibid.  
Infans pupillus, aut minor, an excusetur in delictis, ibid.  
Et an eis concedatur restitutio in integrum, ibid.  
Amor delinquens in minori aetate an potius pro eo delicto puniri, postquam factus est maior, versiculo. Sed nunquid.  
Senectus an excusetur in delictis, versic. Succellive quero.  
Furor an excusetur in delictis, versiculo. Item quero.  
Et quid si post condemnationem effectus sit furiosus, versic. Sed quero.  
Ira in delictis an excuset, versic. Est etiam.  
Amor in delictis an excuset, versic. Est & amor.  
Prodigium an in delictis excusetur, versiculo. Vterius quero.  
Ebrietas in delictis an excuset, versic. Propterea quero.  
Dormiens an in delictis excusetur, versiculo. Quero etiam.

Ignorans an in delictis excuset, versiculo.  
Quero nunquid.  
Mandatum superioris an in delictis excuset, ver. Solet dubitari.  
Operarij & fabri an excusetur de eo quod operantur de mandato alterius, ibid.  
Et quid in atrocibus an mandatum superioris excuset, ibid.  
Metus, aut vis an in delictis excuset, versic. Quero modo.  
Promocione adversarij an delinquentem excuset, ver. Nunc quero.  
Et an iustus dolor in delictis excuset, versic. Sed hic quero.  
Excusatio, quod delictum clam commissum fuerit an prosit delinquenti, versiculo. Sed an forte.  
Penitentia an in delictis excuset, versic. Fui quandoque.  
Quelibet causa excuset a pena, versic. Et generaliter.  
Bona uocis, qualitatis & fama probatio an releuet delinquentem, versic. Frequens etiam.  
Nobilitatis, vel dignitatis probatio an prosit delinquenti, versic. Prodest etiam.  
Probatio, quod res sit egregius miles, & utilis resp. an prosit, versic. Item prodest.  
Insignis peritia, vel excellentia in aliquo artificio an prosit delinquenti, versic. Pariet etiam.  
Meritorum probatio an prosit delinquenti, ver. Utilis etiam.  
Delictum sine dolo, vel praeter intentionem commissum, an prosit, versic. Sunk etiam.  
Pater praesentans filium impetratum de delicto, an illum excuset a pena mortis, versic. Solet etiam.  
Multitudo rerum an excuset delinquentes, versiculo. Allegatur etiam.  
Vniuersitas an possit excommunicari, ibid.  
Quando ignoratur, quis prius manum ad arma posuerit, an omnes sint a pena, prima imaginationis liberandi, versiculo. Vidi ego.  
Antiquitas delicti an prosit delinquenti, ver. Praeterea potest.  
Vbi proceditur per inquisitionem, non solet delinquentes puniri pena ordinaria, versic.

Potest etiam.

Reus delictum sponte confessus an sit mitius puniendus, versic. Non desinit.  
Iudex ratione amicitiae an possit penam remittere, versic. Legitur etiam.  
Continuatio sanguinis inter delinquentes, an eos excuset, versic. Sed potest.



ICTVM est de defensionibus, quae reis competunt, vt ab accusatione, vel inquisitione contra eos formata absoluantur videamus nunc de his, quae ad accusandum delictum, vel ad inueniendum penam proponuntur, & in primis quidem de crite. Quero igitur, nunquid aetas in delictis excuset? Respon. Aut reus est infans, & proculdubio excusatur, nam talis etas quidquid videt, ignorat, & ideo infans non potest pro delicto criminaliter puniri, text. est in l. infans. ff. ad lege Corneli. de ficar. Et haec conclusio est frequentiori Doctorum calculo approbata, vt dicit Placa libro primo delictorum, capit. 32. num. 1. Aut est maior infans, sed pupillus, & tunc est distinguendum, nam aut delictum consistit in committendo, & potest puniri, aut consistit in omittendo, & non punitur, Et haec fuit distinctio Cy. quam dicit esse ab omnibus approbatam Igneus. l. j. §. impubes, nume. 5. ff. ad syll. de cias tamen, quod impubes si non est doli capax, nunquam punitur, si vero est doli capax, punitur, vt est text. in l. pupillum. ff. de regu. iur. & est omnium recepta sententia, vt dicit Placa in d. c. 32. nu. 6. Item scias, quod nunquam punitur, nisi etiam sit proximus pubertati, nam vtrunque requirit, & ita dicit August. ad Ang. de malef. in verbo, Scieter & dolo, post nu. 6. se Ferraria euasisse vniuersum, qui occiderat super ripa Padis vnum facinum. Quando autem pupillus dicatur proximus esse pubertati, dixi supra lib. 2. §. Pupillus. Et sic vides, quod ad hoc, vt impubes possit pro delicto puniri, tria requiruntur. Primum, quod ipse sit doli capax. Secundum, quod sit proximus pubertati. Tertium, quod deliquerit in committendo: Sed in omnem casum nunquam debet pupillus pena capitali affici Prae. Jul. Clar. X pro

pro quocunque graui delicto, sed eius poena debet esse citra mortem, vel membri mutilationem. Et ita pluries vidi seruari & in specie in quibusdam pueris qui peruenissent se ab alijs carnaliter cognoscere, qui fuerunt tantum castigati, non autem flammis combusti. Quinimo & secundum aliquos in delictis carnis pupillus nullo modo tenetur, ex quo dicit Ant. Gomez. c. primo delictorum, num. 65. in fine, se vidisse quendam minorem 11. annorum, qui habuit accessum contra naturam ad unum canem, & emisit semen, Et licet probatum esset delictum, tandem obtinuit, licet cum diffcultate, & fuit liberatus. & hoc ego semper sequerur in iudicando, saltem quo ad poenam ordinariam, Scias autem quod haec defensio proderit pupillo non modo ante sententiam, sed etiam post condemnationem contra eum in contumaciam secutam, Et ideo quidam Io. Dominicus Bonifcius condemnatus in contumaciam pro executione prohibita in tribus scilicet finis, vel in 200. aureis, sumptis iussu senatus informationibus, & comperto qd tempore, quo fuit condemnatus, erat tantummodo annorum octo, fuit absolutus. 15. Apr. 1564. A. C. Aut vero est maior 14. annis, sed minor 25. & tunc non excusatur, debet tamen propter etatis imbecillitate mitius puniri arbitrio iudicis, Ita colligit ex tex. in la. iulium. §. in delictis. ff. de mino. & est communis opin. vt dicit Grammat. decis. 23. nume. 12. vbi etiam ita refert seruatum fuisse per consilium Neapol. Ita etiam tenetur Doctores frequentiori calculo attestatur Placa in d. c. 32. nu. 11. Quinimo si delictum fuit commissum sine dolo, possit minor iuuari ex restitutionis in integrum, etiam ad hoc vt a poena excusetur. Et ita super hoc articulo distinguunt Doctores, vt dicit Anan. in cap. 1. post nu. 3. de delict. puer. Qui autem minor reperitur deliquisse per dolum, non excusatur, sed si per culpam, tunc restituitur. Et ita communiter dicitur, vt attestatur Ana. inc. 2. nu. 1. de apolla. Proderit etiam minor etas secundum aliquos ad petendam, & obtinendam restitutionem in integrum aduersus confessionem deli-

cti factam per ipsum minorem etiam cu iuramento, quando contra eum non adest alia probatio, quam propria confessio, secundum Bald. in l. vna. c. nu. 60. C. de confessionis. cuius opin. dicit esse communem Ant. Gomez. c. 1. delictorum, nu. 66. referens se ita vidisse de facto in oppido. Tablabricae, (vnde se dicit oriundum) in quodam minore, qui fuit captus pro enormi delicto contra naturam praecedentib. indicijs, & sponte confessus fuit delictum, na petita per eius aduocatum restitutione, tandem dicit habito consilio, & deliberatione, illam fuisse concessam per iudicem, & illum minorem fuisse absolutum. Certe apud nos non obtinuit ille minor huiusmodi restitutionem, praesertim in tam graui crimine, & ita subdit ipsemet Ant. qd, & ipse iudicare contra illam communem opin. Et qd consulti theologos probate vitae, & conscientiae, qui fuerunt in eadem opin. contra communem, quam & ego sequerur in iudicando, & ita apud nos semper vidi obseruari. Faciunt quae dixi supra. q. 55. versu. Vterius etiam.

Sed nunquid minor delinques in minori etate poterit de tali delicto puniri postquam est effectus maior? Respo. quod quando agitur de delicto, pro quo non poterat puniri durante minori etate, neque etiam potest puniri, postquam peruenerit ad maiorem etatem, Et ita colligivideatur ex gl. in l. scians cuncti, in verbo, Moritur. C. de legi. hered. quam sequuntur Doctores, vt dicit Marfil. in d. l. infans, nu. 13. ff. ad l. Corn. de scar. & in l. de minori. in principio, nume. 40. ff. de questio. de qua tamen gloss. ego latius dixi supra lib. 1. §. Tutor.

Succellus quareo, nunquid in delictis senectus excuset? Respo. quod non, vt. Comnino per eam euadat, sed bene quo ad hoc vt mitius puniat, Ita dicit glo. in l. sere in omnibus. in gl. vna circa principium. ff. de reg. iur. & haec est frequentiori calculo recepta sententia, Vt dicit Placa in d. c. 22. nu. 13. in fin. quam tamen ego nunq. vidi in practica obseruari, nisi in leuibus delictis, Et ideo senatus iussit fugitari quendam furem senem, appellatum Antonium de Camis. 14. Ianuarij. 1547. tsuquij qd

ex longa etate videretur in furtis inueterate.

Item, quareo nunquid in delictis furor excuset? Respo. Aut delinquens tempore commissi criminis erat furiosus, & non potest propter illud puniri: Vt est in d. l. infans. ff. ad leg. Corn. de scar. & est frequentiori Doctorem calculo approbata sententia, vt dicit Placa lib. 1. delictorum. c. 29. nu. 1. ignorat enim furiosus quicquid facit, praeter ea qd, satis furor suo puniatur, & ita seruauit senatus in Philippo Nicola, qui proprium filium, quem vni cum habebat, interfecit, iussit enim illum absolui. 9. Julij. 1543. Sic etiam quaedam Iacobina Ferraria, quae puellam quandam trimam habulo interfecerat, comperto, qd laborabat atrabile, & qd alias vt mente capta custodia fuerat in hospitali Sancti Vincentij, fuit absoluta, & ad ipsum hospitale iterum transfusa. 24. Februarij. 1454. A. C. Contrarium tamen refert Igneus in l. 3. §. ignoscitur. nu. 82. ff. ad Sylle. iudicatum fuisse Parisijs in quodam mentecapto, qui in aula regalis palatij quendam Vngarum interfecerat, qui biduo ante illum alapa percusserat, & fuit ad mortem condemnatus, qd ego non laudo. Refert etiam Ant. Gomez. c. 1. delictorum. nu. 72. qd Serenissima Regina Castellae fecit puniri quendam furiosum, qui insultit vulgus Serenissimo Regi Ferdinando eius marito, qd quidem propter regalis personae excellentiam potuit iustum videri. Ant vero tempore delicti erat sana mentis, & postea effectus est furiosus, & neque etiam hoc casu potest puniri de his, quae ante furorē perpetravit, ita tenet Bald. in l. furiosum. circa fi. C. qui testa. facere poss. & est communis opinio, vt attestatur la. in d. l. furiosum. nu. 3. & in l. ex facto. post nu. 30. ff. de vulga. & in l. si seruum. nu. 7. ff. si ex noxali causa ag. quem refert Gomez. Arias super l. 45. Fauri. nu. 2. Ripa in d. l. ex facto. nume. 73. & in l. si. nu. 229. C. de reuoc. doctio. quem refert Viuius in lib. communij opinionum. in verbo, Furiosus occidens. Gomez. in §. item si quis in fraudem. post nu. 6. in l. de actio. Marfil. in l. 1. nu. 58. ff. ad leg. Corn. de scar. Igneus in d. l. 3. §. ignoscitur. post nu. 74. Didacus in repet.

clemens. si furiosus. fol. 316. nu. 2. prac. Carerij, fol. 365. nu. 14. Cagnol. in l. in negotiis. nu. 3. ff. de reg. iuris. Menchaca controuers. illustrum. c. 96. nume. 37. Duenas regula 259. 3. postillis ad Dec. in d. l. in negotiis submissis. Placa in d. capi. 29. nu. 1. & num. 7. A postill. ad Roma. in d. l. furiosum in fi. & ita se in facti contingentia iudicasse attestatur Gul. de Benedic. in secunda parte c. Raynuius. fol. 45. num. 23. in fi. & ita seruatum fuit in quodam fure Andrea de Aurificibus, qui postquam fuerat ex ea causa detentus. videbatur insanire. Rescripsit enim senatus pratorum Lemci, vt diligenter animaduerteret, ne insaniam esset procurata, quod si esset vera illum dimitteret. 28. Nouembris. 1556. P. N. Hoc tamen intellige vt procedat quantum ad hoc vt puniri possit poena ordinaria, sed bene debet puniri poena extraordinaria arbitrio iudicis, secundum Bald. in loco praallegato, vbi dicit, quod patitur annotatione bonorum, cuius opinio per Doctores communiter comprobatur, vt ait Nouell. in tracta. ad defensum. fol. 29. nume. 40. subdens ita pluries fuisse iudicatum, & reperio quod quidam Anto. Maria Sarzarius, qui in testimonio in criminali prohibito variauerat, fuit iustus fugitari, non obstante allegata insaniam. Mihi quidem placet opinio Bald. quod ad hoc vt talis furiosus non puniatur poena mortis, sed non placet, quod puniatur poena aliqua extraordinaria, neque pecuniaria, neq; corporali, nisi furor superuenisset iam perfecto processu suarum defensionum, alias autem diceretur indeiensoni condemnari, ex quo semper furiosus pro absente habeatur. Et licet ex statutis Italiae possit absens condemnari etiam ad mortem (vt supra sepius dixi) illud est, quia absens a statuto habeatur non modo pro praesente, sed durante contumacia habeatur etiam pro consistente, & conuictio, quod non potest cadere in furiosum, qui cum sit extra mentem, non potest dici neque confessus, neque conuictus, etiam si esset praesens. Faciunt quae dixi supra lib. 3. §. testamentum, questio. 1. versu. Sed pone.

Sed quareo, quid si iste delinques perse-

uerauerit sanę mentis vsq; ad sententiam inclusiue, & deinde post condemnationē effectus sic furiosus, nūquid poterit contra eum fieri executio ipsius condemnationis? Respond. quod non, & est communis opinio, vt dicit Menchiaca cōtrouerf. illustr. cap. 96. post nume. 9. Placa in d. ca. 29. post nu. 7. quia mihi etiam placet, quo ad hoc, vt ei pœna corporalis non sit infligenda, sed quo ad condemnationem bonorum, crederem propter furorē superuenientem non debere impediri eius executionem.

Est etiam ira brevis furor. Quæro igitur nunquid in delictis excuset? Respond. Aliqui simpliciter dicunt, q̄ factum per calorem iracundię non est punibile, & ait Ias. in l. si duo patroni §. si quis iurauerit. et primo. post nume. 1. ff. de iur. iur. q̄ ita solet communiter dici, vel saltem (secundum omnes) mitius puniri debet, & pot poni exemplum in eo, qui calore iracundię blasphemauit, est enim mitius puniendus secundum Abb. antiquū in c. 2. de maledi. quem Doctores sequuntur, vt dicit Grammat. super consti. Regni, fol. 113. nu. 5. Tu vero dic, q̄ Aut ira prouenit ex iusta cā, & tunc non excusat in totum, sed vt delinquens mitius puniatur, vt in viro occidente vxorem reperam in adulterio dixi supra hoc eo. lib. §. homicidium. versic. Sed quid dicendum. Aut vero non prouenit ex iusta causa, & tunc in nihilo excusat. Et hæc est cōmunis opinio, vt attestatur Menchiaca cōtrouerf. illustr. c. 18. nu. 29. Reperio tamen quandoq; eos, qui etiā sine iusta causa calore iracundię in verbis excesserint, puta contumelias alicui infere do fuisse mitius punitos. Et refert Affl. super tertia parte constitutionum Regni, rub. 54. nume. 6. quod per curiam Neapo. fuit absolutus quidam rusticus, qui faciendo computa cū domino suo, iratus dixit, quod Deus non posuisset facere, quod esset debitor toroperarum. Vide quæ dixi supra hoc eod. libro. §. iniuria. versiculo. Quæro quid.

Est, & Amor furoris species, testes Platonē in Phædro, qua ratione mitius puniendus videtur, qui propter amorē deliquerit, & dicit Chassen. super consuetu.

Burgund. fol. 39. nume. 13. quod in facti contingentiā vidit quodam modo excusari propter amorem quandam mulierem, qua receptauerat res furatas ab amato suo. Fuit etiam in facti contingentiā abfolutus quidam, qui fecerat sortilegia propter amorem, de quo dixi supra hoc eod. lib. §. hæresis. versic. successiue quæro. Et secundum hanc conclusionem fuit iudicatum per senatum in casu cuiusdā Baptistæ Gazzani, qui libellum famosum publicauerat contra quandam puellam, cuius amore captus erat, fuit enim abfolutus. 3. Februarij. 1554. tanquam quod ex nimia amoris vehementia non esset mentis suę compos. Bene verum est, quod habebat remissionem à parte offensa, alias forte hæc excusatio illi non profuisset. Certe non profuit illis nobilibus Neapolitanis, qui posuerunt scalas ad domum amatiarum furarum, qui iussu Viceregis fuerunt decapitati, vt per Grammat. decisio. 36. de quo dixi infra quæstio. 68. versic. Ascendens cum scalis.

Vterius quæro, an sicut furiosus, ita et prodigus in delictis excusetur? Respond. q̄ non, sed punitur sicut quilibet alius ita tenet Barro. in l. is cui bonis. num. 6. ff. de verbo. obliga. & est communis opinio, vt attestatur Cagnol. in d. l. furiosus. nu. 13. ff. de reg. iur. Placa in d. c. 29. post nu. 1. versic. quibus sic perpenfis. Licet enim prodigus in administratione bonorum non reputetur integri sensus: & ideo contrahendo non obligetur, in cæteris tamen iuribus habetur pro homine sanę mentis, merito delinquendo proculdubio obligatur, & est communis opinio, vt dicunt scribentes in d. l. is cui bonis. & in specie Ias. nu. 17. & Ripa nume. 53. quid quid dixerit gl. in l. si quis in tantum. in glōf. magna. versic. sexto de furioso. C. vnde vi. qua ab omnibus Doctoribus reprobatur, vt dicit Ang. in d. l. is cui bonis. num. 7. & in l. Fulcinius §. adeo. autem. nu. 3. ff. ex quibus causis in poss. eorum. quem refert August. ad Ang. de malef. in verbo, scienter, & dolose, post nu. 16. & Butigel. in d. l. is cui bonis. num. 34. Et ideo tenendum est, quod prodigus delinquens punitur tam pœna pecuniaria, quam corporali, & aliter

ter dicere effret ridiculum, q̄ scilicet excusaretur à pecuniaria, quæ est minor, & puniretur corporali, quæ est maior. Hęc tamen omnia intellige, ut procedat in delictis, quæ sunt committendo, nam in his, quæ sunt omittendo, omnes fere consentiunt, quod prodigus excusetur.

Præterea quæro, nunquid committens delictum tempore, quo est ebrius, debeat excusari prætextu ebrietatis? Respond. q̄ excusari à dolo, sed nō à culpa, & iō. puniendus est non pœna ordinaria delicti, sed extra ordinaria, & ita tenent communiter consensu Doctores, ut ait Placa lib. 1. delictorum, capitulo 30. numero 1. Hanc etiam opi. communem appellat Menchiaca cōtrouerf. illustr. cap. 96. post nume. 31. Cæterum si sine culpa fuisset factus ebrius, puta quia focij, ipso inscio, sal in unum concisissent, tunc crederem ipso esse à culpa, & à dolo prorsus excusandum. Vidi ego plerunq; imputatos pro uariis delictis non posuisse prætextu ebrietatis impunitos eadere, & in specie Christophorus de Prinis pro blasphemia fuit affectus uno icu finis publice. 5. Septembris. 1556. P. N. & Ludouicus de Papi duobus. 12. Augusti. 1556. P. N. & alii plerique. Semper tamen ille, qui ebrietatis calore blasphemauit, mitius est puniendus, secundum Abb. antiquum in c. 2. de maled. quem sequuntur communiter Doctores, teste Grammat. super consti. Regni. fol. 113. nu. 6.

Quæro etiam, pone quod aliquis dormiendo delinquat, puta hominem interficiat, vel huiusmodi nunquid erit excusandus? Respondeo, quod sic, non enim erat tempore delicti compos mentis, ideo de eo tanquam de furioso uidetur iudicandum. Hoc tamen intellige ut procedat, quando alias ei dormienti talia euenire non solent, sed si aliquando id ei contingere, soleret, ut scilicet à lecto supurgeret, & ensē imaginaret, tunc similia faceret, ut de multis audiui, tunc si ipse non prauisisset claudendo hostium, diceretur esse in culpa, & ideo deberet pœna extraordinaria puniri, Ita tenet Bar. in l. pe. l. ff. ad legem Pompe. de parricid. & est communis opinio, ut ait Didacus in re-

pe. cl. si furiosus, folio 316. numero 6. Placa lib. primo delictorum, capitulo. 31. numero tertio.

Quæro, nunquid ignorantia in delictis excusetur? Respond. Aliqui simpliciter dicunt, quod quælibet ignorantia etiam iuris excusari à dolo. Et hæc dicit esse communem regulam Capol. consil. ciuili. 18. numero 4. Alii dicunt, quod quando ignorantia constitutionis, vel decreti est absque culpa, tunc proculdubio excusari reum ad omnem pœnam suistandam, Et hæc dicit esse communem opi. Gratius consilio 49. num. 35. lib. 2. quem refert Plotius in repet. l. si quando, nume. 858. Tu vero dic, quod quando delictum, quod punitur ab ipsa constitutione, vel decreto, est etiam prohibitum de iure communi, eo casu ignorantia constitutionis uel statuti non excusari. Vide quæ dixi infra quæst. 85. versic. Secundus est casus. Scias etiam, quod in iudice, qui tenetur leges scire, ignorantia iuris ciuilis, uel canonici, uel postuui, licet illum excuset à tanto, nunquam tamē excusari à toto, Et ita cōmuniter dicit, ut ait Paris Puc. de synd. fol. 300. num. 1. Vide in hoc proposito ea, quæ dixi supra quæstio. 31. versicula. Cænter, & dolose.

Solet dubitari, nunquid mandatum superioris in delictis excuset, Tu dic, quod regulariter excusari, modo illud, quod q̄s facit ex mandato alterius, nõ sit de genere prohibitorum, & sic de sui natura non possit fieri citra delictum, Et ideo operarij, & fabri excusantur de eo, quod operantur in re alterius ex mandato conducentis, secundum glo. in l. in rem. §. tignum, in glof. fin. ff. de rei uendi. quæ in hoc communiter approbatur, ut dicit Socin. consilio 64. num. 23. lib. quarto, Et dicit Iason. in l. de pupillo. §. nunciationem, num. 7. ff. de nou. oper. nunc. quod in l. glof. approbatur per omnes, tenetur in practica, Hæc etiam dicit esse communem opi. Boss. in titi. de mandato ad homicidium. num. 12. Tacg. in pract. crim. capitulo. 10. num. 36. Roland. consil. 54. nume. 6. lib. primo, ubi in facti contingentiā pro operariis, qui signa inciderant, consuluit, prout etiam pro huiusmodi opera-



riis criminaliter accusatis consulti Bal. conf. 144. lib. 1. & conf. 314. ebd. volum. & conf. 453. lib. 3. & conf. 436. lib. 5. Scias tamen, quod quando ipis operarijs, seu laboratoribus fuisse facta denunciatio, siue protestatio, ut ab ipso opere desisterent, eo casu non excusantur, sed ita uidentur committis opin. ut ait Dec. in l. uelle non creditur, post num. 3. ff. de reg. iur. quem refert Taeg. in loco præ allegato, num. 37. talis enim denunciatio illos in mala fide constituit. Idem si huiusmodi operarij de nocte accessissent ad laborandum, uel actum clandestine fecissent, non essent excusandi. Et hæc est communis opin. ut attestatur Plotius in repet. l. i. quando, nu. 790. Ex quo enim clam agunt, uidentur esse in dolo. Faciunt quæ dixi infra vers. Sed an forte. Ex hoc etiam inferitur, quod si miles uel collateralis pratoris de eius mandato aliquem decapitari fecerit iniuste, excusatur, prout alias iudicatum fuisse in facti contingencia refert Catald. de synd. quaest. 120. Scias etiam, quod hæc conclusio intelligenda est ut procedat in delictis leuibus nam in delictis atrocibus, in mandatum superioris nunquam excusatur, Et est communis opin. ut dicit Bal. conf. 136. post med. libr. 1. Quæ autem dicantur delicta atrocita, dixi supra hoc eod. lib. §. i. uerbi. Sunt etiam, intellige quoad hoc ut in totum non puniatur, sed bene excusatur ut mitius puniatur, etiam in atrocioribus. Ita sentit glo. in l. 2. in glo. r. C. de sepulchro uiol. quam doctores communiter approbant, ut attestatur Didacus super quarto decreto falso §. numero 7. in fin. Hæc autem de plano procedunt in mandato superioris simpliciter loquendo, sed si esset uir potens, & leuiter erga eos, quibus mandatum potest, forte esset excusandus, qui de eius mandato aliquid delictum committeret, non quidem à tota poena, sed mitius & citra mortem puniendus, prout reperio in facti contingencia seruasse, curiam Neapol. quæ condemnauit ad terribes quendam famulum, qui de mandato cuiusdam domini uiri potens opere, & sermone, apposuit cuidam committis fragmenta lapidis ad amantini in quadam cratera &c. ut refert Grammat. voto 38. Sed quid in

principe, uel domino, si mandet alicui, ut alium occidat sub comminatione, quod nisi exequatur, ipsum occidat faciet, nunquid hoc casu mandatarius excusabitur? Respond. quod de iure civili excusatur, & est communis opin. attestatur Corset. in verbo Metus singu. incip. an operatur timor, quem refert Pract. Carer. folio. 422. numero 174. Taeg. in pract. crim. cap. 10. nu. 36. uidetur enim hoc quodam modo facere ad sui necessariam defensionem, ne scilicet ipse occidatur. Faciunt quæ dixi infra uerbi. Quæro modo. Idemque si princeps mandet officiali, ut aliquem sine processu suspensi faciat, poterit officialis tale mandatum exequi licite, & sine peccato. Et ad hoc allegatur decisio Cyni, quæ dicit esse committere à doctoribus approbatam Cagnol. in d. l. uelle non creditur, numero 10. in fi. de reg. iur. Reperio, tamen, quod Pract. Carer. fol. 323. numero 170. dicit, quod in contrarium communiter concluditur, scilicet quod nullo modo debet officialis exequi tale mandatum in iustum sed in persequere, & principi rescribere, maxime si princeps mox fuerit iracundia, quam opin. dicit etiam uideri, magis communem Taeg. in d. c. 10. num. 28. Sed certe ego non darem amico in eo tale consilium, & multo magis quando princeps est iratus, ne ei contingeret id, quod contigit pretori Varisij, de quo mentionem facit Boss. in tit. de homicid. nu. 98. in fin. Excusatur etiam ex mandato ille, qui delictum commisit, quando mandatum factum fuit à persona, quæ illud idem delictum poterat impune committere. Et potest poni exemplum in eo, qui de mandato patris interfecit filiam deprehensam in adulterio, de quo dixi supra hoc eod. libro §. Homicidium. uerbi. Dubium est. Et licet aliqui dixerint hoc non habere locum nisi in illis personis, quibus potest imperari, prout est in filiis, & in seruis, nihilominus communiter tenetur contrarium, ut dicit Cepolla consil. crimin. quarto, colim. prima, subdès etiam quod ita obtinuit in facti contingencia, prout illum refert Pract. Carer. folio 325. numero 113. Vide quæ dixi in loco præ allegato.

Quæro

Quæro modo, nunquid metus aut, vis in delictis excuset? Respond. quod sic, & ideo delinquens propter metum, uel coactionem non punitur, & est communis opinio, ut ait Dec. in l. uim, in secundo nota. ff. de iustitia & iure. put. illum refert pract. Carerij, fol. 421. num. 173. de quo dixi supra hoc eodem lib. §. homicidium. uerbi. Excusatur autem, & sequen. Et pro muliere, quæ per metum adulterium commiserat, consulti Abb. consil. 4. lib. 1. §. Hinc fertur, quod si quis alium interficiat metu mortis, non est puniendus poena homicidij, ut dicit Bal. in c. 1. §. in iura. post nu. 19. uerbi. sed pone. de pace. iuramento firmo. & est communis opinio, ut attestatur Bolenc. in ropet. l. capitalium. §. famulos. numero 200. ff. de penis. Faciunt quæ dixi supra uerbi. solet dubitari.

Nunc quæro, nunquid prouocatio aduersarij delinquentem accuset? Respond. quod regulariter prouocatus, qui delinquit, non excusatur, & est communis opinio, ut dicit Boer. consilio quarto. numero. loquens de iniuriato, qui iniuriantem iniuria atterat, subdès etiam, quod ita obseruatur in practica, de quo ego dixi supra hoc eodem lib. §. iniuria. uerbi. Quæro etiam, Mitius tamen punitur, quia in dubio ille, qui est prouocatus, presumitur tacere, id, quod faciat, causa se defendendi, & non causa uelationis, & ita dicunt iura, & Doctores, ut ait Marfil. consil. 17. num. 8. Vide quæ dixi supra hoc eodem lib. §. homicidium. uerbi. sed quomodo. Et ita in facti contingencia seruatum fuisse in quodam homicidio, quæ uerbis iniurijs fuerat prouocatus, refert Papo libro 27. ti. quinto. Arresto.

Sed hic quæro, nunquid iustus dolor in delictis excuset? Respond. Non, ut delinquens impunitus euadat, sed bene debet poena aliquantum temperari. Tex. est in l. i. §. in grau. §. maritus. ff. ad Syll. & in l. si adulterium citi in celsu §. Imperator. ff. de adult. & dicit A. f. super terz parte constitutionum Regni, rubr. 46. numero primo. quod sepius uidit ita fuisse practicum tempore Regis Ferdinandi Primi. exemplum poni potest in marito occidente uxore deprehensam in adul-

terio, ut dixi supra hoc eodem lib. §. homicidium. uerbi. Sed quid dicendum. Ad unum tamen aduerte tu, qui defendis reum, ut probes non solum causam ipsam, quam pretendis illum impulsisse ad ita faciendum, sed etiam quod ipse motus fuit ex ea causa ad illud faciendum, ita dicit Alexand. conf. 103. post num. 13. uerbi. Et dato quod comes. lib. primo. & ita practiceatur, ut ait Blanc. in pract. crimina. fol. 139. num. 8.

Sed an forte proderit reo excusatio, quod delictum clam commissum fuerit? Respond. Aut delictum est ex illis, quæ ex sui natura possunt esse licita, & illicita, ut sunt contractus, qui regulariter sunt liciti, sed in aliquibus casibus prohibentur, puta tutoris cura pupillo, uel huiusmodi, & tunc magis puniatur qui ea clam committit, quàm qui palam, nam ex quo illud clam facit, presumitur scire illud illicitum esse, & ideo non excusatur, Aut uero delictum est ex his, quæ de sui natura sunt semper illicita, ut est blasphemia, iurum, homicidium, & huiusmodi, & tunc plus puniatur, qui ea palam committit quam qui clam. Et hæc est communis distinctio, & resolutio, doctorum, ut dicit Gomez in §. ex maleficijs. num. 21. Instit. de actio. subdès non esse ab eo consulendo, aut iudicando recedendum.

Tui quandoque interrogatus, nunquid in delictis poenitentia excuset? Respond. quod, Aut loquimur in poenitentia post delictum commissum, & ista non excusat, quin possit accusari, ut dixi supra hoc eodem lib. §. iniuria. uerbi. Quæro quid, sed nequæ ad uitandam poenam reperio, quod poenitentia in aliquo delicto profit, preterequam in crimine hæretis, de quo uidentur hunc esse dixi supra hoc eodem libro §. hæretis. uerbi. Sed qua ro. Unum tamen nota, quod licet hæretico poenitenti parcaatur, si quis tamen accusauerit falso alium de hæretis, non potest iste poenitere, ad hoc ut eum et poenam, sed omnino puniendus est, & ita refert in facti contingencia iudicatum fuisse Cy. & post eum Ang. in l. si. numero 3. C. de accus. quos. refert Anan. in cal. secundo. post num. 18. de calumnia.

X 4 Et ego

Et ego uidi duos igne comburi, q̄ fallo detulerant quendam de Bonetis tanquam rapulum de haresi, & contra eum falsum testimonium perhibuerat, quorū altera erat vxor ipsiusmet accusati, & alter erat eius adulter. Et hoc non obstat, q̄ offerrent uelle p̄nitere, & condignam satisfactionem facere. aut loquimur in p̄nitentia ante pratarum delictum, & tunc est distinguendum, nam si quidem p̄nituit, quia facere non potuit, non excusatur, sed punitur acsi perfectisset, si uero p̄nituit, quia non uoluit, tunc non in totum excusatur, sed mitius punitur, & hæc est doctrina Ioann. Andr. in c. cum laici de iure patrona. ad quam omnes recurrunt, ut dicit August. ad Aug. de m. l. in uerbo, & uessem cælestem. nu. 39. Dicit etiam Io. de Ligna. inter cōsilia criminalia diuersorum, conf. 20. numer. 16. lib. primo, quod in hoc resident omnes, quod tamen intelligit secundum ea, quæ dixi 7. q. 92.

Et generaliter scias, quod qualibet iusta credulitas excusat a p̄na, & hæc est communis opinio, ut dicit Curt. l. uni. cōsil. 1. 32. num. 1. quem refert Villalobos in sua collecta communium opinionum, in litera C. nu. 23. Quinimo dici solet, q̄ a delicto, seu dolo, & p̄na quælibet causa ep̄iam iniusta excusat, ut dicit gl. in l. plagij in uerbo, iusta. C. de plagiar. quam dicit esse communiter approbatam Io. de ami. is conf. 84. numer. 5. Boer. decif. 168. nume. 11. Socin. l. uni. conf. 45. nu. 16. lib. primo. Hanc etiam dicit esse communem regulam Dec. conf. 170. post num. 2. uerf. Ultimo non obstat, quem refert Gratius confil. 37. num. 21. lib. secundo. a son in l. si quis id quod. num. 35. ff. de iurisdictione omnium iudicū. Curt. in l. prima. num. 6. ff. quod quisque iuris. Blan. in pra. cri. m. fo. 138. num. 6. & dicit Bol. in c. de decreto Mediolani, & c. nume. 19. quod ita dicit omnes, q̄ ad pauca respiciunt. Tu uero dic, quod aut loquimur in delictis, in quibus dolo est de substantia, ut est falsum, perurium, & similia, & tunc si ue causa sit iusta, siue iniusta, excusatur, nam uideat cessare animus delinquendi, aut uero loquimur in delictis, in qui-

bus dolo non est de substantia, & tunc causa si est iniusta, excusatur quidem a dolo, sed non a culpa, & ideo punitur pro culpa, non autem pro dolo, sed si causa est iusta, excusatur a dolo, & a culpa, & ita distingui debere secundum omnes attestatur Bal. in d. l. plagij. num. 2. C. ad legem Flau. de plagiar.

Frequens etiam in criminalibus iudicijs est defensio, quam rei faciunt, probando bonam uocem, qualitatem, & famam, nec non, & nobilitatem, ac merita ipsius rei, & talis defensio eis potest eēttilis ad multa, nam licet alias fama publica alius maleficij contra aliquem sit cōtra eū sufficiens indicium ad torturam, ut dixi supra quæstio. 21. uerf. c. fama sola, si tamen ille, contra quem est probata talis fama, probet in suis defensionibus se esse bonæ uocis, conditionis, & famæ, non poterit torqueri, secundum omnium doctorum opinio. ut ait Gand. de malef. in tit. de præsumptio. el. primo. nu. 15. Quinimo dici solet, quod per probationem bonæ famæ expurgantur, & tollitur indicia quantumuis urgentia contra accusatum, uel i. quistum. Et hanc dicit esse communem omnium doctorum sententiam Io. Arno. soli loquo 37. licet communis, & ita quod tidie sit hæc probatio, ut dicit Mantua in praxi iudiciaria, casu 37. quæ tamen partim prodest coram rigorosis iudicibus, qui (ut ipse ait) uolunt sapere plusquam oporteat, sed retenta conclusione pro uera, illam intelligit ut procedat, quando contra reum nihil aliud esset probatum, quam sola fama, secus autem si ultra famam esset etiam aliquod aliud indicium super delicto, nam eo casu, non obstantie tali probatione, utique posset torqueri, & ita semper uidi seruari. Vide in hoc proposito ea, quæ dixi 5. in d. uerf. i. Fama sola. circa finem.

Prodest etiam p̄batio nobilitatis, uel dignitatis, licet enim quando tractatur de p̄na pecuniaria impoñenda, grauius puniendi sunt nobiles, quam ignobiles, tamē quando agitur de impoñenda p̄na corporali, seuerius puniendi sunt plebei, quam nobiles, aut uiri in dignitate constituti, ita dicit gl. in cap. cum quibus. in glo.

El. 1. de iureiur. quam dicit esse communiter receptam Didacus lib. 2. resolutionum. c. 9. num. 3. Sic etiam in ipsis penis corporalibus impoñendis magis ignominioso mortis genere puniuntur plebei, quam nobiles. Et ita de consuetudine nobiles, & magnates non solent furca suspendi, prout seruari attestatur Bald. in d. c. cum quidam nu. 3. quem refert Marf. in l. unius. §. cognituram. nume. 77. ff. de questio. De eadem consuetudine, q̄ nobiles non suspendantur, neque patiantur penas uiles, attestatur Bar. in l. capitalium. §. seru. ff. de penis. & in l. defensionem. §. pena militum. ff. de re milit. quem refert Paris. Put. de syn. fol. 359. nu. 3. & fol. 369. nu. 3. & Boer. de custo. clauum. post nu. 25. & Bonus de Curtili de nobilitate. in quinta parte. num. 1. & Marcus deci. 675. queritur an uir. & Grammat. super c. Regni, fol. 121. num. 23. & decif. 32. in fine. & Gomez Arias super l. 77. Fauri. num. 34. ubi etiam affirmat in Hispania obleruari, Bolen. in repetitio. l. capitalium. §. famosus. nu. 57. ff. de penis. Affili. super prima parte consuet. onum Regni, rub. 13. nume. 49. Ponta. super consuet. Bles. fol. 153. col. 2. in fin. Pet. Bellas de re mil. fol. 83. num. 33. Et dicit Bald. confil. 426. nitime. 1. lib. 1. q̄ militis, qui debent p̄de- re uitam propter aliquod maleficium, de consuetudine decapitantur, nō autem suspenduntur furca, etiam ex delicto, pro quo plebeus suspenditur: dem dicit Cepolla consil. 40. in primo dubio. Dicit tamen Paris. Put. in loco præ allegato, post nu. 7. q̄ ipse fecit suspendi quendam armigerum ex nobili profapia, qui furto subtraxerat crucem argentream, & calices sacre ecclesie, nam talis (ut ipse ait) non erat dignus p̄na nobilitatis iustitia, non enim ignoscendum est militi, cui obuiare oportet ut latroni. Hoc tamen non seruatur in Francia, ut ait Bar. in d. §. pena militum. & Cepolla in loco præ allegato. uerf. Et hoc quantum. Idem dicit Guiliel. de Benedif. in secunda parte respecti. c. Raynatus. fol. 97. num. 221. Dicit etiam Bal. in d. c. c. quidam, q̄ hoc non habet locum in nobilibus, qui committunt probationem, tales enim debent in

altioribus furcis suspendi, subdens, q̄ ita seruatur in regno Francie, quem refert Tiraquell. de nobil. cap. 20. nu. 116. ubi à nu. 104. vsque ad num. 134. multa congerit in hoc proposito.

Item prodest probatio, q̄ aliquis sit egregius miles, & utilis reip. ut dicit gl. in l. & si ferior. in uerbo, Certis rationibus. C. ex quib. eaq̄. infra. inrog. quam omnes sequuntur, ut dicit Capolla conf. cri. mi. 36. circa finem.

Pariter etiam bonum est probare insignem peritiam ipsius imputati, uel excellentiam in aliquo artificio: nam etiam ex ea cā p̄na remittit, aut minui potest, & ad hoc solet allegari l. ad bestias. ff. de penis. & ita communiter receptum esse attestatur Didacus libro secundo, resolutionum. c. 9. num. 6. Placa libro primo de libtorum. ca. 33. numero primo. & seq. Et refert Paris. Put. de syndic. in uerbo, & c. na. cap. 1. in fi. quod ita semel obtentum fuit in consilio regio in quodā bombarderio, ipso Paride parociano. Refert etiam præ. Careri, fol. 548. numero 72. quod Dyn euasit quendam insignem fabrum, cui erat impoñenda mansio, & propter eius peritiam fuit eius mitigata p̄na. Et licet multi dicant, q̄ illa lex hoc non probat, omnes tamen fatentur, quod propter insignem aliquod artificium, aut excellentem uirtutem ipsi delinquens consulto principe impunitus dimitti, ut attestatur Horatius de priuil. schol. ca. 83. Veritas est, q̄ iudices inferiores non possunt nisi consulto principe ea causa p̄nam remittere, sed tenentur, qui est loco principis, utique hoc facere potest a seipso, & aliquando uidi hoc fieri ante sententiam, ut si p̄na immineret, non autem remitteretur in totum, post sententiam uero omnino principis est ad eandem. Scias tamen, quod in omnem causam valde difficile est hoc obtinere in practica, & dicit Cepolla in l. meritis. circa finem. ff. de uerb. signi. quod uidit quandoque viros egrogos in aliqua arte decapitari, licet hoc ubi non p̄cceret.

Utilis etiam est probatio meritorum ipsius rei in principem, uel rempublicam, nam quandoque remittitur p̄na ei, qui multum

multum seruitur principi, vt dicit glo. in §. plane. in verbo. Ob meritum. Iulij. de iure nat. gent. & ciui. quæ in hoc ab omnibus approbatur, vt ait Gram. consi. 29. post nu. 40. verfi. Quod maxime.

Sunt enim alie cause, ppter quas poena remittit, aut minui solet, quarum multas copiose, & eleganter recenset Tigraquell. in suo tractatu de penis. Et potest poni exemplum, si appareat qd delictum sine dolo commissum fuerit, nam eo casu non potest reus corporaliter puniri, vt dicit infra q. 24. circa principium. Item quando delictum est commissum extra propositum, & intentionem ipsius delinquentis, nam & eo casu potest iudex poenam minuire, secundum Bar. in l. quid ergo. §. poena grauior. post num. 11. ff. de his qui no. infam. Et ita dicunt omnes scribentes, vt attestat Capolla in d. cas. 36. col. si. verfi. Et postremo.

Solex etiam dici, qd pater filium de aliquo delicto imputatum in iudicio prestantur, non potest filius ex eo delicto ad mortem condemnari, & videtur esse tex. in l. mili. tes. §. desertorem. ff. de remilita. & dicitur Saly. & Pau. de Castr. quod ita consulerunt, & fuit obtentum, quos refert Auguf. ad Angel. de malefi. in verbo, & ad querelam. post num. 38. Dicit etiam Capolla cautela prima. quod ita obseruauit Imperator, quod a filio imputato de crimine lese maiestatis. Sed certe credo, qd difficile esset hoc obtinere in practica, cum iudices hanc cautelam no attendant, vt attestat Bras. Carrerij, fol. 550. num. 75. & ideo nunquam vidi illi in practica proponi.

Allogatur etiam plerunque, quod propter multitudinem reorum non est malefictum seuerè puniendum, hinc est, quod in vniuersitate, non fertur sententia ex communicationis, qd ita tenet, & seruat curia, vt ait Card. Alex. in c. episcopus qui. circa finē. q. 2. In hoc autem articulo aliqui distinguunt, qd, aut seruendo in multitudinem delinquentium scandalu generaretur, & tunc indulgendu est, vel saltem mitius agendum cum multitudine, ne multorum strages contingat, aut vero scandalum futurum non est, & non

parcitur multitudi, ita dicit glo. in cap. latores. in verbo. Multitudine. de clerico exco. in nu. mmo. quam dicit esse communiter approbatam, quæ in l. 1. §. hoc rescriptum. numero 13. ad Sylleia. Tu vero dic, quod vbi multorum strages contingeret, necessarii seruari est detrahendum, vt est res. 1. penul. ff. ad leg. Cornel. de licar. Et ideo licet regulariter auxiliatores, & fauores delinquenti sint eadem pena puniendi, vt dixi infra q. 50. si tamen sit multitudo auxiliantium, no puniuntur eadem pena, & ita videmus quotidie obseruari, vt dicit Ange. in l. is qui opem. nu. 1. de iuris. quia principis, & caporalis. §. finium, & seditionis ciuitatis puniuntur asperime, reliquis aut auxiliantibus, & fauentibus mitiatur poena.

Vidi ego, quandoque in facto dubitari, pone, quo iuricem reuocatur, & conseruatur, quis fuerit aggressor, vel ita statutū, vel editum, quod primo euaginat, vel potens manum ad arma, vel humis inodi, pugnat in centu. Mox duo euaginat armis inter se rixæ fecerunt, neq; costat quis prius euaginauerit, nunquid vterq; erit absolueudus propter incertitudinē, vel vterque condemnandus? Respondi, Gloss. in l. prima. §. cum ardetes, in verbo. Sibi. ff. si quadri. pauper. fecisse dicitur. videt velle, qd propter incertitudinem vterque absolui debeat, & opinio illius gloss. pluries secutus est senatus, & in specie in quadam rixa secuta inter Putcos, & Persichellos, iussu n. propter incertitudinem omnes absolui a poena prioris euagationis, vltimo Febr. 1550. P. N. Sed certe Doctores tenent contra illam glo. vt dicit Bal. in eo. §. cum ardetes. verfi. Queritur glo. quem refert Aug. ad Ang. de malefi. in verbo, Et dicitus Tertius. post num. 37. Inter est n. reip. ne delicta impunita remaneant, & ita quandoque vidi seruari, prout etiam dicit Angel. ibi, quando semel habuit de facto, & secutus est hanc opinionem. Quam tñ intellige ut procedat, qñ agitur de imponenda poena pecuniaria, sed si ageretur de imponenda poena corporali, credo qd potius esset vterque absolueudus, quam puniendus, in xta

ea que dixi supra hoc eo. lib. §. Homicidium. verfi. Alia est etiam.

Præterea potest reus allegare, quod delictum est antiquum, scilicet commissum iam supra decem annos, nam eo casu no ddt puniri pena mortis, sed mitiori, vt est text. in l. si diuino. ff. de penis. ex qua lege hoc communiter deducit per Doctores, vt ait Didacus libro 2. resolutionū, cap. 9. post numerū 2. ver. Primum posse, & Anton. Gomez. cap. 1. delictorum. nu. 8. & super l. 76. l. auri. num. 6. licet reuera forte ille tex. id non probet, illam tamen legem ad hoc allegauit Aflic. in cōgregatione sapientum coram rege Alphonsi X. l. vt per eum dec. 277. Illustrissimus, & idem Aflic. refert super prima parte constitutionum, Rub. 50. numer. 4. qd illa lex fecit sibi eo die magnum honorem, quem etiam refert Apostil. ad eundem Aflic. super prima parte constit. Rubr. 13. sub numero 36. A pud nos autē illa lex quandoque seruat in delictis leuibus, & memini quod quidam Io. Angelus Rogonus, pro furto examinis apum commissio supra decemium, habita remissione fuit absolutus. 23. Augusti. 1559. P. N. Sed in atrocioribus nunquam vidi p viam iusticie illam in practica obseruari, bene vidi illā prodesse ad obtinendam gratiam, seu commutationem penę, etiā illis, qui fuerant in contumacia condemnati, prout etiam erat in casu, de quo mentionem facit Aflic. in loco præallegato, licet Ant. Gomez. vbi supra dicat illā legem non prodesse, quando reus fuit corum max, & sic propter absentiam non potuit puniri, quod etiam videtur fuisse de mēte Bar. in d. l. si diuino, quando de recenti post delictum fuit reus accusatus.

Potest etiam allegari, quod peccatum fuit per inquisitionem, quo casu non debet reus imponi pena ordinaria, vt habetur per Doctores in ca. qualiter, & quando, et secundo, de accusat. Scias tamē, qd si reus constitatur delictum in iudicio inquisitionis, poterit puniri pena ordinaria, qua puniri deberet per viam accusationis, & ita tenent communiter Doctores, vt dicit Card. Alexan. in cap. de accusatione, colum. 39. verfi. Comparente,

& colum. 55. verfi. Verum quantum, secunda questio. Scias. Hanc etiam opinio dicit esse communem Berous in d. cap. qualiter, & quando, numero 32. & seq. Item scias, quod hæc conclusio locum non habet, vbi crimen est notorium, nā eo casu licet procedatur per inquisitionem, potest nihilominus reus puniri pena ordinaria, ita dicit Innoc. in d. capit. qualiter, & quando, quem sequuntur cōmittunt Doctores, vt dicit Card. Alex. in hoc præallegato. Vltimo scias, quod hæc conclusio locum habet de iure canonico, sed de iure civili non minus imponitur pena ordinaria, quando proceditur per inquisitionem, quam si procederetur per accusationem, vt omnes fatentur, & ideo damnatus per inquisitionem de crimine publici iudicij, ita efficit infamis sicut ille, qui damnatur per accusationem secundum opinio. quam ego tenui infra questione septuagesima secunda, verfi. Damatus. Scias etiam, quod hoc de cōsuetudine non seruat, nam ita puniuntur reus, quando iudex procedit ex officio, prout puniuntur, quando procedit ad instantiam partis, vt quotidie videmus in practica.

Non desunt etiam aduocati, qui allegent ferri, qui sponte confessus est se delictum commisisse, mitius puniendum esse quam eum, qui probationibus est conuictus, argu. l. vni. C. de his qui se deser. Et hanc sententiam dicit esse, communiter approbatam Simacas de hareret. 55. nu. 6. quam etiam maxime appellat Berous in c. et sceleret. in principio, numero 88. de iud. Sed certe iudices de hoc no curant, prout etiam se nunquam seruari vidisse, vt quis ppter hoc mitius puniatur, attestat Alber. in l. 1. §. Questioni, numero 3. ff. de q. estio. An autem dicatur sponte confessus, qui primo negauit delictum commississe, vide que dixi infra questio. 22. articulo nono, verfi. Stante statu.

Legitur etiam, quod iudex ratione amicitie, quam habet cum reo, potest ei penam remittere, & id colligitur ex text. in capit. nisi specialis. de offic. legati. vbi gloss. prima, id expresse affirmat, cuius opinio.

opinio. in practica seruari debendo attestatur Nunius de los corregidores folio 204. columna quarta, in fin. Tu dic, quod in supremo principe non est inconueniens, vt quandoque vbi non agatur de preiudicio tertij, amico suo pena indulgeat. Sed in iudice inferiore esset detestandum & graui pena vindicandum, nisi tamen pena esset arbitraria, quia eo casu vtique postet iudex secundum conscientie suae motum mitius agere cum amico. Vide quae dixi infra quaest. 85. versiculo, Vltimus quaro.

Sed pone, quod illi, qui inter se rixati sunt, vel vulnera intulerunt, sint sanguine coniuncti, nunquid propterea sunt mitius puniendi? Respondeo, quod non, quia de iure delicta etiam inter coniunctos commissa aequaliter puniuntur, ac si inter extraneos commissa fuissent, & ita communiter seruantur, vt dicit Alber. in prima parte statutorum, quaest. 82. Quinimo, si delictum sit atrox, debet seuerius puniri, vt videmus in paricidio, incestu, &c. Ceterum si delictum sit leue, vidi plerumque poenas nimii propter constantem unitatem, pur etiam de iure videmus furta domestica mitius puniri, vt dixi supra hoc eo. lib. §. Furtum, versiculo, Posset etiam.

QVAEST. LXL

SVMMARIVM.

De publicatione processus defensionis.

Et an facta huiusmodi publicatione processus possint adhuc recipi testes, versiculo.

Sed quero, Et an id iudex ex officio facere possit, ibid. Et quid si aliqua partium sit absens, vers. Sed haec quidem.

Et an possit iudex post publicatas attestaciones iterum examinare testes, ut declararet dictum summa obscurum, vers. Quae non quid.

Et an in causis criminalibus concludatur in causa, vers. Quae quo etiam



**P**ROCESSUS defensionibus reorum fit publicatio processus defensionis, Scias tamen, quod dicitur publicatio processus defensionis sit de substantia, adeo quod reo cui non est decreta copia processus, neque datus terminus defensionis, non possit condemnari, vt dixi 7. q. 49. nihilominus publicatio processus defensionis non est substantia, quia acta sunt semper nota iudici, & sic, si tamen ad se accusator, solet publicari et processus defensionis, ad hoc vt ipse videat, an velit aliquid in contrarium deducere, aut probare.

Sed quero, nunquid facta huiusmodi publicatione processus, possint adhuc recipi testes? Respon. quod de iure loquendo regulariter conclusio est, quod in causis criminalibus. (non obstante publicatione processus, vel conclusione in causa) possunt testes de nouo recipi, & hanc dicit esse communem conclusionem Marfil. in prac. cri. §. sequens, nu. 6. intellige, ad defensionem, illi. n. possunt recipi etiam post conclusionem in causa, sed ad offensam non possunt recipi post publicatas attestaciones, neque etiam ex ipsius iudicis officio, & ita communiter tenetur, vt dicit prac. Carer. fo. 627. post nu. 128. Dicunt etiam aliqui, quod quando procedit parte instante, non possunt in criminalibus recipi testes, neque etiam ad defensionem post publicationem processus, & hanc dicit esse communem opinionem Aretinus in ca. cum clamor, col. 2. versicul. Nunc autem maioris, de testibus, pur illum refert Boss. in tit. de pub. proc. num. 3. Et hoc non modo super eisdem capitulis, sed neque etiam super directo contrarijs. Et haec esse communem Doctorum sententiam attestatur Boss. in loco praallegat. numero 5. Bene (secundum aliquos) potest iudex ipse ex officio testes ad offensam rei recipere, etiam post publicatas attestaciones, & hanc dicit esse communem opinionem Aret. in c. fraternitatis, nu. 36. de testib. quem refert Villalob. in sua collecta communium opin. in litera T, nume. 86. Quinimo) secundum eum) potest ipse iudex ex officio examinari facere testes etiam ad offensam post publi-

publicatas attestaciones ad inueniendum maleficum, & dicit Carauita super 69. ritu magnae curiae, circa finem, quod ita videtur seruari, & ex hoc inuenta est a practi- cantibus cautela, vt possint recipi testes et post publicatas attestaciones, tam ad offensam quam ad defensionem, quia scilicet dant iudici nomina testium examinandorum descripta super cedula, qui deinde facit eos examinari tanquam ex officio. Quae tamen practica mihi nunquam placuit, subest enim maximus timor subornationis, & aperitur via falsitatis. Et reperio quod Afflic. super prima parte constitutionum Regni, rubr. 13. numer. 44. dicit quod ipse non acciperet talem cedulam, prout reuera neque ego acciperem, praesertim ad offensam, nisi iusta, & magna causa subesset, & crimen esset atrox, & cessaret omnis timor subornationis.

Sed haec quidem omnia utique possunt locum habere, quando partes sunt praesentes in iudicio, sed quid si sint absentes? Respond. Bar. in l. quarta §. hoc autem iudicium, post nu. 8. vers. sequendo casu. ff. de damno infecto. tenuit quod in casibus, in quibus potest contra absentem procedi ad sententiam diffinitiuam, possit iudex pro absente probationes inducere, & hanc opinionem Bar. communiter approbati per Legistas, & Canonistas attestatur Ripa in d. §. hoc autem iudicium, nu. 74. & seq. Ita etiam magis communiter teneri attestatur Alexand. in l. filius fami. uume. 5. ff. qui facienda. cog. Et hanc dicit esse communem opinionem Abb. in e. bong. post nu. 9. vers. septimo supplet. de postul. prelatorum. Alex. in d. §. hoc autem iudicium, num. 29. Plus dicit Aret. consil. 146. col. 3. in principio, quod illud est indubiatum, quod iudex non modo potest ad defensionem rei absentis testes recipere, licet sint publicatae attestaciones, sed etiam tenetur, & illud dicitur Aret. refert & sequitur Marfil. consil. 39. nume. 30. Ego (vt verum fatear) non intellico quid dicitur velit Aretin. neque Marfil. loquendo post publicatas attestaciones, quando reus est absens, quia secundum communem practicum totius orbis, reo absente, & conuictum non fit publicatio processus, sed proceditur ad senten-

tiam diffinitiuam, ut saepius dixi: non forte intelligenter, quod reus post publicatas attestaciones auisigisset, & se abientem fecisset, sed hoc etiam casu solet contra eum procedi tanquam conuictum, neque villo modo recipiuntur eius defensionis, nec ex officio, nec aliter. Propterea accommodande omnia praedicta ad practicum, quae ubique obtinentur, distinguere hoc modo, Aut loquimur, quando accusator comparat in iudicio, & tunc si quidem delictum est tale, pro quo non potest procedi nisi ad querelam partis, nullo modo iudex debet pro accusatore probationes aliquas inducere, neque ante publicatas attestaciones, neque post, & hoc, siue accusator assistat iudicio, siue deinde factus sit absens. Si iure delictum est tale, pro quo potest etiam procedi ex officio, & sic per inquisitionem, tunc ex quo iudex eo casu concurrat cum accusatore, potest & debet ex officio pro ipso accusatore testes recipere, & processum ipsum prosequi, etiam si accusator recedat, iuxta ea quae dixi supra quaest. 3. vers. Superflua etiam. Bene uerum est, quod post publicatas attestaciones non debet (ut dixi) nouas probationes inducere ad instantiam partis, siue data sit in cedula, siue aliter, neque etiam ex officio, nisi ex iusta, & magna causa, & quando certus esset nullam adesse subornationem. Et idem etiam seruandum est, quando nullus adest accusator, sed solus iudex ex officio siue instante filco procedit. Aut uero loquimur in reo, & si quidem reus est praesens in iudicio, practica est, quod nullo modo debet iudex pro ipso aliquid facere, neque ullas probationes inducere, neque ante publicatas attestaciones, neque post, sed tantum ei providere de idoneo defensore, ubi ipse non habeat. Bene uerum est, quod in procedendo, & examinando testes debet iudex omni studio ueritatem inquirere tam pro filco, quam pro reo, & ita seruari conseruato, quamuis in contrarium sit communis opinio, de qua per Aret. in allegato c. fraternitatis. Si uero reus est absens, tunc quidquid sit de iure communis, ex quo secundum communem consuetudinem totius mundi, conuictum habetur pro confesso, & conuictio, & consequenter potest

potest condemnari ad mortem, neque pro eo admittitur excusator, procurator, neque defensor, ut dixi supra q. 31. vers. Hæc autem. & quest. 13. vers. c. de quod plus est, factus est iudex, qui adhereret communi opinioni, de qua per Bar. in d. §. hoc autem iudicium & testes ad defensionem pro ipso reo absente reciperet. Et ideo, nullo modo debet iudex aliquid facere, sed permittere quod ipso existente contumacia sit locus condemnationi, & ita indistincte observatur. Quæ omnia bene nota, quia iudex, qui in prædictis casibus sequeretur communem opinionem graviter erraret, & forte posset in iudicatu molestari. Hæc tamen omnia intellige ut procedant, quando reus vellet super eiusdem capitulis novos testes inducere, sed super novis, & diversis capitulis non debet repelli, quominus quandounque ante sententiam possit novos testes, & probationes inducere, & ita semper vidi servari, nam hoc casu cessare videtur omnis suspicio subornationis.

Quæro, nunquid post publicitas attestaciones possit iudex iterum examinare, seu interrogare reum, ad effectum ut declararet de iure suo obsequium? Respond. Quod si iudex vult potest ex officio hoc facere, ad instantiam autem partis id facere non tenetur, & hæc est communis opinio, ut ait Tyndar. de rebus lib. 1. c. 4. num. 6. quem refert pract. Conradi, fol. 130. post nu. 37. Bene potest, si iudex hoc facere, & ita dicunt communiter Doctores, ut attestatur Aret. in d. c. cum clamor. in secundo notab. & ita sæpius vidi servari, quamvis aliqui teneant, quod neque etiam possit, qui etiam dicit esse communem opinionem Poss. in loco præ allegato, nu. 25. Sed certe (ut dixi) consuetudo approbat contrariam opinionem, quod scilicet potest iudex, si vult, etiam ad instantiam partis, repetere testem ut dictum sum declarare, licet non ut addat. Et ita de consuetudine servari attestatur spec. pater pract. in tit. de teste. §. satis utiliter. nu. 4. & post eum Alex. cons. 238. nu. 6. lib. sexto Quod tamen ego non facerem, nisi ex iusta causa, & quando aliter veritas sciri non posset.

Quæro etiam, nunquid in causis criminalibus concludatur in causa? Respond.

quod non, & est communis opinio, ut dicit Marfil. in pract. crimi. §. sequens. nu. 1. Est enim æquum, & rationabile, quod ubi devota hominis tractatur, possit reus quandoque suas probationes, & defensiones facere, quod tamen intellige secundum ea, quæ supra statim dixi.

## QVÆSTIO LXII.

### SUMMARIUM.

*Etiam in causis criminalibus accusatore non probante reus absolvitur.*

*Et quæ sit forma, & effectus huiusmodi absolutionis, versicul. Forma autem.*

*Et an in dubio reus censetur absolutus, quia delictum non commiserit, an autem quia non fuerit probatum, ver. Sed hic quæro. Remissive.*

*Et an ille, qui in causa succumbit, debeat in expensis, & damnis condemnari, versicul. Sed nunquid.*

*Et an quis teneatur in foro conscientia pro damnis illatis, & levissimæ culpa, versic. Vnum tamen.*

*Calumniæ duplex est, vera scilicet, & presumptiva, ibidem.*

*Et an accusator eo ipso, quod non probat, presumatur calumniari, versiculo. Dixi supra.*

*Et quid si inveniatur de calumnia, versiculo. Sed quid.*

*Et quid si habeat pro se aliqua evidentia indicia, versic. Sed pone.*

*Calumniator an possit super eodem processu condemnari, versic. Sed quæro.*

*Custos carceris an possit reum absolutum retinere pro impensis, versic. Sed hic incidenter.*

**V**bi nihil vterius superest ad agendum, tam ex parte accusatoris, quam ex parte accusati, tunc debet iudex diligenter considerare processum & offensum, quod de sensum, & recta trutina, pendere, quid ex ipso processu resultet, & quæ, & qualia contra reum extant indicia, seu

seu probationes, quæ per eius defensiones elige non fuerint. Si tamen reus ex eis est plene convictus, vel confessus, debet condemnari. Si semiplene tantum relinquitur contra eum probatio, est tortura libitendenda. Si vero nec semiplene est convictus, tunc tanquam deficientem probatione est absolvendus de quibus omnibus sigillatim videamus. Et in primis quidem dixi, quod ubi contra reum non sit delicti taliter semiplene probatum, debet reus absolvi. Est enim vera iuris conclusio, quod etiam in causis criminalibus actor lucet accusatore non probante reus absolvit, & est communis opinio, ut attestatur Ial. in l. non est nouum, nu. 5. C. de eund. quem refert Villalob. in sua collecta communium opin. in litera A, nu. 37.

Forma autem absolutionis, quæ in hoc Ducatu servatur, est quod si quidem reus probat innocentiam suam aliter, quam per torturam, absolvitur diffinitive, neque potest deinde contra eum ex ea causa procedi, etiam si noua indicia superueniret, ut dixi supra quest. 57. versic. Sed hic quæro, si vero non probet ipse, si in innocentia nisi per torturam, vel in quo ad sunt indicia sufficientia ad torquendum, vel ad imponendum aliquam poenam extraordinariam, tunc absolvitur quidem, non tamen diffinitive, sed tantum rebus, putat. Et hoc casu, si deinde superueniant noua indicia, de nouo contra eum proceditur non obstante tali sententia. Et hæc etiam practica obseruat in Hispania, ut refert Did. lib. primo resolutionu, c. 1. post nu. 8. Idem etiam in Gallia obseruari attestatur Iguerus in repet. §. non aliaz, post nu. 180. & Rebut. in proo. const. Francia, gl. 5. nu. 1. & Reperio tamen, quod Caraita lup. ritu magna curie 248. num. 18. dicit communiter obseruari, quod hoc casu inguitus preter fidei iuratos de stado iuri, & se presentando toris, quoties fuerit requisitus. Sed hoc apud nos non servatur, nisi fenatus, cui sunt relationes causarum criminalium, id expresse iubet. Verum est etiam, quod de iure loquendo ille, qui purgavit per torturam omnia indicia contra se existentia, forte esset diffinitive absolvendus, etiam si per amissionem di-

xisset, iuxta ea quæ dixi infra quest. 64. versiculo, illata reo, nihilominus (ut dixi) consuetudo obtinuit, ut absolvetur tantummodo rebus stantibus, atque ita receptum esse in practica attestatur Pract. 1000. fol. 119. num. 1.

Sed hic quæro, nunquid in dubio sententia absolutoria præsumitur lata, quia reus maleficus non committitur, & sic ex causa innocentia, an autem, quia non fuerit probatum, & sic ex defectu probationum? Dixi supra in d. quest. 57. versiculo, Sed quæro.

Sed nunquid in istis causis criminalibus ille, qui in causa succumbit, debet condemnari in expensis? Respondo. Debet hæc questione fuit aliquando controuersa inter doctores, nam aliqui tenebant, quod sic, & dixit Bar. in Auth. de mada. prin. §. deinde, numero 3. & in l. prima, in principio circa fin. ff. ad Turpil. quod ita communiter tenetur, quem refert Socin. lun. consil. 36. num. 14. lib. secundo. Hanc etiam opin. dicit esse communem Aretin. in c. accedens, numero 13. de accusatio. quem refert Nicellus in concord. glo. c. 47. & gratus consil. 97. num. 1. lib. primo. Card. Alexand. in c. in primis, de episcop. col. quarta, versic. & quia glof. secunda quest. prima, qui dicit, quod de iure canonico ita communiter tenetur. A postil. ad Ang. de malefic. in d. glof. Et ad querelam, post numero 73. quem refert Pract. Conradi, fol. 231. numero 18. Marfil. in pract. crim. §. superest, numero 1. & in l. patre vel marito, numero 24. ff. de questio. quem refert Diaz in pract. crim. canon. ca. 144. quod est capitulum ultimum, & pract. Conradi, fol. 310. post numerum 5. & Virius in lib. communium opin. in verbo, iudex tenetur condemnare. Alba. consil. quinto, in primis verbis, Don Ant. de Padilla in l. transigere, num. 4. C. de transactio. Didacus pract. quest. 27. num. 2. Et dicit Alber. in l. eum quem temere, in principio, num. 3. in ff. de iud. quod communis usus iudiciorum seruat et in criminalibus, ut iudex iudicetori condemnatur in expensis, Et loquendo de damnis, dicit Car. Alexand. in c. libellorum, col. secunda in si. secunda questio.

stioe octava, quod quo ad damna, & interesse partis lese, potest iudex habere rationem eorum, siue procedat per accusationem siue per inquisitionem, subdens, q̄ ita firmat cōmuniter Doctores, que refert Diaz in pract. crim. c. 143. Contrariam uero sententiam, quod scilicet accusator, qui succubuit, non sit condemnandus in expensis, neque in damnis, multi tenebant, & dicit Alber. in l. athletes. §. calumniator. in fi. quod illum tenent cōmuniter doctores, & dicit Bal. in l. q. crimen. post num. 28. C. qui accus. non poss. quod istam opi. confirmat practica, & experientia, & quod ipse nunquam vidit talem condemnationem expensarum in causa criminali quem refert A nan. in c. accedens. post num. 11. de accus. Dicit etiam Card. Alexan. in d. §. de episc. in fi. quod in sacro palatio raro uidit cōdemnari fiscum in expensis, neque procuratorem si scalem, & si unquam fuit cōdemnatus in expensis, nūquam meminit videri talem condemnationem exigi. Pro resolutione huius articuli scire debes, q̄ duplex est calumnia, uera scilicet, & p̄sumpta Vera calumnia dicitur, quando quis scis, aut scire debens aliquem esse innocentem, proponit contra eum accusationem aut querelam. P̄sumpta autem calumnia est, quando accusator non probat delictū uel quando post captum iudicium ab accusatione desistit, nam his casibus p̄sumitur calūniari, ut infra statim dixi. Dico ergo, quod Aut agitur de p̄sumpta calumnia, & uerū est, quod dicit Bal. in loco p̄allegato, quod raro uel nunquam solet accusator in expensis condemnari, Et hoc, ne querelantes metu huiusmodi condemnationum deterreantur ab accusando, & delicta impuni ita remaneant. Aut agitur de uera calumnia, & tūc Aut iudex procedit simpliciter super accusatione, seu querela partis, & det accusator qui calūniatus est condemnari in expensis, & damnis, Aut uero p̄cedit simpliciter ex officio, & sic foli modo instante fisco, & nō debet procurator fisci, neque iudex condemnari in expensis, q̄ de ipso officialibus lex bene p̄sumit, Aut p̄cedit ex officio, sed alio instigante, uel

p̄curante inquisitione, & tunc talis promotor, siue instigator si uere fuerit calūniatus, pariter est in expensis condemnandus. In hoc autē ducatu habemus decretum in nouis constitutionibus in tit. de accusat. c. si quis quempiam, q̄ ille, q̄ aliquem calūniiose deculerit, accusauerit uel notificauerit cōdemnetur in duplicatis expensis uersus partem, ultra penas à iure inflictas, & ita uidi multos in facto condemnari, uidi etiam quandoque falsos accusatores, & notificantes corporali ter puniri, ut dixi infra h. 81. uersic. Sed quero. Quid autem in denunciatore, an sit in expensis condemnandus, si contenta in denunciatione non probat, dixi supra q. 7. uersic. Sed nunquid.

Vnum autem scias in hoc proposito, quod quamuis in foro contentioso quis teneatur de dāno, & iniuria alteri illatis etiam ex leui, & leuissima culpa, tamē in foro conscientie non tenet, nisi de damno illato per dolum uel latam culpā, & hæc est communis opi. ut attestatur Barous in c. dilecti filij, num. 77. de arbitris Menchias cōtra uersic. illustr. c. 28. num. 15. quod nota.

Dixi supra, quod accusator eo ipso, q̄ non probat suam accusationem, p̄sumitur calūniari, Ita dicit gl. in ca. 2. in uerbo, Calūniandi de calumnia, quam attestatur esse communiter approbatam A postil. ad Ang. de malef. in uerbo, & ad querelam, post num. 7. Ita etiam communiter tenet Ait Abb. in c. calūniā, nu. 2. de penis, Toñ. Fantui. quem refert Card. Alex. in c. qui non probauerit, uer. sed an p̄sumatur, secunda questione. 3. Idem Car. Ale. in c. si quenquam. §. notandum, numero. 7. secunda questione prima, quem refert Villalob. in sua collecta communium opi. in litera C. numero. 2. Hanc etiam esse communem opi. attestatur scribentes in d. c. 2. de calumnia, & in specie Abb. num. 5. in fi. & Marian. num. 7. & A nan. num. 19. & Felin. num. 6. Aret. in cap. super his, num. 27. in fine accusat. Bos. in ritu. de accusat. num. 19. Quod tamen intelligendum est, ut non procedat in eo, qui accusat uel ex necessitate officij, ut in tutore, uel propter im-

mensum

mentum dolorem, ut in matre accusante aliquem de morte filij, uel propter atrocitatem criminis, prout est h. resis, uel lese Marietatis, ut per Abb. & alios in locis p̄ allegatis.

Sed quid si accusator tempore portet accusationis intraverit de calumina, iuxta ea que dixi supra quest. 18. uersic. Dixi etiam, nunquid erit excusandus ab hac p̄sumptione calūnię, que contra eum oritur, ex eo, q̄ accusatione non probat? Respond. quod non, & ita communiter tenetur, ut dicit Abb. in d. capit. calumiam, num. 4. Hanc etiam opin. dicit esse communem Ale. in l. properandum. §. in autem utraque, num. 21. C. de iud. A in secunda parte constitutionum Regni, Rubr. 13. num. 9. & Rubr. 52. num. 5. Card. Alexan. in d. c. in primis §. de episc. c. 3. uersic. Sed uinum. f. cunda que h. 81. et dicit Slic. in d. l. qui crimen, numero 14. C. qui accus. poss. quod hoc seruam communis practica. Dicit etiam Alber. in d. §. calūniator, num. 1. quod ita uidit in iud. c. is communiter obseruari. Si tamen uis comminere querelantem de calumnia, potes illum interrogare an uelit uti querela, & probationibus superinde factis, eo quia intendis illum querelare de falso, & si ille respondeat, quod uult uti, eo casu potest tanquam sciens de falso puniri, si querela tūc am falsa conuincatur. Et hic modus interrogandi est approbatus à iure, & de consuetudine obseruatur, ut attestatur Bos. in ritu. de accus. nu. 24. Faciunt ea que dixi supra hoc eo. lib. §. falsum, uersic. Utens falso, & uersic. Utens dicto.

Sed pone, quod accusator habeat pro se aliqua euidentia indicia, puta famam, uel ausum a fide dignis, uel quid simile nūquid excusabitur, etiam si defecerit in probatione? Respond. quod sic, & est communis opin. ut attestatur Abb. consilio 78. post num. 1. uersic. uenio nunc, libro primo, quem refert pract. Conradi, fol. 231. num. 7. Et dicit Barto. in l. cum quidam §. quod dicitur, num. 3. ff. de acqui. h. red. nullies obtentum fuisse, q̄ acutus aliquem de maleficio, de quo contra eum erat fama, non potest puniri tan-

quam falsus accusator, quem refert Guido Papę decil. 446. vox publica, numero 1. & Aff. in prima parte constitutionum, Rubr. 23. numero 11. & Diaz in pract. eric. cano. ca. 59. Idem etiam operatur dictum vulnerari morienti, ut scilicet excusetur hę redem accusantem a p̄sumptione calūnię, ut dixi supra quest. 21. uersic. Asertio uulnerati. Et secundum hanc opi. pro quodam instigatore in facti contingentia consuluit 10. de amicis conf. 51. & pariter pro quodam denunciatore consuluit Cra ueta conf. 178.

Sed quero, nunquid calūniator possit in eodem iudicio condemnari, an autem opus sit nouo processu? Respond. q̄ potest etiam in eadem sententia condemnari vno contextu, oportet tamen absolutam accusatū in ordine p̄cedere, & successe non diuertendo ab alia, accusatorem de calumnia condemnare, Et ita communiter tenetur, ut ait Salic. in l. 1. num. 3. C. de calum. & practica est, q̄ iudex prius faciat statim accusationem terminum ad allegandum, quare nō d. beat de calumnia condemnari, & ubi nihil deluatur, quod releuet, illum poterit in eadem sententia condemnare, ita dicit Bar. in l. athletes. §. calūniator, num. 6. ff. de his qui not. inf. alias enim opus esset alia instantia, & alio processu. Quod nota, ne orres, nam si condemnare aliquem de calumnia, non statuto ei termino p̄dicto, possit syndicatu puniri, ut dicit Ang. de malef. in uerbo, Et ad querelam, nu. 70.

Sed hic incidenter quero, nunquid secuta absolute rei, qui erat in carceribus detentus, possit custos carceris illum retinere pro expensis in carceribus factis? Respond. Aliqui dicunt, quod de iure non potest illum retinere, sed debet relaxare, & postea cōtra eum agere. Sed certe quidquid sit de iure, aliud de consuetudine obseruatur, ut dicit Guido Papę decil. 448. si carceratus, qui refert Chal. super consuet. Burgund. folio 90. num. 34. tract. 1. odoci cap. 17. num. 17. nam custodes neminē relaxant, nisi prius illis fuerit pro expensis satisfactum. Et hoc toleratur per superiores, quia reuera si custodes cogenter uia ordinaria expensas à Pract. Iul. Clar. Y carce-

carceratis post eorum relaxationē repetere, credo quo eorum officium illis esse damnosum.

## QVAEST. LXIII.

## SVMMARIVM.

*Iuramentum in supplementum probationis nō defertur in causis criminalibus.*

*Et quid sit civiliter intentate, ibidem.*

*Et quid sit plusquam semiplene probatū, uersse. Scias autem.*

*Et quid si agatur de iraponenda pōna pecuniaria, uersse. Scias etiam.*

*Iuramentum purgationis an sit deferendum reo in causis criminalibus, uersse. Solec etiam.*

*Et an etiam in foro seculari, uersse. Licet autem.*

*Purgatio legalis an locū habeat in causis criminalibus, uersse. Et etiam.*

*Accusator qui offerat se nelle stare cū reo in tortura, an sit audiendus, uersse. Sed quēro.*

*Et quid si offerat probationem per duellū uersse. Sed quid. Remissio.*

*Dua semiplene probationes an iungantur in causis criminalibus, uersse. Tu scis.*

*zama & unus testis de niso, an plene probet in criminalibus, uersse. Hinc inferunt.*



**S**ED quid si accensator plene non probauerit intentionem suam, sed tantū semiplene, & petat sibi deferri iuramentū in supplementū probationis, nunquid erit audiendus? Respond. q. non. nam in causis criminalibus non deferretur tale iuramentum, & hęc est cōmunis opi, vt attestatur Ale. in l. 3. num. 12. ff. de iur. quem refert Simancas de hęc. c. 50. num. 2. Iaf. in repet. l. admonendi. nu. 224. ff. de iur. quem refert Præ. Conradi. fol. 154. post post nu. 5. Apostill. ad Abb. in c. iuramentum, sub nu. 13. de iur. Dec. consil. 37. in fi. Iaf. in l. ait prætor. in principio, nume. 19. ff. de iur.

Apostilli. de Fel. in c. in omni, sub num. 5. de testib. Igneus in repet. §. non alias, post nu. 201. ff. ad syll. quem refert Herculan. de probanda negat. num. 235. Gomez Arias super l. 74. Tauri. nu. 39. Villalpand. in repet. l. 22. cap. 22. numero 3. Quę quidem conclusio absque difficultate procedit in causis mere criminalibus & criminaliter intentatis, & ita hęc esse cōmunem opi attestatur Marf. in l. maritus num. 12. ff. de quæst. Sed si esset civiliter mota, utique secundū aliquos esset locus huic iuramento, præsertim si nō esset actio famosa. Vide quę dixi infra lib. 7. §. iuramentum.

Scias autē, q. (secundum aliquos) si probatio sit plusquam semiplena, eo casu si probitas partis concurrat, debet etiā in causis criminalibus ei deferri iuramentum in supplementum probationis, q. hanc uideatur sentire esse cōmunē opi. Cur. Inn. in d. l. admonendi, post nu. 67. ver. Postremo nota, quam refert Cephal. consil. 141. num. 20. libro. 1. Quam tamen ego in practica de facili non admittere, præsertim si ageretur de pōna corporali etiam leui imponenda.

Scias etiam, q. si esset causa criminalis pro qua imponi deberet pōna pecuniaria, eo casu utiq. posset deferri tale iuramentum, & hęc est cōmunis opi. ut dicit Ale. consil. 66. post num. 1. l. 1. quem refert Iaf. in repet. d. l. admonendi, num. 225. & in d. l. ait prætor. in principio, post num. 21. uersse. Iam principalem, & Marf. in d. l. maritus, num. 16. & Croc. in trac. de testib. nu. 307. & Apostill. ad Fel. in d. cap. in omni supra allegato, & Præ. Conradi in loco præallegato, & Cophar. in d. consil. 141. post num. 20. & Villalpand. in d. cap. 22. post num. 3.

Solec etiam quandoque accusatore nō probante deferri eo iuramentum, quod appellatur purgationis, & hoc etiā si reus ipse nihil probauerit, & hęc est cōmunis opinio, vt dicit Sor. in d. l. ait prætor. in principio, uersse. Circa secundam. Hoc tamen iuramentum purgationis locū habet, q. contra ipsam reum nō adfunt indicia, quę ad torturam sufficiant, et quāuis olim non esset in usu nisi cū clericis,

nt

vt dicit Simancas de hęc. cap. 54. in fin. hodie tamen præsertim in causis hærelis, seruatur etiam cum laicis, & cum tāto rigore, vt reus deficiens in purgatione habeatur pro contucto, & puniendus sit pōna ordinaria delicti, de quo imputatur. Et hanc sententiam dicit esse cōmuniter approbatam Simancas in loco præallegato, nu. 7. subdens, q. ita fuit obseruatum superioribus annis cū quadam obstetrice, quę post reconciliationem solemnem iterum capta, defecit in purgatione, & tanquam vere relapsa relicta fuit curiæ seculari. Forma autem huius purgationis ponitur per Card. Alexan. in cap. 1. 2. qua. 4. quarra. quem refert Foller. in pract. crim. canon. fol. 298. nume. 9. & Simancas in loco præallegato, nu. 15.

Licet autē uideatur, q. hęc species purgationis sit potius inuentio, & obseruantia iuris canonici, quam civilis, est tamen in usu etiam de iure civili, vt attestatur Jo. de Anan. in c. excommunicamus. d. 1. §. qui autem, nu. 1. de hęc. prout illum refert Blanc. in practi. crim. fol. 37. num. 72. & reperio, q. Bart. in l. 4. §. si magister. in fin. ff. ad legem Aquil. dicit hoc tamel fuisse obseruatum Perusij in quodam negotio, qui percusserat suum discipulū, & illum refert Ang. de malef. in verbo, Admenauit. nu. 2. Hoc etiam seruatum fuisse Rothomagi in quodam iuvene, qui in die festo Penthecostes quādam ancillam decrepitam interfecerat, recenset Igneus in repet. §. non alias, nu. 191. & seq. ff. ad syll. Dicit etiam Præ. l. d. fol. 125. nu. 6. q. hac forma vtuntur frequenter curię spirituales, & earum imitatione etiam tribunalia secularia in Flandria, & alijs in locis. Sed certe in hoc Ducatu non seruatur hoc iuramentum purgationis, vt etiam attestatur Boss. in tit. de iur. nu. 75. in fin. sed eius loco succedit iuramentum de veritate dicēda, q. defertur reo in eius examine, iuxta ea, quę dixi supra q. 35. ver. Sed quēro. Vbi igitur non adfunt indicia contra reū, quę sufficiant ad torturam, reus absolui debet. Si vero extent contra eum indicia, quę ex ius defensionibus non sint sublata, vel elisa, tunc non est locus iuramento, sed deuenitur ad torturam. Et ita quo-

tidie practicitur, vt dicit Blanc. in loco præallegato.

Sed quæro, pone quod accusator, seu querelans dicat ( vt quandoque in factio uidi ) Ego uolo stare cum reo in tortura, & cum conuincere, nunquid erit audiendus? Respond. quod non, quidquid dixerit glo. in l. interdum. §. qui sumus. in verbo, Damno. ff. de furtis. Quam dicit esse cōmuniter reprobatam Mantua centuria prima, numero 12. Hic enim modus probandi non est à iure approbatus, & si hoc admitteretur, quotidie multa sequerentur absurda. Idem etiam dicendum esset, si reus proponeret vt accusator torqueretur, offerens se pariter uelle sustinere in tortura contrariū, q. in factio alias contigisse narrat Paris Put. de syndi. fol. 492. cap. 13.

Sed quid si dicat accusator, quod uult probare suam accusationem in singulari certamine cum accusato? Dixi in meo libello D E D V E L L O, qui nondum est impressus in prima parte.

Tu scis, quod in causis civilibus duę semiplene probationes iunguntur ad faciendam plenam probationem, vt dixi infra libro proximo. Quæro, nunquid idem sit dicendum in causis criminalibus. Respond. Aliqui tenuerunt quod sic, & ita se uidisse cōmuniter obtineri attestatur Alberic. in l. secunda. §. fina. numero secundo. ff. de excusatio. tuto. Contrariam autem sententiam, quod scilicet in causis criminalibus non coniungantur duę semiplene probationes, multi etiam tenuerunt, & hanc dixi esse cōmunem Gratus consilio 47. numero septimo. libro secundo. quem refert Simancas de hęc. c. 50. numero secundo. Alij uero dixerunt, quod si sint plura indicia, quorum quodlibet in sua specie perfectum sit, sufficiunt ad condemnationem, alias secus, & fait doctrina Baldi in l. si quis ex argentarijs. §. primo. nume. 4. ff. de edendo. quam dicit sequi cōmuniter Doctores Bertrand. consil. 137. in fi. libro 2. in secunda parte. & consil. 164. in fi. libro 7. Tu dic, quod aut agitur de pōna corporali imponenda, & tunc non debet coniungi ad condemnandum, aut agitur de pōna pecuniaria.

Y

2

pecu-

pecuniaria imponenda, & possunt cōtigi etiam ad condemnationem, prout etiam videmus quod in huiusmodi li. causis, si tēte semiplena probatio, potest etiam detergi iuramentum in supplementum probationis, vt dixi supra vers. Scias etiam. bñ verum est, quod si causa effert decidenda per principem, vel eius suprema consilia, credo q̄ plura iudicia iungi possent ad cōdēnationem etiam corporalem, saltem extraordinarij, quod vidi sēpissimē fieri per senatum. Et reperio etiā idem aliquando seruatum fuisse per consiliū Neapol. vt refert Gramma. dec. l. r. Senatus enim iudicat secundum conscientiam, prout etiam faciunt domini consiliarij sedentes in predicto sacro cōsilio, teste Grammat. dec. l. 29. nu. 13.

Hinc inferitur, quod licet in criminalibus fama (secundum aliquos) probet semiplene, vt ibi supra questio. 21. uer. Fama sola. & vnus testis de iuri pariter etiā probet semiplene, ut dixi supra eadem questio. 21. vers. Vnus testis nihilominus fama cum vno teste non probat plene in criminalibus, nisi sint alię coniecturę, uel aduinctula, & est communis opinio, ut dicit Crotus in tracta. de testibus. numero 101. Et generaliter, quod fama etiam si iuncta sit cum alia semiplena probatione, non sufficiat in criminalibus ad plenam probationem, tenuit glossa in c. ne aiens. el. primo. in uerbo. Illorum. de testibus, quam inequuntur scribentes. ut dicit Marfil. in l. de minore. §. plurimum. numero 55. ff. de questio. & illam glossa dicit esse communiter approbatam dec. consil. 210. circa finem.

QVAESTIO LXIII. SUMMARIVM.

Practatur materia torturae. Iudex ponens aliquem indebite ad torturam, est capite puniendus, versiculo. Antequam tamen. Prisiq̄nari deueniatur ad torturam, debet cōfiteri de delicto, versiculo. Debet autem,

Tortura non est inferenda, ubi pro delicto non imponitur pena corporalis, versiculo. Praeterea debet.

Ubi delictum aliter quam per torturam probari potest, non est reus tormentis subiigendus, vers. Debet etiam.

In delictis occultis facilius denuari solet ad torturam, vers. Et idem.

Et an adhiberi debeat tortura reo de crimine cōuicto, ut illud etiam confiteatur, uer. Scias etiam.

Et an super socijs & complicibus, versico. Veritas est.

Tortura inferri non debet nisi praecedentibus indicijs, vers. Dixi etiam.

Et quia in atrocibus delictis, ibidem.

Et quid si reus sit male uocatus & solitus delinquere, vers. Sed pone.

Et quid si sit bannitus, & cōdemnatus in contumaciam, versico. Sed nunquid.

Indicia, quae praecedunt torturam, debent esse legitime probata, vers. Non sufficit.

Debit etiam esse ad torturam sufficientia, versiculo. Dixi quoque.

Et qua iudicia dicuntur ad torturam sufficientia, ibid.

Et quo iudicia requirantur ad hoc ut quis possit subici tortura, vers. Sed quare.

Quae persona de iure torqueri possint, versico. Vbi subiant.

Et an liber homo, ibid.

Doctores an possint torqueri, vers. Quare an doctores.

Persona postea indignitate an possint torqueri, vers. Item quare.

Militēs an possint torqueri, ver. Quare etiam.

Nobiles an possint torqueri, versiculo. Vterius quare.

Decuriones an possint torqueri, vers. Praeterea quare.

Minores 14. annis an possint torqueri, versiculo. Quare nunquid.

Senes an possint torqueri, vers. Non etiam.

Mulier pregnans an possint torqueri, versiculo. Quare modo.

Clerici an possint torqueri, versiculo. Sed an clerici.

Et an sacerdotes, ibid.

Laius an possint torqueri clericum de mandato episcopi, versico. Sed hic quare.

Iudex

Index an teneatur requirere accusatorē prius quam torturam inferat reo, versiculo. Vbi nihil.

Decreta tortura si reus appeller, an sit superse dentium, versiculo. Sed quid agendum.

Et quid si petat sibi dari copiam indiciorum, versico. Sed quid si ille.

Si plures sint torquendi, quo sit incipiendum, vers. Quare si plures.

Torquendo non est dandum aliquid quod comedat, aut bibat per decem horas ante eam quae torquetur, vers. Decreta tortura.

Torturae gradus qui sunt, versico. Nunc de gradibus.

Mens, & sessio torquendi aequiparatur torturae, ibid.

Carcer an dicatur species torturae, versiculo. Sed an forte.

Tortura adhibenda est pro modo indiciorum, versiculo. Debet igitur.

Tortura an possit inferri die feriato, versico. Quare an torturae.

Advocati, seu procuratores reorum an possint interesse eorum torturae, versiculo. Quare nunc.

Torquens non debet reus modis exquisitis, & non confisari, versico. Item debet.

Iudex excedens in tortura modum consuetum tenetur in syndacatu, versiculo. Iudex autem.

Reus negans, & in tortura perseverans dicitur proferre iudicia contra eum existentia, versico. Illata reo.

Caute ut iudex, qui aliquem indebite torquet, non teneatur in syndacatu, versico. Et in hoc.

Confessio facta in tormentis non sufficit ad condemnationem, nisi reus extra tormentum illam ratificet, versico. Ceterum si reus.

Et quando fieri debeat huiusmodi ratificatio, vers. Et circa.

Et in quo loco fieri debeat, versico. Debet quoque.

Et an sint adhibendi testes, ibid.

Et quid si non ratificet confessionem in tormentis factam, sed illam renouet, versico. Vbi vero. Rens sine.

Et an ubi reus illam ratificet, ei statim debeat terminus defensiois, versico. Sin autem reus.

Reus an possit interrogari de alijs criminibus de quibus contra eum non adfuit iudicia, versico. Successe quoque.

Tortura sine illata an repeti possit, versico. Ultimo videndum.



AETERVM ubi delictum non sit plene probatum contra reum, videndum est, an contra eum iustitiam indicia sufficientia ad torturam, & p̄ ipsius rei defensiones iudicata, aut

elisa nō fuerint, & eo casu dēt iudex decernere deueniendum esse ad torturam.

Antequam tamen iudex aliquem ponat ad torturam, debet animaduertere, ne id iniuste faciat, nam iudex qui ponit aliquem ad torturam iniuste, ipse est capite puniendus, & hec est communis opinio, vt dicit Marfil. in l. questionis modum, nu. 73. ff. de quaest. & in l. 1. §. praeterea, nu. 73. ff. ad leg. Corn. de ficar. & in prac. cri. §. expedita. nu. 87. in fin. quem refert Sapia in l. 1. in principio, numer. 7. ff. quod quisq; iuris. & Apoll. ad Crot. de testibus, post nu. 96. in uerbo, Moica, & Apoll. ad Riminal. consil. 6. sub aume. 18. & Boss. in tit. de tortura, num. 31. & Per. Calef. inter consilia criminalia diuertorum, consil. 93. in fin. libr. 2. & consilio 92. num. 4. eo. vol. & pract. Conrad. fol. 12. vers. debet etiam, & contra iudicem, qui indebite quendam torerat, cōsultit Barb. consil. 47. li. 1. Scias tamen, quod hec opinio non seruatur in practica, nisi vbi non sequatur mors ipsius rei, non solet iudices puniri p̄ equa capitis, sed tantum p̄ reos extraordinarios. In regno autem Neapol. adest constitutio imponens iudici iniuste torquenti penam carceris biennalis, & publicationis tertiae partis bonorum quae fuisse executam contra quem. in additionem referre Grammat. consil. 15. in fin. vbi in facti contingentia ita consulit. Sed in omnem casum debet iudices caute, & considerate ad torturam reo insignem procedere, nam si reus in tortura indebite illata moreretur, forte posset eo casu seruari communis opinio, quamuis ego etiā hoc casu illam non seruarem, nisi appa-

Pract. iul. Clar. Y 3 recet



reret, quod iudex aut propter inimicitias, aut propter pecuniam, vel aliter corruptus id fecisset, tunc enim non excusaretur illam a pena ordinaria homicidij. Quid autem si iudex in tortura modum excesserit, ita ut reus mortuus sit, dixi J. ver. Iudex autem.

Debet autem iudex ante omnia considerare primo, ut constet de delicto, iuxta ea quae dixi supra quaest. quarta, & quaest. 55. versiculo. Potest etiam, licet hoc male seruetur in practica, ut dicit Brun. de indic. & tortura, fol. 57. numero 11. in fi. quia statim, quod aliquis dicit sibi aliquid subtractum fuisse, abique eo quod aliter constet, torquentur suspicij de furto, quod etiam dicit hodierno tempore seruari Pract. Casoni, fol. 67. numero 6. Sed certe iusti iudices, & qui considerate procedunt, neminem ponunt ad torturam, nisi prius de delicto ipso appareat, ut dixi in locis praedictis, & ideo miratus sum, quod senatus iusserit torqueri quendam Simonem hebraum, qui delatus fuerat, quod puellam Christianam vitiaisset, & deinde ad occultandum scelus morti tradidisset, licet de caduere non constaret 17. Febr. 1555. A. C.

Praeterea debet iudex considerare, an delictum tale sit, pro quo quis de iure sit tormentis subiiciendus, scilicet quod pro eo ingeratur poena corporalis, nam ubi non ingeritur nisi poena pecuniaria, vel alia corporis non affligitur, non est ad torturam procedendum. Cum enim tortura sit grauis afflictio, certe non debet maior poena inferri reo non conuicto, nec condemnato, quam esset inferenda ex ipsa condemnatione, ubi esset de crimine conuictus, vel confessus. Vbi vero poena corporalis imponitur, solet indistincte ad torturam pro cedi, & licet aliqui teneant, quod non locus torturae nisi in grauioribus maleficijs, nihilominus communiter seruatur, quod etiam super leuibus sunt torture, prout attestatur Alber. in l. delictum, nu. 4. C. de quaestio.

Debet etiam iudex aduertere, an delictum aliter, quam per torturam probari possit, nam regulariter ad torturam deueniri non debet nisi in subsidium,

quando scilicet aliae probationes haberi non possunt, & ita concludunt omnes doctores, ut dicit Pract. Conradi, fol. 289. post numerum 6. & ita obseruat consuetudo, ut dicit Ang. in l. fi. post numerum 4. C. de quaestio. Boer. decif. 163. numero 1. Et ideo si aliter constet de delicto, reus torqueri non debet. Et hanc dicit esse communem opi. Marfil. in l. prima, in principio, num. 7. ff. de quaest. quem refert Didac. Pract. quaest. 23. fol. 166. col. tertia, ubi etiam subdit quod iudices aliter obseruantes tenent in syndicato, quem refert Pract. Conradi, fol. 288. numero 2. Idem etiam dicit Marfil. in prac. crim. §. nunc uidentium, numero 25. & consil. 51. num. 52. quem refert Pract. Idoc. 12. 35. nu. 3. & Pract. Carer. fol. 160. post nu. 188. vers. Item ad torturam.

Et ideo dici solet, quod iudices facilius debent procedere ad torturam in delictis clam commissis, quam in his, quae palam commissa sunt. Et haec est communis regula, ut dicit Igneus in l. prima, §. serui app. num. 75. ff. ad Sylle. nam ea, quae in occulto committi solent, difficilius probari possunt, ut est venenatio, falsum, adulterij, & similia, merito in illis facilius est ad torturam deueniendum.

Scias etiam, quod per unum iudices, licet delictum sit plene probatum, etiam per testes de visu, solent nihilominus adhibere torturam, non ut amplius constet de delicto, sed solum ut reus fateatur delictum, de quo conuincitur, ne per appellationem illud, quod fuerit pronuntiatum, suspendi contingat, Et dicit Bald. in l. prima, num. 9. C. de iura. calum. quod ita seruati iudices de consuetudine, quem refert Paris Put. de synd. fol. 453. numero 3. Idem etiam dicit Bald. consil. 364. numero 3. lib. tertio, & in l. secunda, num. 9. C. quorum app. non recip. quem refert Pract. Carer. fol. 21. num. 34. Dicit etiam Anton. da Alexand. in quibusdam apof. ad Barto. in l. prima, §. si quis vitro. ff. de quaest. quod haec est communis practica, & quod ita communiter obseruatur, prout illum refert Grammat. consil. primo, nu. 3. & voto primo, num. 3. & super consil. Regni, fol. 24. nu. 33. Dicit etiam Igneus in

in l. & si certus. num. ro. ff. ad Sylle. quod hanc praxim tota pene Italia, & maxime inuadit cautum criminalium iudices & assessores obseruant, sub colore, quod velint reos interrogare super socijs, & complicibus, uel super alijs criminibus, & dicit Paris Put. de synd. fol. 462. num. 9. quod hac cautela vtunt iudices malitiosi, quem refert practica Carerij, fol. 161. versic. limita nisi. Hanc tamen practicum laudat Bald. in d. l. prima, & secunda, quae seruatur communiter omnes criminalista, ut dicit follet. in prac. crimin. cano. fol. 258. num. 5. & dicit Papo lib. 24. titulo nono. Arresto primo, quod parlamentum Parisien. consuevit reus etiam conuictos tormenti subiicere.

Veritas est, quod in hoc Ducatu rei conuicti, uel confessi, uel condemnati interrogantur, & torquentur super socijs, & super alijs criminibus, sed non interrogantur super principali delicto contra seipsum ut constiteantur, & sic non seruatur illa practica, de qua supra dictum est, prout neque in francia illi obseruari dicit chass. super consuetudine Burgand. fol. 48. post num. 40. subdens quod male faciunt qui id faciunt. Quando autem tales rei torquentur (ut dixi super socijs, & complicibus, & super alijs criminibus, debet iudex prius protestari, quod id facit sine praedictio confessi, & conuicti criminis, uel (si sint condemnati) sine praedictio condemnationis. Et haec est communis obseruantia, ut dicit Capolla conf. 32. col. penul. versic. nec potest dici. quem refert Gomez ca. 13. delictorum. post. num. 20. versic. & in tantum. & Bol. in ti. de senten. nu. me. 70. & dicit Alber. in rubrica. C. de quaestio. post num. 9. quod factus esset iudex, qui torqueret aliquem, contra quem esset probatum plene, nisi id faceret cum protestatione, quod non intendit eum torqueri super probatis, debentque facere, quod talis protestatio appareat in actis, alias enim ubi quis interrogaretur super crimine ipso, de quo esset confessus, aut conuictus, sine tali protestatione, & in tormentis negaret, & periret in negatiua, diceretur purgasse indicia, & probationes contra se existentes, & esset absoluentus,

vel saltem non posset in penam ordinariam condemnari. Vide quae dixi infra uersiculo, illata reo. Debent etiam iudices, torquendo reos super socijs, & super alijs criminibus moderatam torturam inferre, neque iuris terminos excedere, ut dicit Igneus in loco praedictato.

Dixi etiam, iudicem animaduertere debere, priusquam reum tormentis subiiciat, an contra eum subsint indicia. Regulariter enim non est a tortura incipiendum, ut communiter dicitur, teste Zasio conf. 19. num. 31. in fine. libro primo. Et in hoc debet iudex esse ualde circumspectus, quia si torqueret aliquem sine indicijs, posset grauius puniri in syndicato. Vide quae dixi infra uersic. Dixi quoque. Et dicit Thom. de Piperata in tract. de fama. nu. 58. quod caueant sibi potestates, & iudices, ne preter arbitrium procedant ad tormenta sine aliquo indicio, quia saltem vnus debet habere indicium, per quod moneatur animus ipsorum, quod accusatus sit culpabilis maleficijs, de quo imputatur, subdens, quod licet in procedendo possint omittere ordinem, & solemnitatem iuris, ex consuetudinaria, & communium interpretatione arbitrij, non tamen praeter praesentem, uel debent omittere. Vide quae dixi supra quaest. 31. versic. arbitrio atque balia. Debent igitur omnino indicia praedecere torturam, & in hoc nemo discrepat, ut dicit Bologni. in additio. ad tract. de tormentis Guid. de Suz. nu. 29. Et ideo etiam si post torturam illatam legitima superuenit et indicia, non propterea tortura non praedictio indicijs illata legitimaretur, & ita tenent communiter doctores, & aduocati, ut dicit Alb. in l. maritus. num. 4. ff. de quaestio. Vide quae dixi supra quaest. 55. versic. si uero. Et haec conclusio locum habet non solum in minoribus delictis, sed etiam in maioribus, & atrocissimis, in eo etiam in crimine lese maiestatis, prout etiam eo casu attestatur esse communem opinionem Brunus de iud. & tortura. fol. 93. num. 6. quem refert pract. Conradi, fol. 304. in prin.

Sed pone, quod reus sit solitus delinquere, & alias sit male vocis, condonatus, & fama, nunquid poterit sine alijs

indicii poni ad torturam? Resp. Aliqui dicunt quod sic, & dicit Marf. in practica crim. in §. diligenter. nu. 99. & seq. quod in hoc conveniunt fere omnes Doctores, prout illum refert Nouell. in practica crimina. fol. 41. nume. 54. Sed certe ego non inuenio Marf. in libro meo hoc explicite dicentem in loco præallegato, licet multos referat ita tenentes, quinimo ipse tenet contrarium, prout ego etiam teneo, quia si ex eo solo possent iudices reos tormentis subire, quia alias deliquissent, haberent nimis latas habenas, quod non est permittendum propter imperitiã multorum. Et certe in hoc Ducatu illa opinio non servatur, nisi in vilibus personis, prout sunt isti vagabandi, qui solici sunt furari, & similes.

Sed nunquid bannitus, & condemnatus in contumaciam poterit torqueri sine aliis iudiciis pro veritate delicti? Resp. Bal. in l. 1. nu. 13. in fi. C. de heredib. instituendis. tenuit, quod sic, & hanc dicit esse communem opi. Foller. in prac. crim. fo. 309. nu. 8. Hec tamen decisio videtur reddi valde dubitabilis ex his, quod dicit Pocer. dec. 163. nu. 5. & post eum Foller. in loco præallegato. Tu itaque dic, quod aut loquimur in bannito, & condemnato, qui postea fuerit captus. Et de tortura huic inferenda super veritate delicti non est tractandum, sed solummodo de exequenda condemnatione, ut dixi infra q. 96. vers. Quæro nunquid bene possit torqueri solictus, & complicibus, & super aliis delictis, iuxta ea que dixi supra vers. Veritas est. Aut loquimur in bannito, qui sit admissus ad novas defensiones, prout videtur loqui Bal. in loco præallegato. Et hoc casu ut quæ poterit torqueri ad veritatem delicti eruendam propter solum bannum, & condemnationem, etiam quod nulla alia contra eum legitima subsint indicia, & ita procedat communis opinio, ut si dicas (ut considerant Boer. & Foller. in locis præallegatis) quod non videatur posse in se verificari hæc communis conclusio, cum inquisitio, & bannum non valeant nisi præcedentibus legitimis iudiciis, & consequenter, quod super tali banno nullum poterit fieri fundamentum? Re-

spondetur, quod imo potest verificari in multis casibus, puta si processum sit ad inquisitionem ex conscientia principis, nam eo casu procedit, & valet inquisitio, etiam aliis iudiciis non præcedentibus, ut dixi supra q. 6. vers. Præterea scias. Idem etiam si processum sit ex dispensatione tenatus, ut sepe fit, vel per inquisitionem, vel preceptis per malibus, non præcedentibus legitimis iudiciis, sed solummodo suspitionibus, vel conjecturis, ut dixi supra questione 21. vers. item quero. Præterea etiam, tu scis, quod multa indicia sufficiunt ad formandam inquisitionem, quæ non sufficiunt ad torturam, ut dixi supra q. 20. vers. Ad formandam, si ergo inquisitus vel citatus, in aliquo ex prædictis casibus permiserit se banniri, poterit deinde, si admittatur ad novas defensiones, torqueri ex solo banno, & illis qualibetunque iudiciis, etiam quæ alias non essent sufficientia ad torturam. Pariter etiam si iste bannitus admittatur ad novas defensiones probaverit in suis defensionibus talia, ex quibus sint sublata vel elisa omnia in loca contra eum existentia, adhuc tamen propter solum bannum, seu contumaciam poterit torqueri. Et sic vides, quod in omnibus istis casibus optime potest verificari communis opinio, & ita pluries vidi in practica observari.

Non sufficit adesse aliqua indicia contra reum ad hoc ut torqueri possit, nisi et illa indicia sint legitime probata. Quo autem indicia probentur, dixi supra q. 22.

Dixi quoque non sufficere, quod adsint in dicta contra aliquem, & quod ea legitime probata fuerint, nisi etiam illa sint ad torturam sufficientia, & hoc iudices debent tenere semper pro oculis habere ne aliquem iniuste tormentis subiciant, ut neque ipsi in syndicato tenentur, ut dixi supra vers. Antequam tamen sit dicitur ad hoc, quod ipse semel respondisset Cardinali Colonnae Proregi Neapol. Grammat. voto 31. nume. 9. Dixi supra, vers. Dixi etiam, in hoc autem que dicitur

tur

tur indicia ad torturam sufficientia, seire debes, quod in materia indiciorum, & torturæ propter varietatem negotiorum, & personarum non potest dari certa doctrina, sed remittitur arbitrio iudicis, ita dicit communiter Doctores, ut ait Bart. in l. 1. nu. 5. ff. de qd. Simancas de here. c. 63. nu. 8. Et in hoc omnes concordant, ut dicit Corn. conf. 101. in litera O. lib. 2. & col. 198. in litera N. eo. vol. Brun. de ind. & tort. fol. 22. nu. 1. & dicit Salic. in l. 1. nu. 7. C. de quaestio. quod ita dicunt omnes Doctores. Idem dicit Ant. de Canar. de quaestio. in secundo membro. nume. 8. Hanc etiam dicit esse communem opinionem Jo. de Amicis col. 134. nu. 1. & dicit Bal. conf. 97. nu. 6. l. b. 1. quia tenent communiter Doctores, & dicit præf. Tod. c. 36. nu. 2. quod in hoc conveniunt omnes Doctorum sententiæ. Si tamen vis videri aliquas questiones in specie circa nonnulla indicia, an sint ad torturam sufficientia, vide supra q. 21.

Sed quero, quot indicia requirant ad hoc ut quis possit torqueri? Resp. Aliqui tenent, quod vnum indicium sufficiat, & dicit præf. Iodoci in d. c. 36. nu. 30. quod ita ad vnum Doctores omnes asserunt. Alii vero distinguunt, quod aut indicium est proximum maleficio, & sufficit vnum indicium ad torturam, aut vero est remotum a facto, & tunc reus propter vnum tale indicium non debet torqueri, sed plura requiruntur, ita dixit Bar. in l. 1. nu. 6. ff. de quaestio. quem sequuntur communiter Doctores, ut dicit Bossius in tit. de indi. nu. 71. Et hanc dicit esse communem opinionem Ioan. de amicis confil. 127. num. 26. & confil. 131. num. 6. Blanc. de indi. num. 150. quem refert Villa Lobos in sua collecta communium opinionum. in litera I. num. 17. Nata confil. 42. num. 6. Michellus patrocinio 46. num. 13. Hanc etiam appellat doctrinam omnium Doctorum August. ad Ang. de maleficiis. in verbo, fama publica. post num. 52. Et ita servari attestatur Alex. in d. confil. 77. nu. 12. lib. 1. quem refert præf. Conradi, fol. 298. num. 30. in fine. Cæterum quidquid sit de iure, Doctores indistincte dicunt, quod de consuetudine in practica serva-

tur, quod per vnum indicium procedit ad torturam, ita attestatur Io. An. in addi. Spec. in tit. de præsumptio. species. sub num. 3. in verbo, in l. vnica. quem refert Alex. in d. confil. 77. in fi. & Ias. in repet. Ladmonendi. num. 168. in fi. & Grammat. confil. crim. 17. num. 18. & Anto. de Canar. de quaestio. in secundo membro. num. 33. in fine. & Gomez Arias verbo l. 74. Tauri. post nu. 18. Ita etiam communiter servari in iudiciis attestatur Albe. in l. si quis alicui. in m. 2. C. ad legem Iuliam maiestatis. Paris. Pute. de synd. fol. 447. c. 11. circa finem. & fol. 469. num. 49. Marfil. in prac. crim. §. diligenter. nu. 111. Affili. super prima parte constitutionis Regii, rub. 27. num. 3. Et ita in hoc Ducatu servatur, nam ex unico indicio legitime probato, sive sit proximum, sive remotum a facto, ut plurimum reus subicitur tormentis, quod tamen intelligitur in ea, quæ dista sunt supra q. 21. vbi dixi, an sola fama, fuga, inimicitia, iniuræ, & huiusmodi, quæ sunt remota a maleficio, sufficiant ad torturam.

Vbi subsint legitima indicia, legitime probata, & ad torturam sufficientia, reus tantummodo ut iudex advertat, an per se forte sit talis persona, quæ de iure probetur subijci tormentis. Videtur igitur quæ persona torqueri non debeat, & in hoc articulo faciendæ est generalis conclusio, quod regulariter omnis ille torqueri potest, qui non reperitur prohibitus, & hæc est communis opinio, ut dicit Ant. Gomez c. 13. delictorum. nu. 3. & scias autem quæ aliqui dixerunt, quod liber homo torqueri non potest, sed contrarium procedendum, quia de eo sunt textus expressi, præterea que ita servat generalis consuetudo, ut attestatur Guido de Suzza. in tract. de indic. & tortura. nume. 82. Jacob. de Beluis. in prac. crim. in rub. de quaest. nu. 7. & quotidie videmus de facto observari. De feris autem non est dubium, ipsi in quocunque crimine, sive publico, sive privato, & in quacunque causa possunt torqueri, ut dicit Bart. in l. diuus. nu. 1. ff. de quaest. & est communis opinio ut attestatur præf. Conradi, fol. 299. num. 32.

Quæro

Quæro, an Doctores possint de iure torqueri? Respond. q non, & ita tenent omnes, vt dicit Paris Put. de syndic. fol. 238. post numerum 9 Ita etiam communiter teneri attestatur practica Carrerii, fol. 145. post nu. 180. vericulo, Excipiuntur. Ita etiam de consuetudine obseruari attestatur (ni fallor) Iacob. de Beluil. in pract. crim. in rub. de questio. nu. 17. Et licet Gand. de malef. in tit. de q. nu. 38. quæ multi pro Bar. allegant, dicat, quod hoc de consuetudine non seruatur, prout etiã idem attestatur Odoiff. in tract. de questio. in fi. & Guido de Suzar. in tract. de indic. & tortura. nu. 108. & Pau. de Eleaz. in c. grauis. de deposito. quæ refert Brun. de indic. & tortura. fo. 82. & Paris Put. de syn. fol. 462. post nu. 6. & fol. 474. c. 3. post nu. 5. p. etiam se vidisse obseruari attestatur Ant. de Canar. de questio. in quarto membro. num. 3. Nihilominus talis consuetudo de iure nihil valet. & ideo nõ est obseruanda, & ita communiter tenet, vt dicit Carer. in loco præallegato, quæ refert Duennas reg. 190. in quarta ampliatione. Hanc etiam dicit esse communem opinionem Bos. in tit. de indic. nu. 111. Et in hoc Ducan ita obseruatur, q Doctores non subiciunt tormentis, & ita rescriptit senatus prætori Placeta in causa cuiusdam Doctores Marliani. 24. Octob. 1555. P. N.

Item quæro, nunquid personæ postæ in dignitate possint torqueri? Respond. quod non, neque vti rei contra se ipsos, neque tanquam testes contra alios, & est communis opinio, vt dicit Bos. in tit. de tortura testium. nu. 7. secundum quam expressè iussit senatus abstinendum esse à tortura contra D. Hieronymum Pecorarium, eo quæ esset feudarius, licet prius ordinaret illum esse torquendum. 5. Nouemb. 1578. A. C.

Quæro etiam, nunquid milites possint de iure subici tormentis? Respond. quod non, & est tex. in l. milites. C. de questio. Et hoc quidem in militibus antiqui temporis nullam habet difficultatē; sed quid in militibus nostri temporis? Respond. quod & ipsi gaudent hoc privilegio, vt torqueri nõ possunt, & est communis opi-

nio, vt dicit Grilland. de questio. & tortura. in 6. q. principali. nu. 3. Et dicit Bos. in tit. de indicis. nu. 104. quod ita communiter concludit. Hoc tamen intellige vt procedat in his, qui hodierno tempore appellantur equites, vt declarauit supra lib. 2. §. miles. Et in capitaneis, seu duobus militem, secus autē in militibus primitis, nam illi quotidie torquentur, & in hoc nullus dubitat, vt dicit Bos. in loco præallegato, nu. 108.

Vterius quæro, nunquid nobiles possint de iure torqueri? Respond. quod non & est tex. in l. nullus. C. ad leg. Jul. maies. Sed hæc opinio non seruatur in hoc Ducatu, prout etiã nec seruari in Francia attestatur Guli. de Bened. in secunda parte c. Raynuius. fol. 97. nu. 222. & Tiracuell. de nobilitate. c. 20. nu. 134. In Hispania vero ait Dida. lib. 2. resolutionū. c. 9. nu. 4. q. frequētius seruatur prima opinio. In hoc puto seruandam esse consuetudinem prouincie, in qua processus agitat, nam hodie in temporibus adeo ppter indignitatem & uilia nobilium matrimonia uidet corruptus Hos nobilitatis, vt vix alicui dici possit aliquem vere esse nobilem.

Præterea quæro, nunquid decuriones ciuitatum possint de iure torqueri? Respond. quod non, & est tex. in l. decuriones. ff. de questio. Sed quidquid sit de iure, contrarium seruatur de consuetudine, ut attestatur Odoiff. in d. tracta. de questio. Gand. in tit. de questio. nu. 38. quem refert August. ad Ang. de malef. in uerbo Quo? fama publica. post num. 102. & practica Carer. fol. 144. post nume. 180. vers. & ideo decuriones. & Brunus de indi. & tortura. fol. 80. nume. 20. & Paris Put. de syndica. fol. 238. nume. 4. Idem attestatur Guido de uza. in loco præallegato, nu. 110. Iacob. de Beluil. in pract. crim. in rubrica de questio. nume. 18. Alber. in l. diuo Marco. C. de questionibus. quem refert Martin. Landens. de consilio dominorum. questio. septima. & Petrus Bellus de re milita. fol. 83. numero 36. Salicet. in dicta l. diuo Marco. circa finem. qui dicit quod in Lombardia non seruatur, Bal. in tract. de questio. fol. 264. nume. 4. in fine Capolla consilio crimina. 40. in pri-

mo dubio. Ant. de Canar. de questio. in quarto membro. num. 4.

Quæro, nunquid minores 14. annis possint torqueri? Respond. quod non, & hanc dicit esse receptam sententiam Placa libro primo delictorum. ca. 32. numero 12. Et dicit tex. in l. 1. §. impubes. ff. ad Sylle. quod ita solet usu obseruari, ut scilicet non torquantur, sed terreantur t. in, & habena, aut ferula, seu uirgis cedatur, refert Anan. in capitu. 1. numero 10. de delict. puerorum, & Anto. Gomez. capitu. 1. delictorum. nume. 67. Et dicit esse indubitatum igneus in l. excipiuntur. numero 49. ff. ad Sylle. Et ita etiam quotidie in hoc Ducatu obseruari uideamus, licet senatus quoadque iusserit in eculo eleuari quædam Martinum Magonum minorē 14. annis. 8. Apr. 1552. P. N. quod fuit mirandum, ex quo agebatur tantummodo de percussione facta cum lapidibus, ex qua non erat secuta mors, & aderat partis remissio.

Non etiam debet iudex senes decrepitos tormentis subicere, ut colligitur ex text. in l. 3. §. ignoscitur. ff. ad Sylle. & est communis opin. vt attestatur Paul. Grilland. de diuers. crim. libro 3. in sexta questio. num. 5. prout illum refert Vinius in lib. communium opin. in uerbo, Senex ætatis. Iussit tamē senatus terreri sub eculo quandam senem decrepitem. 26. Nouemb. 1550. P. N. Cæterum senex non decrepitos bene potest torqueri, ut per Grammat. decil. 34. colu. 1. Et reperio, quod in facti contingentia senatus iussit torqueri quandam Aluifium de Lorto licet sexagenarium, ubi esset robustus, 17. Septembris. 1547. P. N. & alium Michaelen Braun, licet esset ætatis annorum 65. eo tamen modo, quo per ætatem torqueri poterat. 18. Iunii. 1461. P. N.

Quæro modo, nunquid mulier prægnans possit torqueri? Respond. q non, & ita obseruatur, ut dicit tex. in l. prægnans. ff. de pœnis. Consuetudo autem obseruat, ut etiam post partum editum non torqueatur, nisi elapsis quadraginta diebus purgationis, Et ita seruari iussit senatus in quadam Catherina Garrona. 23.

Februarij. 1559. P. N. Idem etiam obseruat senatus in mulieribus lætantiibus, & ita iussit in facti contingentiã non esse torquendam quandam Felicitatem testē, quæ puerum lactabat. 11. Maii. 1557. P. N.

Sed an clerici possunt de iure torqueri? Respond. quod sic, & est communis opin. ut dicit Abb. in c. post confessionem de regul. iur. prout illum refert Villalobos in sua collecta communium opin. in lit. ra. C. nume. 86. qui forte uoluit allegare Abb. in c. cum in contemplatione de regul. iur. de quo ego inferius mentionem feci. Hanc tamen conclusionem intellige ut procedat, quando clerici sunt de crimine diffamati, & suspecti, nam eo casu utique possunt ex casu torqueri alias factis, ita dicit Abb. antiquus in c. 1. in uerbo, Vt audiuius de deposito, ubi ait, quod raro imo nunquam inuenies, quod clerici torquantur nisi infames, Et ita communiter teneri attestatur Alexand. in apostil. ad Bar. in l. fin. sub num. 5. in uerbo, Specialia. ff. de questio. quem refert Bos. in tit. de tortura testium. nu. 6. Hanc etiam opin. dicunt esse communem scribentes in d. cap. primo. de deposito, & in specie Florian. & Imola num. 9. & Car. & Barb. columna quarta, Felin. in cap. uniuersitati, post numerū 2. de sentent. ex com. ubi dicit, quod ita per omnes Doctores tenetur, quem refert Foller. in pract. crim. canon. fol. 259. nume. 6. Decr. in capitu. ad si clerici in principio. nume. 19. de iudic. & Marfil. sing. 55. aduertat, prout illos refert Villalob. in loco præallegato, numero 87. & Vinius in lib. communium opin. in uerbo, Clerici non possunt, Gigas de crim. laic. Maies. fol. 116. nume. 3. Simanchas de heret. capit. 63. num. 27. In uenas regula 190. in tertia limitatione, Bossius in titulo de indicis, numero 35. Et sic non sufficeret vnus testis uisus contra clericum, nisi etiam adesset diffamatio, quod tamen non credo seruari in practica, prout illud non seruari in ciuitate Mediolani attestatur Bos. in eod. titu. de indic. post num. 103. Et hæc quidem omnia procedunt non modo in simplicibus clericis, sed etiam in presbyteris, nam & ipsi

& ipsi possunt tot queri, quod si dixerit Barc. in lex libro. circa principium. ff. de questio. Vide quod dixi supra q. 25. verfic. sic. Sed nunquid. Et hæc dicit esse communem opin. Abb. in c. cum in cōtemplatione. post num. 6. de reg. iur. Diaz. in pract. crim. cano. c. 17. nu. 1. quamvis illum uti contrarium attestantem raseret videatur Pract. Conrad. fol. 301. post nu. 35. verfic. 17. Inuita, nisi tamen liber est corruptus, quod certe suspicor. Boff. in tit. de ind. nu. 103. Et ita feruari attestatur Paris Put. de synd. fol. 474. c. 3. post nu. 7. subdens se vidisse plures eos torqueri pro veneno dato cōsanguineis, & in crimine lese Maestatis, & pro sepulchris uiolatis exumando cadauera, & ea spoliando, &c. Scias tamen, quod in omnem casum tortura non debet esse ita seuera in clericis, sicut in laicis, Et hæc est communis opin. ut attestatur Abb. in d. c. cum in cōtemplatione, post nu. 6. de reg. iur. quem refert Diaz. in pract. crim. canon. c. 17. post nu. 5. & Viuius in loco præallegato.

Sed hic queri, nunquid iudex laicus, uel iudex clericus possint torquere clericum de mandato episcopi sui? Respond. De iure, quod non, & est communis opin. ut dicit Ripa in ca. de terminis, nu. 39. de iud. Sed certe communis observantia se habet in contrarium, ut dicit Abb. in ca. ut sine numero 3. de test. ex comm. quem refert Diaz. in d. c. 117. numero 6. Boller. in pract. crim. canon. fol. 260. nu. 12. Sumanas de hereticis. c. 63. num. 29. Et ita quoties videmus obseruari, ut mandante episcopo, clerici à iudicibus laicis torquantur. Et licet Abb. in d. ca. ut sine e. dicat quod est mala consuetudo tamen Cor. Alexan. in c. illi qui, supra q. quinta, dicit, quod non est mala consuetudo, & ita etiam mihi uidetur, alias sepe numero delicta clericorum remanent impunita, quia si non essent laici, qui torqueant, clerici nunquam torqueantur, ut dicit Pote. in loco præal.

Vbi nihil obstat, quomodo possit reus tormentis subici, tunc decernere debet iudex procedendum esse contra eum ad torturam. Teneat tamen (secundum aliquos) prius requirere accusatorem,

ad cuius instantiam habenda est questio, alias non potest reum tormentis subicere, & dicit Pract. Calphi, fol. 81. num. 1. q. in hoc omnes doctores scribentes in hac materia consentiunt. Quod tamen ego non credo uerum, & in omnem casum de consuetudine non feruatur, prout etiam ipse met fatetur, subdens quod hoc tempore per totam Italianam iudex, non expectat a requisitione accusatoris, reum torquet, & in hoc nulla est difficultas.

Sed quid agendum, si reus appellet ab huiusmodi decreto, nunquid erit à tortura superlegendum? Respon. Aliqui dicit quod sic, & ita decisum fuisse i curia Delphi, refert Guido Papa dicit. 74. ubi dicit, quod stylo curiarum tam parliamenti superioris, quam inferioris, superfedetur ab executione torturae. Et illum refert Marcus dicit. 907. queritur quando, nume. 4. Quinimo (secundum aliquos) potest appellari non modo à decreto torturae, sed etiam à comminatione facta de torquendo, & interposita huiusmodi appellatio, debet iudex superfedere à tortura. Et dicit Carranza super ritu 259. magna curia num. 14. in fi. quod ita seruatur, & practicitur quoties. Idem etiam semper vidisse feruari in magna curia Vicaria attestatur Grammat. super capit. Regni, fol. 133. num. 4. in fi. Dicit tamen Maranta in suo Speculo, fol. 136. numero 14. quod solent cauti iudices non interponere decretum palam de torquendo reum, ne detur materia appellandi, sed dactio reo ad locum torturae, statim cum incipit ligari, solent interponere decretum de torquendo, & immunitate torquere. Faciunt quid dixi infra, verficul. Quæro nunc. Postquam enim reus applicatur tormentis, non auditur eius appellatio, & ita in facti contingentià iudicatum fuisse per parlamentum Parisiense attestatur Pape lib. 24. tit. 9. Arresto 13. Sed certe apud nos, cum ex dispositione decretorum libellata sit omnis appellatio in criminalibus etiam in interlocutoriis, frustra interponuntur huiusmodi appellationes, nam (eis non attentis) iudices ad ulteriora procedunt.

Sed quid si ille, quæ iudex decernit esse torquen-

torquendum, petat sibi dari copiam indiciorum cum termino defensionis, nunquid est audiendus Respon. Practic. Calphi, fol. 69. num. 3. dicit, quod secundum omnes iudex tenetur dare exemplum indiciorum ante torturam, licet hodie iudices non data copia indiciorum procedat ad torturam. Tu uero dic, quod si quidem reus priusquam torqueatur, petat sibi dari copiam indiciorum, debet iudex superfedere à tortura, & audire eius defensiones, maxime si aliquid allegetur, quo probato non esset ad torturam deueniendum, & ita communiter teneri attestatur Alber. in l. unius. §. cogniturum. nu. 3. ff. de questio. quem refert sason consil. 75. col. fin. uer. Secundo allego. lib. 1. Si uero non petatur, tunc potest iudex procedere ad torturam, etiam non decreta copia pcessus: uel termino defensionis, ut dixi supra quest. 49. uer. Sed nunquid, & ita intelligendum est, quod dicit feruari Boff. in tit. de iudic. nume. 74.

Queritur si plures sint torquendi, a quo sit incipiendum? Respon. quod regulariter incipienda est ab eis, qui sunt magis suspecti. Si uero omnes sint equaliter suspecti, tunc si est masculus, & femina, est incipiendum à femina, tanquam à timidiore, sed si sunt omnes masculi, incipiendum à minori, debiliore, & timidiore, ita colligitur ex text. in l. unius. i. prin. ff. de questio. & hinc ordinem in tortura inferenda obseruari attestatur Miranta in suo Spec. fol. 2. num. 13. Dicit etiam Practic. Calphi, fol. 62. num. 3. quod iudices consueuerunt incipere à debiliore.

Decreta tortura, priusquam reo inferatur, debet iudex animaduertere, ne reus aliquid eo die comederit aut biberit, & ita seruatur de consuetudine, ut dicit Paris Put. de syndicatu. fol. 455. nume. 11. Prac. Millet fol. 103. nume. 52. & intellige eo die, scilicet per decem horas antequam torqueatur, & ita feruari communis practica, ut attestatur Marfil. in l. in princ. nume. 29. ff. de quest.

Nunc de gradibus torture uideamus, nam (si est omnibus notissimum) non omnes rei eodem modo torqueantur, sed aliqui grauius, aliqui leuius, secundum

qualitatem delicti, & indiciorum, quæ processu resultant, & in hoc etiam maxime ueritatur iudicis arbitrii, cum (ut sepius dixi) tota hæc materia indiciorum, & torture, uideatur remissa arbitrio iudicis. Scias igitur, quod quinque sunt gradus torture, scilicet Primo, min. & de torquendo. Secundo, conductio ad locum tormentorum. Tertio, spoliatio, & ligatura. Quarto, elatio in eculo. Quinto, squassatio. Et nota, quod licet uideatur, quod minus de torquendo, conductio ad locum tormentorum, spoliatio, & huiusmodi non possint proprie dici species torture, nihilominus (secundum aliquos) talis metus, & suspicio torquendi equiparatur torture, & ita colligitur ex Bald. in l. interpositas. circa finem. C. de transactio. & dicit Marfil. in l. 1. nume. 15. ff. de questio. & in pract. crim. §. expedita. nu. 2. quod ita concludunt omnes. Hinc inferitur, quod paria sunt confiteri per tormenta, uel metum tormentorum, quod quidem si esset uerum, esset maxime utile: Nam inter confitendum factam sponset, & eam, quæ fit metu tormentorum, multum interest, ut potest uideri in discursu materia, præsertim supra quest. 55. uerfic. Item possit, & sequen. de infra uerfic. Ceterum si reus. Sed certe quidquid sit de iure, practica contrarium obseruat, nam etiam si iudex dicat reo minando, quod faciet illum, nisi confiteatur ueritatem, conducti ad locum torture, & torqueri, talis confessio dicitur sponset facta, non autem metu tormentorum, & ita tenet Gandi. in titu. de questio. quem alij Doctores sequuntur, ut dicit Prac. Carrerij fol. 133. uer. Sed si iudex. Pariter etiam conductio rei ad finem dicitur lenis terror. Et ita fere omnes teneat, ut dicit practica Caioni. fol. 90. num. 3. Et audiui à præfide Arrigono, qui fuit uir magna practice præsertim in criminalibus, quod apud senatum non sunt nisi tres gradus in tortura. Primus est terrore, & hic comprehendit non solum minas de torquendo, sed etiam conductioem ad locum tormentorum, & spoliationem, & ligaturam, nisi tamen ligatura esset multum atrox, & stricte, & citatissimi, ut faciunt plerique iudices. Et uidi in facto in quodam medico de loco

loco Olegij, qui plus passus est in sola ligatura eo modo facta, quam alij in tortura. Sedit enim possit equiparari torturae. Secundus gradus est ponere in tormentis, vel interrogare in tormentis, & haec est eleuare, & in suspensio tenere per aliquod notabile spatium. Tertius est torquere, & hoc est squassare, & verificatur apud nos in vno istu funis. Si tamen senatus iubeat bene torqueri, vel acriter, tunc solent dari duo istus funis. Et haec omnia nota, vt scias exequi literas senatus tu, qui facis officia criminalia in hac prouincia.

Sed an forte ex eo, quod ille, qui est criminatus, esset in carceribus detentus, dicitur talis confessio extorta metu tormentorum? Respond. Aliqui dicunt, quod sic, & ita videtur consiluisse Ancha. consil. 24. nu. 4 cuius opinio dicit esse communem Alexand. consil. 52. nume. 3. libr. 3. prout illi uo refert Neuz. in sylua nuptialis. fol. 12. col. 1. Sed certe Alexand. ibi, in libro meo non dicit, quod haec sit communis opinio, prout iudicio meo non est, neque vera, neque communis iuxta ea, quae supra statim dixi, neque apud uos seruatur in practica. Nam eam tenendo omnis confessio diceretur extorta metu tormentorum, cum omnes fere, qui consentunt delicta commisisse tempore confessionis, sint in carceribus detenti, & sic per eam destruerentur omnes fere processus criminales.

Debet igitur iudex torturam adhibere pro modo indiciorum, vt dixi: & ideo si non adsint indicia perfecta, & sufficientia ad torturam, puta si adsit tantum vnus testis de visu, qui non sit integer, vel si adsint duo testes singulares deponentes de indicijs reos, vel huiusmodi, poterit procedere ad primum, vel secundum gradum torturae, vel etiam ad alios subsequentes, non tamen ad plenam torturam, quia ad illam deuenire non debent, nisi praecedat saltem unum indicium sufficiens ad torturam, & legitime probatum, ut dixi supra. Dixi quoque & seq. & in his gradibus (vt sepius dixi) non potest dari certa regula, sed iudex secundum arbitrium, & conscientiam suam ita faciet, ut qualitas delicti, & personae, & indiciorum postulare ui-

debitur. Plenam autem torturam dico, quando reus squassatur, & ideo scias, quod secundum Marfil. in practica crim. §. occurrit. col. 1. uersu. Et potest poni. & §. nunc uidendum. numero 52. quem refert practica. Casoni. folio 83. numero 3. ex communis practica, & consuetudine totius Italiae pro quolibet indicio dantur tres istus torturae, seu ( ut uulgo dicitur ) squassi chordae. Et dicit Nouell. in pract. crimin. fol. 92. numero 28. quod ex approbata consuetudine modus torturae temperatus est, quando quis torquetur in tribus diebus separatim. Sed certe in hac prouincia non seruatur, talis consuetudo, nam pro uno indicio, etiam proximo adui, non dantur tres istus funis, sed duo tantum ad summam, & non ultra: & si plura sint indicia, non dantur pro quolibet indicio tres istus funis, sed omnibus computatis dantur duo, uel tres, & non ultra: & si indicia sint plura, & urgentia, tunc torquetur reus interpellatis diebus, seu iucibus. Et iste modus quem Nouell. in loco praerogato appellat temperatum, apud nos habetur pro acri, & grauissimo, neque unam ex quibus libet indicij sibi aliquem iudicem ( nisi iussu senatus ) excedere tres istus torturae, neque torquere aliquem interpellatis diebus in hac prouincia, in qua summa iustitia, cum summa temperantia, & humanitate administrari solet.

Quero, an tortura inferri debeat deferiati? Respon. quod in criminibus atrocioribus potest procedi ad torturam omnibus diebus, etiam Paschaltibus, sed in minoribus delictis non, ut uidetur text. in l. nemo. C. de episc. audientia. Consuetudo tamen male seruat hoc, ut dicit Brun. de iudic. & tortura. folio 121. numero 52. prout etiam. ( secundum eum ) male seruatur caetera superius dicta in hac materia. Ego tamen a iudicibus Deum timentibus uidi obseruari, ut nisi in delictis capitalibus, rei in diebus feriatis in honorē Dei non torqueantur, & laudo ut ita obseruentur. Vide quoque dixi infra quest. 97. uersu. <sup>1</sup>Quero etiam.

Quero nunc, an examini, quod reus facit in tortura, possit interesse eius aduocatus, uel procurator? Respon. de iure coi-

forte

forte potest dici, quod sic, vt uidetur esse text. in l. si postulauerit. §. quaestioni. ff. de adu. sed certe hoc de consuetudine non seruatur, vt attestatur Alber. in rub. C. de quaestio. in fi. & in d. §. quaestioni. numero j. & dicit Ang. in l. custodias. ff. de pnb. iud. quod nec aduocati accusatori, neque accusati debent interesse torturae, & quod ita obseruatur hodie generalis consuetudo mundi Dicit etiam follet. in pract. crim. fol. 424. nume. 116. quod de facto seruatur, quod tortura detur in occulto, & absentibus aduocatis, licet ad uocatus sit ( vt ipse ait ) ex quodam abusu interueniat. Faciunt quae dixi sup. q. 45. ver. Quaro etiam. Bene dicit Imola in d. l. custodias, sine principij, quod prius, quam tortura reo inferatur, in illa. f. examinatione, an reus sit torquendus, vel ne, sunt requirendi, & audiendi aduocati reorum, sed non in actu ipsius torturae, subdens, quod ita seruat generalis consuetudo, & illam refert Marcus decif. 908. quaeritur an patroni, nu. 7. & idem ante eum dicit Bar. in d. l. custodias, num. 1. quem refert Ant. de Canar. de quaest. in secundo membro, num. 54. Hoc tamen, vt scilicet requirantur aduocati reorum, in illa examinatione an sint torquendi, vel ne, non seruatur in hoc Ducatu, sed decretum torturae secreto fit, & quamprimum fieri potest, executioni mittitur, ne possint aduocati reos instruere ad veritatem negandam, vt quotidie fieri uidemus. Faciunt quae dixi supra uers. Sed quid agendum.

Item debet iudex aduertere, ne reum torqueri faciat modis exquisitis, & non consuetis, nam iudices, qui talia faciunt, potius sunt carnificibus, quam iudicibus comparandi. Scias tamen, quod modus torquendi per istus funis, manibus post terga ligatis, est de iure licitus, vt colligi uidetur ex text. in l. nullus. C. ad Jul. maiest. & est a consuetudine communiter approbatus, vt dicit Serenus de indic. & tortura, fol. 65. post nu. 6. ubi inuenitur contra huiusmodi iudices, noua genera tormentorum inuenientes, quorum multa recenset Marfil. in d. l. 1. in princ. nume. 27. ff. de quaest. & praet. l. od. fol. 109. nume. 18. dicens, quod ex inlicita consuetudine varijs instrumentis, diuersaque materia exerceat

tortura per iudices maleficiorum, Sed a pud nos solummodo est in vltimo modo si ne torquedi, quem etiam generaliter vsu frequentiorum esse attestatur Pract. Carer. fol. 138. col. 1. & quandoque, quando rei non possunt propter debilitationem, vel aliam causam sine torqueri, solent torqueri igne apposito ad plantas pedum, neque extra hoc duos modos uidi aliquem in hac prouincia torqueri.

Iudex autem debet in hac materia torturae seruare consuetudinem prouinciae, in qua ius dicit, & ita faciendo non errabit, & caueat diligenter, ne in torquendo excedat modum consuetum, & qui adhiberi debet iuxta qualitates personae alias tenebitur in syndicato, ita dicit Bar. in l. quaestiois modum, nume. 1. ff. de quaest. cuius opin. in hoc communiter approbatur, vt dicit Mars. in pract. crim. §. expedita, num. 89. in fin. Nam si forte reus in tortura morietur, si quidem iudex excessit dolo, tenetur de homicidio, si vero excessit culpa, puniatur secundum modum culpae, vt dicit Bar. ibi. Et haec est communis resolutio, vt dicit Bellon. consil. 84. nu. 12. Faciunt quae dixi supra. Antequam faciamen. Et huc casum dicit Bar. ibidem sibi de facto contigisse, quia cum uidisset quendam inuenem rebulum, torfit illum, & statim fere mortuus est, et dicit Ama. de syndic. post sum. 115. quem refert Brun. de syndic. & tortura, folio 169. numer. 32. quod caute agendum est quantum fieri potest, ne casus mortis in tortura accidat propter euitandas calumnias popularium & vulgariu, quas de facto dicit uidisse, & auduisse propter huiusmodi casus contra officiales etiam innocentes armata manu insurgere, vt enenit Perusij contra D. Sanctum de Corneto potestatem, qui vix euasit a furore populis. Vbi tamen iudex non facit nisi id, quod debuit talis mors non habetur in consideratione, secundum Bartolum in dict. l. quaestiois modum, qui ab omnibus approbatur, vt dicit Bossius in titulo de tortura, numero 30. & est bonum consilium, quod notarius adhibitus ad torturam ponat in actis processu qualitates & quantitatem torturae, omnia particulariter descri-

do

bendo, ad hoc vt semper apparere possit an interuenit aliquis excessus ex parte iudicis: & ita communiter fit, & seruat teste Ant. Gomez. c. 13. delictorum, post nu. 6. vers. si vero iudex.

Illata reo tortura, si ipse neget delictum commississe, & nihil fateatur, tunc dicitur purgasse indicia contra se existentia, quasi puram veritatem dixisse videatur, & ita seruat, vt dicit Alber. in rub. C. de questio. nume. 9. Dicit etiam Alber. in l. edictum, nume. 2. ff. de quest. quod communiter totus mundus ita tenet, & seruat, quem refert Boer. decif. 163. nu. 12. & Grammat. decif. 8. post nu. 9. & decif. 96. num. 2. & Didacus prac. quest. 23. fol. 167. col. prima, & dicit Prac. Casoni, fol. 75. num. 2. quod hanc opin. Alber. omnes obseruant in Italia, hanc etiam dicit esse, communem obseruationem Capol. consil. c. 11. 3. col. prima, vers. nec potest dici, & hoc etiam si delictum fuisset contra ipsum plene probatum, vt dicunt aliqui ex allegatis doctoribus. Debetque hoc casu iudex facere scribi in actis, qualiter tortura sine moderate ahibita, & indicia sunt purgata, & postea debet esse relaxare fidei iudicis, & ita est communis practica, & obseruantia, vt dicit Marfil. in l. repet. nume. 24. ff. de questio. & in pract. crim. §. quoniam, nume. 49. quem refert Anto. Gomez. c. 13. delictorum, nume. 18. licet ipse teneat, quod imo reus sit diffinitive obtolendus, in quo proposito videnda sunt ea, que dixi supra quest. 62. vers. scilicet. Forma autem, idem etiam practicari attestatur Carer. in pract. crim. fol. 171. num. 202. quem refert Simicas de heret. c. 63. nume. 36. Apud nos autem quandoque etiam post grauem torturam, & perseuerantiam rei in negatione, vbi indicia sunt valde vigerentia, solent tenaciter reos condemnare, non quidem ad penam ordinariam, sed extraordinariam, puta trimum ad tempus, & aliquando etiam in perpetuum, perferunt quando reus est valde famulosus, vt etiam refert Boss. in tit. de inquisitione, numero 30. Quoniam dicitur pro lib. 24. tit. 1. 9. a resto primo, quod paria verum Parisiense solet reos conuictos tormento subijcere, & licet in tor-

mentis perissent, nihilominus ad mortem condemnare, que tamen practica mihi nunquam placuit, licet etiam illam in penis extraordinariis obseruet consilio Neapol. teste Grammat. decif. 8. & consil. crim. 12. in fin. & credo illam esse iuri, & aequitati contrariam.

Et in hoc proposito nota, quod si iudex aliquem iniuste & indebitum subiecit tormentis potest hoc casu vti cautela, quam ponit Ang. in l. iniuriarum. §. si quis quod decreto. ff. de iniuri. vt scilicet illum bladis verbis inducat ad consentendum in actis, quod fuit legitime tortus, & non tenebitur in syndicato, & ita illi refert Caral. de syndicato. nu. 7. subd. 3. quod ita videtur de facto praticari, quem refert etiam Brunus de indicis & tortura, fol. 130. si. & Thomas Ferrar. cautela 14. iura sunt. vers. primo, sed certe in hoc Ducatu non seruatur, quod iudex hac faciat scribi in actis, put neque etiam seruat, vt purgatis indicis per torturam reus confessus puram veritatem dixisse cum plerumque (vt dixi etiam) post torturam illatam multi condemnentur in penam etiam corporalem. Scias etiam quod si reus non esset sufficienter tortus vel si noua indicia superuenirent, ijs casibus posset, & deberet tortura repeti, vt dixi infra ver. Vltimo videndum.

Ceterum si reus in tormentis delictum confiteatur, scire debes, quod adhuc non est standum tali confessioni facta in tortura, nisi reus in illa perseueret, & eam ratificet extra tormenta ad bancum iuris, & hec est communis opin. vt dicit Boer. in d. decif. 163. nu. 18. Brun. de indic. & tortura, fol. 134. num. 3. & fol. 146. nume. 21. Ita etiam communiter distinguitur attestatur Abb. in ca. cum in contemplatione. num. 7. de reg. iur. & ita seruat consuetudo, vt attestatur Bart. in l. prima, in vltimis verbis. ff. de custo. reorum, quem refert Marian. in repet. c. qualiter, & quando, num. 233. & prac. Millei, fol. 65. num. 16. Quod intellegi vt procedat, siue talis confessio facta fuerit precedentibus indicis, siue non, & ita communiter teneri attestatur Prac. Carer. fol. 166. num. 196. Et aduerte, quia non sufficit, quod tortus tacite perseueret in confessione, illam

nam non reuocando, sed opus est, quod illam expresse ratificet apud acta, & ita obseruat consuetudo, ut dicit Ant. de Canar. de questio. in quinto membro, num. 9. Et in hoc proposito bona est practica, quam docet Ant. de Her. super prima parte constitutionum Regni, rubr. 27. col. sexta, que refert Paris. Pur. de synd. fol. 451. c. r. post num. 1. quod scilicet iudex postquam habuit confessionem inquisiti in tormentis, non permittat eum conduci ad illos carceres, in quibus sunt etiam alij carcerati, quia in carcere, ubi sunt multi criminosi, est schola, quia de facili unus docet alium quid debeat dicere ut euadat, & sic quod reuocet suam confessionem, propterea debet eum poni facere in carcere separato, Et dicit Afflic. super ea. rub. nu. 44. in fin. quod cauti iudices ita faciunt.

Et circa hanc ratificationem aduerte, quia non debet statim fieri huiusmodi ratificatio, praesumeretur enim adhuc durare metus tormentorum, sed est expectandum spacium vnus diei, quod intellegitur secundum aliquos, id est viginti quatuor horarum. Et hanc dicit esse communem doctrinam, & practica huius articuli Anto. Gomez. c. 13. delictorum, nu. 24. & secundum alios, id est de vna die ad aliam sequentem, licet non intercedat plene spacium viginti quatuor horarum, sed sit saltem nox intermedia, sed in hoc puro standum esse arbitrio iudicis, vt dicit Bart. in l. 1. §. diuus Seueres, nume. 4. ff. de questio. cuius sententiam communiter approbari attestatur Simancas de heret. ca. 63. nu. 42. & prout etiam in effectu velle Doctores dicit Anto. de Canar. de questio. in quinto membro, num. 7. Ipse enim secundum qualitatem torturę illatę iudicabit, quanto tormentoris spacio presumatur, cessare dolor ac metus tormentorum, potest enim fuisse adeo leuis tortura, ut etiam eodem die non esset inconueniens, ut fieret ratificatio interiecto aliquot horarum spacio tamen est expectare in diem sequentem, licet assessores hoc non obseruent, ut ait Cepoll. consil. crim. 40. vers. scilicet. & quod in hoc casu, multos enim inconuenienti ducunt ad ratificandum, & (secundum eum) pessime faciunt non proculdum

bio deberet permittere, vt tortus saltem per vnum diem, vel per vnam noctem requiesceret, quod etiam ante eum dixit Angel. in l. secundum, numero 1. C. de custod. reorum, & apud nos optime obseruatur.

Debet quoque talis ratificatio fieri non in carcere, sed ad bancum iuris, & sic in iudicio, Ita dicit Bartol. in d. l. prima. §. diuus seuerus, num. 3. ff. de questio. & ita praticatur, ut attestatur Bald. consil. 87. in fin. lib. 1. debet etiam fieri in loco, ubi reus tormenta, seu instrumenta ad torquendum videre non possit, aliter. n. dici posset, quod adhuc duraret metus tormentorum, Et ita tenent Doctores, ut dicit Io. And. in capit. cum in contemplatione. de reg. iur. quem refert August. ad Ange. de malef. in verbo, fama publica, post num. 137. Et nota, quod licet scidum aliquos tutius esset quod in tali ratificatione, seu perseuerantia adhiberentur testes, ex quo est actus tanti praesidij tamen hoc in practica non seruatur, sed sine testibus statuta actis factis per notarium coram iudice, & ita de generali consuetudine obseruari attestatur Vitali. de malef. in tit. de forma peruerationis, num. 3. Solentque cauti assessores hoc casu facere scribi in actis, quod reus sponte ita confiteatur, & hoc non obstante quod tortura precesserit, & quasi ut plurimum illa scriptura esse falsa, ut dicit Bald. in l. 2. num. 3. C. de cust. reorum, que refert Brun. de iud. & tortura fol. 147. num. 22. Nihilominus hec generalis consuetudo excusatur iudicem, & notarium a pena falsi, ut dicit Bald. in l. 1. num. 30. C. de confessis, quem refert Brun. in loco pre allegato, num. 24. & sequenti etiam nume. 28. dicit, quod si tortura fuit iniusta, & precedentibus legitimis indicis illata, tunc si transacto debito tempore, & intervallo reus confitetur, licet scribere sponte, & subditi quod ita seruat consuetudo.

Vbi vero reus, ductus ad bancum iuris ad ratificandum suam confessionem, illam non ratificet, sed reuocet, tunc debet iterum in tormentis repeti, ad hoc ut in ipsa confessione perseueret, ut dixi supra quest. 21. vers. Vterius quero.

Si autem reus extra tormenta, & feruatis seruandis rauificauerit confessionem prius in tormentis factam, tunc debet iudex ei itacuere aliquem breuem terminum, puta duorum dierum, uel trium ad producendum, & allegandum omnes suas defensiones, quas facere intendit contra suam confessionem, & ita sit de communibus seruantia, ut dicit Marata in suo Speculo, fol. 135, nume. 25, quae practica mihi summopere placeat, licet aliqui officiales parum docti illam non obseruent, & credo quod aliter reus non posset condemnari, quia diceretur mori indefensus nam etiam contra propriam confessionem, praesertim in tormentis factam, multa de duci & probari possunt, ut dixi supra q. 55. Vide quae dixi infra q. proxima circa principium. Quinimo possit talem confessionem etiam post iustificationem ex interuallo reuocare, & si probaret errorem, esset absoluedus, Et ita refert iudicatum fuisse in facti contingentia per col. Neap. Gram. super consl. Regni, fol. 23, num. 23. Dixi supra in d. q. 55. vers. Sed pone. Vbi uero nihil probet, poterit reus ex tali confessione condemnari, & ita tenent omnes, ut dicit Bald. in l. 2. numero 3. C. de custodia reorum, que refert Affl. super prima parte consl. Regni, rubr. 27, numero 43.

Successive quero, nunquid reus, qui confessus est crimen, de quo contra eum addunt indicia, possit interrogari de aliis delictis, de quibus contra eum non sint indicia? Respond. qd de iure secundum omnes non potest interrogari, ut dicit Praet. Casoli, fol. 85, num. 8. & est text. in l. prima, in principio, ff. de quaest. & dicit Vitali. de malef. in rub. que indicib. & c. num. 6. & seq. qd assessores, qui hoc faciunt, maleficiunt, saltem quando proceditur per uiam accusationis. Sed certe quod sit de iure, contrarium seruatur de consuetudine, ut dicit Ang. de malef. in verbo, fama publica, num. 120. Praet. Millei fol. 107, nume. 19. Dicit etiam Gand. de malef. in titu. de quaestio. num. 19. quod de generali consuetudine totius Italiae seruatur contrarium, & specialiter in furtis, quia magis frequentatur, quem refert

Martil. in pract. crim. §. constance, num. 14. & consl. 53, nume. 9. & Diaz in pract. crim. canon. capitu. 17, nume. 3. in fin. & Brun. de indic. & tortura, fol. 129, nume. 64. & Grammat. uoto 13, num. 2. idem dicit Iacob. de Beluis. in pract. cri. in rub. de quaestio. num. 55. Praet. Carer. fol. 168, numero 198. Anton. de Rosellis de indic. & tortura, numero 14, quem refert Praet. Conradi, fol. 292, numero 22. De hac etiam generali consuetudine Italiae attestatur attestatur Guido de Suzar. in tract. de indic. & tortura, numero 56. Odofred. in tract. de quaestio. in 11. quaest. quem refert Grammat. decil. 34, nume. 34. & Cepolla consl. crim. 40. in quinto dubio, Alberic. de qu. est. quem refert Anto. de Canar. de quaestio. in quarto membro, numero 28. Bald. in tract. de qu. est. fol. 238, post num. 5. Paris Put. de synd. fol. 460, post nume. primum. Foller. in pract. crim. fol. 263, numero 6. & fol. 313, num. 33. Boff. in tit. de indic. num. 137. ubi dicit, quod in hoc dominio interrogantur etiam super delictis non similibus, & etiam de quibus nulla extrant indicia. Ego tamen nunquam uideui, confessionem de aliquo crimine, interrogari super alijs criminibus: de quibus non adessent contra eum indicia, nisi in crimine assassinijs, & furtis, & srofrationis annonae, uel falsis, nisi forte esset iam baunitus, & condemnatus. Tunc enim si est exequenda condemnatio, solet quandoque torqueri, tam super alijs delictis in genere, quam super factis, complicibus, & receptatoribus.

Ultimo iudendum est in hac materia, in quibus casibus tortura semel illata iterum repeti possit, Et hoc casu dici solet, quod repetitio torturae est arbitraria iudicis, & ita practicatur, ut dicit Bart. in l. unius §. reus, num. j. ff. de quaestio. quem refert Nou. decil. 163, nume. 10, & Praet. Millei, fol. 108, num. 34. & Grammat. consilio cri. 21, num. 25. & Martil. in l. repetit. nume. 6. ff. de quaestio. Idem dicit Paris Put. de synd. fol. 454, post num. 5, quem refert Praet. Carer. fol. 162, post num. 189. Catald. de synd. quaest. 231. In uero die, quod si quidem reus fuit tenetur torquis, post se repeteri in tormentis, & ut sufficit

torqueatur, & hoc casu silent iudices, quando iubent reum deponi a prima torture scribi facere, quod illum deponi iubeant animo repetendi, & c. si uero reus fuit sufficienter tortus, & nihil confessus, tunc non possunt repeteri tormenta, nisi superueniant noua indicia, ita tenet Dyn. in l. repetit. ff. de quaestio. cuius opinio communiter approbatur per Doctores ut dicit Alber. in rub. C. de quaestio. num. 8, ubi etiam dicit, quod ita seruatur. Hanc etiam opinionem dicit esse communem Alex. consl. 5, nume. 4. l. bro 1. quem refert Villalobos in sua collecta communium opinionum. in l. 4. T. nu. 119. Anton. de Rosel. de indic. & tortura, num. 15, quem refert Praet. Conradi, fol. 299, in principio. Brunus de indicijs & tortura, num. 60. Bologuin. in additio. ad tract. Guid. de Suzar. de indicijs & tortura, nu. 58. Ioann. de Amicis consl. 37, nume. 4. Afflic. super prima parte constitutionum Regni, rubri. 27, numero 41. ubi dicit, quod ita uidit obseruari a bonis iudicibus, & ponit exemplum Bald. in tract. de quaestio. fol. 251, nume. 6. puta si tortus dicebat neminem illa nocte iacuisse, ubi maleficium fuerat commissum, postea inuentum est per testes, quod alius adluit, & dicit, quod haec est communis opinio, idemque fere per eadem uerba ante eum dixit Guido de Suzar. in dicto tract. de indicijs & tortura, numero 57. & Iacob. de Beluis. in pract. crim. in rubr. de quaestio. nume. 91. licet subdat, quod assessores hoc hodie non seruunt. Mantua consl. 208, nume. 2. libr. secundo, ubi dicit, quod ita est communis opinio, & practica. Ita etiam communiter ubique seruari attestatur Alber. in d. l. repetit. nume. secundo. Aliqui etiam addunt, & quod ista noua indicia sint fortiora primis, & ita esse communem opinionem attestatur Gand. de maleficijs. in tit. de quaestio, nume. secundo. subdens, quid ita seruatur in pract. quem refert Praet. Papien. in forma inquisitionis in verbo, Haec est quaedam inquisitio, numer. 22. & Brun. de indic. & tortu. fol. 126, nu. 60. & Curt. Sen. consl. 59, nu. 9, & August. ad Ang. de malef. in verbo, fama publica post nu. 95. Martil. in d. l. repet. nu. 8. & seq. ubi etiam subdit,

quod ita seruandum est in practica, quem refert Crauet. consl. 288, numer. 7. & Petrus Calephat inter collia criminalia diuersorum. consl. 63, nume. 2. lib. 2. Ex primis autem indicijs non debet quis in tormentis repeteri, & ita communiter tenetur, ut dicit Alexan. in allegato consl. 5, numero 5. libr. 1. Et praedi. 3a dicit sentire communiter Doctores Boff. in tit. de tortura, nume. 42. & ex hoc refert Praet. Papien. in loco pra. allegato. reprobatur fuisse de facto facultatem iudicis, qui prius torqueri fecerat reum super indicio fame, & deinde superuenient alij testes probantes famam, & ipse illum de nouo torqueri fecit, nam ille iudex male fecit, quia non superuenient indicium nouum, sed solum noua probatio illius primis indicijs, quod iam fuerat per torturam purgatum. Haec autem omnia intellige ut procedant, nisi prima indicia fuerint multum urgentia, & manifesta, nam eo casu, licet secundum aliquos de iure tortura repeteri non possit, quorum opinio communiter appellat Anton. Gomez cap. 13. delictorum, numero 26, nihilominus de consuetudine seruatur, ut tormenta repeteri possint, & ita practici attestatur Bar. in dicta Luuius §. reus, nume. 2, quem refert Socin. consl. 54, nume. 14. lib. tertio. & Grammat. consl. 21, post nume. 5. Anton. de Canar. de quaestio. in sexto membro, post nume. 1. subdens quod in hoc omnes conveniunt, ut repeteri possint, uel non possint, secundum qualitatem iudiciorum praecedentium, & quod sepe sic faciunt boni assessores, quia incipiunt a leui tortura, & si ex ea habent ueritatem, bene quidem, alias eam repetunt. Caueant tamen secundum eum iudices, ne huius arbitri praetextu immoderate seuiant, sed potius in dubio ad torturam non procedant. Multi enim innocentes propter tormentorum feruitiam confessi, & condemnati fuerunt, ut etiam de his nostris contigit se intellexi in duobus, qui in tortura confessi fuerunt occidisse quendam nobilem eorum inimicum, qui deinde post multos annos reperitus fuit uinus in quodam castro carceratus per quemdam magnum dominum, ipsi tamen, propter co-

rum confessionem ui tormentorum extortam, fuerant ultimo supplicio affecti. Idem dicit Salic. in l. 2. nu. 10. C. de cust. reorum. quem refert Paris Put. de lyndi. fol. 488. c. 8. nu. 1. in fin. & Foller. in pract. crim. fol. 322. num. 78. Dicit etiam Brunus in loco præallegato, num. 62. in fin. qd licet verum sit de iure, qd semel tortus compererit, non debet iterum torqueri nisi superueniat noua indicia, tamen conueniendo obseruat contrarium, & quod la trunculatores sæpe torquent, & repetunt pluries, & quod ita seruari uidit, & quandoque etiam ipse seruauit, & male (ut ipse ait) & minus iuridice: viderem si reus semel fuerit in tortura confessus delicti, deinde ductus ad ratificandum reuocauerit, poterit repeti in tortura, etiam si alia indicia non superuenerint, ut dixi supra uersic. Vbi vero. Talis enim confessio dicitur nouum indicium, ut dixi supra q. 21. uersic. Vltimus quæro.

## QVAEST. LXV.

## SUMMARIUM.

*Reus confessus delictum debet condemnari.*

*Et an unica confessio sufficiat, uel plures requirantur, uersic. q. Sed quæro.*



**V**bi reus delicti ipsam confessionem fuerit, tunc dici solet nullas esse iudicis partes nisi in condemnando, nam talis confessio contra eum plene probat, potestque ex illa condemnari: hæc est communis opinio, ut attestatur Barto. in tractat. de questio. prout illum referunt aliqui. Sed certe ille tractatus non est Bartoli, sed Gandini, ut demonstrat August. ad Angel. de malefic. in uerbo; Fama publica. num. 28. in fine. & ita ad uerum legitur in opere maleficiorum ipsius Gandini sub titu. de questio. & in specie hunc locum tanquam ipsius Gandini, qui ita esse communem opinionem attestatur in d. ti. de quest. nu. 15. citat idem August. in dicto uerbo, Fama

publica. post num. 112. & Riin. conf. 80. post nu. 7. lib. 4. & Viuius in li. communium opinionum, in uerbo, Confessio facta sponte. Hanc etiam dicit esse communem opinionem Guid. de Suz. de indi. & tortu. fol. 201. nu. 44. quem refert præc. Conradi, fol. 280. nu. 3. Imola cõf. 109. circa principium, quem refert Marsi. in pract. crimi. §. quoniam. nu. 18. & pract. Cærerij, fol. 19. nu. 24. Pract. Millei, fol. 79. num. 17. Non tamen intellige, quod etiam sponte confessum debeat iudex statim condemnare, sed practica est, quod quando reus est sponte confessus, iudex mittat eum in carcerem, & apud acta præfigat ei terminum ad allegandum quidquid uult, ne condemnetur, & ad omnes suas defensiones faciendas: quo elapso, ubi nihil probet, potest postea condemnari. Et hanc practicum seruati tuus mundus, ut dicit Salic. in l. 2. nu. 7. C. de custod. reorum. quem refert Boff. in tit. de confessis. numer. 2. Ita etiam communiter practitari attestatur Aito. Gomez. c. 12. delictorum. numer. 3. in fine. Multa enim possunt deduci, & probati contra propriam confessionem, de quibus dixi supra q. 55. & licet secundum Boff. ibi, non sit dandus terminus defensionis reo confessio, nisi illum petat, nihilominus practica generalis contrarium obseruat, scilicet ut etiam confessio, & dilationem non petenti detur terminus defensionis, & ita tertium non errabis. Vide quæ dixi supra q. 49. uersic. Est igitur, & supra questio. proxima, uersic. Sin autem reus.

Sed quæro, nunquid unica confessio sufficiat ad hoc ut reus possit condemnari, an autem plures requirantur? Respon. Gloss. in l. prima. in gloss. prima. ff. de questio. tenuit, quod una confessio sponte facta non sufficiat, sed quod requiruntur res, sed certe illa gloss. communiter non tenetur, ut ait Salic. in d. l. secunda. num. 3. C. de custod. reorum. Paris. Put. de iudic. fol. 487. ca. 3. num. 1. Licet ergo esse in hoc articulo distinguendum inter confessionem factam sponte, & eam, quæ facta est in tormentis. Nam si quidem est facta sponte, tunc unica confessio iudicialis sufficit ad condemnandum, & hæc est communis, & quasi omnium opin. ut dicit Brun.

de iudic. & tort. folio 146. num. 21. quem refert Foller. in pract. crim. fol. 272. numero 39. & quod in tali confessione facta sponte, & sine tormentis non requiratur ratificatio, seu perseverantia consentientis, sed quod statim, quod est confessus crimen, debeat condemnari dicit esse communem opinio. Dyn. in l. secunda. ff. de custod. reorum, quem refert Guido Pappe decisio. 339. quidam inculpatus. Gandin. in loco præallegato. Iacob. de Belui. in pract. crim. in rub. de questio. numero 97. Bal. in tract. de questio. folio 236. numero 2. Vitali de malefic. in titu. quæ indicia &c. numero tercio. Imola in d. conf. 109. numero primo, quem refert Cærer. in pract. crim. folio 18. numero 24. Masfil. in pract. crim. §. Quoniam, numero 18. & dicit Bartol. in l. prima. ff. de custod. reorum. in ultimis uerbis, quod ita seruat conuetudo, quem refert Bald. in l. si quis in ea. nu. 2. C. de custod. reorum. Si vero confessio facta sit in tormentis uel extorta metu tormentorum, tunc non potest reus condemnari, nisi in ea perseveret, illamque ratificet, iuxta ea quæ dixi supra quæ. 64. uer. Ceterum.

## QVAEST. LXVI.

## SUMMARIUM.

*Reus de crimine confessus debet condemnari. & quid si non constat de delicto, ibid. Respon.*


*Index debet indicare secundum acta, & probata, uersic. Scias autem.*

*Probationes in criminalibus esse debent iuxta meridianam clariores, uersic. Debet autem.*

*Si probatum sit delictum, non autem qualitas delicti in processu deducta, an reus sit ab soluendus, uersic. Sed quid.*

*Contra Cardinales maior numerus testium, quam contra alios requiritur, uersic. Debes etiam.*

*& quid in summo Pontifice, uersic. Sed quæro.*



**A**BC omnia cessant, ubi reus est de ipso crimine legitime convictus, nam eo casu non est ulterius querendum, sed dicit iudex illi condemnare, & ita praticat, ut dicit Boff. in

tit. de conuictis, nu. 3. Intellige modo conuenit de ipso delicto, de quo reus conuincit, alias enim nullo modo esset condemnandus. Et ideo et si multi testes deponerent etiam de visu, contra aliquem de homicidio per eum commissio, nisi tamen constaret de ipso cadauere, non posset puniri, quoniam tamen intellige iuxta ea, quæ dixi supra q. 4. & q. 55. uersic. Potest etiam bene verum esse, quod quando delictum est talis qualitatis, quod sequitur id, quod communiter contingit, reputatur difficilis probationis, tunc sufficiunt minores probationes, & potest poni exemplum in furto, nam si quis conuinceretur de furto, & appareat famulum aufugisse, satis dicitur constare de furto, secundum theoreticas doctorum, ut dicit Riminald. contra. num. 3. Idemque si ostendatur aliquid quod signum, seu vestigium alicuius circumstantiæ, ex qua uerisimiliter possit probari furtum commissum fuisse, puta si reperitur fractura aliqua in hostio, uel pariete. uel arca, hæc est una de coniecturis, quam adducunt Doctores ad probandum furtum, ut dicit Riminald. in loco præallegato.

Scias autem, quod hæc discussio, quæ fieri debet a iudice super condemnatione rei, debet fieri non secundum ipsius credulitatem, aut opinionem, sed secundum probationes factas in processu, nam iudex tenetur indicare secundum acta, & probata, etiam si sciat ueritatem esse in contrarium, & est communis opinio, ut attestatur multi, quos refert Didacus libro 1. resolutionum. c. 1. post nu. 6. & ego retuli infra lib. pro. Et ideo licet iudex propriis oculis uiderit delictum commissum, non potest reum condemnare, nisi aliter id probatum fuerit, ut dixi supra quæ. 8. uersic. Sed pone. Sic etiam si iudex credit se esse bona conscientia posse condemnare reum ex probationibus sibi factis uti iudici, licet ipse tanquam priuatus sciat eum non Pract. Iul. Clar. 3 esse



esse culpabilem, potest nihilominus esse condemnare, nec peccat, Et hæc est communis opinio. Ut attestatur in mola in clem. pastoralis. §. quia vero, nu. 49. de offi. deleg. & in c. 1. post nu. 13. vers. si autem timeret. de offi. ord. Menchiaca controuersi. illustr. c. 13. nu. 1. & c. 14. post nu. 5. col. 2. in fi. Bene verum est, quod potest iudex hoc casu insere apud principem, vel su per iorem, vt ipse exoneret ab iurisdictione iudicio, & causa alteri delectetur, vel ipsemet eam ipsam alteri delegare, & esse communis opinio. vt dicit in mola in dicto §. quia vero, numero 49. in fi. non tamen potius debet abstinerere manere iudicandi, quicquid dixerit Abb. & Imola in d. ca. 1. contra quos est communis opinio, vt dicit Caraita super ritu 285. magnæ curiæ circa fi.

Debent autem esse in criminalibus. probationes luce meridianæ clariiores. I. sciat cuncti. C. de probatio. Et hoc omnes sciunt, & dicunt, vt ait Bossius in titulo de conuictis, numero 9. Hinc est, quod in criminibus testes debent esse omni exceptione maiores, & ita volunt Doctores, vt dicit Boss. in loco præallegato, numero 25. Vide quæ dixi supra quaest. 21. vers. Vnus testis, & quaest. 22. vers. Vnum tamen.

Sed quid si pro parte probatum sit delictum, & pro parte non, puta quia aliquis esset imputatus de percussione cum sanguine, & probata sit percussio, sed non qualitates adiectæ, scilicet cum sanguine, vel esset imputatus de vulnere illato cum cicatrice perpetuo permanens, & probatum sit vulnus, sed non qualitates adiectæ, scilicet cum cicatrice, & similia, nunquid erit reus in totum absolueudus, vel condemnandus solum in ea pœna, quæ imponitur pro vulnere, vel percussione, ommissa ea, quæ esset imponenda pro illa qualitate ex forma statutorum, quæ communiter vigent in ciuitatibus Italiæ? Respon. Si qualitas adiecta non facit censeri aliud factum, nec variat effectum accusationis propositæ, tunc tamen non probata illa qualitate potest ex eo processu sequi condemnatio: sed quando propter illam qualitatem variatur effectus condemnatio-

nis, tunc pendente iudicio debet fieri detentio dictæ qualitatis, ad hoc vt possit sequi aliqua condemnatio, alias si etiam qualitas ipsa non fuerit probata, reus est totaliter absolueudus. Et hæc est theoricæ Bar. in l. denunciasse. §. quid tñ, nu. 2. ff. de adulter. quam tenent communiter doctores, vt ait Corn. consil. 33. in litera O, lib. quarto. Hæc etiam dicit esse communem opinio. Roma. consil. 11. circa principium, & consil. 167. nume. 8. quem referunt Corn. consil. 197. in litera C, lib. 2. Marfil. in pract. crim. §. quoniam, num. 52. vsq. ad num. 57. doc. lun. consil. 36. nu. 2. lib. 2. Menchiaca controuersi. vsu frequentiu. c. 36. num. 12. Scias tamen, quod quicquid sit de iure, consuetarium seruatur de consuetudine, vt scilicet reus (etiam non probata qualitate) condemnendus de principali delicto, de quo est conuictus. Et ita communiter seruari attestatur Bald. in l. 2. nume. 2. C. de probat. quem refert Ana. in c. continentiam, nu. 5. de clerico percussore, & Blanc. in pract. cri. fol. 50. nu. 76. & seq. Et in specie in curijs Belphe. ita seruari attestatur Guido Papa decisio. 553. si quis accusatur, & ego ita pluries vidi seruari, quicquid dixerit Signorol. consil. 245. nu. 14. Hodie, n. pars in querela non se astringit ad aliquam certam condemnationem, sed concludit generaliter, Quare petit pro prædictis, & quolibet eorum, &c. Pariter etiam iudices in libello inquisitionis concludunt, Super quibus omnibus, & singulis, &c. Propterea super omnibus deducis in querela siue inquisitione potest sequi condemnatio, & cum (vt dixi) ita de consuetudine obseruet, non est ab ipsa consuetudine in practica recedendum. Videnda sunt ea, quæ dixi supra quaest. 12. vers. in lo, Vltimo quæro, & quaest. 31. vers. sculo. Super quibus, & infra quaest. 90. vers. In hac autem.

Debes etiam scire in hoc proposito, quod quandoque potest dici plena probatio delicti quo ad vnum, quæ non erit plena neque sufficiens quo ad alium, Nam licet regulariter duo testes plene probent delictum contra accusatum, siue inquisitionem: tamen si ille accusatus, vel inquisitus sit episcopus

episcopus cardinalis, non potest condemnari, nisi per 72. testes si sit presbyter cardinalis, nisi per 44. si sit diaconus cardinalis, nisi per 28. vt est tex. 2. q. 5. ca. præsul. Sed certe quicquid sit de iure, iste numerus testium hodie de consuetudine non seruatur, quæ Papa procedit contra Cardinales, ita attestatur Card. Alex. in d. c. præsul. col. 1. vers. vbi tamen. prout illum refert Holler. pract. crim. cano. fol. 256. nu. 5. licet Card. in libro meo nihil dicat de obseruantia, nisi quod Papa non tenetur illum numerum obseruare, Dec. in c. at si clerici in principio. nu. 1. de iudi. quem refert Berous in eo. cap. at si clerici. post num. 8. & ita in facto nostris temporibus vidi, & legi fuisse obseruatum.

Sed quæro, quid in summo Pontifice, nunquid sufficiant duo testes ad eum condemnandum, an autem maior numerus requiratur? Respon. quod duo testes sufficiunt. Ita dicit gl. in d. c. præsul. in gl. r. quana dicit esse ab omnibus Doctores communiter approbaram Vinus in libro communium opinionum. fol. 296. vers. testes duo. Cum enim (vt ait gl. ibi) ipse, sine comparatione aliorum, effectus sit maior, merito sine spe veniæ condemnandus est: nescio tamen, an hoc ita palam obseruaretur in practica.

## QVAESTIO LXVII.

## SVMMA RIVM.

*Pœnarum genera quos sint.*

*Capitalis pœna qua dicar. r. ibid.*

*Amputatio membri, vel suspensio an dicatur pœna capitalis, vers. Quæro nunquid. Remissive.*

*Pœnarum corporaliu[m] species, vers. Distinguenudo.*

*Damnatio ad bestias, ver. Non est etiam.*

*Præcipitatio, vers. Item præcipitatio.*

*Interdictio ignis & aquæ, vers. Item interdictio.*

*Donatio in reatallum, vers. sculo, Item damnatio.*

*Deportatio, vers. Deportatio.*

*Relegatio, vers. Relegatio.*

**N**VNC de pœnis videamus, scire autem debes, quod pœnarum duo sunt genera, aliqua enim sunt corporales, aliqua vero non corporales: Corporales autem pœnarum duæ pariter sunt species, nam aliqua sunt capitales, aliqua vero non capitales. Capitales autem pœna tribus modis dicitur. Primo, vltimum supplicium. Secundo, amissio libertatis, & consequenter etiam ciuitatis, puta si aliquis damnetur in metallum, vel opus metalli. Tertio, amissio ciuitatis tantum, ut cum quis deportatur. Proprie autem, & strie loquendo, pœna capitalis accipitur pro pœna sanguinis, scilicet dum gl. in l. transigere. in verbo, Capitali. C. de transig. quæ in hoc communiter approbatur, vt dicit Galpar Valac. in repet. l. imperium nume. 99. ff. de iurid. om. iur. Reperio tamen, quod alia gl. in l. 1. in verbo, Capitali. C. de transig. mancip. intelligit pœnam capitalem pro exilio per petuo, ex qua gl. Doctores colligere videtur, quod in dubio pœna capitalis debet intelligi de exilio, & non de morte. Et hanc conclusionem dicit esse communem Marfil. in pract. crim. §. opportune. num. 40. in fi. quem refert Didacus super quarto Decretal. fol. 144. post num. 16. Duenas reg. 393. in nona limitatione. Decius in d. l. imperium. nume. 14. & seq. Fel. in c. qualiter, & quando el secudo §. ad corrigendos. nu. 27. de accusatio. Non autem de Padilla in l. transigere. nume. 32. C. de transig. Ita etiam tenere communiter Doctores attestatur Marcus decisio. 913. nu. me. 5. in fine. Et ratio est, quia in pœnis semper debemus sequi iustitiam interpretationem. Et ideo stante statuto, quod quis capite puniatur, debemus intelligere de exilio, ita tenet Cyn. in l. prima. C. de falsis. & est communis opinio, ut attestatur Augusti, ad Angelum de maleficiis. in verbo, & ibi capit. post numerum 32. Mantua in dicta l. transigere. numero 108. & sequent. maxime numero 113. Et ita alias obtentum fuisse dicit Ioannes Andreæ in capit. quanto. de iurisdictione. quem refert Augustin. in loco præ-

allegato, post num. 45. Et ideo videmus, qd ad eurasdas huiusmodi ambiguitates quando fertur sententia mortis per amputationem capitis, solent addi illa verba, Ita qd moriatur &c. vel, Ita qd anima separetur a corpore &c. Et ita inoleuisse practica attestatur Mantua in loco praallegato, nu. 117.

Quero, nunquid amputatio membri, vel suffigatio sit pna capitalis? Dixi infra q. 70. vers. est etiam.

Distinguendo autem secundum communem vsum loquendi presentis temporis, dici potest, quod pnam corporalem dua sunt species, alicuq. f. mortis naturalis, alicuq. vero citra mortem. Genera autem pnam, per quas mors naturalis imponitur, multa sunt, & omnia pna parricidij, de qua dixi supra hoc fo. lib. §. parricidium, ver. Sed quero, pna ve cognite a lege, per quas imponitur vnum supplicium, sunt pna ignis, laquei, seu furcarum, & gladij, siue amputationis capitis. Citra mortem autem est pna amputationis membri, de qua dixi infra q. 59. trirremium, & alig. de quib. dixi infra q. 70.

Non est etiam hoc loco omitendum multas fuisse pnas secundum leges antiquas a iure comuti impostas, quae nunc in desuetudinem abierunt, puta damnatio ad bestias, quae quidem pna hodie non est in vfu, vt dicit Ang. in l. j. §. legis Corneli. nu. 1. ff. de scar. subdens qd in eius locum successit decapitatio naturalis, & illa refert prac. Carer. fol. 513. post nu. 4. & Marf. in eo. §. legis Corneli. nu. 1.

Item praecipitatio, quae alias fiebat de saxo Tarpeio, vt videri potest apud Livium, & alios historicos. Haec autem est sublata ab ipsamet lege, vt est tex. in l. si clutino in fine. ff. de pnis, & etiam a consuetudine, quia iam pridem aboleuit, vt attestatur Didac. in repe. c. quamvis. fol. 55. col. 2.

Item interdicio aquae, & ignis, in cuius locum hodie successit deportatio. l. 1. §. 3. ff. ad leg. Jul. pecun. vt attestatur Io. Villenata in reper. l. Diuus. post nu. 41. ff. de scar. Pract. Conradi, fol. 356. nu. 4. sed imo hodie neque etiam deportatio

est in vfu, vt dixi infra vtrifculo, Deportatio.

Item damnatio ad metallum, siue ad opus metalli, sed hodie etiam in foro seculari huiusmodi condemnationes ad opus metalli recesserunt ab aula, vt dicit Folle. in pract. crim. canon. fol. 131. num. 8. & illas hodie in vfu non esse attestatur Mantua in l. transigere. post num. 5. C. de transig. cuius pna loco, hodie de consuetudine solent rei damnari ad triremes pnae, vel ad tempus, ut attestatur prac. Carer. fol. 567. nu. 121. Capic. decil. 153. num. 3. quem refert A. postill. ad Aflic. sit per tertia parte constitutionum Regni, sub nume. 5. Malleus in practi. crim. tolio 132. numero 3. & fol. 147. num. 40. Foller. in loco praallegato, subdens qd hec pna trirremium, etiam de iure canonico imponitur, de quo dixi infra q. 70. vers. Frequens est. Dicit etiam Bald. in l. in credibile. numero 3. C. de pnis. quod iste pnae, per quas imponitur perpetua servitus, hodie non sunt in vfu, & quod loco earum videtur posse imponi pna perpetui carceris, sed certe hoc posset forte precedere secundum ius canonicum, vt dixi infra in d. q. 70. vers. Pna autem. sed de iure civili magis placet quod successerit pna trirremium. Dicit tamen Angel. in l. 1. C. de pnis. quod potest quis damnari ad operandum reipub. in perpetuum, & subdit se vidisse Roma quandam damnatum ad perpetuo exercendum officium carnis fici damnatorum, sed ego nunquam vidi in practica fieri tales condemnationes.

Deportatio etiam apud leges Digestorum, & Codicis frequentissime imponitur, & refert Calic. in Margar. fisci. fo. 83. & sequen. xli. calus, in quib. hec pna a iure irrogatur, sed hec pna deportatio nis hodie non est in vfu vt dicit Gandi. de malefic. in ritu. de saltar. post nume. 3. Imola in l. 2. post nume. 2. vers. Et adverte. ff. de public. iudic. Alexand. consil. 55. num. 1. lib. 7. Cuman. consil. 95. in fi. quem refert Gramma. decil. 23. in fine. & idem Grimatic. siue Bartho. de Capua, super consil. Regni, folio 70. colum. 3. in principio. Roland. consil. 38. nume. 14. lib. 1.

Melchion

Melchion de Facinis inter consilia criminalia diuersorum, consil. 78. post numerum 56. lib. 1. Dicit autem Roman. singu. 568. Scias quod relegati, quod loco deportationis hodie successit decapitatio, quem refert August. ad Ang. de maleficiis. in verbo, Fallario post numerum 48. & ideo dicit Ange. in l. 1. §. legis Corneli. post num. 1. ff. de scar. quod cum pna deportationis hodie non sit in vfu, sed recesserit ab aula, nisi apud ecclesiasticos, credit qd etiam positi in dignitate, qui secundum iuris antiqui dispositionem erant deportandi, hodie debeant mori. Alii vero dicunt, quod loco deportationis successit banitum perpetuum, & ita attestatur Cuman. consil. 139. post num. quartum. Guido Page, decil. 422. col. 1. vers. Alio etiam. & decil. 423. nume. 2. & decil. 437. post num. 5. quem refert Crauetta, consil. 230. numero 13. & consil. 224. post nume. 1. Berber. in uuario iuris. in rubrica de vi publica. vtrifculo, pna autem. Grammatic. voto 19. numero decimo. practi. Carerij, fol. 70. versu. Remanent ergo. Ego credo, quod super hoc non possit dari certa doctrina, sed quod loco deportationis hodie possit iudex imponere pnam iuxta qualitate facti, & persone, prout sibi conuenire videbitur, scilicet, vt trirremium in perpetuum, vel ad tempus, vel exilij, vel huiusmodi, secundum grauitatem delictorum: nec consulerem iudici, vt loco deportationis imponeret pnam mortis, vbi pro eo delicto non est imposta a statuto, vel a consuetudine & ita videmus obseruari. Reperio tamen pra. Carerij, fol. 567. post num. 121. dicit, quod licet communiter hec pna deportationis non sit in vfu, tamen in Regno propter insulam multas est in vfu. Idem dicit Capic. decilio. 153. nume. 2. & ita plures fuisse condemnatos in pnam deportationis refert Gramma. in multis decisionibus. consilij, & votis. Venetij etiam adhuc est in vfu haec pna, vt attestatur Mantua in d. transigere. post nu. 5. Vnum scias, quod de iure communi non potest aliquis magistratus deportare in insulam delinquentes, nisi ei expresse insula ipsa assignata sit, & hec est communis

opinio, vt dicit bened. de Plumb. in sepe. l. 1. num. 10. C. de hered. institut. Et ex hoc fundamento, quia scilicet senatus noster non habet insulam, eadem pna deportationis quidam Comes imputatus de graui delicto, & fuit tantummodo condempnatus in exilium, & licet aliqui quissent quod poterat consili super hoc Regia Maiestas, tamen contraria opinio obtinuit. Vide in hoc proposito que dixi infra q. 71. vers. Vidi ego. An autem banitus, qui paratur deportato, dixi infra q. 72. vers. Dixi autem:

Relegationis etiam pna iure veteri frequentissime imponebatur, & refert Calic. in Margar. fisci, fol. 86. xxx. calus, in quibus hec relegationis pna a iure irrogatur. Huius autem loco hodie in foro civilis imponitur exilium, siue confinatio, sed secundum Canones hodie hec pna non est in usu, ut attestatur Innocent. in cap. qualiter, & quando. num. 6. de accusatio. quem refert Foller. in practi. crim. cano. folio 278. Pract. Millei, fol. 148. nume. 49. subdens qd loco huius pnae clerici detur duntur in monasterium, sed neq. hoc hodie est in usu, ut dixi infra q. 70. uer. Sunt etiam. Tu uero dic, qd licet hodie ecclesia non inferat pnam exilij, proprie loquendo, secundum communem opinionem, de qua attestatur Aleiat. in ca. cum non ab homine. nu. 110. de iudi. contrarium tamen seruatur, ut dicit Foller. in practi. crim. cano. fol. 288. nu. 122.

QVAEST. LXVIII.

SUMMARIUM.

Casus in quibus pna mortis imponitur, qui sunt. Remissus: Abortum procurans punitur pna mortis, vers. Abortum procurans. Et quis pna punitur percussione muliere praegnantem si ex ea percussione sequatur abortus, ibid. Adulteri punitur pna mortis, vtrifculo. Adulteri. Remissus: Asf. 17.

Ascendens cum scalis de nocte ad domum alterius punitur pena mortis, versiculo, Ascendens cum scalis.

Blasphemi punitur pena mortis, versiculo, Blasphemantes. Remissive.

Carceratus assequens fractus carceris, punitur pena mortis, versico. Carceratus. Remissive.

Castrans seipsum, vel castrari faciens, punitur pena mortis, versiculo, Castrans se ipsum.

Custos carceris, cognoscens carnaliter carceratam, punitur pena mortis, versiculo, Custos carceris. Remissive.

Item si carcerati insurgiant, punitur ipse pena mortis, ibid.

Et quid si custos tantummodo fuit in culpa in deputato substituto, qui fuerit negligens, ibid.

Diuidentes pradam cum barbaris, punitur pena mortis, versico. Diuidentes.

Eximens captivum de manibus iusticie punitur pena mortis, versico. Eximens.

Extrahens per vim aliquem de ecclesia, punitur pena mortis, versico. Extrahens per vim.

Extrahens pro debito matrem suam, de domo, & ad carceres conducens, punitur pena mortis, versico. Extrahens pro debito.

Et an pro delicto possit mulier carcerari, ibid. Remissive.

Falsum testimonium dicens, punitur pena mortis, versiculo, Falsum testimonium. Remissive.

Famosi latrones punitur pena mortis, versico. Famosi. Remissive.

Fures an punitur pena mortis, versiculo, Fur qui furatus. Remissive.

Heretici punitur pena mortis, versico. Heretici. Remissive.

Homicida punitur pena mortis, versiculo, Homicida. Remissive.

Hosibus ferrum, vel arma deserens, punitur pena mortis, versiculo, Hostibus. Remissive.

Imaginem Christi percitens, punitur pena mortis, versico. Imaginem.

Incediarij punitur pena mortis, versiculo, Incendiarij.

Et quid in comburente tugurium, vel sa-

nile, ibid.

Iniuriam faciens officiali tempore syndicatus punitur pena mortis, versico. Iniuriam faciens.

Iudex, aliquem innocentem condemnans, punitur pena mortis, versico. Iudex qui dedit. Remissive.

Iudex ponit aliquem indebite ad torturam, punitur pena mortis, ibid. Remissive.

Lano punitur pena mortis, versico. Lanones.

Lase maiestatis crimen committens, punitur pena mortis, versico. Lase maiestatis. Remissive.

Libelli famosi auctor, punitur pena mortis, versico. Libelli.

Et an ille, qui legit, & statim non laceravit, ibid.

Miles, qui in disciplina militari deliquit, pluribus ex casibus punitur pena mortis, versico. Milites.

Moniale carnaliter cognoscens punitur pena mortis, versiculo, Moniale. Remissive.

Mulier, que animali bruto se subiecit, punitur pena mortis, versico. Mulier que.

Item mulier, que proprio seruo se subiecit, ibid.

Muros civitatis transcendens punitur pena mortis, versico. Muros civitatis.

Et an hoc locum habeat tantummodo in civitate Romana, ibid.

Et an hoc servandum sit tempore pacis, ibid.

Officialis, publicos pronuntius subtrahens, punitur pena capitis, versico. Officialis.

Et an officialis, qui durante officio multa acquisivit, presumitur ea acquisivisse de bonis sicut, ibidem.

Plagiarius punitur pena mortis, versiculo, Plagiarius.

Et quid si non sit solitus talia committere, ibidem.

Privatam carcerem exercens punitur pena capitis, versico. Privatam.

Et quid si aliquem capiat ex iusta causa, ibid.

Et an cardinalibus permissum sit teneri privatam carcerem, ibid.

Proditor punitur pena mortis, versico. Proditor.

Raptores mulierum punitur pena mortis, versico. Raptores. Remissive.

Sacrile-

Sacrilegij punitur pena mortis, versico. Sacriligi. Remissive.

Seditionis auctor punitur pena mortis, versico. Seditionis.

Se ipsum occidere volens punitur pena mortis, versico. Se ipsum occidere.

Et an occidens seipsum moriatur inter debiles, & cetera bona consistantur, ibid.

Et quid si non conscientia proprii sceleris sit manus intulerit, ibid.

Servus, quicquam dominam se carnaliter commisit, punitur pena mortis, versico. Servus. Remissive.

Sodomitica punitur pena mortis, versico. Sodomitica. Remissive.

Sortilegi punitur pena mortis, versico. Sortilegi.

Transfuga punitur pena mortis, versiculo, Transfuga.

Et an punitur etiam non consummato delicto, ibid.

Tutor, qui propriam pupillam corrumpit, punitur pena mortis, versico. Tutor.

Vastatores, & incensores vinearum punitur pena mortis, versico. Vastatores.

Venenium faciens, aut dans aliquid ad occidendum, punitur pena mortis, versico. Venenum malum. Remissive.

Violatores sepulchrorum punitur pena mortis, versico. Violatores.



VNC videndum est, qui sunt hi casus, in quibus pro delicto pena mortis naturalis a lege imponitur quos quidam plenius videre poteris apud Bal. in l. data opa. nu. 14. C. 9. accus. non pos. & Calic. in Margar. fisci fol. 78. col. 2. & alijs fol. seq. & Guid. Pap. de cil. 589. & Fab. in prac. arbit. fo. 159. & alijs sequen. usque ad fol. 325. & in l. Ferreti tractatibus de bello, fol. 162. col. 3. & alijs sequen. Nos aliquot tantum attingemus.

A abortum procurans punitur pena capitis. Cicero, ff. de penis. & potest poni exemplum in puella pregnantem, que potionibus partum abegerit honoris sui conservandi causa, ut in casu super quo consuluit Barba. consil. 23. in secundo dubio. li. 2. & Dec. consil. 535. Dicit autem Prac. Iodo.

c. 74. nu. 12. q. mulier, que dolose abortu factus vivens proclitavit, ex recepta conscientie punitur purei suffocatione, sed apud nos illa pena non est in usu. Sed que ro, qua pena punitur ille, qui percussit mulierem pregnantem, ex qua percussio ne illa abortum fecit? Respond. Aliqui simpliciter dicunt, q. ubi adest dolus, dicit puniti pena ultimi supplicij, Et hanc dicit esse magis comunem opin. Boil. in tit. de homicid. num. 6. Tu vero dic, q. Auf partus adhuc non erat animatus, & punitur pena extraordinaria, At vero erat animatus, & punitur pena homicidij. Et hec est comunis opin. ut attestatur Blati. in pract. crim. fol. 79. num. 33.

Adulteri punitur pena capitis, Dixi supra hoc cod. lib. §. Adulterium, versico. Sed quaro.

Ascendens cum scalis de nocte ad domum alienam, punitur pena ultimi supplicij secundum Bald. in l. fin. circa fin. ff. de rerum divisi. atque ita servatum fuit per pro regnum Neapolis in executione cuiusdam edicti. Que sententia licet Gram. decisi. 36. eam defendere conetur iudicio totius Italię nisi fuerit nimis severa, & crudelis, maxime attendita bona qualitate illius non bilis iuvenis, & cetera, propter quam ascenderrat, que fuit amor cuiusdam pulcherrime puellę, qui etiam prudens viros se prius excecavit, & de illa sententia mentione etiam facit idem Gram. super consil. Regni. fol. 31. col. 1. nu. 6. Certe hec op. Bal. apud nos non servatur, sed hec qualitas attendenda cum scalis agram tantummodo principale delictum, ita ut gravius punitur, siue sit ex causa amoris, siue ex causa furandi, siue alius maleficij committit. Et in hoc proposito videnda est decisio Afflic. 276. & Mantua consil. 31. nu. 2. lib. 2.

Blasphemans punitur pena mortis, Dixi supra hoc cod. li. §. Blasphemia, versico. Sed quaro.

Carceratus, fingens fractus carceribus capite punitur, Dixi supra que ff. 21. versico. Tertio, autem.

Castrans seipsum, vel castrari faciens, punitur pena capitis. l. quarta, in fin. ff. ad leg. Corn. de licet que dicit esse notandum Catald. de lvi. sic. num. 10. quia

quia alias vidit dubitari in ciuitate Reanati, cui quidam clauus sibi ipsi pputiū abscidisset & ibi refert Bal. in l. reos, nu. 9. C. de accus. dicentem, q̄ membra generationis sunt membra, quæ habent proprias, & distinctas operationes, imò dicitur esse membra nobilia, & per quæ saluatur species humana, & ideo mutilis illa, debet puniri tanquam inimicus naturæ.

Custos carceri, carnaliter cognoscens mulierem carceratam, de consuetudine suspenditur, dixi supra hoc eo. lib. §. Fornicatio, ver. Cum carcerata. Item custos carcerum, propter cuius negligentiam carceratus auferat, puniatur poena capitis. Sed hoc intelligi vt procedat, q̄n ille, qui auferat, detinebatur pro crimine capitali. Nam eo casu si fuit in nimia negligentia, vtiq; puniatur vltimo supplicio, sed si detinebatur pro crimine non capitali, tunc puniatur iudicis arbitrio iuxta modum culpæ. Et hæc est communis opi. vt dicit Bosl. in tit. de carcere, nu. 10. Et hoc quidem locum habet in custode, qui est negligens in ipso actu custodiendi: sed si tantummodo fuerit in culpa deputando substitutum, qui fuerit negligens in custodia, non debet ipse custos principalis puniri poena mortis, & ita iudicauit curia Neapol. vt refert Grammat. voto 29. que hoc casu custodem tantummodo ipso officio custodiendi priuauit, de quo etiam mentionem facit Boer. decis. 216. & seq. & Boer. & seipsum refert idem Grammat. super consil. Regni, fol. 45. col. 1. Et pro defensione custodis, imputati de fuga carceratorum videnda sunt ea, quæ scribit Bal. cō sil. 32. lib. 3. x. fo. de Amicis, consil. 28.

Diuidentes prædam cum aggressoribus viarum, sunt conburendi. si q̄s barbas, vbi Bar. c. de re mili. lib. 12. quem tex. dicit Paris. Put. de synd. fol. 250. nu. 8. esse singularem contra Agozzinos, seu Baricellos, qui solent de nocte sumere se cum fures, & cum illis diuidunt furta, subdens q̄ propter hoc quidam Agozzinus, q̄ diuidebat prædam cum furib. fuit Neapoli suspensus.

Eximens de manibus iustitiæ cōdemnatum ad mortem vel confessum, siue cōmunitum de aliquo crimine, puniatur poena

capitis. l. cuiuscunq; ff. ad l. Iul. maiestatis. Et hanc dicit esse frequentiori Doctorum calculo receptam sententiam Placa libro 1. delictorum, cap. 38. numero 7. Et refert Caraita super ritu 160. nume. 2., in fi. quod in ciuitate Neapoli quatuor qui exemerant è manibus famillie quendam nobilem, qui propter debitum ducabatur ad carceres, fuerunt iussu Viceregis statim suspensi, & in frustra scissi, & apud nos quidam Baptista Zacagnus, q̄ quendam è manibus familiae pretoris Mediolani exemerat, fuit laqueo suspensus. 11. Februarij. 1552. P. N. Et alij quatuor, qui exemerant quosdam fraudatores cum inuentione e manibus capitaneæ Glareæ Abduæ, pariter fuerunt furcis suspensi, 28. Januarij. 1554. P. N. Vide quæ dixi in hoc proposito supra questione. 29. versicul. Eximens autem, & alijs sequent.

Extrahens aliquem per vim de ecclesia, puniatur poena mortis, veluti reus læsæ Maiestatis. l. fidei. C. de his qui ad eccles. confag. quod intellige secundum ea, quæ dixi supra questione trigesima.

Extrahens pro debito matremfam. ex propria domo, eamq̄ ad carcerem dicens puniatur poena capitis. l. 1. C. de off. diuer. iud. An autem pro crimine possit mulier honesta carcerari, dixi §. q. 28. ver. Quæro igitur.

Falsum testimonium dicens, p̄ quod aliquis condemnatur ad mortem, puniatur poena mortis, dixi supra hoc cod. lib. §. Falsum, ver. Testis, qui falsum.

Famosi latrones, & grassatores viarum furca suspendi debent, dixi supra hoc eo. lib. §. Furtum, ver. Scias tamen.

Fur, qui furatus est rem, q̄ fit valoris vltra quinque solidos, puniatur poena mortis. Vide quæ dixi §. hoc eo. lib. §. Furtum, ver. Sed quæro, & seq.

Hæretici puniuntur poena mortis, dixi supra hoc eo. lib. §. Hæresis, versicul. Sed quæro.

Homicida puniatur poena mortis, dixi §. hoc eo. lib. §. Homicidium, ver. Sed quæro.

Hostibus ferrum vendens, vel frum-

tum

tum, vel sal, &c. vel alias merces, puniatur poena capitis. l. 1. & 2. C. quæ res expon. non poss. & excommunicationis poenam incurrit. c. ita quorundam. de iudeis. Vide quæ dixi infra quest. 77. vers. Christiani deferentes.

Imaginem Christi aut sanctorum percutiens, irangens, aut uulnerans, puniatur poena mortis, secundum Ang. in l. ex senatus consulto, ff. ad leg. Corn. de scar. & in sua disputatione incip. in resurgenti delictiarum, & ita obseruatum fuisse per curiam Burdegalem. refert Boer. decisio. 307. post nu. 18. vbi attestatur quendam pro hoc crimine fuisse cōdemnatum, ut prius amputetur ei manus, deinde caput. Refert etiam Marcus decis. 509. in fine. quod quidem index i loco Pertusij qui proiecerat lapidem cōtra imaginem beatissime Virginis, multasque contumelias in eam proulerat, fuit viuus excoriatus. Dicit tamē Ang. in d. l. ex senatus consulto. quod alias cum iste casus contigisset, fuit delinquenti solummodo manus amputata, quæ refert A. Mich. super tertia parte constitutio. Regni, rubr. 54. nu. 9.

Incendiarij, qui ob inimicitias aut prædam intra oppidum incendium committunt, puniuntur poena mortis. d. f. capitulum. §. incendiarij.

Item illi, qui comburunt cedes, uel acerrimum frumentum positum iuxta aedes. l. qui cedes. ff. de incend. ruina nauis. ut incendio capitur. super quo consultur Natta consil. 42. & seq. Et proximis annis fuerunt Cremonæ suspensi iussu senatus duo fratres, qui quasdam aedes in quodam oppido combusserunt. Si quis verò cedes, sed iugurium combureret, non esset poena mortis afficiendus, & ita senatus quendam Palqualem Curtarellum, qui de incendio cuiusdam tugurij conuictus fuerat, condemnauit tantum ad triremes per biennium. 2. Augusti. 1559. P. N. Fuit tamē pro incendio posito in fœnili vltimo supplicio affectus Paulus de Molo. 28. Nouembris. 1561. P. N. Hæc autem poena statuta cōtra incendiarios, locum habet, quando data opera commissum est incendium, secus autem si culpa vel casu, & in facti contingencia quidam Donatus Bir-

recta, qui incensis stipulis permiserat ignem vagari, quo frumentum ipsius proprium, & alienum combustū fuerat habita a parte remissione, fuit absolutus. 27. Septem. 1552. P. N.

Iniuriam faciens officiali tempore eius syndicatus, debet puniri poena capitis, ut dicit gl. in §. illud. i. uerbo. Mortis. i. Ant. vt iudices sine quoquo iustitragio. Sed hoc intellige, nisi ipse officialis prius iniuria illi fecisset, & ita se practicasse attestatur Paris. Put. de syndica. fol. 137. post nu. 3. in quodam officiali, qui iniuriabatur quere lantibus, quod nota.

Iudex, qui dedit operam, ut accusatus vel inquisitus aliquid falso confiteretur, p̄ quod innocens postea damnaaretur ad mortem, puniatur poena capitis, vt dixi in dicto §. homicidium. versicul. Item iudex. Item iudex, qui per pecuniam, vel iracundiam aliquem innocetum ad mortem condemnauit, puniatur poena capitis, vt dixi in d. §. homicidium. ver. Item iudex. Præterea iudex ponens aliquem in debite ad torturam, puniatur poena capitis, ut dixi supra questione 64. versiculo, A. nequitate.

Lenones, & lenæ puniuntur poena mortis, & est tex. in Auth. de lan. §. preconizamus. co. 3. sed de consuetudine non puniuntur poena mortis, sed tantummodo Hagel lastur cum mitra, vt dicit Nunius de los corregidores, fol. 204. nume. 15. vel afficiuntur aliqua alia poena arbitrio iudicis & ita esse consuetudinem attestatur Prac. Iodoci, cap. 89. nume. 43. Ita etiam in Regno Hispaniæ solere practitari dicit An. Gomez super l. 80. Tauri. nume. 73. licet subdat, quod est poena irridenda pro raminefando crimine, & quod deberet puniri poena mortis.

Læse maiestatis crimen committens, puniatur poena mortis, vt dixi supra hoc eodem libro. §. læse maiestatis, uersicul. Sed quæro.

Libelli famosi auctor, qui fabricatus sit de alio ad eius infamiam contra veritatem, puniatur poena capitis. l. vnica. C. de famo. libel. & dicit Angel. in l. lex Cornelia. §. si quis liberum. num. 3. ff. de iniur. se hoc vidisse de facto in quodam, qui potuerat.

Inlij Clari sententiarum.

rat quandam scripturam infamatoriam super altari palatii priorum non descripto nomine alicuius. Dicit tamen idem Ang. in d.l. vnica. C. de f. n. s. lib. l. quod licet ille, qui posuerat tale sceleratam, de uisitate decapitatus, tamen indulta sibi fuit pena capitis, & conuersa in poenam duorum mille ducatorum. Quinimo dicit Paris Put. de syn. fol. 273. nu. 6. quod illi, qui ad infamiam pot. statim pingunt membra virilia, vel vuluas muliebres super ianua eorum camerae, vel porta palatii, sunt maxima pena digni, si uident, quod in facti contingentia consuluit, quod quidam, qui pinxerat quandam honestam mulierem eius. 2. n. s. iam (quae sibi consentire nolbat) nudam cum capto uisuperio, & illam picturam ad eius ignominiam affixerat in locis publicis, quod esset ad triplicem trahendum, quia (secundum eum) talis pictura erat libellus infamatorius. Ego autem in practica nunquam uidi seruari, ut propter libellum famosum aliquis ultimo supplicio afficeretur, sed semper uidi in poenam poenam extraordinariam puta fustigationis, si uim fuisse, & ad summum poenam tristemuram, & propter annis quidam proxeneta, qui tres libros materia lingua composuerat in quibus de multis etiam in magistratu constitutus obloquebatur, licet eos non publicasset, fuit iussu senatus alligatus catenas infami, & libri publice combusti. Adde, quod non solum ipse auctor, & fabricator huiusmodi famosi libelli est capite punitendus, sed etiam ille, qui legit, & statim non iacerat, eadem pena afficiendus est, & ita communi consensu tenent Doctores, ut ait Placa. li. 1. delictorum, c. 3. post. nu. 2.

Medicus malum medicamen scienter adhibens, ut infirmus moriatur, punitur pena mortis. Dixi supra hoc eod. li. §. h. uici diuini. uel item medicus.

Milites multis ex causis capite puniuntur, quas per te videre potes in l. desertores. & alijs pluribus legibus illius tituli. ff. de re militari. potes etiam videre apud Iulianum Berret. in tractatib. de bello. fol. 148. & seq. & apud illustr. Doctorem & compertum meum Petrum Bellum de re militari, in octaua parte.

Mortalem carnaliter cognoscere, uel etiam atterans ut rapiat, & carnaliter cognoscat, uel cum ea de ficto matrimonii contrahens, punitur pena mortis, l. si quis non dicam sapere. C. de episc. & cleric. Dixi supra hoc eod. lib. §. fornicatio, uel cum mortali.

Mulier, quae proprio seruo se supponit, punitur pena mortis. Dixi supra hoc eod. lib. §. fornicatio, uel cum mortali. Item mulier, quae animali bruto se subicit, punitur pena mortis, ut dixi in eod. §. fornicatio, uel cum animal.

Muros ciuitatis rampens, uel transcendens punitur pena carceris. l. final. ff. de rerum diuisione. Scias tamen, quod illa lex in intelligenda est, ut procedat tantummodo in transcendente muros urbis uoluntate, in muris aliarum ciuitatum est pena arbitraria, ita dixit Bar. in d. l. fin. nu. 2. & ita distinguendam esse secundum Doctores affirmat Roland. conf. 84. num. 25. lib. 2. Hanc etiam opinionem seruari de consuetudine attestat Alex. de Neuo conf. 94. num. 1. quod est duplicatum inter consilia criminalia diuersorum, conf. 91. li. 1. Et ita in facti contingentia iudicatum fuit in curia Burdegaleni, ut refert Boer. dec. 232. Dicit tamen Alber in d. l. si nunc, 1. quod uidit hunc casum in facto in ciuitate Bergomi tempore regni regis D. Gulie, de Cairo Bacco, qui ipso reclamante quendam, qui muros ciuitatis transcendenter, fecit decapitari. Apud nos semper uidi seruari opin. Bart. ut licet non imponatur pena capitis, sed alia extraordinaria, & ita in facti contingentia iustus fuit fustigari quidam Franciscus Cartarius, quod solam ciuitatis transuerat ultimo Febua. 1517. P. N. Et alius quidam Stephanus de Niguanio, qui transgressus fuerat fosses oppidi Serranallis, iustus fuit in contumaciam condemnari in tribus scibus funis, uel triginti aureis. 20. Martij. 1556. P. N. Et ita omnino seruandum esset, praesentem si esset tempus pacis, & ille transcendens muros non animo eos uiolandi, sed aliqua ex causa, puta ut effugeretur a manibus satellitum, uel huiusmodi. Et quod haec pena solummodo locum habeat tempore belli, non autem tempore pacis, fuit

fuit in facti contingentia Caput iudicatum, ut refert And. de ser. conf. Regni, relatus, & ipse per Grammat. super eodem conf. fol. 31. col. 1. post. num. 6.

Officialis, qui publicos pronentus subtrahit, punitur pena capitis. §. item lex Julia peculatus, in l. de publ. ind. Sed hic incidenter quaero, nunquid officialis, qui multa acquirit in officio, praesumatur ea de bonis fisci acquisiuisse nisi doceat se ea aliunde acquisiuisse? Respond. Gl. in l. defensionis facultas, in gl. fi. C. de iur. res. lib. 10. uidetur tenuisse, quod sic, Sed certe in contrarium est communis opinio, ut attestat Dec. consil. 6. num. 2. Et dicit Bal. in c. 1. in ultimis uerbis. de clerico, qui inuesti. facit in v. s. feud. quod illa gl. per multas damnatur, & non seruatur de consuetudine, quem refert Bertrand. consil. 115. nu. 8. libro 2. in secunda parte, ubi etiam post nu. 31. dicit, quod illa glo. reprehenditur per Doctores. illum etiam refert idem Bertrand. consil. 151. num. 6. lib. 6. subdens, quod secundum communem opin. illa gl. reprehenditur, & ideo teneas, quod imo officialis praesumitur in dubio licite acquisiuisse, ne praesumatur aliquid habere de bonis fisci, nisi id liquido probetur.

Plagiarius, qui pueros uel seruos furatur, pena capitis punitur. l. quoniam, & l. fin. C. ad leg. Flauiam de plagia. Sicut tamen intelligenda illa leges, ut per ocellat in eo, qui solitus est talia committere, ille enim utique punitendus est pena mortis, si fecus autem si non sit conuictus, nam eo casu est distinguendum, quod aut habuit animum celandi, & adhuc punitur ultimo supplicio, aut uero non habuit animum celandi, & est mitius puniendus. Et haec opin. communiter tenetur, ut dicit Bar. in l. penult. in principio. ff. ad. flau. de plag. quem refert Anan. in cap. 1. post. num. 4. de furtis.

Prinatus carcerem exercens punitur pena capitis, ut est text. in l. 3. C. de priuatis carcer. Et aduerte, quia ille, qui capit aliquem, & derinet ex iniusta causa, punitur pena priuati carceris, etiam si illum detineat in minori spacio uiginti horarum ille nero, qui alium capit ex iusta causa,

potest illum detinere spacio uiginti horarum, & ipsum captum iudici praesentare, & ita concludunt omnes doctores, ut dicit Caenens. super 56. ritu magne curie, nu. 2. Scias, autem, quod dispositio illius legis non habet locum in cardinalibus, sicut & Romane ecclesiae, nam hodie quilibet cardinalis habet priuatum carcerem ad puniendos domesticos, & familiares suos, & ita usum obtinuisse attestat Manfred. in trac. de Cardinal. c. 8. in 19. priuati. Memini ego de hoc crimine processum fuisse contra D. Io. Stephanum Riccium qui furem in domo captum per septem dies domi detinuerat, sed comperito quod statim dederat notitiam officialibus, fuit absolutus. 23. Martij. 1560. Credo etiam, quod in practica reus priuati carceris non afficeretur ultimo supplicio, sed mitius puniretur, prout in facti contingentia seruauit parlamentum Burdegalen. quod condemnauit in poenam pecuniariam tantum quendam dominum, qui famulum suum diu in priuato carcere retinuerat, ut refert Pape lib. 2. titu. 1. Arresto primo.

Proditor punitur pena capitis, tanquam reus lese Maiestat. ut colligitur ex text. in l. fallaciter, ubi gl. in uerbo, Proditor. C. de abolitio.

Raptores mulierum puniuntur pena mortis. l. vnica. C. de raptu uirg. Dixi supra hoc eod. lib. §. Raptus, uel uiculis. Sed quaero.

Sacrilegi punitur pena capitis. Vide quae dixi supra hoc eod. li. §. Sacrilegiu uel uiculis. Sed quaero. Seditiois auctor punitur pena mortis, ut est text. in l. 3. §. item si quis auctor, ff. de sicar. & etiam seditioem in populo concitans contra principem, uel rempub. l. 1. C. de seditio. Et licet ille text. expresse non imponat poenam mortis, sed tantum dicat quod nullam grauiusam sustinebit, tamen gloss. ibi in uerbo, Grauiusam, in prima opin. interpretatur, id est mortem, & illam opin. dicit esse approbatam in practica salice. in d. l. 1. post. num. 1. Quod tamen intelligendum est, quando tractatur processit ipsum tumultum, seu seditioem: si fecus autem si accidentaliter euenit aliquis tumultus,

vel seditio in populo, citra animum turbandi quietem populi. Nam eo casu minus essent puniendi, vt in facti contingetia consiliuit Iaf. consil. 167. lib. 4. & Dec. consil. 256. & iudicauit consilium Neap. teste Grammat. voto 19.

Se ipsum occidere uolens, punitur pena capitis. l. si quis aliquid §. 1. ff. de penis. Et ideo licet talis uolens se ipsum occidere, fuerit impeditus, ne id faceret, punitur tamen, perinde ac si delictum consummasset. Et hac est frequentiori doctorum calculo recepta opi. ut dicit Placa lib. primo delictorum, cap. 23. num. 18. Nihilominus stante generali consuetudine, quod contra non puniatur, nisi sequatur effectus, ut dicit infra qua. est. 92. forte contrarium esse dicendum in practica, prout etiam se in facti contingetia consiliuisse attestatur Carer. in pract. cri. fol. 130. nu. 127. in quodam se suspendere uolente, qui tamen concupit hominum uisus uasit. Occidens autem se ipsum moritur intestabilis, quia scilicet rumpitur & annullatur omne testamentum prius ab eo factum, Et est communis opi. ut dicit Guli. de Be. peditis in secunda parte, ca. Raynurius, fol. 84. num. 48. Regulariter tamen eius bona non confiscantur. Et ita tenent omnes communiter, ut ait Bertrand. consil. 174. num. 2. lib. tertio, in prima parte, sed hac omnia procedunt in his, qui conscientia proprii sceleris manus sibi inferunt. Caterum si qui tedio, uita, doloris impotentia, furore, motu, pudore moti, manus in se inferunt, non puniuntur pena corporali, nec confiscatione bonorum, neque eorum testamenta irritantur. Et in hoc omnes conueniunt, ut dicit Ignéus in l. prima §. si sibi manus, pun. 17. ff. ad Sylle. Et ideo si quis se in puteum precipitauerit, & mortuus fuerit, non debent eius bona confiscari, nisi appareat, quod id facit conscientia criminis, prout in casu, in quo consiliuit Dec. consil. 438. & Parril. consil. 155. lib. 4. & Corn. consil. 195. lib. secundo. Et licet Pract. Iodo. capi. 88. numero 6. dicat, quod secundum consuetudinem, quisquis se ipsum interficit, ex quacunque occasione, & causa hoc euenit, furcis suspenditur, & bona eius om-

nia confiscantur; id tamen apud nos non seruatur. Dicit etiam ibid. num. 8. quod ex more & consuetudine cautum est, quod nemo huiusmodi corporis damnatum, & sibi penam manibus, attraheret & auferens, nisi ex iudicis mandato, & permisso. Item num. 9. dicit pariter consuetudine obseruatum esse, ut quoties hoc scelus in domo commissum est, cadaver ipsius in finibus domo ipsi extrahatur, non per hostias, sed per foramen factum sub limine domus, quae tamen omnia apud nos non seruatur.

Seruus, qui cum domina carnaliter se commiserit, punitur pena mortis. Vnde de que dixi supra hoc eod. lib. §. Fornicatio, versic. Cum domina.

Sodomita puniuntur pena mortis, ut dixi supra hoc eod. lib. §. Sodomia, versic. Sed quarto.

Sorites, & malefici puniuntur pena mortis, vt est text. in l. tertio, C. de malef. Sed hoc de consuetudine non seruatur, ut dixi supra hoc eod. lib. §. Heresis, versic. Successus quarto.

Transfuga punitur pena mortis. l. si quis aliquid ex metallo §. transfuga. ff. de penis. Quod intelligitur procedat, quando illud dolose fecit; alias autem mitius esse puniendus, vt in casu in quo consiliuit Grammat. uoto 10. Scias autem, quod in hoc delicto de iure communi punitur conatus, etiam si non sit consummatus effectus, nam (secundum aliquos) liber homo si fuerit inuentus fugere ad hostes, punitur pena mortis. Et hanc esse communem opi. attestatur Bolen. in repet. l. capitalium, §. famulos, nu. 82. ff. de pen. seruus tamen, qui inuentus est fugere ad hostes, non punitur ultimo supplicio, sed pede tantum debilitatur, uel in metallum damnatur, ut uidetur text. in l. si fugitum, C. de seru. fugi. quod est mirabile, ut scilicet deur calus, in quo in pari delicto mitius puniatur seruus, quam liber homo. Sed certe quicquid dicit Bolen. hac opi. non est uera, neque communiter tenetur, vt attestatur Cepoll. in d. l. fugitum, post nu. 5.

Tutor, qui corrumpit puellam, cuius est tutor, punitur pena capitis, ut dixi supra hoc eod. lib. §. Fornicatio, versic. Cui pupilla

Vasta

Vastatores, & incitatores uinearum, & arborum, puniuntur pena mortis, ut latro nes, ut est text. in l. 2. & ibi glo. vnica. ff. arborum fur. ca. farum. Hac tamen pena apud nos non seruatur, sed seruatur illos condemnat pena extraordinaria, non modo quando sunt in carceribus detentii, sed etiam quando sunt contumaces, & in specie in l. si quidam condemnari in contumaciam pro incisione uitium in tribus istibus finis, & in dānis uersus partem, ultimo Iulij 1557. P. N. Et alias etiam quidam Bert. Tolamaeus Massinus, quates inciderat, fuit iussus fustigari, ultimo Apr. 1547. Et quidam Franciscus Passallus in contumaciam condemnatus fuit ad tremes per quinquennium, 6. Septemb. 1554. A. C.

Venenum malum scienter faciens, aut dans ad aliquem occidendum, punitur pena capitis, de quo dixi in d. §. homicidii, versic. Punitur etiam.

Violator sepulchrorum, ex illis extrahens arma manu caduera, uel ossa mortuorum, punitur pena capitis. l. 3. §. aduersus. ff. de sepul. viol. Sed hoc crimen, propter multa caemeteria constructa apud eclesias, iam in desuetudinem abiit, & illa rubrica parum in usu est, ut ait Berber. in viatorio titris in rub. de sep. viol. & Prac. Tod. cap. 109. in fine. Vidit tamen ego ingentem processum factum Cremonae super hoc crimine, & fuit quidam Galecius Ferrarius condemnatus in vno istu finis, & aureis decem, pro qua condemnatione obtinuit gratiam 27. Sept. 1561. P. N.

## QVAESTIO. LXIX.

### SVMMARIVM.

**D**e pena amputationis membri.  
Et an esset hac pena cognita de iure digestorum, ibid.  
Et an dicatur pena capitali, versic. Quae ro igitur.  
Et qua dicantur proprie membra, versic. Item quae ro.

Si aliquis sit condemnatus simpliciter in amputatione manus, in qua manus sit condemnatio exegenda, versic. Pone quod.

Et quid si habeat unam manum aridam, ibid.

Et quid si non habeat nisi unam, versic. Sed quid.

Casus in quibus imponitur ad iure pena amputationis membri, quae sint, versic. Casus autem.  
Remissio.



**S**UCCESSIVE uidetur de pena amputationis membri, quae quidem olim non imponeretur, vt dicit Anan. in cap. r. num. 21. in fin. de colul. deteg. nam (secundum eum) leges antiquae non uolebant homines esse inutiles, & ut essent apti salummodo ad comedendum, & non ad laborandum. Haec igitur pena non erat cognita de iure Digestorum, aut Codicis, sed fuit inuenta de iure authenticorum, Et ita dicit doctores te fle Anan. in cap. in Archiepiscopatu, post num. 4. de capt. vbi tamen ipse ostendit, quod erat etiam tempore legis xij. tab. ut ibi. Hanc etiam opi. quod hac pena abscissionis membri non esset cognita de iure antiquo, attestatur esse communem Carr. Iun. in l. Imperium, nu. 37. ff. de iurisd. omnium iud. quem refert Non Aut. de Padilla in l. transigere, post num. 8. C. de transact.

Quae ro igitur in primis, numquid amputatio membri dicatur pena capitalis? Respond. quod proprie loquendo non potest dici pena capitalis, Et ita receptum est, ut dicit Alciat. in l. licet capitalis, in fin. principij. ff. de ver. sig.

Item quae ro, quae dicantur proprie membra? Respond. quae membra proprie dicuntur illa, quibus diuerso, ac proprio officio corpus mouet, Ita dicit Bar. in l. publicorum, nu. 13. ff. de pub. iud. quem Doctores communiter consentiunt sequuntur, vt dicit Placa li. r. delict. c. 25. nu. 7. Hanc etiam dicit esse communem opin. Didaco. in rep. cl. si fituriosus, fol. 321. post nu. 8. de homici. Hinc inferitur, quod digitus non est membrum, Ita Pract. Iul. Clar. A dicit

dicit Bar. in l. non sunt liberi. ff. de statu homi. quam doctri. semper Doctores secuti sunt, & magnificat, ut dicit Aug. ad Ang. malefic. in rub. Membrum predictum, nn. 9. & est communis opin. ut ait Didac. in loco praallegato, vers. 3. ab eadem. Et ideo statutum puniens abscindens membrum, non habet locum in abscindente alicui dignit. Et ita tenent Doctores, ut dicit Vitali. de malefic. in rub. quid sit accusatio, num. 58. ubi etiam subdit, qd ita fuit de facto determinatum, Et ita in facti contingentia consulit Rubens concisus meus consi. 63.

Pone, quod aliquis sit condemnatus in amputatione manus, non exprimendo, in qua manu facienda sit executio, Quæro, de qua erit intelligendum? Respon. quod est intelligendum de manu debiliore, & i qua reus potest, ut dicit gl. in aut. sed nouo iure, in verbo, Vna, C. de furtis, Et dicit Albe. in tertia parte statutorum, q. 60. quod ita tenet communiter Doctores: semper enim in pœnis facienda est benignior interpretatio. Et iō si condemnatus habeat vnam manum bonam, & alteram aridam, debet ei amputari manus arida. Et hanc dicit esse communem resolutionem Io. And. in addit. ad Specul. in rub. de pœnis circa si quem refert Aug. ad Ang. de malefic. in verbo, Quas si non soluerit, amputetur ei manus. post na. 4. & Alciat. de præsumptio. regula tertia. præsumptione 45. nume. 15. quæ quidem opin. mitior est, Crederem tamen, quod si illa esset propius inutilis, aliud forte dicendum esset, ne condemnatio redderetur elutoria, sit in hanc sententiam inclinare cōiter scribentes sentit Alexand. consi. 104. nume. 4. lib. 1. queni refert a post. ad Ang. in loco præalleg.

Sed quid si reus condemnandus ex forma statuti, vel iuris communis in amputatione manus, non habeat nisi vnam manum, nunquid illa erit ei amputanda? Respon. Aliqui dicunt, qd non ne deformatur corpus humanum, sed quod pœna debet commutari, Et hanc opinio. tenent Paulus de Cast. in actus. sed nouo iure, post numerū 4. C. de ser. fug. & ita dicunt Doctores, ut attestatur Anan. in c. 1. tit. 2.

de calum. Contrariam tamen sententiam scilicet imo debeat illi manus amputari, Videtur tenuisse Bald. in d. au. sed nouo iure, post num. 12. Et hanc secutum fuit iudicando consilium Neapol. ut refert Grammat. decif. 94. & super consiit. Regni, fol. 116. col. 2. ubi dicit ita fuisse executum, quem refert Mantua in l. transigere, num. 123. C. de transac. Ego tamen, si casus cōtingeret, potius inclinarem in contrariā sententiam, quæ equior est, & mitior, vel saltem consulerem principem, ut ipse mihi sericordia motus pœnam iubeat commutari, Et hoc tucius est. Vide in hoc proposito quæ dixi q. 85. ver. Nō omitto.

Casus autem, in quibus de iure imponitur pœna amputationis membri, habes apud Gand. in tit. de penis reorum, num. 52. & seq. & Galicium in Margarita fisci fo. 90. col. 1. & Fab. in prac. arbir. fol. 341. & alijs seq.

QVAEST. LXX.  
SUMMARIUM.

- De alijs pœnis corporalibus.*
- Pœna stigmati ex hodie sit in usu. ibi.*
- Fustigatio an sit permitta. etiā in clericis, vers. Est etiam.*
- Et an sit pœna capitalis. ibi.*
- Tortura an sit in usu pro finali pœna delicti, vers. Plerunque etiam.*
- Pœna carceris perpetui an sit in usu, vers. Pœna autem.*
- Pœna trirenniū an sit in usu etiam in clericis, vers. Frequens est etiam.*
- Pœna destructionis in manserim an hodie sit in usu, vers. Sunt etiam.*
- Pœna, quod clerici penamur in gabijs, an sit in usu, vers. olent etiam.*
- Pœna mitra, vers. Mitre quoque.*
- Pœna degradationis in clericis an dicatur corporali, vers. Credo etiam.*



VNT et alie pœnæ corporales ad actum, ut pœna stigmati, qua veteres utebantur, sed postea fuit sublata per leg. & si quis

quis in metallum, C. de pœnæ. Reperio tamen, quod Ang. in d. l. si quis in metallum, dicit contrarium de facto seruari, qd scilicet valent statuta, quæ disbonunt, qd pro furto debeant bullari, & illum refert Aug. de malef. in verbo, in facie, nume. 2. Apud nos certe hæc pœna stigmati non est in usu, & si i aliquibus locis extant huiusmodi statuta, quod pro furto, vel alio crimine aliquis bulleatur, Senatus nō permittit exequi talem pœnam, sed illam cōmutat in pœnam fustigationis, vel simile, & idem etiam praticari in Regno Neap. attestatur Maranta in suo Speculo, fol. 38. num. 9.

Et etiam pœna fustigationis, seu verberationis, quæ quidem non tantum de iure ciuili, sed etiam de iure canonico, etiā in clericorum personis, est a sacris canonibus recepta, ut ait Diaz in prac. cri. canon. cap. 135. Ego tamen apud nos nunquam vidi illam seruari in persona alicuius clericici, prout neque illam esse in usu in Regno Francie contra clericos, attestatur Pract. Miliei, fol. 148. num. 53. Et in omnem casum debet moderate exequi, non autem crudeliter: alias episcopus, qui facit aliquem crudeliter fustigari, per duos menses a missarum celebratione suspenditur, ut est text. in cap. præterea de clerico percussore. Sed quarto, nunquid hæc pœna fustigationis dicatur pœna capitalis? Respond. quod non, Ita tenet Bart. in l. transigere. C. de transac. & est communis opin. ut dicit Maranta in suo spec. fol. 28. num. 5.

Quibus autem ex causis imposita sit a iure communi pœna fustigationis, vide apud Gand. in tit. de penis reorum, num. 55. & Galicium in Margarita fisci, fo. 90. colum. 2.

Plerunque etiam imponitur a statutis pœna torturæ, sine struim funis, non quidem ad eruendam veritatem, sed ad pœnam delictorum, Et licet Bald. in rub. C. de pœ. iud. qui male iud. dixerit non repeteri iure cautum, quod tortura imponatur pro finali pœna delicti: tamen Paris Put. de synd. fol. 449. in verbo, Tortura: 11. cap. 1. in primis verbis, duos casus recenset, in quibus ui detur de iure communi

ni impositam esse torturam pro pœna.

Pœna autem carceris non est in usu apud laicos, ubi quæque enim alia pœna in poni potest, nunquam imponitur pœna carceris, & ita tenent communiter Doct. ut dicit Bal. consi. 443. in fin. lib. 3. Credo tamen, qd hæc pœna in ciuitate Venetiarum etiam hodie sit in usu, prout etiā attestatur Mantua obseruatione 96. col. 6. Dicit etiam Calic. in Margarita fisci, fol. 93. in fi. qd Reges Castella multum vtunt ista pœna pœna carceris. Apud clericos autem multum frequetatur. Et dicit Ange. in l. prator ait § si publicanus, num. 1. ff. de ut prator ait qd quamuis clericici non liceat interficere quenquam, tamen possunt reos in carcerem includere, cum tanta necessitate cibi, & potus, ut fame necentur, & ait quod ita dicunt canon. & qd hæc practica utitur. Quam tamen restringe, ut procedat, quo ad ipsos clericos tantum. Ceterum non potest iudex ecclesiasticus condemnare laicum ad perpetuum carcerem, etiam quando laicus propter delictum effectus esset de foro ecclesiastico, præterquam in causa heresis.

Frequens est etiam hodie pœna trimium, quæ non modo in laicis, sed etiam in clericis venit in usum, præcipue in Italia, ut ait Diaz in prac. crim. cano. c. 135. vers. venit insuper, quam tamen consuetudinem ipsi improbat in sacerdotibus, eiusq; opi. mihi placeret, ubi in tantum non creuissent crimina clericorum, ut hodie videmus, uix enim potest multorum pecculantia, atq; improbitas coerceri. Et memini superioribus annis, cum Vicari<sup>o</sup> episcopalis Cremonæ redderet de difficultem in exequendo quandam condemnationem ad trimesem faciam contra quandam presbyterum, quasi ea pœna clericis imponi non toleret, senatus respicit prætori, ut omnino curaret illam exequi, 2. Augusti 1562. P. N. ex quo in hoc Ducatu passim solita est illis imponi. Et ita fuit executum. Puto tamen, qd discreti episcopi non sine maxima cautâ talem pœnam sacerdotibus imponere debeat, ubi. f. nulla uideatur alia spes correptionis subesse.

Sunt etiā apud clericos alie pœnæ corporales afflictiuæ, put est pœna destructionis

in monasterium. Sed hæc pœna hodie recessit ab usu, ut attestatur Diaz in pract. crim. canon. cap. 128. quia (ut ipse dicit) iudices ecclesiastici adeo segniter laborant, ut rarissime videamus eos delinquentibus pœnam dispositionis imponere.

Solent etiam prælati clericos facinorosos poni facere in gabijs, Et licet Practi. Carer. fol. 546. post nu. 64. dicat hanc pœnam non esse in usu, ego tamen iam multis annis præteritis, vidi de factis quosdã presbyteros in gabia ferrea super turri Broletii veteris Mediolani. Sed certe de iure non credo licitum esse clericis, præsertim sacerdotibus talem pœnam imponere, ut etiam sentit Felyn. in c. qualiter, & quando, el. 2. §. ad corrigendos, nu. 10. de accus. ubi tamen subdit, quod consuetudo servat contrarium, & male, quem refert Foller. in Pract. crim. canon. fol. 286. num. 113. & Pract. Cõradi fol. 445. nu. 25. in fin.

Mitra quoque impositio inter pœnas corporales connumerari potest, quæ quidem quandoque imponitur de per se ad infamiam, ut quis ita mitratus producatur in publicum, aliquando imponitur stigandis, aut igne cremandis, in maiorem ignominiam. Et scias, quod quandoque si ille, cui esset imponenda propter infamiam pœna mitra, non sit in fortis iustitiæ, solet ad eius domum mitra per satellites transmitti, quod sæpissime fieri attestatur Catald. consil. 56. num. 13. in reconcilia criminalia diversorum, lib. 1. licet id apud nos ego nunquam viderim in practica obleruari.

Credo etiam, quod possit dici pœna corporalis degradatio clericorum, quando fit æqualiter, cum taliter degradatus sit statim tradendus curiæ seculari, corporaliter etiam ad mortem puniendus, ut dixi infra quæst. 74.

QVAESTIO LXXI.

SVMMARIVM.

De pœna exilij.

Causa in quibus a iure imposita est pœna exilij.

lij, qui sint. versic. Casus autem. Remissive.

Officialis, qui cogit rufficos ad obsequia indubita, puniuntur pœna perpetui exilij, versic. Officiales rectorum.

Iudex an possit relegari, seu confinare aliquem in loco sito extra prouinciam suam, versic. Vidi ego.

Bannitus in contumacia an sit infamis, versic. Quæro nunc.

Et an possit esse testis, versic. Præterea quæro.

Et an amittat patriam potestatem, versic. Successiue quæro.

Et an possit testari, aut capere ex testamentis, versic. Sed an poterit. Remissive.

Et an banniti possint impune offendi, versic. Quæro au bannitus. Remissive.

Et an bannitus efficiatur seruus pœna, versic. Vterius quæro.

Bannitus ad una civitate an censetur bannitus etiam ab alijs civitatibus, versic. Quæro modo.

Banniti huius temporis an æquiparandi sint deportatis, vel relegatis, versic. Dixi autem.

Qua pœna puniatur frõgenes exilij, versic. Quæro qua pœna.

Si aliquis sit bannitus arbitrio iudicis, an mortuus, vel recedente iudice, bannum finiatur, versic. Item quæro.



XIIII autem pœna apud nos multum est in usu, non modo contra eos contumaces, vt dixi supra q. 44. sed etiam contra prægresses in pœnam delictorum. Quandoque vero imponitur perpetuum exilium, quandoque temporale, & quandoque arbitrium, prout quotidie videremus seruari per Senatum, teste Boss. in tit. de bannitis, numero secundo. An autem hæc pœna hodie secundum Canones sit in usu dixi supra quaestione 67. versic. Relegationes.

Casus autem in quibus de iure imponitur pœna exilij, videre potes apud Callic. in Margar. fisci, fol. 85. vbi 69 recenset.

Officia-

Officiales rectorum prouinciarum, qui rufficanos, vel eorum seruos, vel iumenta ad aliqua cogunt obsequia, nec non & rufficani se ipse dictis obsequijs subijcentes, puniuntur pœna perpetui exilij, & confiscationis honorum. l. 2. c. ne rufficani ad vllum obsequium deuocent. Sed pro certo hodie hoc male obseruatur vt dicit Chaff. super consuetu. Burg. fol. 89. ver. trigessimus sextus casus.

Vidi ego quandoque in facto dubitari nunquid iudex possit relegare aliquem, vt non exeat de aliquo loco, vel opido, iurisdictioni ipsius iudicis non subdito, quam relegationem nos consil. autem appellamus, & dicendũ est, quod de iure nõ potest fieri relegatio, nisi in loca subdita ipsi iudici relegati, vt est tex. in l. relegatorij, §. interdicere, ff. de interd. & releg. nihilominus de consuetudine generali, quæ vigeret vbi que locorum, contrarium obseruatur, vt attestatur Bal. in l. executorem, nu. 33. C. de execu. rei iudic. subdens, Et ideo tales sude aut seruare madata, & illũ refert Marchus deci. 359. nu. 9. Et intellexi, quod proximis mensibus Dux Mantuæ conseruauit nõnullos ciues Casalenses in diuersas ciuitates, & opida Italia, dominio suo non subditas. Vide in hoc proposito quæ dixi supra q. 67. ver. Deportatio.

Quæro nunc, quis sit effectus banni, seu cond. mnationis in exiliũ, & in primis nunquid bannitus in contumaciam sit infamis? Respond. quod non, & ita tenent communiter doctores, vt dicit Bal. in l. prima, nu. 5. C. de calum. vbi enim condemnatio fit in contumacia, non dicitur vere cõstare de crimine, propterea non debet seq. infamia, quæ ex crimine ipso procedit.

Præterea quæro, nunquid bannitus pro maleficio in contumaciam, possit esse testis? Respond. quod sic de iure ciuili, & hanc dicit esse communem opin. Bal. in cap. super eo, el. primo, nume. 4. de testib. Alexand. de Neuo consil. 8. nume. 10. Fel. in d. c. super eo, nume. 6. Et dicit Alber. in quarta parte statutorum, quæst. 72. in primo dubio, quod hæc opin. communiter approbatur seruatũ, Bannum enim

ex contumacia proueniens non irrogat iuris infamiam, (vt statim dixi) merito à testificatio non repellit. Hæc tamen conclusio non transiret absque difficultate, statibus statutis, quod contumax habeat pro confesso, & conuicto, hoc enim casu potius videtur bannitus ex crimine p. b. t. per contumaciam, quam ex ipsa contumacia, & ideo saltem in loco, in quo est bannitus, de iuris rigore forte videtur repellendus. Apud nos tamen quotidie conceduntur salui conductus bannitis, vt veniant ad testificandum, neque propterea repelluntur. licet propter bannũ non reputentur tanquam integri testes.

Successiue quæro, nunquid bannitus amittat patriam potestatem? Respond. quod non, & est communis opin. vt dicit Alex. in l. si cum domo, §. si patri, nu. 4. ff. solut. matr. Corn. consil. 55. lib. 2. prout illum refert Boss. in tit. de bonorum public. post num. 69. versic. Contrarium tamẽ, licet dicat se vidisse seruari, quod imò illã amittat, quo ad bona posita in territorio, à quo est bannitus. Vide quæ dixi infra versic. Dixi autem. Vtilitas autem huius quaestionis potest esse maxima, quia quoniam pater bannitus perdit patriã potestatem, pægulum profectitium transit in fiscum, alias secus.

Sed an poterit bannitus testari, aut capere ex testamento? Dixi supra lib. 3. §. Testamentum. quæst. 19. & 20.

Quæro an bannitus possit impune offendi? Dixi supra hoc eod. lib. §. Homicidium, versic. Plerunque etiam, & sequen.

Vterius quæro, vtrum bannitus virtute contumaciæ, & sic factæ confessionis inducatur ab huiusmodi statuto, efficiatur seruus pœna? Respond. quod non efficiatur seruus pœna, donec peruenierit in fortiam iustitiæ, Et hæc est communis opin. vt dicit Corn. consil. 55. in litera Z, lib. 2. quem refert Boer. deci. 278. numero 12. relatus, & ipse per Viuũ in libro communium opinio. fol. 142. in verbo, Reus pro crimine. Pract. Conrad. fol. 443. nu. 14. in fin. Boss. in tit. banniti quod amittant, numer. 12. Quod intellige, nisi condemnatio sit pura, & sine conditione

A a 3 lata.



lata, vt eleganter declarat Boer. in loco præallegato. Dixi in d. §. Testanientum, in q. 19. ver. Aliquando vero.

Quæro modo, nunquid bannitus ab vna ciuitate, censetur etiã bannitus ab alijs ciuitatib. cum ea fœderatis? Resp. Aliq. dixerunt, quod sic, sed eorum opinio non est vera, & vltus illis non approbat, vt attestat Bar. in l. non dubito, nu. 2. ff. de captiuis. Licet enim aliq. ciuitates sint simul fœderate, remanent tñ eorum iurisdictiones, & territoria penitus separata, nisi specialiter in capitulis fœderum contrarium dispositum fuisset. Faciunt quæ dixi supra q. 38. ver. Successive quæro. Vnum tamen volo ut scias in hoc, ppositio, q. quamuis in hoc Ducatu bannitus ab vna ciuitate, vel loco ipsius ducatus censetur bannitus à toto ducatu, & possit in eo vbique capi, & puniri: si tamen contingat aliquam ciuitatem. vel locum separari à ducatu, banniti ab illa ciuitate, vel loco, etiã tempore, quo erat vnita cum ducatu, sunt post talē separationem tñ in ducatu, neque possunt in eo aliquo modo molestari. Et ita euasit in facti contingentia quidã Christophorus Maius insignis sicarius, cõdemnatus in atrocissimo delicto in ciuitate Placentiã tempore, quo erat vnita cū hoc ducatu Mediolani, & post separationem captus in ciuitate Cremona, fuit enim libere dimissus, ita iudicante Senatu 4. & 17. Apr. 1558. P.N.

Dixi autem supra quæst. 67. vers. Deportatio etiã, q. hodie exilium successit loco deportationis, & relegationis, Sed quæro, nunquid banniti nostri temporis æquiparentur deportatis, an autem relegatis? Ego hanc quæstionem posueram supra libro 2. §. Bannitus, vers. Quæro nunquid, sed quia iam fere despero posse me aliquam aliam partem operis in luce edere, illa ex eo loco in hunc transferri iussi. Vtilitas autem huius quæstionis est maxima, nã deportatus pdit ciuitatem Romanam, non aut relegatus. l. in ter pœnas in principio. l. relegatorum §. siue ad tempus. ff. de interd. & releg. Itē deportatus amittit testamti factionem actiuam, & passiuam, non autem relegatus.

tus, vt dixi supra lib. 3. §. testamentu, q. 22. & c. scias igit, q. in hoc articulo tanta est inter Doctores cõtrouersia, vt vix possit discerni non modo que sit communis opin. sed neque etiam quid in tanta scribentium varietate tenendum sit, & in primis quidem aliqui simpliciter dicunt, quod bannitus æquiparatur deportato. Sed cerce eorum opin. ab omnibus ferè reprobatur, vt ex infra d. dicendis apparebit. Alij simpl. citer dicunt, q. banniti æquiparantur relegatis, non autem deportatis, & sicut opin. Bar. quam dicit communiter approbari Soc. iun. conf. 147. nu. 20. libr. 2. & illa communem appellat Alex. in l. ex facto §. ex facto, nu. 7. & seq. ff. ad Trebel. prout illum refert Curt. l. un. con. sil. 182. nu. 8. & Sapia. in l. Imperium, nu. 58. ff. de iurisd. omnium iud. Are. in d. §. relegati, nu. 7. quem refert Prae. Contradi. fol. 447. nu. 31. Alij vero distinguunt, & dicunt, quod aut quis est bannitus, ppter crimen, pro quo imposita est pœna mortis, & eo casu æquiparatur deportato, aut vero est bannitus propter crimen pro quo non imponitur pœna mortis, & æquiparatur relegatis. Sed certe hæc etiã opin. communiter reprobatur. Et quod bannitus etiam pro crimine, pro quo veniat imponenda pœna mortis, non æquiparetur deportato, nec damnato in metallum, dicit esse communem opi. Curt. Ven. consil. 60. prout illum refert Ripa in d. l. ex facto §. ex facto, nu. 14. Alij igitur aliter distinguunt, quod scilicet, aut pœna banni est cum confiscatione bonorū, & tunc æquiparatur deportato: aut vero sine confiscatione bonorum, & æquiparatur relegato, & sicut opi. gl. in §. relegati, in verbo, Retinent, in tit. quib. mod. ius patriæ pot. soluitur. Hæc tamen opinio, in hoc, quod pœna banni, vbi bona non publicantur, æquiparetur relegationi, vtique possit forte sustineri, & illa communem appellat Maran. in suo Specul. fol. 29. nume. 7. sed in alio capite, q. scilicet vbi est cum publicatione bonorum, æquiparetur deportationi, hæc opi. non est tuta, nec communis neque tenenda, & ita opin. illius gl. communiter reprobatur attestatur Curt. Sen. consilio 59. post

num.

nu. 18. Et ideo multi dicunt, q. bannitus cum publicatione bonorū participat de vtroque, scilicet de relegato, & de deportato, & dicit Alex. in d. consil. 116. num. 7. lib. 2. q. hoc omnes fateantur. Alii etiam aliter distinguunt, quod scilicet, aut fiat statuta in eo loco, disponens quod bannitus possit impune offendi, & tunc æquiparatur deportatio, alias secus, Et hæc opi. dicit esse communem Corn. cõs. 55. in littera L. libro 2. Quid tenendum in tanta Doctorum contrarietate? Ego (vt ingenue fatear) discutiendo tex. & fundamenta Doctorum, sepe mutavi sententiam, & aliquando ad hanc vni opi. & aliquando alteri: nunc autem pro resolutio ne dico, quod non est tutum tenere aliquam ex prædictis opinionibus, & ideo absolute teneo, quod banniti nostri temporis quocunque modo sint banniti, scilicet sine perpetuo, siue ad tempus, & siue cum publicatione bonorum, siue sine publicatione, & siue extet statutum q. possint impune offendi, siue non, neque simpliciter æquiparantur deportatis, neque relegatis, sed est quedam tertia species de p. se, & propterea quod non licet arguere de deportato ad bannitum, neque etiam de relegato ad bannitum, sed statim est vel decisionibus Doctorum de bannitis in specie loquentium, vel consuetudini. Et licet Boss. in tit. de bonorum publicatione, num. 69. & clarus Alciat. consil. 58. numer. 9. attestentur in hoc dominio seruari, quod banniti, & condemnati ad pœna mortis cum publicatione bonorum, stante statuto q. possint impune offendi, æquiparentur deportatis, & amittant etiã iura communia, quo ad bona posita in dominio: ego tamen vidi in pluribus articulis diuerso modo iudicari. Estic credo vere dici posse, q. vbiunque contingat aliquem allegare in casu banniti exemplum deportati, vel relegati, iudex nõ debeat admittete huiusmodi fundamenta, sed stare decisionibus Doctorum in terminis loquentium de bannito, vel sequi opinionem, secundum quam solitum est in similibus casibus in ea provincia iudicari, & ita faciendo non errabit.

Quæro, qua pœna puniatur frangens

fines exilij? Respon. Si quidem erat iustus exulare minus decennio, duplicatur tempus, quod restabat ad exilium, q. si fregit exilium, si vero erat iustus exulare per decennium, vel ultra, perpetuatur exilium, si iustus erat exulare perpetuo, puniatur pœna mortis, ita distinguunt cõmuniter Doctores, teste A. ut. Gomez. cap. 8. delictorum, num. 1. Senatus autem quãdoque non modo iubet duplicari exilium, sed propter temeritatem mandat eos etiam duobus, aut tribus scibus funis publice affici, & ita vidi seruari in quodam Ioh. Cauagna, 30. Augusti 1557. P.N.

Item quæro, si iudex bannuerit aliquem arbitrio suo, an mortuo iudice, vel ab officio discedente, censetur extinctum bannum? Respon. Bar. in l. centesimis, §. si. num. 9. & seq. ff. de verb. obli. distinguit, an verba sint cõcepta donec voluero, uel donec reuocauero, & quidem dum Bar. tenet, q. morte iudicis reuocatio, seu declaratio reuocata uoluntatis, contrarium communiter tenetur, ut attestatur Foller. in pract. crim. canon. fol. 282. in principio. Aliqui simpliciter dicunt, q. vtroq; casu bannum censetur extinctum. Et hæc dicit esse communem opin. Ant. Gomez. cap. 8. delictorum, nume. 5. Sicut enim talis uoluntas, seu arbitrium morte extinguitur, ita etiam extinguitur eius effectus. Sed certe apud nos contrarium seruatur, nam ex quo condemnatio fit à iudice tanquam persona publica, & iudex nunc officij, tale arbitrium transit ad successorem.

## QVAESTIO LXXII.

### SVM MARIVM.

De pœna infamæ.

Quibus casibus pœna infamæ de iure communi inchoatur, vbi.

Terguerfator puniatur pœna infamæ, versio.

Terguerfator.

Damnatus publice iudicio, efficitur infamis, versio. Damnatus.

A 4 ER

*Et quid si processum fuerit per viam inquisitionis, ibid.*  
*Infamis an possit testificari, versic. Quare nunquid. Remissive.*



**S**T etiam grauis poena infamiae, quae quibus, castibus de iure communi incurrat, videre potes a pud Calic. in Margarita fisti i, fol. 99. vbi enumerat 61. calus, in quibus poena ignominiosae missionis, & infamiae imponitur.

Terguerfator punitur poena infamiae, & lib. auri, & ita dicunt communiter Doctores, vt ait Maria. in rubrica de calumnia. nu. 6. Et in proposito de preuaricatore, scias quod Oldradus tristitia cuiusdam criminis prauaricationis obijit, vt dicit Paul. de Cast. in l. r. in vltimis verbis. C. de aduoc. diuersorum iudic. quem refert Nuntius de los corregidores fol. 34. col. 2. vers. Coniulo.

Damnatus publico iudicio efficit infamis, l. infamem, ff. de publ. iud. & haec quidem conclusio de plano procedit, quando processum est via ordinaria, & sic per accusationem, sed quid si processum fuerit via extraordinaria, & sic per inquisitionem, nunquid damnatus in eo iudicio erit infamis? Respond. Aliqui dicunt quod non, & dicit Calder. consil. 1. de poenis, quod hoc efficit communis, & benignus, vt mitius, quam fieri potest, in poenis agatur. Contrariam autem sententiam, si quod imo etiam condemnatus per viam inquisitionis, de crimine publici iudicij, efficitur infamis, dicit esse communem Ang. in l. ea quidem, nume. 28. C. de accus. Et haec opi. mihi magis placet, quia cessatio solenitatis in procedendo, non facit cessare poenam, & consequenter neque etiam infamiam, Et hoc multo magis locum habet de iure ciuili, secundo quod etiam in processu inquisitionis imponitur poena ordinaria, vt dixi supra q. 60. versic. Potest etiam. Et hoc quidem satis de plano procederet, quando condemnatio super inquisitione, secuta est contra reum presentem, & auditis suis defensionibus, sed si secuta esset in contumaciam, vel etiam

contra presentem, non seruatis tamen seruandis, forte verior est contraria opi. quod ex tali condemnatione reus non efficitur infamis, quam dicit esse communem Viuius in lib. conuinium opin. in verbo, Infamia iuris.

Quero, nunquid infamis possit testificari? Dixi supra lib. 2. §. Testis, & super hoc eo. q. 24. vers. Item infamis, & q. 25. circa princ.

## QVAEST. LXXII.

## SVMMARIVM.

- De poena priuationis officij, vel beneficij.*  
*Et quibus casibus de iure communi incurratur, ibid. Remissive.*  
*Index committens baratariam priuatur officio, vers. Index committens.*  
*Et quae sit poena corrupti iudicij, ibid.*  
*Index propter negligentiam potest officio priuari, versic. Item index.*  
*Officiales hodie non syndicantur de negligentia, ibid.*  
*Notarius, condemnatus ex eo, quod deliquerit in officio, abellonatus, an censatur priuatus officio, versic. Notarius.*  
*Clericus beneficiatus, contrahens matrimonium amittit beneficium, vers. Clericus beneficiatus.*  
*Et an sit priuatus ipso iure, an autem sit per sententiam priuandus, ibid.*  
*Et quid si contrahat cum inpubere, ibi.*  
*Et quid si uxor ante copulam ingreditur monasterium, nunquid ipse reciperet beneficium, ibid.*  
*Clericus, qui per annum sustinet excommunicationem, priuatur beneficio, vers. Item clericus.*  
*Clericus per iurum priuatur beneficio, ibid. Remissive.*  
*Clericus simoniacus priuatur beneficio, ibi. Remissive.*  
*Clericus factus miles secularis amittit beneficium, ibid.*  
*Clericus excommunicatus est ipso iure priuatus fructibus beneficij, versic. Pariter etiam.*

Et au

*Et an clericus excommunicatus sit alidus ex fructibus beneficij, ibid.*

*Clericus haereticus, & eius filij amittunt beneficia, si quae habent, ibid. Remissive.*

*Clericus colludens in causa beneficij, potest priuari, ibid.*

*Clericus non incumbens horis diuinis, est priuandus beneficio, ibid.*

*Clericus homicida priuatur beneficio, ibi. Remissive.*

*Pralati insufficientes debent deponi, versic. Pralati.*

*Et quid in Papa, ibid.*

*Episcopus negligens non potest deponi nisi a summo pontifice, ibid.*

*Clericus priuatus beneficio tenetur restituere fructus perceptos a die commissi delicti, versic. Et scias.*



**V**IC etiam ualde affinis est poena priuationis officij, dignitatis, vel beneficij, quae quidem poena quod de iure communi incurrant, videre potes a pud Calic. in Margar. fisti, fol. 110. & seq. vbi enumerat centum quinque in calus, in quibus est imposita poena priuationis militum, sacerdotum, cingulorum, officij, uel dignitatis.

Index committens baratariam priuatur officio, quod de presenti habet, & facultate alia habendi in futurum, l. iudicis, C. de dignit. lib. 12. l. r. in hoc omnes concordant, vt dicit Boss. in tit. de offic. corruptis pec. post num. 10. praeterea quae punitur poena legis Iulij repetundarum, scilicet exilio, vel etiam grauius secundum qualitatem facit, vt est tex. in l. lex Iulia §. si. ff. ad leg. ul. repet. Et ita uideatur colligi ex gl. fi. in l. prima, C. ad leg. Iul. maiestatis, quam sequitur ceteri, vt attestatur Gramma. consil. 35. num. 9. vbi in facti contingentia consuluit, & refert Prac. Millie fol. 95. num. 48. & Papo lib. 6. num. 2. Arresto 14. ita fuisse in facto obseruatum Parisijs contra quandam regium consiliarium, qui pro furtis, & sceleribus per eum commissis fuit exaustratus, degradatus, & suis insignibus spoliatus, & deinde emendam honorabilem

peregit, &c. Cogitur etiam persolvere quadrupli eius, quod accepit, & in hoc pariter omnes concordant, vt dicit Boss. in loco praelegato. Sed aduerte, quia non semper istud quadruplum applicatur fisco, sed tantummodo quando versatur turpitudine ex parte vtriusque, scilicet dantis & recipientis. Quando autem turpitudine est solummodo ex parte vnius, tunc di midium quadrupli applicatur fisco, & di midium alteri parti, ita dicit gl. in l. j. in gl. fin. C. ad leg. Iul. repet. quam sequuntur doctores, vt attestatur Chassen super consuet. Burg. fol. 89. vers. nouus calus. Quae autem sit forma degradationis doctoris, uideri potest apud Gramm. super ca. Reg. 11. fol. 122. post num. 28. vbi refert, quomodo degradatus fuerit quidam doctor. Pars autem iudicem corrumperens, scilicet dans ei pecuniam, vt pro se iniuste pronunciet, perdit datam & litem, praeterea quae dans vt iuste pro se pronunciet, ita tenet gl. in l. 2. in verbo, in bona, ff. de cond. ob turpem causam, quam dicit esse communiter approbatam Roman. ibi. d. nume. 7. Didac. super reg. peccatum, fol. 102. Vbi vero quis daret pecuniam iudicij, vt iustitiam ministraret celeriter, non uideatur iudicem corrumperere uoluisse, id eo quae poterit pecuniam datam reperire & ita frequentiori iudicio, & interpretum suffragio receptum esse ait iudicium per d. reg. peccatum, fol. 103. Intra autem cameram iudicis, & non data pecunia, sed blandis uerbis pertrahens, vt se sententiam ferat, non amittit licet, sed punitur poena centum aureorum, l. 1. in ff. de ambi.

Item index propter negligentiam potest officio priuari, super qua negligentia in facti contingentia consuluit Rui. consil. 12. lib. 5. Scias tamen, quod hodie officiales non syndicantur de negligentia, & ita obseruatur consuetudo, quae multum fauet assessoribus, ut dicit Angel. de syndicat. nume. 8. quem refert Anad. de synd. nu. 247. in fin. Quod intelligi est procedat, quando talis negligentia est leuissima culpa, vel etiam quando est leuis, secus autem si esset lata culpa, & sic dolo proxima, nam de ea utique syndicantur,

189

Et ita obseruat consuetudo, vt attestatur Carald. de synd. q. 13. & 265. Boff. in titu. de offic. corrup. pec. nu. 26. vbi subdit, qd ica etiam attestantur omnes. Debeat ergo officiales syndicari tantummodo de furtis, baratariis, & illicitis extorcionib. Et ita de consuetudine obseruari attestatur Franc Accur. de synd. quem refert, & dicit esse notabile verbum, Amad. de synd. di. nu. 136. in fi.

Notarius condemnatus ex eo qd deliquerit circa officium rebellionatus, puta qui falsum instrumentum fabricauit, censetur priuatus officio rebellionatus, iocq; non potest nota instrumenta conficere, sed aequum sit condemnatus, non intelligitur priuatus, Et hac est communis opi. vt dicit Alex. in l. si quis ex argentiariis §. 1. nu. 6. ff. de edendo.

Clericus beneficiatus, matrimonium contrahens, priuatur beneficio, vt est tex. in cap. 1. de cleric. coniug. Et hoc locum habet non modo in clerico, qui sit in sacris constitutus, sed etiam in eo, qui sit in minoribus, nam & ipse si vxorum ducat, beneficii priuatur, Et ita concludunt omnes Doctores, vt dicit Euerard. conf. 111. circa principium. Adde, qd illud perdit, si matrimonium sit nullum ex causa consanguinitatis, Et ita communiter tenetur, ut dicit Imola in c. iohannes. post nu. 24. vers. Quareo casu de clerico coniug. Sed nunquid est ipso iure priuatus beneficio an autem est priuandus? Respond. Aliqui simpliciter dicunt, qd non est priuatus ipso facto, sed venit per sententiam priuandus, Et hanc opin. dicit esse communem Euerard. in d. conf. 111. col. 1. vers. In conseruariam tamen. Alij vero simpliciter dicunt, qd eo ipso, qd contrahit matrimonium, ipso iure beneficiu amittit. Et hanc opi. tenuit gl. in d. c. 1. in gl. 1. quam dicit esse communiter receptam Didacus super quarto decret. fol. 87. nu. 4. Hanc etiam opin. dicit esse communem Menchiaca lib. 3. de test. §. 22. nu. 45. in fi. Tu vero dic qd, aut matrimoniu de iure valet, puta quia non est in sacris constitutus, & contrahit cum ea, cui quamuis est legitimu impedimentu, & tunc priuatur ipso iure, Aut matrimoniu

est nullu, puta quia talis clericus erat in sacris constitutus, vel si erat in minoribus, scienter contraxit cum consanguinea, & non est secuta copula carnalis, & tunc non perdit beneficiu ipso iure. Et hanc dicit esse communem opin. Bermon. de concub. fol. 404. in principio, quae mihi etiam magis placet. Sed quid si contraxit matrimonium nulliter cum impubere, nuquid & eo casu amittit beneficiu? Respond. qd non, & est communis opin. vt attestatur Didac. super quarto decretal. fol. 81. post nu. 4. quem refert Menchiaca in d. §. 22. nu. 46. nam cum impubere non potest vere dici contractum matrimonium, sed tantum sponsalia de futuro, propter quod certum est, qd clericus beneficiu non amittit. Sed quid si vxor ante copulam in grediaur monasterium, nunquid ipse recipere beneficiu? Respond. qd non, Et ita tenet communiter doctores, vt dicit Summa Angelica in verbo, Clericus §. 5. nu. 1. Adde, qd clericus matrimonium contrahens non modo amittit beneficiu, sed etiam quoscunq; regressus, accessus, & alia qualibet iura sibi ad beneficium ecclesiasticum competetia, ita tenet gl. in d. c. 2. in verbo, Clericalis. de clerico coniug. in 6. & est communis opi. ut ait Didacus super quarto decreta. fol. 82. nu. 5. Item clericus contrahens matrimonium amittit petitionem, quam in resignatione beneficij sibi reseruauerat super fructibus, & est communis opi. vt ait Gigas de pensio. q. 54. quem refert, & sequitur Bermond. in loco praallegato, fol. 404. nu. 3. in fi. etiam si huiusmodi pensio fuerit constituta simpliciter, nullo addeo onere spirituali, Et ita obtinuit vsus Romane curiae, vt attestatur Didacus in loco praallegato, post nu. 6.

Item clericus, qui sustinet excommunicationem per annum, priuatur beneficio, Et est communis opi. vt attestatur Fely. in ca. 1. nu. 8. de iudic. talis enim videtur de heresi suspectus. Item clericus per iurur priuatur beneficio, Dixi supra hoc eo. lib. §. Periuurium, vers. Item clericus. Item clericus simoniacus priuatur beneficio, vt dixi supra hoc eo. lib. §. Simonia vers. Item clericus. Item clericus, qui fecit

fecit est miles secularis, amittit beneficium, ita dicit gl. in cap. fi. in verbo, Redierint de cle. non residen. & est communis opi. vt attestatur Imola in d. c. fi. nu. 6. Barb. conf. 111. colum. fin. versicu. Preterea facit, lib. 1. que refert Gigas de pensio. q. 55. nu. 2. Nam eo ipso, quod secularem militiam assumpsit, videtur clericus si militie renunciauit.

Pariter etiam clericus excommunicatus est ipso iure priuatus fructibus beneficij, & est communis opin. vt dicit Ripa in cap. 1. nu. 27. de iudic. Et nota, quod licet clerico, qui fuerit propter crimen de positus, aut suspensus, exhibenda sint alimenta ex redditibus sui beneficij, tamen clericus excommunicatus, etiam si egenus, & pauper sit, nihil datur, Et ita frequentissimo omnium consensu receptum est, vt ait Didacus lib. 3. resolutionum, c. 13. post nu. 8. vers. XII. hinc. Hec tamen omnia intellige ut procedant, modo excommunicatio sit iusta aliis secus, ut dixi infra lib. §. Excommunicatio. Item clericus haeretico, & eius filij amittunt ipso iure beneficia, Dixi supra §. Haereticus, vers. Item clericus. Item clericus colludens in causa beneficii debet beneficio priuari, ut est tex. in c. audiuius de collul. dereg. Et potest poni exemplum in seno, qui sit infirmus, qd permutat pingue beneficium cum nepote, uel consanguineo dante beneficium exile: his enim concurrentibus, talis renunciatio praesumitur facta in fraudem. Et ita tenent communiter Doctores, ut dicit Anan. in d. c. audiuius, post nu. 2. ver. Et praedicta. Item clericus, qui non dicit officium, neque incubit horis diuinis priuatus est beneficio, & tenetur etiam restituere fructus perceptos, Et hac est communis opi. vt dicit Bello. conf. 56. nu. 3. Item clericus committens homicidium qualificatum, puta assassinium, vel parricidium, amittit beneficiu: propter simplex autem homicidium non amittit ipso iure, sed venit per sententiam priuandus. Dixi supra hoc eodem lib. §. Homicidium, ver. De iure autem. Item clericus baniticus perpetuo, priuatus est beneficio, cui non possit in eo seruire, Et ita iudica-

tum fuit per parlamentu Tholosanum, vt refert Rebuff. in pract. beneficia. folio 472. nu. 57.

Praelati insufficientes debent deponi, secundum glossam in cap. primo, in verbo, Sufficientem, de reu. in sexto, quam dicit esse communiter approbatam Alcia. de praesumpt. in tertia regula, praesumpt. 19 numero quinto. Scias tamen, quod episcopus negligens non potest ab aliquo deponi, praeterquam a summo Pontifice, Et ita communiter concludit, vt dicit Abb. in cap. excommunicatus, el primo, in fi. de haeret. Sed quid in Papa, nunquid & ipse propter insufficientiam deponi poterit? Respond. quod non, & ita receptum esse attestatur Gomes. in cap. primo, post numer. 115. de constit. in sexto.

Ceteros autem casus, in quibus clericus beneficij priuatione incurrit, videre potes apud Rebuffum in loco praallegato.

Et scias, quod clericus committens delictum, propter quod possit priuari beneficio, licet habeat vsu in re, quousque sit priuatus, postquam tamen eo priuatus est tenetur restituere fructus perceptos a diaconi commissi delicti, uel quos percipere potuit, siue extent siue sint consumpti, & siue effectus sit locupletior, siue non, ita tenet Paulus de Castro in l. 1. numer. 3. C. de his quibus ut in d. §. & est communis opin. ut attestatur Diaz. in pract. criminali. canon. cap. 123.

## QVAEST. LXXIII.

## SUMMARIUM.

De pena de gradationis.

Duplicem esse de gradationem. & quae sit earum forma, ibid.

Clericus non est deponendus, nisi propter graue crimen, vers. Regulariter.

Clericus pro quibus criminibus actualiter deponi potest, vers. Ceterum Regulariter.

Quot episcopi interuenire debeant de gradatione, uersic. Sed quero.  
Pena de gradatione imponitur etiam doctores, & militibus, uer. Scias autem.



**V**ANDOQUE etiam imponitur ab ecclesiasticis iudicibus pena de gradatione ab ordine, siue de gradatione, & scias, quod duplex est depositio, siue de gradatio, scilicet uerbalis, & actualis. Verbalis est quando episcopus pronunciat sententiam contra clericum, per quam priuatur illum ordinibus clericibus. Et hec proprie loquendo appellatur depositio, licet plerumque a Doctoribus dicatur etiam de gradatio. Et huius depositionis forma habetur in libro pontificali, fol. 188. Actualis autem depositio, que proprie appellatur de gradatio est, quando clericus non modo per sententiam priuatur, sed etiam aualiter, & psonaliter degradatur, exiuit, & spoliatur ordinibus ecclesiasticis, iuxta formam traditam in d. lib. pontificali, fol. 190. & sequem refert Foller. in praet. crim. canon. fol. 270. nume. 17. Et effectus huius depositionis est maximus, ut dixi supra q. 37. uer. Scias etiam.

Regulariter autem clericus non debet deponi, nisi propter graue erimen, & hec est communis resolutio, ut dicit Sylua de beneficio, fol. 109. nume. 4.

Ceterum aualiter deponi, seu de gradari non potest clericus, nisi pro tribus criminibus ut dixi supra in dicta questio. 37. uer. Scias etiam.

Sed quero, quot episcopi debeant interuenire depositioni, siue de gradationi? Respon. quod si de gradandus est episcopus, requiruntur duodecim episcopi. Si est presbyter, requirunt sex. Si est diaconus, uel subdiaconus, tres. Si est clericus in minoribus constitutus, sufficit proprius episcopus, ita est tex. in ca. si. 15. q. 7. Et aduerte, quod si tales episcopi inter se discordant in pronunciendo, sufficit maior pars, & hec est communis opinio, ut dicit Summa Syluestrina, in uerbo, De gradatio, quaest. 1. Hec tamen, qua dicta

sunt de numero episcoporum, intellige ut pcedant, quando post huiusmodi uerbalem de positionem uideandum est ad actuale: sed quando depositio uerbalis non fit ad effectum ut sequat actualis de gradatio, tunc solus episcopus potest uerbale deponere, seu degradare. Et ita de generali consuetudine obseruatur, ut ait Foller. in praet. crim. canon. fol. 270. nume. 6. in fin. Quinimo hodie etiam quando denendum est ad actuale de gradationem, potest solus episcopus adhibitis prelati degradare, ita statuente sacro Tridentino concilio, ut refert Diaz in praet. crim. canon. cap. 3. nu. 7.

Scias adtem, quod hec de gradationis pena non modo locum habet in clericis sed quandoque etiam in laicis aliqua dignitate insignitis, puta si sit aliquis Doctor, qui propter aliquod delictum priuatus sit cingulo doctoralis, de quo dixi supra questio. 73. uersic. Iudex committens, ubi etiam potui quendam exempla. Idem etiam in militibus, quando propter aliquod delictum militare sunt puniendi, nam solent degradari, & exui cingulo militari. Et dicit Marian. in cap. propositi, post nume. 34. de foro competenti, ita seruauit Duces, & capitanei amorum, quando faciunt aliquem suspendi ex his qui portant sua bona, qua nos diuinitim appellamus, quia scilicet prius illa demunt tali diuina.

## QVAEST. LXXV.

## SUMMARIVM.

De pena suspensionis.

Et quibus casibus incurratur, ibidem, Remissus.

Sacerdos benedicens secundas nuptias est suspensus ab officio, & beneficio, uersic. Sacerdos.

Et an sit suspensus ipso iure, ibid.

Clericus notorius fornicator, uel simoniacus in ordine, est ipso iure suspensus ab officio, uersic. Clericus. Remissus. Ceterum



**S**TERVM ubi crime non est ualde graue, non solum clericis imponi potest pena priuationis beneficii, uel de positionis ab ordine, sed tantummodo pena suspensionis, quae de suspensione, est quaedam censura ecclesiastica, per quam clericus intercedit officium, seu beneficium, uel administrationem, seu exercitio ordinis, uel iurisdictionis. Et habemus in iure non nullos casus, in quibus imponitur huiusmodi suspensionis pena, quos recitet Summa Siluest. in uerbo, Suspendio, in 6. quaest. Sacerdos benedicens secundas nuptias est suspensus ab officio, & beneficio, ca. 1. de secundis nupt. Scias tamen, quod non incurrit hanc penam ipso iure, sed est per sententiam suspendendus. Et est communis opinio, ut attestatur Diaz in praet. crim. canon. cap. 68. circa fin.

Clericus notorius fornicator, uel simoniacus in ordine, est ipso iure suspensus ab officio, Dixi supra hoc eo. li. §. fornicatio, uer. Sed quero, & §. Simonia, uer. Sed quero.

## QVAEST. LXXVI.

## SUMMARIVM.

De pena ecclesiastici interdicti.

Et quibus casibus incurratur, ibidem.

Remissus.

Ciuitas exigens ab aliquo pedagia pro rebus suis, incurrit penam interdicti, uersic. Ciuitas.

Ciuitas aliquid committens contra episcopum summum incidit in penam interdicti, uer. Item ciuitas

Et an requiratur, quod sit proprius Episcopus, ibid.

Et an cessante detentione Episcopi cesset interdictum, ibid.



**N**TER ecclesiasticas censuras est etiam pena interdicti ecclesiastici, quae quidem est separatio a iure, uel a iudice tacta a certis sacramentis, & omnibus diuinis of-

ficijs, & ecclesiastica sepultura, in quam penam, qui incurrant, uideri potest apud Summittas, in uerbo, Interdictum.

Ciuitas, castrum, aut uilla exigens pedagia ab aliquo pro rebus suis, quas non negociandi causa deserit, est ipso facto interdicta, capitulum, quantum de censibus in 6. Sed certe quidquid sit de iure, iste casus non est a consuetudine receptus, neque seruatus, ut dicit Io. Cald. in tract. de interdicti. in l. 1. parte, nu. 51. in fin. Et quantum Summa Siluest. in uerbo, Interdictum, quarta q. 1. in tertio casu, dicit, quod secundum Arch. haec opinio, communiter non tenetur, ex quo sententia interdicti trahit secum effectum suum, absque eo, quod uentium moribus recipiatur, praeterea, que in d. c. quam dicitur, contraria consuetudine non obstat: non tamen puto recedendum esse a sententia Io. Cal. postquam uidemus dictum capitulum non seruari in ipsa ciuitate Romana, neque in alijs terris ecclesiae, a quibus in concuentibus iuris canonici obseruantiam debent aliae ciuitates normam, & regulam accipere.

Item ciuitas, aliquid committens contra Episcopum suum, ut capitur, percutiatur, uel banniat, est interdicta, Cle. si quis suadente de pen. Et aduerte, quia haec pena locum non habet, nisi sit suus proprius Episcopus illius ciuitatis, ut apparet ex uerbis illius Clem. & ita firmata communiter scribentes, ut dicit Tortus inter consilia Ant. de Burr. consil. vlti. nu. 3. in fin. Idemque si in aliquo loco Episcopus detineatur inuitus, ut ibi. Sed haec intelligenda sunt, ut procedant, quando ille, qui detinet Episcopum, uel illum offendit, est dominus illius ciuitatis, alias secus, Ita uideatur sentire gl. in d. Clem. 1. in uerbo, Si sua sit, & ita tenent communiter Doctores, ut dicit Socin. inter consilia Curtij Senioris 65. 20. post nu. 42. uersic. Postremo concludenti, Et dicit Tortus in allegato consil. vl. post nu. 4. quod ita notant communiter Doctores nemine discrepante. Item scias, quod statim cessante tali detentione episcopi, cessat etiam interdictum ipso iure, & ab aliis alia declaratione, Et haec est communis opinio, ut attestatur Tortus in d. conf. ult. nu. 5. Quaesit.

## SVMMARIVM.

De excommunicationis pœna.

Duplicem esse excommunicationem, maiorem scilicet, & minorem ibid.

Percutiens clericum est excommunicatus, & incidit in pœnas canonicas, si quis suadente. &c. versiculo. Percutiens clericum

Et quid si ipsemet clericus se ipsum percutiat, versif. Adde quod.

Et an percutiens clericum prima tonsura tantum, versiculo. Item quæro.

Et an percutiens religiosum religio videretur, qui tamen professionem non emittit, versif. Vltimus quæro.

Et an percutiens clericum non euntem in habitum clericali, versif. Sed an percutiens

Et an percutiens clericum ignorans illum esse clericum, versif. Successive quæro.

Et quid si aliquis volens percutere Titium laicum, percussit Caium clericum, versif. Sed quid si aliquis.

Et an percutiens clericum excommunicatum incidat in pœnas dicti canonis, versif. Sed nunquid.

Et an percutiens clericum degradatum incidat in pœnam illius canonis, versif. Quæro etiam.

Et quid si clericus deprehensus fuerit in adulterio, versif. Pone, quod pater. Remissive.

Et quid si clericus alium insultaverit, ver. Item quid si clericus. Remissive.

Et quid si clericus velit aliquod delictum committere, versif. Sed hic quæro.

Et quid si officio facta clerico sit laicus, ver. Scias tamen.

Et quid si aliquis percutiat clericum pluribus percussionebus eodem impetu, an incidat in plures excommunicationes, ver. Sed pone. Remissive.

Monachus non deserens habitum suæ religionis, est excommunicatus versif. Monachus habitum.

Et quid si deserat, sed occulte ibid.

Recipiens literas apostolicas de manu alterius, quam eorum, qui sunt ad id deputati

est excommunicatus, versiculo Recipientes.

Clerici scienter participantes cum excommunicatis, sunt excommunicati, versif. Clerici.

Incendiarij sunt excommunicati, versif. Incendiarij.

Effractoresh ecclesiarum cum spoliatione, sunt excommunicati, versif. Effractoresh.

Offendentes Cardinales sunt excommunicati, versif. Offendentes.

Et an incidant in crimen lese Majeſt. ibid. Remissive.

Religiosi, qui ministrant sacram. Eucharistia, sacramentum alienis parochianis, sunt excommunicati, versif. Religiosi.

Percutientes iniuriose, aut temere episcopos, sunt excommunicati, versif. Percutientes.

Et quid si quis illum percutiat causa sua defensionis, ibid.

Spoliantes: Crifitinos nauigantes, vel naufragium passis, sunt excommunicati, versif. Spoliantes.

Et an sit cano lata sententia, nec ferende, ibid. dem.

Christiani deferentes arma, vel merces ad infideles, sunt excommunicati, versif. Christiani.

Et quæ tempore pacis, ibid.

Doctores, vel scholares Bononiensis Academia, qui domos, aliorum doctorum, vel scholarum ante conuersionis tempus praesentant, sunt excommunicati, ver. Magistri.

Et an hoc locum habeat etiam in alijs gymnasijs, ibid.

Schismatici sunt excommunicati, versif. Schismatici.

Facientes seruari statuta contra ecclesiasticam libertatem, sunt excommunicati, versif. Facientes.

Et qua statuta dicantur contra ecclesiasticam libertatem, ibid.

Vsurpantes ius patronatus in locis pijs, sunt excommunicati, versif. Vsurpantes.

Contrahentes scienter incestas nuptias sunt excommunicati, versif. Contrahentes.

Remissive.

Casus

Casus, in quibus pœna excommunicationis incurritur, qui sunt, versif. Alios etiam Remissive.

In sententia excommunicationis an requiratur citatio, versif. Quæro nunc Remissive.

Sententia excommunicationis lata ex falsa causa an valeat, versif. Quæritur etiam.

Sententia excommunicationis nulla an liget excommunicatum, versif. Solet dubitari.



VCCESIVE videamus de pœna excommunicationis, quæ est maior pœna, quam ecclesia imponere, possit, vt communiter dicitur, teste Beron in capitul. si quis presbyterorum, post num. 7. de reb. eccles. non alien. Et hæc quidem duplex est. s. maior, & minor, Maior excludit à perceptione sacramentorum, & à communionem fidelium, Minor autem excludit tantummodo à perceptione sacramentorum, nõ autem à communionem fidelium, Et ita intelligendus est tex. in c. fugeritru dam, 3. quart. 4. Et hunc intellectum sequuntur omnes, tam gloss. quam doctores, vt attestatur loz. de anan. in rubr. de cler. exco. nu. 4.

Percutiens clericum, siue illum offendens, etiam absque vulnere, incidit in canonem cap. si quis suadente diabolo, 17. quart. 4. & est excommunicatus, ita quod non potest absolui nisi à summo pontifice, vt ibid.

Adde quod etiam clericus se ipsum percutiens incidit in excommunicationem, & pœnas dicti canon. Et ita communiter tenetur, vt dicit Abba. in cap. contingit, el primo. num. 6. de senten. excom.

Item quæro, nunquid dispositio d. canonis habeat locum etiam contra eum, qui percutiat clericum primæ tonsuræ? Respond. q. sic, ita tenet gloss. in cap. 2. in verbo, clericos de vita, & honestate clericorum, & est communis opin. vt dicit Albertus Tronius de vero, & perfectio clerico, libro primo, in secundo dubio, quem refert Duennas regul. 99. in 2. ampliatio

ne, & Viuus in lib. communium opin. in verbo, Clerici a potestate, Quam tamen nunquam vidi in practica obseruari, nisi talis clericus incidat in habito clericali.

Vltius quæro, ni quid habeat locum in personis religiosis, quæ regulariter viuunt, licet non emittat professionem? Respond. quod sic, ita tenet Butr. in c. 2. nu. 6. de foro compet. & est communis opin. vt attestatur Boer. de vita, & statu. hærem. numero 14. quem refert Duennas in loco præallegato, in tertia ampliatio.

Sed an percutiens clericum euntem in habitu laicali, erit excommunicatus? Resp. q. non, si ignorabat ipsum esse clericum, & hoc tenet canon. vt dicit Ang. in l. item apud, §. si quis virginis. numer. 1. ff. de iniur. Et dicit Aret. consil. 163. num. 16. q. misericors se enormibus sceleribus, potest occidi absque eo, quod occidentes incurrant pœnam excommunicationis, et quod ita tenent omnes doctores subdens quod licet dubium sit, nunquid iste perdat priuilegium clericale quo ad forum; tamen hoc, quod occidens, vel percutiens talem clericum non incidat in canonem excommunicationis, omnes tenent. In hoc proposito vide quæ dixi supra q. 26. ver. Quæro modo.

Successive quæro, nunquid percutiens clericum, ignorans iusta & probabili. ignorantia ipsum esse clericum, incidat in pœnas dicti canonis? Resp. q. non, & est communis opin. vt attestatur Placa lib. 1. de iudiciorum. cap. 27. num. 13. Ceterum si ignorasset ex causa, & sapina ignorantia, non effugeret pœnas excommunicationis, Ita tenet glo. in cap. si vero, in verbo, ignorauit de senten. excomm. quem dicit esse ab omnibus receptam Placa in loco præallegato. num. 20.

Sed quid si aliquis volens percutere Titium laicum, erroris percussit Caium clericum, putans esse Titium laicum, nunquid incurrit in pœnas excommunicationis? Resp. q. non, tenetur q. sic, quem secuta est glo. in d. c. si vero, in verbo, ignorauerit. Contrariam autem sententiam, scilicet quod immodò non incurrit in pœnam dicit

dicti canonis, tenuit Tancred. Et haec dicit esse communem Didac. in repe. ca. al ma mater, fol. 497. post nume. 15. versic. 9. ad eiusdem, & in reper. cap. quamuis, fol. 53. post nu. 3. Placa in d. capi. 27. num. 18. Vide quae dixi supra hoc eod. li. §. Homicidium, versic. Dicunt etiam.

Sed nunquid clericus excommunicatus gaudebit privilegio dicti canonis, ita ut si quis eum offendat, incidat in poenas ab ipso canonis impositas? Respond. quod sic, ita tenet Innoc. in cap. si vero, num. 3. de sentent. excomm. & ita communiter tenetur, ut dicit Ab. in d. cap. contingit circa si. quem refert Villalobos in sua collecta communium opin. in litera C. iii. §. 8. Hanc etiam dicit esse communem opin. Duesias regula 99. in octava ampl. F. 6. ut quae dixi supra quaestio. 30. versic. Quae ro etiam.

Quero etiam, nunquid percussus clericum degradatum incidat in poenas d. canonis? Respond. quod sic, ita tenet Bal. in cap. sedes apostolica, num. 4. de rescri. & est communis opin. ut dicit Placa libro 1. delictorum, cap. 6. num. 6. Intellige, si fuit ratur modo degradatus verbaliter, nam si fuisset actualiter, & solenniter degradatus, aliud esset dicendum.

Pone quod pater, aut maritus deprehendat clericum in adulterio cum uxore vel filia, eumque percussit, nunquid incidit in poenas d. canonis? Dixi supra hoc eod. li. §. Homicidium, versic. Dixi etiam.

Item quid si clericus aliquem insulauit, nunquid licebit insulato illum offendere: circa poenam d. canonis? Dixi in d. §. Homicidium, versic. Præterea etiam.

Sed hic quero, quid si clericus uelit aliquid delictum committere contra personam, uel res alterius, nunquid poterit laicus illum prohibere? Respond. quod sic, & potest illi impune capere & ligare, si aliter eum a maleficio prohibere non potest, et est communis opin. ut dicit Abb. in c. eum non ab homine, nume. 11. & seq. pro ut illum refert Boss. in tit. de capt. nu. 39. Faciunt quae dixi supra quaest. 28. versic. Quero nunquid.

Sciās tamen, quod dispositio d. cap. si quis

insulante, non habet locum, ubi offensa est leuis, nam pro leui iniuria poterit episcopus ipsum excommunicatum absolueret, et ita communiter tenetur, ut dicit Ab. in c. peruenit in fi. de sent. excō. quem refert Dec. in ca. peruenit, et 1. post num. 1. de appell. Reperio autem, quod Cald. cōf. 7. de sentent. excō. contulit in facti contingentia, quod clericus, qui in ludo natus alium clericum in terram proiecerat, ita quod ex eius ore modicum sanguinis exiuerat, erat excommunicatus. Similiter etiam contulit Zabarel. cōf. 42. quod clericus, qui simul rixando se iniucem pedibus, & manibus percusserant, erant excommunicati. Sed certe potest huiusmodi casibus episcopus abluere, ut supra dixi.

Sed pone, quod aliquis percussit clericum pluribus percussionibus eodem tamen impetu, nunquid dicitur incidisse in plures excommunicationes? Dixi infra quaestio. 84. versic. Sciās etiam, ibi & ex hac.

Monachus, habitum religionis suae non deferens, incurrit poenam excommunicationis, et ut periculosa ne clerici, uel monachi in 6. sit ita uolunt Doctores, ut dicit Ruin. cōf. 7. num. 14. in fi. lib. 5. possunt, tamen hoc casu monachi ab eorum superiore absolui, ut consuluit Cald. cōf. 6. de sent. excō. in facti contingentia de duobus religiosis, qui habitum secularē publice assumpserunt. Sed quid si illum deprehendat, sed occulte? Respond. Aliqui dicunt, quod hoc casu non incurrit excommunicationem, & fuit opin. Archid. in d. capi. ut periculosa, et dicit Claud. in repe. l. ut vim, num. 99. ff. de iustitia & iure, quod illum sequuntur communiter Doctores. Contrariam uero opin. quod scilicet Monachus occulte habitum deferens incurrat nihilominus in excommunicationem, tenetur gl. in clem. fi. in verbo, Extrinseci, de vita, & honest. cler. & dicit Calc. cōf. 123. nu. 1. quod haec est communis omnium opinio, ubi consuluit super hoc art. in facti contingentia. Et haec opin. gl. mihi magis placet superfluum enim redderetur mandatum diuersitatis habitus, si illi occultare liceret, quod tamen semper intelligo ut procedat, nisi fiat cum causa, & licentia superioris.

Reci-

Recipiētes literas apostolicas, dum ipsi sunt apud apostolicam sedē, de manu alterius, quam summi pontificis, uel deputatorum ad illud officium, sunt excommunicati, c. dura. de crim. falsi? Sed hoc non seruatur, Papa scienter & tolerante, ut attestatur Summa Siluestrina, in verbo, Excommunicatio sexta, in quarta excommunicatione in fin.

Clerici, qui scienter participant cum excommunicatis a Papa, sunt excommunicati, cap. significauit de sentent. excomm. Sciās tamen, quod ad incurrendam hanc excommunicationem quinque requiruntur. Primo, quod participant. Secundo, quod scienter. Tertio, quod prore. Quarto, quod in diuinis. Quinto, quod talis sit a Papa nominatum excommunicatus. Et haec est communis opin. ut attestatur Summa Siluestr. in verbo, Excommunicatio 6. in sexta excommunicatione. Et nota, quod haec est excommunicatio maior, non autem minor ut sentit gl. vnica in d. c. significauit, quae in hoc communiter reprobatur, ut dicit Summa Siluestr. in loco praellegato.

Incediarij sunt ipso iure excommunicati, c. tua nos de sentent. excom. Sciās autem, quod d. incediarij locorum sacrorum ante denunciationem absoluntur ab episcopo, post denunciationem autem non absoluntur nisi a summo pontifice, Et haec est magis communis opinio, ut dicit Summa Siluestr. in dicto verbo, Excommunicatio 7. in septima excommunicatione, in secundo dubio.

Efractores ecclesiarum cum spoliatione, sunt excommunicati, capit. conquesti de sentent. excomm. & ante denunciationem possunt quidem absolui ab episcopo, sed post denunciationem solus Papa absoluit, secundum communem opin. ut attestatur Summa Siluestr. in d. verbo, Excommunicatio 6. in octaua excommunicatione. Et aduerte, quod ad hoc ut habeat locum dispositio d. c. non sufficeret sola efractio, neque sola spoliatio, sed utrunque requiritur, Et hanc dicit esse communem opin. Remig. de immu. eccles. fol. 205. fol. 33.

Offendentes percutiendo, capiēdo, uel hostiliter insequendo Cardinales sanctae Romanae ecclesiae, sunt excommuni-

cati, & diffidati apud oēs, ita quod possunt ab omnibus impune offendi, c. felix de poenis, in sexto. Bene uerum est, quod ad hoc ut talis diffidatio locum habeat requiritur sententia declaratoria, secundum Gemina in dict. c. felix, et ita etiam tenent communiter doctores, ut dicit Boss. in ti. de haeret. post nume. 39. Et hic casus contingit de facto in Cardinali papianensi, qui fuit interfecus a duce Urbini super quo casu consuluit Ruin. cōf. 4. lib. 5. & Ferrerius cōf. 31. An autem offendens Cardinalem, dicitur committere crimen lese Maie. dixi supra hoc eodem lib. §. Lese Maie. versic. Quero nunquid. Vide quae dixi infra, versic. percutientes.

Religiosi, qui sacramentum extremae unctionis, uel eucharistiae nuntiant sine licentia presbyteri parochialis, uel matrimonium solemnizant, sunt excommunicati, clem. religiosi de priuileg. Et sciās, quod haec excommunicatio generaliter comprehendit quosque religiosos, & ita communiter tenetur, ut attestatur. Summa Siluestr. in dicto verbo, excommunicatio 7. in 14. excommunicatione, in secundo dubio.

Percutientes iniuriōse, aut temere episcopum sunt excommunicati, Clem. prima de poenis, ut in casu quo consuluit Bolognini. cōf. 75. Haec tamen poena locum non habet, ubi cuique offendens Episcopum, uel cardinalem, id faceret causa sua propriae defensionis, nam eo casu non dicitur facere iniuriōse, nec temere, & consequenter non incidit in poenas a dicta clem. impositas, Ita dicit gl. in d. clem. prima in prin. in verbo, Temere, & in capit. felix, in verbo, percussit, de poenis, in sexto, quas doctores communiter sequuntur, ut dicit Socin. inter consilia Cur. sen. consilio 20. nu. 39. & num. 49. Tortus in d. consil. vlt. post num. 12. colleg. Flor. inter consilia cur. sen. consil. 21. num. 8. ubi consuluit pro ciuitate Florentina, in qua fuerat furor populi suspensus Archiepiscopus pisanus & captus cardinalis saluatiatus, in quo casu pro ipsa ciuitate pariter consuluit Areti. cōf. 165. & socin. inter consilia curt. sen. in d. consil. 20. & Tortus inter consilia Ant. Butr. in d. consilio vlt. Quintimo ex quacumque causa excusari possunt. Pract. Iul. Clar. B b fit

fit a temeritate, & à dolo, cessabit etiam pena dicte Clem. secundum gl. in d. verbo, Temere, quam dicit esse communiter approbatam Tortus in dicto consilio vlt. post nume. 5. versu. Stat ergo.

Spoliantes Christianos, nauigantes pro honestis causis vel negotiationibus, sunt excommunicati. Scias iam enim, qd hic canon non est late sententia, sed ferenda, secundum communem opin. vt attestatur Summa Siluestr. in verbo, Excommunicatio 8. in 20. excommunicati. in secundo dubio. Pariter etiam sunt excommunicati spoliantes Christianos naufragium passos rebus suis. Et hic est canon late sententia, modo competens monitio precedat, secundum opin. Innoc. quam dicit esse communem Summa Siluestr. in loco preallegato.

Christiani deferentes Saracenis, habitibus bellum cum Christianis, arma, ferrum, &c. sunt excommunicati, c. ita quorundam de Iudeis, & puniuntur pena capitulis, vt est text. in l. 1. & 2. C. quæ res expor. non poss. Debes autem scire, quod tempore belli omnino prohibitum est ad eos deferre quascunque merces, etiam ex his, quæ non sunt expressè prohibita in dictis iuribus. Et hanc dicit esse communem opin. Alex. consil. 130. post num. 1. libr. 7. quem refert Boer. decil. 178. nume. 18. & Stracca de mercator, fol. 68. num. 40. Et licet ipse Stracca videatur de iuris rigore inclinare in contrariam sententiam, fateatur tamen ibi nu. 47. in fin. quod communis opin. est vlt recepta, & consuetudine approbata. Et aduertit, quia in hoc non attenditur, an deferens hoc faciat ea intentione, vt Christiani impugnentur, vel non secundum Doctores, vt dicit Alex. in dicto consil. 130. post num. 1. Et hoc adeo verum est, vt neque etiam liceat eo tempore belli ad eos deferre arma, vel alias merces prohibitas, pro redemptione captiuorum, Et est communis opin. vt attestatur Ale. in d. consil. 130. post num. 1. Summa Siluestr. in verbo, excommunicatio 7. in 21. excō. nume. 6. Dicunt autem Saraceni habere bellum cum Christianis, quando bellum gerunt cum aliquo Principe Christiano, seu domino, vel oppido, secundum com-

muniem doctrinam, vt attestatur Summa Siluestr. in loco preallegato, nume. 4. Ceterum cessante bello licitum est Christianis ad Saracenos quascunque merces deferre, modo non sint ex prohibitis, Et hæc est communis opin. vt dicitur Ale. & Boer. in locis preallegatis. Quæ autem sint merces prohibita, habetur in legibus & capitulis superius allegatis, & diffuse per Straccam, vbi supra, fol. 115. numero 12. & alijs seq.

Magistri, & scholares Bononiæ, conuenientes hospitem pro conducendo hospitio aliorum magistrorum, vel scholarium, ante tempus conductionis elapsum, sunt excommunicati, cap. 1. de locato, Et nota qd in hoc proposito nomine magistrorum veniunt Doctores secundum omnes, vt attestatur Summa Siluestr. in verbo, Excommunicatio, in quarta excommunicatione nu. 1. Hæc autem constitutio localis est, & locum habet solum Bononiæ, non autem in alijs studiis, seu vniuersitatibus, etiam illis, quæ iuris in terris ecclesiæ, Et hæc est communis opin. vt dicit Summa Siluestr. in loco preallegato, num. 1.

Schismatici omnes sunt excommunicati, cap. 1. de schismat. Scias tamen in hoc proposito, qd quando duo, vel plures electi in Papam de pontificatu contendunt, & aliqui bona fide vnum illorum habent pro vero Pontifice, qui tamen legitime electus non est, illi sunt propter probabile dubium excusandi, & ita sentiunt omnes diuini, & humani iuris periti, vt attestatur Si mancas de hæret. c. 56. nu. 6.

Facientes seruari statuta, vel consuetudines contra ecclesiasticam libertatem sunt excommunicati, cap. nouerit de sentent. excom. Scias autem, quod illa statuta, vel consuetudines dicuntur esse contra ecclesiasticam libertatem, quæ veniunt contra priuilegium concessum ecclesiæ vniuersali a Deo, vel a Papa, vel ab Imperatore, Et hæc est communis theoricæ omnium Doctorem, vt dicit Abb. consil. 83. in primis verbis, li. 1. quem refert Dec. in auct. Castan. nu. 18. C. de sacrosan. eccles. Hanc etiam dicit esse communem opi. Summa Siluestr. in verbo, excommunicatio 9. in decima excommunicatione, numero 1.

Ber

Bertrand. consil. 50. num. 4. & seq. lib. 1. in 2. parte.

Vsurpantes de nouo sibi ius patronatus a locis pijs uacantibus, sunt excommunicati, cap. generali. de electio in 6. Et ad hoc vt tales usurpatores huiusmodi excommunicationis sententiam incurrant duo requiruntur. Primum, qd usurpent dicta iura de nouo, 1. a quadraginta annis citra, Secundum, qd illa occupent, ipsi locis uacantibus. Et hæc est communis opi. vt dicit Summa Siluestr. in verbo, Excommunicatio 9. in 14. excommunicatio, num. 2.

Contrahentes scienter matrimonium in gradibus consanguinitatis, uel affinitatis prohibitis, sunt excommunicati, Dixi supra hoc eod. libr. S. incestus, uersiculo, Preterea.

Alios etiam excommunicationis casus poteris uidere apud Summistas, in verbo Excommunicatio, & apud Io. Lignan. in tract. de censura ecclesiastica.

Quæro nunc, an in sententia excommunicationis requiratur citatio? Dixi supra q. 31. uersu. Item adde.

Quæritur etiam, an sententia excommunicationis lata ex falsa causa valeat? Respond. quod sic, Ita tenent gl. in ca. 1. in verbo, Propter de sent. excommuni. in sexto, quam dicit esse communiter approbatam Socin. inter consilia Curtij Senioris consil. 20. numer. 24. In fin. Illam tamen puto restringendam esse ut procedat quæd ille, qui excommunicat, etiam si sciuerit causam non esse veram, fuisse nisi hominum excommunicaturus, ut declarat Socin. ibi.

Solet dubitari, nunquid sententia excommunicationis nulla efficiat, & liget excommunicatum. Tu dic, quod si est lata ab homine, non ligat, si est nulla, ut dicit gl. in cle. 1. in verbo, Subiacere. de sentent. excō. quæ dicit esse communiter approbatam Socin. in allegato, consil. 20. num. 30. Et hoc adeo verum est, vt uolenti dicere de eius nullitate, non sit opus petere absolutionem, neque etiam ad cautelam, capitul. per tuas, de sentent. excom. Et ita tenent Doctores, ut dicit Socin. in loco preallegato.

## QVAES. LXXVIII.

## SUMMARIUM.

De pena confiscationis omnium bonorum.

Dispositio authentica. Bona damnatorum an corrigat iura antiqua, per quæ imponebatur bonorum confiscatio, ibid.

Senectus capitalis ex dispositione statuti an ferum trahat confiscationem bonorum uersu. Sed pone.

Qua sint crimina, pro quibus imposita est bonorum confiscatio, uersu. Multa autem.

Apostata puniuntur in confiscatione bonorum, uersu. Apostata.

Et quis dicatur apostata, ibid.

Et an apostata recipitur ad penitentiam, ut hæreticus, ibid.

An quilibet iudex possit imponere penam confiscationis bonorum, uersu. Quæro nauquid.

Episcopi an habeant siscum, cui possint bona delinquentium bonorum, uersu. An autem Remissive.

Qua ueniant in confiscatione bonorum, uersu. Nunc uideamus.

Et an ea omnia, quæ transeunt in extraneos hæredes, ibid.

Et an feudum, ibid. Remissive.

Et an emphyteosis, ibid. Remissive.

Et an ius patronatus, uersu. Quæro modo.

Et an in confiscatione bonorum mobilitum, & immobilium ueniant iura, & actiones, uersu. Successive quæro.

Et an in confiscatione ueniant bona prohibita alienari, uersu. Item quæro.

Et quid si non sit expressum iudicium commissum in casum alienationis, ibid.

Et quid si prohibitio facta sit ad tempus sauiore ipsius prohibiti, ibid.

Et an in confiscatione bonorum siscia ueniant etiam bona profecticia, uersu. Preterea quæro.

Et an admittantur, uersu. Sed quid in aduentibus.

Et an castrensia, uersu. Quæro etiam.

Et an e contra publicatiis bonis patris, censetur publicatum peculium profectiuum filij, uersu. Quæro nunc.

*Dos mulieris an confiscatur, versic. Quare si bona.*

*Bona alienata per delinquentem post delictum commissum, an veniant in confiscatione bonorum, versic. Solet etiam.*

*Et quid si frater intervenit, ibid.*

*Et quomodo probetur frater, versic. Fraus autem.*

*Et quid si ex eo delicto non est imposita ipsi iure confiscatio bonorum, vel interdicta bonorum administratio, versic. Ceterum.*

*Et quid si alienatio facta sit post accusationem, versic. Et hec omnia.*

*Et quid si facta sit post sententiam, versic. Si vero.*

*Delinquens an possit dare de bonis suis insolventum creditoribus, versic. Scias etiam.*

*Quando reperitur in bonis confiscatis pretium rei vendita per delinquentem, an possint possessores bonorum venditorum molestari, versic. Contingit aliquando.*

*Obligatio an transeat in fiscum, versic. Item in filium.*

*Et an obligatio naturalis, ibid.*

*Et an obligationes conditionales, ibid.*

*In confiscatione an veniant bona futura, versic. Ut rursus quæro.*

*Ius adempti an transeat in fiscum, versic. Sæpe contingit.*

*An secuta confiscatione bonorum patris, referretur filijs aliqua portio, versic. Videndum est.*

*Sententia confiscationis bonorum an trabatur ad bona sita extra territorium confiscationis, versic. Sed hic quæro.*

*Et quid in bonis mobilibus, ibid.*

*Creditoribus unius territorij an possint agere contra fiscum alterius territorij, versic. Sed quæro.*

*Fiscus ad quam perveniunt bona alienata, an teneatur satisfacere omnibus creditoribus, & legatarijs, versic. Sed an teneatur.*

*Et an ultra vires hereditarias, versic. Vnum scias.*

*Fiscus an præferatur creditoribus delinquentis, versic. Vidi quandoque.*

*Fiscus an habeat bona delinquentis tacite hypothesata, versic. Sed hic incidenter.*



**N** V N C de pœnis pecuniarijs tractandus est, quartum maxima est confiscatio, seu publicatio bonorum, Debes autem ante omnia amittere, quod secundum iura antiqua, in multis casibus specialiter erat imposita pœna confiscationis bonorum, prætereaque generaliter in omnibus casibus, in quibus imposita erat pœna mortis naturalis, vel deportationis, in illis etiam in consequentiam veniebat pœna confiscationis bonorum. Deinde superuenit authentica. Bona damnatorum, C. de bon. dam. ex cuius dispositione hodie bona damnatorum non confiscantur, sed deferuntur ad proximiores condemnati intra quartum gradum existentes, &c. Et adverte, quia licet ipsa aut. loquatur non modo de ascendentibus, sed etiam de his, qui ex latere coniuncti, sunt tamen in corpore, unde sumitur, non adhiunt illa verba ex latere. Ideo forte dici possit, quod Irner. male fecerit componendo. Sed quidquid sit communis opinio, est, quod etiam collaterales admittantur ut attestatur Arc. in l. eius qui. §. si cui, colum. 3. vers. sed queritur. ff. de testa. quem refert Cagnola in l. ea sola de portationis, num. 7. ff. de reg. iur. Scias etiam, quod dispositio d. auct. Bona damnatorum non corrigi indistincte iura antiqua, sed tantummodo in illis casibus, in quibus pœna confiscationis bonorum est imposita in consequentiam alterius pœna, et ideo in illis, in quibus a lege antiqua est expresse imposita pœna confiscationis bonorum, non sunt correcte iura antiqua per dispositionem d. auct. Et ita communiter tenetur, ut dicit Bart. in l. i. post num. 3. ff. de bon. dam. quem refert Boer. decis. 264. post num. 15. & in tract. de seditionis in septimo præsupposito, & Cephal. consilio 79. num. 4. lib. 1. Idem attestatur Bald. in tit. de pace tenenda in vrb. feud. numero 11. in §. Imola in d. §. si cui, post num. 3. vers. in gl. in verbo, Publicantur, Arc. in d. §. si cui, num. 3. quem refert Boss. in tit. de bonorum publi. c. post num. 1. & in tit. banniti quid amittant, post num. 10. Pract. Conradi. fol. 432. num. 10. Sed cer-

te

te quidquid sit de iure, communiter totus mundus servat, quod bona non confiscantur in aliquo casu, excepto crimine hæresis, & læsæ maiestatis ex dispositione statuti. vel consuetudinis aliter caveatur, & de hac consuetudine, & observantia generali attestat Alber. in tertia parte statutorum, q. 18. circa si quem refert Cæpolla consilio crim. 17. in tertio dubio, vers. sed vltra dictum, & Dec. consil. 442. numer. 6. & Boer. in d. decis. 264. nu. 15. & Rolan. consilio 97. nu. 2. lib. 2. & consil. 98. num. 5. eodem volum. & Nouel. in pract. crim. folio 176. nu. 6. Cagnola in d. l. ea sola de portationis, num. 7. Dec. consil. 257. numer. 6. quem refert pract. Conradi, fol. 433. numero 12. in fi. Reperio tamen, quod Old. consil. 17. num. 7. dicit, quod immo secundum consuetudinem bona delinquentium publicantur, & illum refert Boss. in tit. de bon. publi. num. 1. Sed illud intelligendum est de consuetudine locali, quæ introducta est per statuta civitatum, puta in regno Franciæ, de quo loquitur Old. non autem de consuetudine generali, quæ viget in locis, in quibus non adsunt huiusmodi statuta, secundum quam loquitur Doctores per me supra a legatis. Consuetudo autem generalis Franciæ in clericis condemnatis est, ut eorum bona mobilia confiscentur episcopo, immobilia autem principi seculari, & de hac consuetudine attestatur etiam Boer. super consuet. Bituricens. fol. 20. colum. 3. & Papo lib. 24. tit. 13. Arresto 3.

Sed pone, quod si fieri aliquis condemnatus ad mortem virtute statuti ita disponentis in casu tamen, in quo neque a iure communi, neque ab ipso statuto imponitur publicatio bonorum, prout videmus quoti die fieri in furibus, nunquid lata sententia mortis veniet in consequentiam etiam confiscationis bonorum? Respond. quod non, & est communis opinio. ut dicit Boss. in tit. banniti quid amittant, num. 11. & ita semper vidi apud nos observari. Ceterum in Gallia ex generali consuetudine bona confiscantur in omnibus casibus, in quibus imponitur pœna mortis, ut attestatur Ponta. super consuetud. Blesu. fol. 154. col. 2. in prin.

Multa autem sunt crimina, in quibus secundum dispositionem iuris communis imponitur pœna confiscationis omnium bonorum, puta læsæ Maiestatis. ut dixi supra statim, & supra hoc eod. lib. §. Læsæ Maiestatis. ver. Præterea licet, Item falsæ monetæ, de quo dixi supra hoc eod. lib. §. Falsum, versic. Dixi etiam, Item homicidij, hæresis, & de quibus in his locis dictum est, & alios plures casus ponit Chaff. super consuet. Burg. fol. 89. & sequen. & Calicius in Marg. filici, fol. 33. & multis sequentibus. ponit 418. casus, in quibus bona fisco applicantur, & Franc. Luca. de priuilegiis filici in secunda parte prin.

Apostata punitur in confiscatione bonorum, ut est text. in l. r. C. de apostata. quod intelligi vel procedat, si non extendat ad filios, vel cognatos, ad quod deferat auct. si qua mulier, C. de sacrosan. eccles. Sed hic quæro, quis dicitur apostata? Respond. quod Tripliciter quæ potest apostatare, à fide, ab obedientia, à religione, & ita tradit omnes, ut dicit Simancas de hæret. cap. 7. in prin. Dicitur autem apostatare à fide, qui à Christiana religione transeat ad iudaismum, vel aliam sectam infidelium, prout in facti contingentia contra quemdam consuluit Alciat. consil. 478. Scias autem, quod quamvis apostatarum à fide sit peior hæretico, (nam hæreticus in aliquo deuiat à fide, apostata autem ab ea in totum recedit) nihilominus apostata recipitur ad penitentiam, prout etiam recipitur hæreticus, & hanc dicit esse veram, & receptam sententiam Simancas in d. d. ca. 7. nu. 2. Apostata autem in religione proprie dicitur ille qui relinquit habitum religionis, & ad seculum redit, & ita volunt communiter doctores, ut dicit Cald. consil. r. de apostatis, ubi consiluit, quod monachus vagabundus, qui tamen non dimisit habitum suæ religionis non dicitur proprie apostata: clericus autem secularis dimittens habitum, si est beneficarius, dicitur apostata; si vero non est beneficarius, non dicitur apostatare, sed relinquere habitum, & hæc est communis opinio, ut attestatur Anan. in c. tux, nu. 11. de apost.

Quæro nunquid quilibet iudex possit Pract. Iul. Clar. Bb 3 impo-



imponere pœnā confiscationis bonorū? Respon. Aut pœna confiscationis pro delicto venit imponēda à lege tacite vel expresse, & tunc quilibet iudex, qui pōt super delicto ipso cognoscere, potest etiam illam imponere. Aut venit imponēda à iudice præter legē, & tunc nullus iudex, præter summus magistratus, potest eam imponere, & ita communiter dicitur, vt attestatur Anan. in ca. vergentis, nu. 21. de harer.

An autem episcopi habeant fiscū, cui possint bona delinquentiū applicari, videnda sunt ea, quæ dixi infra q. 80. versū. In hac autem.

Nunc videmus, quæ veniant in confiscatione bonorū, & in hoc proposito facias regulā generalem, q̄ in fiscum transeunt omnia ea, quæ transeunt in extraneos heredes; & e converso ea, quæ non transeunt in extraneos heredes, non transeunt in fiscū, & ista est communis & vera conclusio, vt dicit Alciat. consil. 522. post nu. 6. Hinc inferitur, q̄ in confiscatione bonorum non veniunt bona feudalia, illa enim non transeunt ad extraneos heredes, vt dixi supra lib. proximo, §. Feudum, quæst. 84. Inferitur etiam, quod in confiscatione bonorum non veniunt bona emphyteutica, quæ de sui natura non transeunt ad extraneos heredes, vt dixi supra, libro proximo, §. Emphyteosis, quæst. 29.

Quæro modo, nunquid in confiscatione bonorum veniat ius patronatus? Respon. In hoc articulo fuerunt aliquando opin. inter doctores, Aliqui enim tenuerunt, quod ius patronatus non veniat in generali confiscatione bonorum, & hanc opi. dicit esse communem Gigas de cri. l. 1. de Matef. fol. 121. quæst. 4. num. 3. Et q̄ ius patronatus ecclesiasticum non transeat in fiscum, qui non sit hæres patroni dicit esse communem Didac. lib. 2. resol. cap. 18. num. 7. Contrariam vero sententiā, q̄ scilicet ex delicto, ex quo confiscatur vniuersitas bonorum delinquentis, transeunt etiam ius patronatus in fiscū, tenuit glo. in c. filijs, in glo. prima 16. q. septima, & hanc dicit esse communem Citadi. de iure patro. in vigesima quæst.

decimæ partis principalis, num. 28. Dec. in cap. quanto, num. 6. de iud. quem refert Ferret. consil. 179. num. 1. & 2. Ego vero dico sic, Aut tale ius patronatus erat transitorium etiam ad extraneos heredes & tunc placet opi. gl. q̄ transeat etiā in fiscum, non enim video, cur non debeat in fiscum transire, qui per omnia habetur loco heredis. vt dixi infra versū. Sed an tenetur. Aut vero non erat transitorium in extraneos heredes, & eo casu teneo, quod neque etiam transeat in fiscum.

Successive quæro, nunquid in publicatione bonorum mobilium, & immobilium veniant iura & actiones? Respon. q̄ non, & est communis opin. vt attestatur Arius de bonis maternis, fol. 20. nu. 26. & sequen. vbi etiam grauius reprehēdit Chass. super consue. Burgund. fol. 54. nu. 14. dicentem, quod in confiscatione bonorum mobilium veniunt iura & actiones & afferentem quod ita tradunt doctores nā (vt ipse Arius ostendit) proculdubio doctores communiter contrarium scripserunt, etiā si generaliter facta esset confiscatio omnium bonorum mobilium & immobilium. Et ex hoc introducta est practica huius provincie, vt in sententia confiscationis apponantur etiā illa verba, iurium, & actionum, & nōminum debitorum.

Item quæro, nūquid in confiscatione veniant bona prohibita alienari? Respon. Aliqui dicunt, quod sic, & hæc opi. dicit esse communem Alciat. consil. 783. nu. 1. Contrariam tamen sententiā, q̄ scilicet talia bona prohibita alienari nō veniūt in confiscatione bonorum, neque etiam durante vita eius, qui prohibitus est alienare, tenet Bar. i. l. imperator, nu. 1. ff. de fidei. liber. quem sequitur communiter doctores, vt dicit Socin. l. un. consil. 77. nu. 15. liber 2. Hanc etiam opin. dicit esse communem Rubens consil. 98. numer. 1. & consil. 154. numero 2. Et dicit Grammat. decis. 105. numero 31. quod apud omnes scribentes hæc est vera conclusio. Et dicit Cotta in verbo. Testamentum in quo, colum. secunda, quod ita dicitur communiter doctores. Et hæc quidem conclusio

conclusio locum habet, non modo quando factum est expressum fideicommissum in casum alienationis, (tūc enim proculdubio non transeat in fiscum, sed admittitur sequens in gradu fideicommissi, Et hæc est certa, & communis opin. ut dicit Alciat. consil. 650. num. 1. subdens, q̄ cum exerceret officium aduocationis, illam semper uidit obseruari, Et illum refert Roland. consil. 98. post num. 11. libro 2.) sed idem etiam dicendum est, quādo post fideicommissum apposita est clausula, Quia uolo, quod bona perpetuo conseruentur in agnatione, uel familia. Cum enim ex ea clausula inducatur phibitio alienationis, & fideicommissum simplex, vt dixi supra li. 3. §. Substitutio, vbi ostēdit hanc esse magis communem, & veriorē opin. idem iudicandum est, ac si expresse factum est fideicommissum in casum alienationis. Si uero fideicommissum, uel substitutio facta esset tantum in casum mortis, tunc fiscus potest apud se retinere bona, durante vita ipsius eodem nati, ut est rex. in l. Sturis Florus. §. Cornelio felici. ff. de iure fisci. Et ita practica tur, ut dicit, Quemada quæst. fisci. ali. 17. Præterea etiam eueniente casu fideicommissi, potest fiscus detrahere ex persona condemnati trebellianicam, ubi non sit eius detractio prohibita, Et etiam in omnem casum solet detrahere legitimā ubi condemnatus esset filius, nam in ea non potest testator fideicommissum neque alium grauatim imponere, neq; eius alienationē prohibere, iuxta ea quæ dixi supra lib. 3. §. Legitima, uno tantū casu excepto, quando scilicet pater, propter minorem ætatem filiorum, eis prohibuisset alienationem omnium bonorum usque ad certam tempus, talis enim phibitio non censetur onerosa ipsius filijs, sed potius fauorabilis, & ideo ualet, etiā respectu legitimæ, Et hæc est communis opinio, vt attestatur Dec. consil. 442. nu. 28. vbi in facti contingentiā ita cōsultuit, & Boss. in tit. de bon. publ. num. 41. Et repetio, quod in indiuiduo in eadem causā idem cōsultuit Ruin. consilio 23. lib. 5. & Riminal. consil. 243. Et secundum hanc opin. iudicari solet in nostro magistratu.

Præterea quæro, nunquid in confiscatione bonorum filijsam, veniant etiam eius bona profectitia? Respon. quod non, Et hoc nemo dubitat, ut dicit Ruin. consil. 24. num. 5. lib. 5. Hanc etiam dicit esse communem opi. Cur. Sen. consil. 59. num. 12. Soc. l. un. in d. consil. 77. num. 6. Si manhas de hæreticis, cap. 9. num. 14. Cum enim talia bona sint pleno iure patris, tū quo ad proprietatem, quam quo ad usumfructum, dicuntur respectu filij esse bona aliena, Et ideo in bonorum suorum confiscatione nullo modo comprehendendi possunt.

Sed quid in aduenticijs? Respon. q̄ nec ipsa ueniunt in confiscatione bonorum, secundū Bar. in l. si finita. §. si de ue. & galibus, num. 12. ff. de damno infesto, quem sequuntur communiter omnes, ut dicit Paris. consilio 159. numero 1. lib. 4. quem refert Didac. libro 2. resolutio-num, cap. 8. post numerū 7. versū. Ex his patet, Hanc etiam dicit esse communem opin. Curt. Sen. in dicto consilio 59. num. 12. Ruin. in dicto consil. 24. num. 6. Hoc autem sine difficultate procedit, quādo pater i huiusmodi bonis aduenticijs habere usumfructum, Et ita hoc casu iudicatum iur per Capellam Tholo. decis. 120. item fuit quaesitum. Ceterum est enim, quod filius de huiusmodi bonis, etiam quoad nudam proprietatem, non potest alienando, neque testando disponere, merito neque etiam delinquendo potest debet ea in fiscum transerre. Ceterum in illis casibus, in quibus pater nō habet usumfructum in peculio aduenticio (secundum aliquos) publicatis bonis filij, etiam illud peculium publicatum censetur, Et hanc esse communem opi. dicit Ruin. in d. consil. 24. num. 6. prout illum refert Gigas de crim. l. 1. de Matef. fol. 126. q. 11. in ti. ex quo enim potest filius de eis libere disponere, potest etiam, delinquendo, ea fisco applicare, & licet de eis testari non possit ut dixi supra li. 3. §. Testamentum, q. 18. versū. Vera igitur, potest tamen alio modo, q̄ per testamentum ea pleno iure alienare, & ideo poterunt hoc casu confiscari. Sed certe quidquid dicat Gigas in loco præallegato, hæc con-

clutio maximam habet difficultatem. Si enim non confiscatur peculium castrêse, ut dixi infra statim, uerf. Quæro etiam, de quo potest filius a testari, ut dixi in al legata q. 18. uerf. Scias tamen, & inter uinos pleno iure libere disponere, ut dixi supra lib. 2. §. Filius, Multo magis deberet confiscari huiusmodi peculium aduê titatæ, neque Ruin. in loco per Gigan. al legato attestatur hanc esse communem opin. nisi vt ego supra retuli. Et ideo si casus contingeret, forte iudicarem contra fiscum, per ea quæ dixi in d. uerf. Quæro etiam. Vide quæ dixi infra q. 86. uerf. Secundo inferitur.

Quæro etiam quid in peculio castrêsi? Respond. quod neque ipsum uenit in confiscatione bonorum, ut est text. in l. 3. C. de bo. præscrip. secundum intellectum, qui est magis communis, teste Ale. in l. 3. §. si filius, num. 3. ff. quod quisque iuris, quem refert Dec. ibi, num. 4. & Simancas in d. c. 9. num. 14. Hanc etiam opin. dicit esse communem Paris. in allegato consil. 157. num. 36. quem refert Didacus in d. cap. 8. post. nume. 7. uerf. Hinc apparet, Boff. in tit. de bonorum public. post. numero 71. Et hic est casus valde notabilis in quo licet quis possit, contraheudo, & testando, libere de bonis suis disponere, non autem delinquendo ea transfert in fiscum. Ratio autem est, prærogatiua patriæ potestatis, propter quam pater præfertur fisco. Et ideo propter hanc rationem teneo, quod etiam in aduenticijs, de quibus filius libere potest disponere, præter præferatur fisco, ut dixi super statim, uerficulo, Sed quid in aduenticijs.

Quæro nunc, quid e contra, nunquid publicatis bonis patris, censetur publicatum peculium profectitium filij? Respõ. quod non, & est communis opin. ut attestatur Salic. in l. si quis, post. uerf. si quid etiam, num. 3. C. de bon. profer. Quem ad q. fiscali 19. Quod tamen intellige ut procedat, nisi pater ex ipsa condemnatione amitteret etiam patriam potestatem; nam eo casu huiusmodi peculium transfert in fiscum. Et hæc est communis opin. ut dicit Boff. in tit. de bonor. publ. num.

71. in fi. An autem pater bannitus amittat patriam potestatem, dixi supra, q. 71. uerf. Successiue quæro.

Quæro si bona mulieris publicentur ex eius delicto, an etiam confiscentur eius dos? Respon. quod si delictum commissum fuerit per eam soluto matrimonio, proculdubio confiscatur, & est communis opin. attestatur Nellus de bannit. in prima parte secundi temporis, quæ est. 28. quem refert Aug. ad Ang. de malef. in uerbo, & eius bona, sub. nu. 29. Constante autem matrimonio, bona uxoris non publicantur, nisi in quinque casibus, Et ita tenent communiter Doctores, ut dicit Ant. Gontz. super l. 78. Tauri, nume. 1. & est tex. in l. quinque legibus, ff. de bonis damnat. Et in illis casibus scilicet cum alijs eius bonis etiam dos ipsa confiscatur, & ita communiter tenetur, ut dicit Nell. in loco præallegato, quem refert Boff. in tit. de bonorum publ. num. 73. Publicatis autem bonis mariti, dos ipsa nõ publicatur, sed statim secuta condemnatione potest uxor illam reueterere, & hoc etiam si ipsa sequeretur uirum, qui esset de rebellionem condemnatus, prout refert iudicatum fuisse per magistratum Boff. in loco præallegato, num. 65. in fin. Quod est notandum, quia sententiæ quæ feruntur per hanc magistratum in casibus confiscationum inter fiscum, & priuatos, sunt tantæ auctoritatis, ut ab eis, non possit appellari, nec de nullitate dici, nec supplicari, nec in reuerti substitutio peti. Et licet à sententijs latis per senatum possit peti reuocatio coram eodem senatu, facta depositio centum aureorum, tamen contra sententias huius magistratus, ex ordinibus, huius Ducatus nullum fuit relictum remedium nec filco, nec priuatis, & scias, quod hoc casu non seruat filijs legitima, ut dixi infra, uerf. Videndum est.

Solet etiam sepe dubitari, nunquid in confiscatione bonorum ueniant bona alienata per ipsum delinquentem ante confiscationem? Scias igitur in hoc articulo esse distinguendum, nam Aut alienatio facta est a delincente ante crimen commissum, & hoc casu si nulla subest suspicio si audis, talis alienatio ualet, & tenet, licet postea

postea delinquat, & contra eum sequatur sententia condonatoria, si uero appareat fraus uere, vel præsumptiue, ualet quidè alienatio, sed à fisco postea reuocatur, Et hæc est communis opin. ut dicit Picus in l. post contractum, nu. 11. ff. de donatio. quem refert Boff. in tit. de bonorum publ. post. nume. 43. Tenetur tamen ex eo casu fiscus emptori pretium restituere, & hæc est communis opi. ut dicit Picus in loco præallegato, quem refert Boff. in tit. præallegato, post. num. 45.

Fraus autem hoc casu probatur per cõiecturas, Et est communis opi. ut dicit Picus in loco præallegato, post. nu. 12. uerf. 2. conclusio, Pura si talis alienatio fuerit omnium bonorum suorum, Et est communis opin. ut dicit Picus in loco præallegato, post. nume. 7. uerf. c. quarta conclusio, quem refert Boff. in tit. præallegato, num. 45. Et hoc etiam si delictum ipsum ex interuallo securum fuerit, dummodo tempore donationis subisset causa propter quam delictum postea commissum fuerit, Vel si tempore alienationis habebat inimicitias capitales, Et est communis opi. ut dicit Picus in loco præallegato, nume. 17. Vel si post alienationem iterit in possessione rei alienatæ, hoc enim faceret præsumi alienationem fuisse simulatam, Et est communis opi. ut dicit Picus in d. l. post contractum, nu. 23. Quod tamen intellige, dummodo tempore alienationis subisset causa, propter quam delictum fuerit commissum, alias secus, Et ita tenetur in practica, ut attestatur Boff. in titulo præallegato, post. num. 49. uerf. & intelligitur, Pariter etiam si alienatio facta fuisset in occulto, ex hoc præsumere tur fraus, Et est communis opin. ut dicit Picus in loco præallegato, post. num. 26. Vel si facta fuerit in personam sanguine coniunctam, secundum Bart. in ea. l. post contractum, Et hæc coniectura tenetur in practica, ut dicit Picus ibi, quæ refert Boff. in tit. præallegato, num. 46. Vel si delictum incontinet post alienationem fecutum fuerit, secundum Bar. in ea. l. post contractum, quem omnes sequuntur, ut dicit Sigismund. conf. feudali 21. num. 1. Hanc etiam dicit esse communem Picus

in loco præallegato, num. 28. quem refert Boff. in tit. præallegato, post. nu. 51. uerf. quinta est.

Cæterum post commissum delictum, regulariter etiã ualet alienatio ante sententiam facta titulo oneroso, neque reuocantur alienata, nisi appareat contrahentem fuisse participem fraudis, & hoc tenetur cõmuniter per oes, ut dicit Ange. in l. si quis, num. 4. C. de bo. proscript. Sed hoc intellige ut procedat, ubi delictum sit tale, in quo bona ipso iure non confiscantur, neque interdicta est delinquenti bonorum suorum administratio, & de fraude non appareat, Et est communis opin. ut dicit Picus in loco præallegato, nu. 38. Qui autem sint casus, in quibus bona ipso iure confiscantur, dixi supra in prin. quæst. Interdicitur autem bonorum administratio in crimine heresis, læsæ Maiest. & sodomiz, ut dixi supra hoc eo. lib. §. Hæresis, uerf. Item bona, & §. Læsæ Maiest. uerf. Præterea licet, & §. Sodomiz, uerf. Item sodomiz, Vbi uero bona delinquentis ex eo crimine ipso iure, & facto publicantur tunc alienatio ab eo facta post crimen commissum, est ipso iure nulla, neque erit opus aliqua reuocatoria, Et est communis opi. ut dicit Picus in loco præallegato, post. nu. 77. uerf. circa secundum tempus.

Et hæc omnia locum habent, non tantum si alienatio fiat post delictum, sed et si fiat post accusationem, antequam lis contestetur, quinimo etiam si fiat post litis contestationem, & est communis opi. ut dicit Picus in loco præallegato, nu. 39. in princ. & uerf. circa quartum. Bene uerum est, quod omnis alienatio, quæ fit à delincente post accusationem cõtra eum institutã, in dubio præsumitur facta metu poenæ, & est communis opinio, ut dicit Picus in d. l. post contractum, post. nu. 39. uerf. alia differentia.

Si uero alienatio fiat à delinquenti, post sententiam condemnatoriam cõtra eum latam, tunc talis sententia fuerit per appellationem suspensa, ualet quidè alienatio facta pendente appellatione, sed postea secuta confirmatione sententiæ, officio iudicis reuocatur. Si uero sententia

sententia per appellationsē suspensa non fuerit, alienatio ipsa nihil valet, Et est cōmunis opin. vt dicit Picus in loco præallegato, post nu. 39. versic. quintum. Et in hoc proposito scias, q̄ in illis casibus, in quibus alienatio valet, sed postea potest per fiscum reuocari nō potest executor fiscali samouere possessores à possessione rerum, quas si delinquente acquisiuerunt, sed debet actionem reuocatoriam intendere, ita ut ordinarie de ipsa reuocatione cognoscatur, Et est communis opin. ut dicit Picus in loco præallegato, num. 43.

Scias etiam, quod debitor delinquens potest quandoque dare de bonis suis insolutum suis creditoribus, Et est communis opin. ut dicit Picus in d.l. post contra eum, num. 41.

Contingit aliquando, q̄ delinquens permutat aliqua bona, aut uendit, & precium conuertit in emptionem aliorum bonorum, Quæro, nunquid illa bona acquisita veniant in confiscatione bonorum, & etiam ea, quæ ante permutationē, seu uenditionem erant ipsius delinquentis? Respond. quod si reus post delictum permutat bona, vel uendit, & bona permutata, uel precium bonorum uenditorum, uel alia res æquiualens empta ex precio reperitur in bonis confiscatis, nō debent molestari possessores priorum bonorum, que delinquens alienauit, ita colligi videt ex tex. in l. Imperator. §. fin. de leg. 2. & est communis opin. vt attestatur Quemada quæ est. §. 1. 7. Videtur enim precium, uel res acquisita subrogari loco rei alienate, ita vt non possit fiscus uelle idē bis consequi, Et secundum hanc opinionem, fuit aliquando iudicatum in hoc magistratu, Quam tñ intellige ut procedat, nisi fraus interuenierit: nam eo casu potest fiscus, omniō precio, uel re acquisita, rem alienatam recuperare, iuxta ea quæ superius dicta sunt.

Item in fiscum transeunt secuta confiscatione omnes obligationes, Et hoc est communis omnium sententia, vt dicit Calcan. consil. 66. num. 4. in fin. Adde, q̄ transit in fiscum nō modo ciuilib obligatio, sed etiam naturalis, & ita communiter tenetur, vt dicit Imo. in l. si debitori,

in fi. principij. ff. de fideiussio. Scias tamē q̄ iura conditionalia non transeunt in fiscum, ita dicit gl. in l. non ad ea, in verbo, Præfens. ff. de cond. & demoti. quam Doctores sequuntur, vt attestatur Quemada quæst. fiscali 10. Et quod obligationes conditionales passiuæ non transeunt in fiscum, dicit esse communem opin. Iaf. in l. si quis arbitratu, post nume. 29. ff. de verb. oblig. quem refert Bossius in tit. de bonorum publi. num. 14. Et ex hoc inferitur, q̄ si fuerint alicui legata alimenta, & ille fuerit bannitus, & eius bona confiscata, tale legatum non transit in fiscum, ne que etiam durante uita ipsius condemnati, & ita refert iudicatum fuisse Boss. in d. tit. de bonorum publica. num. 22. tale enim legatum dicitur conditionale, vt dixi supra lib. 3. §. Legatum, merito non transit in fiscum.

Vterius quæro, nunquid in confiscatione veniant bona futura, id est acquisita post confiscationem? Respond. q̄ non, sed, veniunt tantum ea, quæ delinquens habet tempore publicationis, & est communis opinio, vt dicit Nellus de bannitis in prima parte secundi temporis, nu. 18. quem refert Practi. Conradi fol. 430. nu. 4. in fin. Curt. Sen. in dicto consil. 59. post num. 13. versic. consequenter, Iaf. in l. si stipulatus fuerim. §. cura stipulamur, num. 6. ff. de verb. obli. Hanc etiam dicit esse communem regulam Boss. in d. tit. de bonorum public. post nume. 80. In hoc Ducatu adest decretum confiscans omnia bona delinquentium ab ipso die commissi delicti: nisi hominus seruator, quod etiam, ea, que acquirunt post delictū vtique ad confiscationis sententiam que à iudice profertur, veniunt et in ipsa confiscatione, & ita absque controuersia feruari attestatur Boss. in loco præallegato, numero 80. in fin. In bonis autem quæstis post confiscationem quomodocumque fiscus ea apprehenderit, uel habeat penes se, illa recinet tanquam legitimus, & iustus occupator, ex quo sunt bona banniti. Si vero reperiantur penes alium, credo, q̄ forte non possit fiscus ea petere, sed q̄ deberent remanere prius occupati, & in hanc sententiā visus fuit inclina

rc

re magistratus in causa bonorum cuiusdam capitanei Amadi Theutonici, licet alij etiam ex fundamentis motus fuerit ad iudicandum contra fiscum.

Sæpe contingit, quod tempore confiscationis delata est hæreditas delinquenti, nūquid secuta confiscatione ius ad eam illam hæreditatem transit in fiscum? Respond. In hoc articulo uariæ fuerunt scribentium opin. nam aliqui tenuerunt q̄ sic, & dicit Ruin. cont. 23. num. 2. lib. 5. q̄ uidetur esse communis opin. q̄ deportatus intra annum à die lateræ hæreditas illam transmittit in fiscum, secus autem si post annum fuisset deportatus. Multi uero tenuerunt contrariū, quod scilicet illam non transmittat, Et hanc opin. dicit uideri magis communem, saltem in bannito, qui possit retinere ius ad eam d. Ru. in eod. consil. 73. numer. 26. Tu uero dic, quod Ant illud ius ad eam est tale, quod transit etiam in extraneos hæredes, & trāsit etiam in fiscum, Aut uero non trāsit ad extraneos hæredes, & neque etiam trāsit in fiscum, Et ita tenent communiter Doctores, ut dicit Iason. in l. si quis mihi nona. §. seruus muuicipiū, circa fin. ff. de acquir. hæred.

Videndum est etiam, nūquid facta bonorum confiscatione, referretur filiis aliqua portio bonorum? Resp. Secundum iura digitorum referuabatur filiis dimidia pars bonorum, & hoc ex gratia, & clementia principis, ut dicit tex. in l. 1. in fi. & in l. si ff. de bon. dam. hodie tamen hoc in practica non seruat, ut dicit Chass. su per consue. Burg. fol. 89. nume. 16. nā ubi ex aliqua lege, uel statuto bonorum confiscatio imponitur, omnia bona confiscantur nulla portione liberis referuata. Sed certe apud nos referuatur filiis legitima, prout etiam esse de iure obseruandum, etiam p̄ per statutū simpliciter, & absq̄ ulla referuacione imponat pena confiscationis bonorum, consiluit, & ostendit esse magis communem opin. Roland. consil. 97. maxime post num. 29. lib. 2. non tamen referuatur dimidia, sed illa tantum pars, quæ filiis regulariter debetur in bonis patris. Scias tamē, q̄ in bonis matris quando confiscantur per eius delictum,

filij nihil debet habere, vt est tex. in l. de bonis matris. C. de bon. profertur. Et hanc conclusionem indistincte approbant Doctores, vt dicit August. ad Ang. de malef. in verbo, Et eius bona, sub nume. 28. A n autē filius exheredatus, uel ingressus religionem incapax, uel filia exclusa a statuto faciant partem in cōputatione legitime, uidentur sunt ea, que dixi supra libro 3. §. Legitima.

Ued hic quæro, nunquid sententia publicationis bonorum trahat ad bona sita extra territorium iudicis confiscantis? Respond. quod sic, & est communis opin. legistarum, & canon. vt dicit Roma. sing. 271. licet magna, quem refert August. ad Angel. de malef. in verbo, Et eius bona, num. 7. in fin. relatus per Practi. Conradi, fol. 438. col. 1. Hanc etiam dicit esse communem sententiam Doctorū A rto. Epit. 75. meminimus. Bona autem ipsa applicant domino, in cuius iurisdictione sita sunt, & est communis opin. vt dicit Bru. consil. 31. feudali, numero 15. Et dicit Roland. consilio 78. num. 14. lib. 2. quod hæc cōclusio est magis communiter recepta. Hoc tamen intellige ut procedat, dum modo ille dominus habeat etiam ipse ius confiscationis bonorum, aliās secus, Et hæc est communis opin. legistarum, ut dicit Roma. in loco præalleg. quem refert, & sequitur Afa. decit. 282. numero 16. Item intellige ut procedat, modo confiscatio fiat secundum dispositionem iuris cōmunis: alias enim si fieret ex statuto uel lege speciali, non extenderetur ad bona sita extra territorium, in quo uigetur illa lex, uel statutū, etiam quod esset idē dominus utriusque territorij, & scidēdem fiscus, ita dicit Bartol. in l. cunctos populos, in fin. C. de summa Trinita. & est communis opin. ut attestatur Boss. in tit. de bonorum publicatione numero 62. Illam etiam decit Bar. dicit esse communiter approbatam Cephal. consil. 79. numero 15. lib. 1. Sed certe quando huiusmodi territoria essent tunc crederem omnia bona fibi applicari, secus tamen si essent tunc diuersis praesidiis, & ita in hoc ducatu uidi plerumque obseruari. Inter-

Intellige etiam, vt procedat in bonis im-  
mobilibus: sed bona mobilia non circū-  
scribuntur territorio, & ideo applicant  
domino iudicis confiscantis, etiam si sint  
extra illius territorij, Ita tenuit Bal. in  
l. mercatores, numer. r. c. de commer. &  
mercat. Et licet idem Bal. in c. r. in prin-  
cip. nu. 6. de pace tenenda, tenuerit con-  
trarium: tamen opi. Bald. in d. l. merca-  
tores, est magis approbata, vt dicit Cara  
uita super ritu r. 32. magnę curiæ, nu. 3.  
& seq. quam tamen ego in practica nun-  
quam vidi obseruari.

Sed quaro, an hoc casu creditores v-  
nius territorij, & domini, p̄fus separati  
possint agere contra fiscū alterius terri-  
torij, cui bona ipsius delinquentis sunt  
confiscata? Respond. quod non, & fuit  
opi. Cy. quam dicit esse communem Au-  
gust. ad Angel. de malefic. in verbo. Et  
eius bona, nu. 9. aliis de facili posset fieri  
fraus fisco, vt scilicet omnes creditores  
condemnatii agerent contra bona sita in  
territorio condemnantis, omissis bonis  
sitis in alio territorio, quod nullo modo  
est dicendum. Bene verum est, q̄ si bona  
vnius territorij non sufficerent, eo casu  
ne creditoribus iura sua perierent esset  
eis satisfaciendum ex sitis in alio terri-  
torio, & ita pluries conclusum fuit & ser-  
uatum in hoc magistratu. Et nota in hoc  
pposito, q̄ in causis creditorum agentium  
contra fiscum, debet procedi summarie  
& sine dilatione licet (ut dicit Sal. in l. si  
quis, post num. r. in fi. c. de bon. profer.  
iudices moderni studētes magis placere  
uoluntati rapientium, quam rationi iuris  
& equitati seruent, contrariū in anima  
rum iuram detrimentum. Quod tamē  
dici non potest in hoc magistratu, cuius  
ego sum p̄fēs, in quo ex prerogatiua illa  
data in eius erectione, proceditur sola fa-  
cti veritate inspecta, & causa creditorū  
fisci expeditur cum summa & gratia ra-  
tione, & maxima celeritate.

Sed an teneatur fiscus ad quem perue-  
niunt bona confiscata, satisfacere omni-  
bus creditoribus condemnati? Respō. q̄  
quando fiscus capit bona tanquā confi-  
scata, teneatur ad onera legatorū & fidei  
commissorum, & creditoribus heredita-

rijs, quasi hæres, & habet loco hæredis,  
secundum glo. in l. non intelligitur §. cū  
ex causa, in verbo, Pertinet. ff. de iure fi-  
lii, & est communis opi. vt dicit Craue-  
ta consil. 265. nume. 7. Et sic teneatur per-  
soluere omnia debita condemnati. Et  
hanc dicit esse communem opin. Alber.  
in l. actione §. publicat. ff. pro focio. Sed  
quando capit bona vt vacantia, eo casu  
non teneatur ad legata, neq; ad fideicom-  
missa. Et ista sententia est communiter  
recepta, vt attestatur Ripa in l. ex facto  
§. ex facto, post nu. 6. ff. ad Trebel. Quan-  
do autem bona deferantur ad fiscum ex  
successorio edicto, scilicet deficientibus  
alijs successoribus, iuxta ea que dixi §. lib.  
3. fuerunt opi. inter doctores, an eo casu  
teneatur fiscus ad onera legatorum & fi-  
deicommissorum, nam Bal. in l. eam quā  
nu. 5. in fi. c. de fideicom. tenuit quod sic  
& dixit Salic. in l. vnica §. pen. nu. 39. c.  
de caducis tollen. quod ita communiter  
teneatur. Contrariam autem sententiam,  
q̄ scilicet nō teneatur, multi secuti sunt  
Et hanc dicit cōmuniter teneri Clan. in  
l. refulcare §. si fisco, nu. 3. ff. ad Trebe. as-  
serens, q̄ Salic. in loco p̄allegato male  
dixit, & reuera credo hanc opi. esse ma-  
gis communem, & in practica obseruari  
& ideo ab ea non putarem in iudicando  
esse recedendum.

Vnum scias, quod in omnem casum,  
quādo fiscus succedit alicui, siue tanquā  
in bonis vacantibus, siue ex confiscatio-  
ne, nunquam teneatur vltra vires h̄redi-  
tarias, etiam si non confecerit inuenta-  
rium, & est communis opin. vt dicit Sal.  
in l. scimus. in prin. nu. r. c. de iur. dele.  
Apostil. ad abb. in ca. r. in fi. verbo, H̄-  
reditarias de solutio.

Vidi quandoq; dubitari, an aliquo ca-  
su fiscus p̄feratur creditoribus delin-  
quentis, Veritas est, quod p̄feratur credi-  
toribus delinquentis ex delicto, etiam in  
penis pecuniarijs, non tamen p̄feratur  
eius creditoribus ex contractu, Et est com-  
munis opi. vt attestat Ouid. lib. r. retol.  
c. 16. post num. 8. In francia tamen serua-  
tur, q̄ quando ex eodem delicto, & ex ear-  
dem sententia pars p̄tendens interesse,  
& fiscus pariani, concurrunt, p̄feratur  
pars

pars pro interesse, & emenda damni, ut at-  
testatur Papa. lib. 24. tit. 16. Arresto prin-  
mo dicens ita fuisse iudicatum in parla-  
mento Parisiensi.

Sed hic incidenter quero, nunquid fi-  
scus habeat bona delinquentis tacite ob-  
ligata, uel hypothecata? Respond. Aliqui  
dicunt simpliciter quod non, & hanc di-  
cit esse plurimorum sententiam Fulgo. cō  
fi. r. 79. nu. 3. Hanc etiam opi. dicit esse cō-  
munem Salic. in d. l. si quis post, post nu.  
7. c. de bon. p̄scrip. Boss. in ti. de bono-  
rum publ. numer. 81. Tu uero dic, quod  
Aut loquimur ante delictū commissum  
& tunc certum est, quod non habet in eis  
aliquam hypothecam, Et hæc est commu-  
nis opin. ut dicit Butr. consil. 61. nume. 3.  
Picus in repet. l. post contractum. numer.  
40. ff. de donatio. Aut loquimur post deli-  
ctum commissum, antequam inchoatum  
sit iudicium criminale, & pariter dicen-  
dum est, q̄ nullam habet hypothecam. Et  
est communis opi. ut dicit Alexand. in l.  
rescriptum, in prin. numero 8. ff. de pac.  
Aut loquimur post sententiam, & dic, q̄  
a die latę sententię habet fiscus bona delin-  
quentis hypotheca, Et est communis  
opin. ut dicit Aug. ad Ang. de malefic. in  
verbo, Dicitur sempronium, sub nu-  
mer. 11.

## QVAEST. LXXIX.

## SVMMARIVM.

De pena confiscationis certa partis bonorum  
vel aliquarum rerum.

Stuprum committens punitur in dimidia parte  
bonorum, versiculo. Stuprum commit-  
tens. Remissive.

Arma noua, qua quis uandiderit, aut emerit  
fisco applicantur, vers. Arma noua.

Domus priuatorum, in quibus sunt sacra my-  
steria, fisco applicantur, vers. Domus  
priuatorum.

Item domus edificata iuxta aliam domum, nō  
dimisso spacio 15. pedum, fisco applicantur,  
vers. Si quis edificat.

Locus, in quo edificatur sepulchrum in ciuita-  
te fisco applicatur, versiculo. Locus in  
quo.

Bona pro quibus quis accommodat fidem de-  
functo de eis restituendis alicui incapaci  
fisco applicantur, vers. Quando he-  
res.

Hæres non iudicante necem defuncti, heredi-  
tas fisco applicatur, vers. Item quan-  
do.

Hæreditas per metum alicui relicta, fisco ap-  
plicatur, vers. Si testator.

**V**ISVM est de pena confi-  
scationis omnium bono-  
rum, uideamus nunc de  
ijs casibus in quibus nō  
omnium bonorum, sed  
alicuius partis pena im-  
ponit. Scias autem, q̄ quandoque imponi-  
tur p̄na certę partis bonorum, puta di-  
midie, aut tertie, aut alterius quotę par-  
tis, quandoque neque omnia bona delin-  
quentis, neque certa eorum pars fisco ap-  
plicatur, sed solummodo certa bona, nos  
uero hos omnes casus simul prosequemur.

Stuprum cōmittens condemnatur in  
dimidia parte bonorum, Dixi supra hoc  
eod. lib. §. stuprum, vers. sed quaro.

Arma noua, que quis fecerit, uendide-  
rit, aut emerit, fisco applicantur ut in  
auct. de armis. scias tamen, quod illa cō-  
stitutio non seruatur de consuetudine, ut  
attestatur Bar. in l. r. num. r. ff. ad legem  
Iul. de ui pub. quem refert stracca de mer-  
cator, fol. 114. num. 10. Alber. in ead. l. r.  
num. 3. in fin. Alcia. in l. armorum, ff. de  
verb. sign. Calic. in Margarita fisci, f. 64.  
uers. 337. casus. sed qualibet ciuitas uel  
provincia habet in hoc sua specialia sta-  
tuta uel consuetudines, de quibus dixi in  
fra. q. 82. stat. 6.

Domus priuatorum, in quibus sunt sa-  
era mysteria, fisco applicant, ut est tex. in  
§. sciant. in auct. ut in priuatis domibus  
collat. quinta, intellige sine licentia epi-  
scopi, uel eius uicarii, & ita seruatur p̄ uni-  
uersum orbem, ut dicit Calic. in Marg. fi-  
sci, fol. 41. vers. 82. casus.

Si quis edificat demum iuxta aliam  
domum.

domam publicam, uel priuatam, non dimisso spacio 15. pedum, domus fit co applicatur. l. pen. C. de adif. priu. Scias tñ, quod illa lex non feruatur, ut dicit gl. fin. ibi, & refert Calic. in Marg. fisci, fol. 50. vers. 200. casus.

Locus in quo quis sepulchrum in ciuitate adificat, conficitur. l. prator ait. §. Diuus ff. de sepul. vno. Scias tamen, quod istud de consuetudine non feruatur, ut dicit Calic. in Marga. fisci, fol. 65. vers. 356. casus. Fiunt enim quotidie non modo in ciuitatibus, sed etiam in cœmeterijs ecclesiarum, imo in ipsis etiam ecclesijs sepulchra priuatorum, & q̄ hodie p̄mittat etiam in corpore ipsius ecclesie mortuos sepeliri, attestatur Remigius de immuni. eccl. fol. 8. num. 4. Ita etiam hodie feruari dicit summa Angelica in verbo, immunitas, q. 6. quem refert Remig. in loco p̄allegato, fol. 44. in fin. & est omnibus notissimum.

Quando hæres tacite accommodat fidem defuncto, de restituenda hereditate alicui incapaci, puta filio spurio, aufertur tanquam ab indigno, & applicatur fitco. l. eum qui. ff. de his quibus vt indign. ut in casu in quo consuluit Bologn. consil. 24. Scias tamen, q̄ ille, qui fuit institutus hæres a patre filij spurij, potest talem hereditatem, sibi obuentam, ipsi spurio testatoris in testamento relinquere, neque id p̄sumetur factum in fraudem, ut dixi supra li. 3. §. Testamentum, q. 31. uers. Sed pone, si tamen probari possit, q̄ ille defuncto fidem accommodasset tunc fitco possit auferre, ut in casu in quo consuluit Soci. consil. 84. lib. 4.

Item quando hæres non uindicauit necem defuncti, priuilegium adiret hereditatem, fitcus illam ad eo aufert, tãquam ab indigno. l. h. gredem ff. de his quib. ut indign. l. r. C. eod. tit. Scias tamen, q̄ de consuetudine illa p̄na non feruatur, sed p̄ fitcus abijt in delictuinem, & recessit ab aula, ut attestatur Folle. in pract. crim. ca. no. 10. nu. 32. & seq. Imo quotidie hæreses remittit occisores, bus defuncti, & cū eis pacem faciunt, esset enim, ista lex nutritiua peccati, si per eum impeditur pax, & concordi, & iniuriarum remissio.

Si testator ductus fuerit metu ut aliquem institueret, hereditas ab eo aufertur, & fitco applicatur, ut traditur in l. fin. ff. si quis aliquem testari prohib. & est communis opin. ut attestatur Boss. in titu. de his qui prohibent aliquem testari, nume. 4. Hoc tamen intellige, ut procedat, quãdo talis institutus erat defuncto proximior in gradu, & sic successurus ab intestato. Ceteru, si adesset alius proximior, uel etiam in pari gradu cum instituto, eo casu hereditas non applicatur fitco, sed ad istum proximiorum, uel æqualem in gradu deuoluitur, & ita tenet Doctores, ut attestatur Chass. super consil. Burg. fol. 89. vers. 27. casus est. Qua autem p̄na fit puniendus compellens aliquem testari. dixi infra q. 83. vers. Compellens aliquem.

## QVAEST. LXXX. SUMMARIVM.

*De pœnis pecuniarijs.*

*Casus in quibus pœna pecuniaria est à iure imposita, qui sint ibid. Remissio.*

*Bladum emens casu reuendendi punitur in viginti aureis. uers. Bladum emens.*

*Miles aliquid accipiens ab hospite, in cuius domo hospitatur, punitur in decem libris auri. uers. Miles, metator.*

*Dos mulieris contrahentis matrimonium scienter in casu prohibito fitco applicatur. uers. Dos mulieris.*

*Prelati an possint interponere clericis pœnas pecuniarias. uers. In hac autem.*

*Seruus an possit condemnari in pœnam pecuniariam. uers. Item quæro.*

*Condemnatus an teneatur pœnam fitco persolvere in foro conscientie. uers. Sicut. Sed hic incidenter.*



Vandoq; etiã non certa aliqua bona fitco applicant, sed delinquenti certa pœna pecuniaria imponit, ut in casibus quos enumerat Calic. in Marg. fisci, ubi supra, & Fab. in pract. arb. fol. 419. & alijs seq.

Bladum

Bladum emens causa reuendendi, vt per nuria. sequatur, punitur in viginti aureis l. 2. ff. ad leg. iul. de anno. Sed certe hodie hoc non feruatur, illud communiter fit, maxime in Burgundia, vt dicit Chass. in loco p̄allegato, fol. 91. versiculo 51. est casus.

Miles, metator, vel menfor, qui aliquid accipit ab hospite, in cuius domo hospitatur, punitur in decem libris auri, vt est text. in l. deuotum, C. de metat. & epide. li. 12. Sed hoc male obseruatur, vt dicit Bolen. in repe. l. capitalium. §. famosis. post nume. 89. ff. de pœnis, & dicit Lucas de Penna in e. l. deuotum, in primis uerbis, q̄ illa lex pulchra & bona est, sed ob neglectum iustitię, peccata prouincialium, & nequitiam militum male feruatur. Dicit etiam idem Ducas de Penna in l. hoc prospectum, eo. tit. de metat. ubi iubetur militibus, vt in hospitis non horribiles, nec superbi, sed humiles manere debeant, quod illam legem maxime Theutonici, & Neapolitani, qui arrogantiam imitantur eorum, pessime feruant, & quod non modo a dominis ædium balnea postulant, contra expressam dispositionem illius legis, sed etiam luminaria, confectiones, & quęcumque utilia, nedum postulant, quin etiam rapiunt, & extorquent, quod bene nouit infelix Lombardia iam tot annis militum hospitalionibus & extorsionibus, exposita.

Dos mulieris scientis factum, ex quo nascitur impedimentum matrimonij, & tamen contrahentis matrimonium in casu a iure prohibito, licet errauerit in iure, si matrimonium fuerit carnali copula consummatum, applicatur fitco, & ita tenet gl. in l. si. in uerbo, Nupt. ff. de constit. sine causa, & est communis opin. vt dicit Abb. in c. & nequasse, nu. 7. de donatio inter uirum, & uxorem, prout illum refert Bello. consil. 84. nu. 3.

In hac autem materia pœnarum pecuniarum quæro, nunquid prelatus possit imponere clericis pœnas pecuniarias pro delicto? Respon. q̄ sic, & est communis conclusio, vt dicit Abb. in cap. vt clericorum, nume. 10. de uita, & honestate cleric. nam hodie episcopi de generali

consuetudine habent fitcum, vt dicit l. rã. de Paninis, quem refert Diaz in pract. crim. canon. capit. 134. numero 2. Hanc etiam opin. dicit esse ueriores, & consuetudine roboratam Diaz. in d. pract. capit. 124. nu. 5. Hanc etiam opin. esse uisū comprobatū attestatur Felyn. in cap. irrefragabili §. j. nume. 17. in fi. de off. ord. & ideo quamuis episcopi de iure deberent p̄nas pecuniarias applicare canõg. Romanę non sine, ipsi tamen de consuetudine contrarium feruant, vt dicit Bal. in auct. Bona damnatorum, nume. 2. C. de bon. profcr. quem refert nan. in c. excommunicamus, in prin. nume. 9. de heret. & Ang. de malef. in uerbo, & eius bona, num. 30. & Parba. consil. 22. num. 12. lib. 3. & Marcus decilio. 339. num. 12. & Gomez. A rias super lege septima Lauri, nu. 75. & dicit folle. i. pract. crim. canon. fol. 68. numero 24. quod hanc opin. tenent omnes. Hanc etiam opin. dicit esse communem Didac. lib. 2. resolutionum, cap. 9. num. 17. ubi subdit, q̄ licet hæc fit communis opin. tamen id non est tenere permitendum ad explendam auaritiã episcoporum, sed vt ea, que eorum fitco fuerint delata, in vltis pios erogentur, quod tamen (ni fallor) in paucis locis feruatur.

Item quæro, nunquid seruus possit in pœnam pecuniariam condemnari? Respon. Gloss. in l. hos accusare. §. omnib. in uerbo, Quia ea lege. ff. de accus. tenuit quod non, & hæc opin. vsque ad tempora Bart. fuit communiter approbata absque vlla limitatione, vt dicit Salycet. in l. secunda, numero quarto. C. de accusation. Bartol. autem in dicto §. omnibus, numero quinto, tenuit contrarium, scilicet, q̄ in opotest seruus in pœnam pecuniariam condemnari. Sed certe magis communis opin. est contra Bartol. vt dicit Gregorius Lopus in l. 10. in litera J, quem refert, & sequitur plac. libr. 1. delictorum, nu. 78. in fi.

Sed hic incidenter quæro, nunquid committens delictum, pro quo a lege fit imposita aliqua pœna pecuniaria, vel soluenda fitco, vel danda parti, teneatur in foro conscientie illam persolvere? Respon. d. quod non, Ita tenuit gloss. in capi. fraternitas,

nitas, in gl. fin. 12. quaest. secunda quam dicit esse communiter approbatam Menchiaca in prima parte de testa §. 10. num. 662. Hanc etiam dicit esse communem opin. Berous, in cap. 1. num. 232. & seq. de constit. & in c. dilecti filij, numero 61. de arbit. & in c. quoniam contra, numero 226. de probatio. Gomez in §. ex maleficijs, numero 14. instituit de actio. Didac. super quarto decr. fol. 94. col. 2. subdens, quod neque etiam theologi dissentiant ab hac communi sententia canonistarum, Bene tenetur in foro conscientiae emendare, seu rescire delictum ex eo delicto parti illatum in xta ea, qua dixi supra quaestio. 62. versicu. Vnum autem. Faciunt quae dixi supra hoc eo. lib. Furtum, ver. Est igitur. Nec dicatur, quod delinquens videatur delinquendo consentire poenae, quae a lege pro ipso delicto imponit, quia illud est contra communem opin. Doctorum, vt attestat Arius Pinellus in auct. nisi triennialis, numero 32. C. de bon. mater. Menchiaca in loco praallegato, post numerum 667. Et quod delinquens non accusatus, neque condemnatus, etiam si ipso iure per legem, vel statutum eius bona per illud delictum fisco applicentur, non teneatur in foro conscientiae bona sua fisco deferre, dicit esse communem opin. & fere ab omnibus approbatam Si mancas de hare. c. 9. nume. 27. & alijs sequen. praecipue numero 82. Et licet aliqui dixerint hoc locum non habere, quando delictum esset notorium: tamen illud dictum communiter non tenetur, vt dicit Summa Siluestrina in verbo, Poena, quaest. 25. numero 1. Et ab hac conclusione non recedas in iudicando.

## QVAESTIO. LXXXI.

## SUMMARIVM.

De poena talionis.

Et quid si accusator sit persona honestior, quam reus, versu. Sed pone.

Et an haec poena talionis hodie sit sublata versu. Sed quero.

**N**ON est etiam omitenda poena talionis, à iure communi introducta aduersus accusatores, qui calumniantur, & in probatione deficiunt, quae quidem est similitudo supplicij, & inferendum esset reo, si de crimine ipso convictus fuisset.

Sed pone, quod accusator sit persona honestior quam reus, ita quod pro eodem crimine esset mitius puniendus, pro vt videmus in poena legis Corneliae deficiarijs, & alijs à iure digestorum impostis, in quibus honestiores mitius, quam humiliores puniuntur, nunquid accusator, qui est calumniatus, erit puniendus poena, quae pro crimine deberet imponi ipsi reo, an autem illa, quae esset imponenda ipsi accusatori? Respon. quod debet puniri ea poena, quae imponenda fuisset reo, & fuit opin. Gul. de Cui. quae communiter ab omnibus approbatur, vt dicit Alber. in l. athletas. §. calumniator, nu. 4. ff. de his qui not. inta.

Sed quero, nunquid haec poena talionis hodie sit sublata? Respon. Afflict. lib. 1. constitutionum, rubr. 23. post numerum 9. dicit, quod haec poena hodie non est sublata, & allegat l. fin. C. de accusatio. iuncta l. qui non, C. de calumniato, sed dicit sublaram esse tantummodo solemnitate subscriptionis, Breuiter si loquamur de iure, Afflic. verum dicit, quia etiam secundum iura nouissima talis poena imponitur accusatori calumniati: sed si loquamur de consuetudine, vtrique poena talionis est sublata hodie, & poenitus recessit ab aula, Ira attestantur multi ex his, qui dicunt solemnitatem subscriptionis sublaram esse a consuetudine, praesertim Ioan. Andr. Barto. Salic. Fel. Arer. quos omnes citauimus supra quaest. 12. versu. Ceterum, quos citauimus refert, & sequitur Afflic. lib. 1. constitutionum, rubr. 12. nume. 16. & rubr. 51. §. praesenti in prin. & lib. 2. rub. 13. nume. 7. Idem attestatur Albert. in l. eum quem temere, in principio, nume. 3. in ff. de iudic. & in l. seruum §. publice, post nume. 23. ff. de procur. Salic. in l. qui crimen, numero 4. C. qui accus. non poss. & in l. non ideo minus, nu. 3. C. de accus. Card. Alex. in c.

in capit. de accusatio, colum. 4. in fin. secunda quaest. octaua. Mantua centuria prima, numero 11. Blanc. in pract. crim. fol. 15. post num. 14. Carauira super ritu magne curiae 199. num. 2. Si mancas de hare. c. 62. nume. 35. Apollill. ad Bellamer. decif. 79. Villalpand. in repet. in l. 22. cap. 21. post numerum 3. & in specie illam non praeficari in Gallia attestatur Papeo lib. 24. titul. primo. Arresto tertio. Ratio autem, quare consuetudo cessauit hanc poenam, illa fuit, quia propter rigorem iustitiamodi poenae, multi se retrahebant ab accusando, atque ita delicta remanebant impunita, pauci enim reperiebantur, qui cum tanto capitis sui periculo vellent accusationes criminales proponere. & ideo consuetudo (reiectis his poenis, & difficultatibus) admisit quoscunque ad querelandum absque alia inscriptione. Ita dicit Gand. de malefic. in rubric. qualiter fiat accusatio, post numerum 6. Scias tamen, quod licet sit sublata poena talionis si aliquis faceret capi aliquem, qui esset innocens, & appareret, quod id per calumniam fecisset, ut illum decapitari faceret, forte ipse non euitaret similem poenam, & refert Bald. in l. 2. nu. 4. C. de his qui la troues, quod propter hoc decapitatus quidam Perulij, & temel vidi in facti continencia, quod quaedam Angelina Corbeta, quae accusauerat quosdam de Burris, quod illam per vim, & prepostera venere cognouissent, & deinde facta fuerat quere lam esse falsam, vix, euasisset poenam vltimi supplicij, nisi fuisset pregnans: sed hac re atteda, fuit tantummodo condemnata ad catenam infamem, 26. Augusti 1558. A. C. Et alias etiam quidam Christophorus Adornus propter falsam notificationem fuit per triennium ad trireremes condemnatus, 13. Septembris 1569. A. C.

## QVAEST. LXXXII.

## SUMMARIVM.

De poenis statutarijs.

## STATVTVN PRIMVM.

**Q**UOD villa teneatur pro damnis dactis in eius territorio. An stance hoc statuto possit damnum probari per uimentum ipsius damnium passu versu. Quero nunquid. Et quid si damnus sit datus in confinibus dorum villarum, quae villa teneatur, versu. Sed quid si damnium. Et an teneatur contribuere absentes tempore maleficij, versu. Item quero.

## STATVTVM II.

Quod bannitus possit impune offendi Respon. ne. Quod nemo det auxilium bannito. Aduocatus, & procurator intercedentes pro bannito, an incidant in poenam huius statuti, versu. Quero nunquid. Statutum puniens loquentem cum bannito, an habeat locum in ei scribente, versu. Quero si statutum. Uxor an teneatur alere virum bannitum, versu. Item quero.

## STATVTVM III.

Statutum prohibens matrimonium contrahi inter aliquas personas, an valeat, versu. Statutum prohibens. Et quid si prohibeat contrahi matrimonium cum forense, versu. Hinc inferitur. Et an valeat statutum prohibens filiam contrahere matrimonium sine consensu patris, versu. Sed nunquid. Et an valeat statutum prohibens sororem nubere sine consensu fratris, versu. Item quero. Et an valeat statutum priuans filiam dote si nubat indigno sine consensu patris, versu. Sed quero.

## STATVTVM IIII.

Ingressus possessionem alterius ex decreto iudicis in iudicio, an incidat in poenam statuti de turbata possessione, versu. Quero nunquid. Praes. Iul. Clar. C. g. Statu.

## STATVTVM. V.

*Statutum prohibens reum immobilem alienari in forensi sub pena, an valeat, uer.*  
*Statutum prohibens.*  
 & an liget clericos, uerfic. Sed quero.  
 & an stante hoc Statuto consecratur etiam prohibita heredis institutio, uerfic. Quero nunquid.  
 & an locatio, uerfic. Sed nunquid.  
 & an si forensi legata sit res immobilis, teneatur heres praestare legatario a sumationem, uerfic. Sed pone.  
 & an consecratur prohibita praescriptio, uerfic. Item quero.  
 & an ex alienatione facta contra dispositionem huius statuti, transferatur dominium, uel possessio in forensi, uerficulo, Sed quid si non obstante.  
 & an cedens forensi actionem ad rem immobilem, incidat in poenam huius statuti, uerfic. Quero etiam.  
 & an hoc statutum habeat locum in alienatione necessaria, uerficulo, Sciendum est.

## STATVTVM VI.

*Statutum puniens inuentum cum armis, an comprehendat etiam eum, qui non fuit captus cum illis, uerficulo, Quero stat statutum.*  
 & quid si puniat deprehensum, uerficulo, Sed quid si statutum.  
*Appellatione armorum an ueniant arma defensiva, uer.* Quero nunquid.  
 & an scutes, & lapides, & cultelli parui, uerfic. Et scias.  
 Si statutum prohibeat arma deferri post sonitum campanae, non puniatur illa deferens in diebus sanctis in quibus non pulsantur campanae, uerfic. Pone, in statutis.  
 Deferens arma prohibita ad usum ittheris, non est puniendus, uer. Item quero.  
 Habens domi arma prohibita, non puniatur, uerfic. Quero etiam.  
 Clerici deferentes arma prohibita, an possint a iudice laico puniri, uerficulo. Vltterius quero Remissive.  
 Portans arma prohibita, debet ea perdere, uer. Scias autem.

## STATVTVM VII.

*Statutum prohibens exportari blada extra domum an valeat, uerfic. Statutum, quod blada.*  
 & an liget forenses, uerficulo, Quero nunquid.  
 & an liget portantes per transitum, uerfic. Item quero.  
 & an liget exportantem pro usu suo, uerfic. Vltterius quero.  
 & quid si mutato deinde proposito, illud vendat, uer. Sed pone.  
 & an tale statutum liget exportantem sarnam, uer. Preterea quero.  
 & an comprehendat eum, qui non fuit deprehensum, uer. Sed hic quero.  
 & quid si deprehensus sit prius, quam exportet, sed in itinere, uerfic. Pone, quod ille,  
 & an exportans merces licitas cum illicitis, perdat etiam licitas, uerfic. Vltimo quero.

## STATVTVM VIII.

*Statutum iubens pro aliquo delicto bona alienius deuariari, an valeat, uerfic. Plerumque.*  
 & quid si delinquens habeat plures domos in communibus alijs, uerficulo, Sed quero.  
 & quid si habeat ipse partem inferiorem domus, alius superiorem, uer. Sed quid si delinquens.  
 & quid si uxor pro dote sua se opponat deuariationi, uer. Sed pone.

## STATVTVM IX.

*Statutum duplicans poenam pro maleficio, an habeat locum in blasphemia, uerficulo, Quero nunquid Remissive.*  
 Statutum duplicans poenam peccipientem in domo potestatis, an habeat locum in peccipientem in consimilibus ipsius domus, uerfic. Hoc statutum.  
 Nox quomodo intelligatur, in statuti duplicantis, poenam in maleficio commissi de nocte, uer. Quero quomodo.  
 Si ad sint duo statuta duplicantia poenam

## STATVTVM PRIMVM

Circa damna data.

**Q**uod villa teneatur pro damnis datis in eorum territorio, in hoc proposito solet quique allegari de consuetudine, Ang. in §. qm̄ vero, nu. 3. in auct. ut nulli iudicum, collat. nona, ubi dicit, quod si aliqua uilla, uel plebe datur aliquid damnum per aliquem, illa non tenetur emendare damnum, nec debet grauari pro delicto alterius, & subdit, quod ita seruatur de consuetudine, quando scitur quis damnum dederit, & est soluendo, Sed quando ignoratur quis dederit damnum, uel scitur, sed non est soluendo, & uilla potuit ipsum prohibere, & non prohibuit, tunc uilla bene tenetur, & contra per Tufciam seruatur, Et illud dictum Ang. refert Calcan. con. 63. post num. 4. uerfic. & eodem modo, & Roland. de curte in eod. uol. con. 64. quod est subscriptio praecedentis consilij in ultimis uerbis, & Barb. in eodem volum. consil. 66. quod est contra consilia praecedentia. Ego tamen puto illam de consuetudine intelligendam esse iuxta ea quae dicuntur Calcan. & Roland. in consilio praedicti, declarantes illam procedere secundum dispositionem iuris communis, sed quod ubi extat statutum, illud seruandum est.

Quero, nunquid stante hoc statuto, poterit damnum probari per iuramentum ipsius damnum passus? Respond. quod non, & est communis opinio. ut ait Dec. consil. 410. post num. 13. uerficulo. 4. princip. 141. in l. si quando, num. 37. & sequen. C. unde ut, quem refert Grammat. super consil. Regni, fol. 22. col. 4. num. 16. & ibid. numero 39. in fin. Af. super 1. parte constitutionum Regni, rubr. 27. post num. 54. uerfic. in ead. ibi sermo hic, Bertran. consil. 198. in fin. lib. octauo. Quinimo licet statutum disponat, standum esse delicto, siue iuramento damnum passus, poterit nihilominus contra tale dictum, seu iuramentum probari, Ita colligi uideatur ex dictis Innocen. in cap. fin. num. 4. & 5. quod metus causa, & est communis opinio. ut dicit Augustinus ad Angelus de

Cc 2 ma-

quomodo sit facienda duplicatio, uerfic. Pone stat statutum.

*Statutum minuens poenam confitenti delictum, an habeat locum in eo, qui prius negauit, uerficulo, Stante statuto.*

## STATVTVM X.

*Statutum puniens facientem insultum ad domum, an habeat locum in faciente insultum ad porticum domus, uer. Statutum puniens.*

## STATVTVM XI.

*Si statutum puniat percutientem in centum, an si quis plures percussiones inferat, sit pluribus poenis puniendus, uerfic. Si statutum, Remissive.*  
 Et quid si eodem die plura uulnera inferat cum uidente, uerficulo. Sed quid si eodem, Remissive.

## STATVTVM XII.

*Statutum imponens poenam pecuniariam pro homicidio, an valeat, uerficulo, Quero nunquid.*  
 Statutum, quod quis pro homicidio decapitetur, intelligitur de homicidio doloso, uer. Statutum quod, Remissive.

## STATVTVM XIII.

*Sante Statuto, quod pro tertio furto quis suspendatur, an computanda sint furta commissa extra territorium, & ea, pro quibus fur iam fuerat punitus, uerficulo, Stante statuto, Remissive.*

## STATVTVM ULTIMUM.

*De Statutis uenialibus in genere, Remissive.*



ISVM est de penis a iure communi impositis, nunc de penis statutarijs aliqua subiiciamus.

malefic. in verbo. Nec non, & ad denunciationem, num. 16.

Sed quid si damnatum datum sit in confisibus duarum villarum? Respond. quod utraque tenetur, Et ira tenent communiter Doctores, ut dicit Alberic. in secunda parte statutorum, q. 75. Item quæro statuto, quem refert Aflic. in loco præallegato, numero. 16. Vnica tamen solutio sufficit.

Item quæro, nunquid absentes tempore maleficij teneantur? Respond. quod sic, Et ira de facto seruatur, ut dicit Alber. in secunda parte statutorum, questione 83. Item uidetur. Cætera in hac materia damni dati vide supra lib. primo, quia genera hæc non est proprie materia criminalis.

### STATVTVM II. Circa bannites.

Statutum, quod bannitis possit impune offendi, De hoc statuto late dixi supra hoc eo. lib. §. Homicidium, versicu. Pleunquæ, etiam, & alios seq.

Statutum, quod nemo det auxiliū bannito.

Quæro, nunquid aduocati, & procuratores patrocinantes bannito, dicantur ei præstare auxiliū, & fauorem, & incidat in penam statuti? Respond. quod non, & est communis opin. ut attestatur Taeg. in præf. crim. cap. 12. num. 25. Videntur enim præstare auxiliū iuris ministerio, merito puniri non debent. Quid autem in hæreticis, an liceat pro eis aduocare, & patrocinari, dixi supra hoc eod. libr. §. Hæresis, versu. Vltimus.

Quæro, si statutum prohibeat, quod nemo loquatur cum bannito, sub aliqua pena, nunquid scribens litteras bannito, incidat in penam ipsius statuti? Respond. quod non, & est communis opin. ut dicit Alciat. in l. 1. in principio, numero 20. ff. de verb. oblig.

Item quæro, nunquid vxor teneatur alere uirum suum bannitum ex fructibus suæ dotis? Respond. quod sic. Sed quid si fructus dotis non sufficiant, nunquid tenebitur illum alere ex bonis suis para-

fernalibus? Respond. Gloss. in l. si stipulata, in fin. in uerbo, Contra sexus naturā ff. de donatio. inter uirum, & vxorem, dixi, quod non tenetur uxor alere uirum ex bonis proprijs. Sed certe illa glo. communiter reprobat, ut dicit Gigas de crim. l. c. Maieit. fol. 158. question. 21. numero 4.

### STATVTVM III. Circa matrimonia.

Statutum prohibens matrimonium contrahi non ualet, Et ira tenent omnes, ut dicit Alexandr. consilio 97. post num. 2. versu. & quamuis, lib. 1. Et quod talia statuta non procedant de iure canonico, dicit esse communem opi. Curt. sen. consilio 27. numer. 3. & seq. quem refert Cocta in memor. l. ven. statuto Mediolani, & Lande circa fin.

Hinc inferitur, quod statutum prohibens matrimonium contrahi contra forense, & contrahenti penam imponens, non ualet, neque quo ad prohibitionem matrimonij, neque quo ad penam. Et est communis opin. ut attestatur Curt. sen. in consilio præallegato, post num. 3. quem refert Cocta in loco præallegato circa principium.

Sed nunquid ualet statutum laicorum, disponens, quod filij non possint contrahere matrimonium sine consensu patris? Respond. In hoc articulo fuerunt varie scribentium opin. Nam Barto. in l. adijcimus, C. de murileg. lib. 11. tenuit, quod sic, Et dicit Paris. consil. 29. num. 42. lib. 3. quod communiter concluditur, quod quando lex civilis imponit penam contrahenti matrimonio, & hoc in fauorem alterius, ex eo, quia ille tertius ex tali matrimonio leditur, talis pena de iure civilis imposita subsistit, neque per ius canonicum dicitur sublata, uel correctâ, licet ius canonicum conualidet ipsum matrimonium, addens, quod licet statuta laicorum non possint imponere penam contrahenti matrimonio circa substantiâ ipsius matrimonij, s. ut matrimonium ipsum non ualeat, secundum magis communem opin. de qua attestatur Card. Alex. in c. 1. de sponsal. possunt

Possunt tamen disponere sup dependencibus à matrimonio, puta super dote, & ita seruati attestatur Anto. de Butrio in d. c. 1. quem refert Prepos. libi. Contrariâ autem sententiam, quod tale statutum non ualeat, tenuit lo. An. in c. statuti, el. j. de heret. in 6. & dicit Brunel. de spōsal. conelusione 19. nu. 4. & 5. quod illum sequuntur communiter Doct. Hanc etiam opin. dicit esse communem Alex. in d. consil. 97. in fi. lib. 1. & consil. 1. post nu. 21. lib. 3. Fel. in d. c. 1. num. 13. de spons. & in c. ecclesia S. Marie, post nu. 59. versu. Sed contra, de Const. Curt. Sen. in d. consil. 27. in 1. dubio Dec. in d. c. ecclesia S. Marie, nu. 36. & in l. nuptias, nu. 8. ff. de reg. iur. & consil. 231. num. 2. & in specie dicit Dec. in d. l. nuptias, nu. 13. in fin. quod communiter tenetur contra Bar. in d. l. adijcimus. Ego credo hanc opi. de iure esse ueriores, & magis communem, sed ubi de consuetudine obseruaretur opi. Bar. credere in ab ea non esse in iudicando recedendum, non quidem circa prohibitionem matrimonij, sed bene circa penam priuationis dotis, & alias ab ipso statuto impositas.

Item quæro, nunquid ualet statutum prohibens fororem nubere sine consensu fratris? Respond. quod non, & est communis opin. ut dicit Alex. in d. consil. 97. post num. 5.

Sed quæro nunquid ualent statuta laicorum priuancia filiam dote, casu quo nubar indigno sine consensu patris? Respond. quod talia statuta ualent, & sunt firmissima, neque de iure canonico reperiuntur correctâ, & ita seruati in practica attestatur Card. Alex. in d. c. 1. col. 4. de spōsal. quem refert Paris. consil. 29. nu. 34. libro tertio.

### STATVTVM IIII. De turbata possessione.

Quæro, nunquid ingrediens possessionem alterius ex decreto iudicis inuito, incidat in penam huius statuti? Respond. quod sic, l. c. dixit Bar. in l. iuste possidet nu. 4. ff. de acquir. possess. quem sequuntur

communiter Doctores, ut dicit Cræuetta consil. 248. col. fin. versu. Non obstat aliud dubium. Ita etiam communiter teneri attestatur Claud. in d. l. iuste possidet, num. 15.

### STATVTVM V. Circa alienationes.

Statutum prohibens rem immobilem alienari in forensem sub pena, ualet, & ita communiter tenetur, & seruatur, ut dicit Alber. in 2. parte statutorum, q. 2. nu. 10. Hanc etiam dicit esse eodem Barb. in rub. de reb. eccl. non alie. Curt. Sen. consil. 27. nu. 8. l. c. in l. filius. §. Diui, in secunda lectura, num. 106. ff. de lega. 1. Ripa in eod. §. Diui, num. 74.

Sed quæro, nunquid tale statutum liget clericos, uel ecclesiasticas personas? Respond. quod non ligat clericos, neque ecclesias, & quatenus resultat in eorum preiudicium, nihil ualet, & ita dicit communiter scribentes fore omnes, ut dicit Barb. consil. 47. num. 9. lib. 3. & est communis opin. Ut dicit Feli. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, nu. 89. de const. l. c. in d. §. Diui, in prima lectura, nu. 71. & in secunda, nu. 100. Ripa in d. §. Diui, nu. 81. Soc. l. c. consil. 76. num. 30. lib. 3. Plotus inter consilia criminalia diuersorum, consil. 108. num. 12. libro 1. Quod quidem multo magis procederet, ubi statutum prohiberet specialiter in ecclesias, uel ecclesiasticas personas alienari, nam eo casu dicerem expressè contra libertatem ecclesiasticam, & ideo nihil prorsus ualere, & ita tenent omnes Doctores in hac materia loquētes, ut dicit Chaffan. super consil. Burgun. fol. 314. nu. 51.

Quæro, nunquid stante hoc statuto, censetur etiam prohiberi hæresis institutio? Respond. Gloss. in l. 1. in uerbo, Loza filii, C. non lice. hab. lib. 11. tenuit, quod non, Sed certe illa glo. communiter reprobat, ut dicit Ludouicus de Interamnia in l. peto. §. fratre. ff. de lega. secundo, quem refert Fabian. de emptio. & uend. in ult. quest. questionis principalis, numero 27.



Sed nunquid stante hoc statuto, censetur prohibita locatio in forensi? Respond. quod non, si est ad modicum tempus, sed locatio ad longum tempus vtiq; censetur prohibita, & est communis opin. vt dicit Plotus in d. consilio 108. nu. 59. Talis enim locatio transfert vtile dominium in conductorem, vt dixi supra lib. 4. §. locatio.

Sed pone, quod testator legauerit fore si aliquam rem immobilem, nunquid tenebitur heres prestare legatario estimationem? Respond. quod sic, & est communis opin. vt dicit Alex. in l. apud Iulianum, §. constat, nu. 14. ff. de legat. primo, l. alo. in dicto §. constat, nu. 34. Curr. Sen. in d. conf. 27. post numerum 7.

Item quæro, nunquid tale statutum prohibens alienationem, censetur etiam prohibuisse prescriptionem? Respond. quod sic, & ita tenet Barr. in l. vbi lex. nu. 1. ff. de vsucap. & est cõs opin. Vt dicit Alex. cõs. 1. nu. 23. lib. 4. quem refert Plot. in repe. l. si quando, num. 266.

Sed quid, si non obstante statuto facta sit alienatio, nunquid ex ipso contractu censetur translatum dominium in acquirentem? Respondeo, quod non, nam tale statutum impedit dominij translationem, & ita dicunt omnes Doctores, vt ait Land. in l. si ita Claud. in l. si ita quis, §. ea lege, post nume. 17. vers. item prædicta, ff. de ver. o. obligat. Bene non obstante statuto transfertur possessio in acquirentem, & ita volunt communiter Doct. vt attestatur Claud. in d. §. ea lege, in vltimis verbis.

Quæro etiam, pone quod statutum prohibeat, quod aliquis non alienet rem immobilem in forensi, neque alienanti contentiat sub pœna, modo aliquis credit forensi actionem ad rem immobilem quæ (vt scis) computatur inter mobilia vt dixi supra lib. 7. §. Mobilia, & ego illi præstito consentium, nunquid ex eo consensu dicar incidisse in pœnam statuti? Respond. quod non, ita determinat Barto. in l. Gallus, §. videndum, nume. 10. ff. de lib. & posthu. quem sequuntur communiter Doctores, vt dicit Claud. in d. §. videndum, nume. 10.

Sciendum est, quod hoc statutum habet locum solummodo in alienatione voluntaria, non autem in necessaria, & ita tenent communiter Doctores, vt attestatur Alber. in secunda parte statutorum, quæst. 206.

#### STATVTVM VI. Circa delationem armorum.

Quæro, stat statutum imponens aliquam pœnam ei, qui fuerit inuentus cum armis, nūquid ille, qui derulit arma, sed non fuit captus cum illis, poterit puniri pœna statuti? Respond. In hoc articulo variè fuerunt scribentium opi. nam aliqui tenent, quod etiam si non sit captus, dicitur inuentus cum armis, & in eo locū habeat pœna statuti, & dicit Ias. in l. 1. in principio, ff. quod quisque iuris, quod hanc opin. tenent communiter moderni, prout illum refert Claud. in l. possideri, §. Neratius, nu. 6. in fi. ff. de acquir. poss. licet ego in libro meo Ias. ibi de hoc loquentem non inueniam. Alij vero tenent quod imo si non sit captus cum armis, non dicatur inuentus cum illis, & consequenter non sit puniendus pœna statuti, & fuit opinio. Bar. in l. si barsatorem, C. de fide iuss. & dicit Bello. cons. 49. nume. 4. quod illum sequuntur communiter Doctores. Dicit etiã Claud. in d. §. Neratius, nu. 6. in fi. quod hæc est magis communis opinio. antiquorum, ita etiam communiter teneri affirmat Alex. in l. j. in principio, nume. 77. ff. de acquir. poss. Capolla in l. si fugitiui, numer. 31. C. de ser. fug. Hanc etiam opin. esse magis communem attestat Aug. ad Ang. de malef. in verbo, Fama publica, nu. 75. i. fi. A. mad. de syn. nu. 90. vbi etiam subdit, quod ita seruatur in practica. Ias. in d. l. 1. in prin. nu. 87. ff. de acquir. poss. prout illum refert Ripa ibi, nu. 53. & Viuius in lib. diuim opin. fol. 198. ver. Statutum disponens. Marf. in pract. crim. §. pro complemento, nu. 24. vbi et subdit, quod ita seruatur Ripa de peste in rub. de conseruanda vbertate, fol. 24. nu. 104. Et ita etiam hodie non esse in vsu, vt portans arma puniatur, nisi quando reperitur per familiam, attestatur Ange. in l. 1. num.

num. 4. ff. ad l. su. de vi publ. Et ab hac opin. tanquam ueriori, & magis cõmuni, & etiam cõmuni approbata nõ pu to ullo modo recedendum. Et generaliter, quod deferens uestes, aut res prohibitas ex ordinibus, contra formã statuti, non incidat in pœnam, nisi deprehendat cū ipsi rebus prohibitis, dicit esse cõmunẽ opin. Antonius Gomes in l. Tauri 45. nu. mero 50. quem refert Villalobos in sua collecta communium opi. in litera S. nu. mero 112. Dicit tamen Bal. in d. l. si barsatorem, num. 7. quod consuetudo inter precat hoc verbum, Inuentus contra quem maleficiũ probatur, sed suspicor verba Bald. in libro meo esse corrupta. Sed quid si statutum pœnæ deprehensum cum armis, nunquid habeat locum in eo, qui non fuerit captus cum armis, sed testibus conuictus, quod ea derulit? Respond. Glo. in l. 1. in verbo, Deprehensus. C. ubi senato. vel claris. videri velle, quod sic, & illam dicit esse communiter approbatam Ripa in loco præallegato, numero 105. sed certe consuetudo seruat totum congrarium, ut attestat Didac. in pract. q. 33. in fi. dicit, quod frequentior consuetudo in toto orbe Christiano est, quod arma prohibita deferens nunquã ea amittit, nisi esse actualiter cū illis fuerit deprehensus, etiã si constet illum arma derulisse, et ita seruarem, si casus cõtingeret. Bene verum est, quod si statutum diceret, quod possit etiam procedi per inquisitionem, ut communiter dicitur in edictis, quæ sunt in hoc ducatu: tunc vtiq; puniri deberet, etiam si non esset cum armis deprehensus.

Quæro, nunquid appellatione armorum censetur etiam prohibita arma de sensina? Respond. quod non, & est communis opi. vt ait Placa lib. 1. de delictorij, cap. 8. num. 9. Reperio tamen, quod Alber. in secunda parte statutorum, q. 115. Itẽ quærit, dicit, quod vidit seruari contrarium, & illum refert August. & Ang. de malef. in verbo, Vno stocco ferreo, post num. 5.

Et scias in hoc proposito, quod licet de iure loquendo, appellatione armorum veniant etiam fustes, & lapides, ut est text.

in l. armorum appellatione. ff. de ver. sign. nisi hominus cū ex communi vsu loquendi saxa, & lapides non intelligatur appellatione arborum, edicta prohibentia delationem armorum non comprehendunt saxa deferentes, Et ita rescriptis senatus prætori Alexandrij 13. Octob. 1558. P. N.

Declarauit etiam senatus in causa cuiusdam Benedicti della Marthiola, quod cultellus non uenit appellatione armorum 6. Octob. 1554.

Pone, in statutis, & edictis prohibentibus arma deferri de nocte, soler apponi tempus precisum, puta post pullatam secundam horam noctis, vel post pullatam tertiam campanam, quid si in nocte Iouis, aut Veneris sancti, quibus nõ pullatur campana, fuerit aliquis repertus cum armis prohibitis, nunquid tenebitur pœna edicti? Respond. quod non, & ita tenent Doctores, ut dicit Albe. in secunda parte stat. q. 7. Item quæro recentis.

Item quæro, nunquid deferens arma prohibita ad vsum ieneris, debeat puniri pœna statuti? Respond. quod non, & ita obseruat hodie consuetudo, ut dicit Ang. l. 1. num. 1. ff. ad leg. Iul. de vi publ.

Quæro etiam, nunquid ille, qui habet domi. arma prohibita, puniatur? Respond. Ex dispositione l. Iulij de vi publ. utique videt puniendus, iuxta text. in l. prima. ff. de vi publ. de vi pub. Sed certe hodie hoc nõ est in vsu, ut dicit Ang. in d. l. prima, numero 4.

Vtcrius quæro, nunquid clericus repperus cū armis prohibitis possit à iudice laico puniri? Dixi supra q. 36. versic. Vtcrius quæro.

Scias autem, quod regulariter portans arma prohibita debet ea perdere, Et ita seruatur de consuetudine, ut dicit Marf. in pract. crim. §. pro complemento, nu. 12. Dicit etiã Paris. Put. de synd. fol. 303. num. 21. quod officialis, qui inuenit aliquem cum armis prohibitis, potest illa frangere, Et subdit, quod ita seruatur, & dicit Bal. in c. 1. §. si quis regulatus, in fi. de pace tenenda, quod si regulariter nõ licet deferre arma multo min⁹ deferri poterit in palatio principis, Et ita seruatur.

teste Mant. obseruat. 54. circa fin. Loquitur autem Bal. ibi in palatio communis Florentie, sed ego in palatijs Imperatorum, & Regum, semper vidi ab omnibus arma deferri.

**S T A T V T V M V I I .**  
Circa blada.

Statutum, quod blada non exportetur extra territorium, valet etiam quo ad amissionem rerum, & ita de consuetudine quotidie obseruat, vt dicit Vitali. de malef. in rubr. quid sit accusatio, nume. 79. In hoc ducatur non solum est imposta pena amissionis rerum, sed etiam pena furcarum, & confiscationis honorum, & super hoc est erectus Magistratus prefectorum annona, cuius ego nunc sum praeses Bene verum est, qd raro seruatur rigor ipsarum constitutionum, vt scilicet fraudatores suspendantur, sed solent ut plurimum admitti ad compositionem. Dicit autem Bos. in tit. de penis, post num. 20. qd huiusmodi decretum est valde terribile, & qd quamuis videatur continere vtilitatem publicam, ne scilicet sequatur charitas frumentorum, tamen (si practica attendamus) continet auaritia, ex quo finis est, ut pro quolibet sacco frumenti extrahendo, soluatur quoddam uectigal, & quod omni tempore conceditur extractio frumenti cum solutione dicti uectigalis, quare, & penuriam auget, & nobiles dimittit inanes, subdens qd ipse quotidie clamabat contra hoc. Sed certe credo ego, qd si principes huius domini, qd omnia cum summa maturitate constituere solebant non animaduertissent in summo reipub. commodo cedere, tale decretum non condidissent, vel saltem postea illud abrogassent, & proculdubio nisi esset hoc decretum, continue in hoc dominio maxima esset frumenti inopia: licet n. ager huius domini sit ualde fertilis, tamen cum multi ex finitimis populis, ut sunt subditi Heluetiorum, Genuesium, & Venetorum, semper inopia frumenti laborent: certe nisi officiales huius magistratus prouiderent, ne blada ex hoc dominio extraherentur, sine mora totum illud fru-

mentum, quod est prope confinia, exportaretur in uicinas provincias, in quibus semper uendit longe cariori precio, pro ut adhuc magna ex parte fieri uidemus etiam stante ipso decreto. Neque uerum est, quod omni tempore concedatur extractio cum solutione uectigalis, ut ipse dicit, Imo quando est suspicio penuriae, semper solet extractio suspendi, & interdici, ut quotidie experientia docet. Et id non uideo, quare tantum clamauerit, tanto magis cum uideret neminem esse, qui de eius clamore curaret. Et ideo melius dicit Paris Pat. qui ex patria mea fuit oriundus, in suo tra. s. lund. fol. 271. post nu. r. quod in hoc felicissimo Mediolani ducatu sunt decreta optime prouidentia circa omnia.

Quero, nunquid talia statuta, prohibentia blada, aut carnes exportari, liget etiam forenses? Respon. qd sic, & ita communiter seruatur, ut dicit Albe. in secunda parte statutorum, q. 1. nu. 13. Cui enim talia statuta uigeant fere per totam Italianam, non uidentur praetextu ignorantiae excusandus qui contra ea deliquit. Vide quae dixi infra quaest. 85. uersiculo. Sed quid si delictum.

Item quero, nunquid talia statuta, prohibentia blada, aut merces extra territorium exportari sub poena, ligent etiam portantem per transitum? Respon. quod non, & ita tenent omnes, ut dicit Albe. in loco praallegato, quaest. 3. Et dicit Ias. in l. cetera. §. sed & si quis ad opus, num. 21. ff. de leg. 1. r. quod ita tenent communiter Doctores, quem refert Viuius in lib. communium opin. fol. 200. uersiculo. Statutum prohibens, in quarta limitatione, Sed certe quidquid sit de iure, apud nos de consuetudine seruatur eorum contrarium, & illi qui uolunt per transitum conducere, tenentur impetrare licentiam a nostro Magistro.

Uterius quero, an tale statutum comprehendat exportantem pro usu suo? Respon. quod non, ita dicit Bart. in d. §. sed & si quis ad opus, num. 4. & ita communiter receptum est, ut dicit Alec. in l. lege censoria, in uerbo, Vetus sui. ff. de uerbo oblig. Hanc etiam dicit esse com-

munem

munem opin. Ias. in eo §. sed & si quis ad opus, nume. 7. ff. de leg. 1. prout illum refert Viuius in loco praallegato, in secunda limitatione. Sed certe quidquid sit de iure, apud nos seruatur oppositum nam tales etiam pro usu suo exportantes, puniuntur, prout ceteri omnes.

Sed pone, qd statutum expresse permittat exportari pro usu suo, modo aliquis exportauit animo consumendi pro usu suo deinde mutato proposito illud uendidit, nunquid incidit in poenam? Respon. quod non, & ita communiter tenetur, ut dicit Albe. in secunda parte statutorum, quaest. 206. Praedicta etiam, Et ita quotidie obseruatur.

Praeterea quero, nunquid stante hoc statuto, puniatur extrahens farinam? Respon. aliqui tenent, qd non, & ita tenere communiter Doctores affirmat Albe. in secunda parte statutorum, q. 5. subdens etiam, quod ita uidet de facto seruari. Contrariam autem sententiam, quod scilicet tale statutum locum habeat etiam in extrahente farinam, tenuit Bar. in l. quaesitum. §. illud, nu. 1. ff. de leg. 3. Et hanc dicit esse communem Ripa de peste in rub. de remed. ad conseruandam ubertatem, fol. 24. num. 75. prout illum refert Viuius in loco praallegato, licet Ripa in eo loco loquatur in alio proposito, prout ego retuli infra, uers. pone quod ille. Bene uerum est, quod ego semper uidi seruari, quod puniatur etiam extrahens farinam alias de facili fieret fraus legi.

Sed hic quero, si statutum puniat etiam qui fuerit inuentus exportare bladum, nunquid locum habeat non solum in eo, qui sit personaliter apprehensus, sed etiam in eo, qui sit rebus conuictus? Respon. quod sic, & est communis opin. ut dicit Ripa in loco praallegato, num. 104. prout illum refert Viuius, ubi supra in tertia ampliatione. Sed certe Ripa in libro meo licet teneat hanc opin. fateatur tamen illam esse contra communem. Et patet ex his, quae dixi supra hac ea. §. stat. 6. uers. Quero stat statutum.

Pone, qd ille, qui exportat bladum extra territorium, deprehensus est in itinere priusquam exeat, nunquid erit puniendus

ad poenam statuti, perinde ac si exportasset? Respondeo, aut statutum loquitur per uerbum extraxerit, seu exportauerit & non puniatur, aut loquitur qd uerbum extrahet, seu exportabit, & puniatur. Et hanc dicit esse communem opi. Ripa de peste in loco praallegato, fol. 24. numero 71. & seq. Albe. autem in secunda parte statutorum, quaest. quarta, numero 6. dicit, quod ipse uidit diuersimodo seruari. Mihi certe haec distinctio nunquam placuit, nunquam enim possent tales delinquentes in flagranti crimine deprehendi si autem quam exirent inuenti, non punirentur, cum certum sit, quod postquam exierunt, non possunt officiales illos extra territorium persequi, nec comprehendere: propterea apud nos indistincte seruatur, qd deprehensi in itinere, constituto quod uellent illud exportare extra territorium, perinde puniuntur, ac si exportassent, & ita illam distinctionem de consuetudine non obseruari attestatur Ripa ubi supra, post name. 75. uersiculo, ego tamen.

Uterius quero, quid si stante hoc statuto aliquis exportet simul aliquas merces licitas cum illicitis, nunquid amittet solum illicitas, uel etiam licitas? Respon. Aliqui dicunt, quod omnes confiscantur & siue sint ipsius portantis, siue alterius, modo sit tacens, & consentiens, & hanc opin. dicit esse communem Boer. decisio. 178. num. 25. Aliqui uero dicunt, quod solum illicitae perduntur, & ita communiter seruari attestatur Albe. in loco praallegato, quaestio quarta, nume. 5. Et nec opin. mitior est, & ideo tenenda, ubi uerba legis, uel edicti aliud expresse non disponentur.

**S T A T V T V M V I I I .**  
Quod pro aliquo delicto bona delinquentis deuantentur.

Plerumque in ciuitatibus pro aliquo graui crimine, puta rebellionis, uel prodicionis, uel huiusmodi, imponitur poena delinquenti, ut eius bona deuantentur. Quero nunquid tale statutum ualeat? Respon. qd de iure loquendo non ualeat.

sed tamen de cōstitudine communiter  
feruatur contrarium, vt dicit Alb. in ter-  
tia parte statutorum, quæst. 3. & etiam q.  
11. attestatur se vidisse ita teneri, & serua-  
ri. Ita etiam de factō seruari attestat Paris  
Put. de synd. fol. 184. post num. 1. vers.  
Officialis fuit.

Sed quæro, quid agendum sit, si delin-  
quens habeat plures domos in communi  
cum alijs? Resp. debent bona diuidi,  
& destrui tantum illæ, quæ contingunt  
in partē delinquentis, & hæc opi. placet  
communiter antiquis Doctoribus, vt di-  
cit Alb. in 3. parte statutorum, q. 47.

Sed quid si delinquens habeat partem  
inferiorem vnius domus, & alius habeat  
partem superiorem, nunquid debet tota  
domus destrui? Rñ. q. non, sed debet pœ-  
na commutari, & ita communiter tene-  
tur, vt dicit Corsetius in sing. suis, in uer-  
bo. Communitas, vers. Duo fratres.

Sed pone, quod compareat vxor con-  
demnata, & pro interesse dotis suæ oppo-  
nar se huiusmodi deaustationi, nunquid  
erit audienda? Respon. De iure certe vi-  
detur dicendum, quod possit talem dea-  
ustationem impedire pro summa suæ do-  
tis: nihilominus de factō contrarium ob-  
seruatur, vt dicit Alb. in tertia parte sta-  
tutorum, in dicta q. 7. quem refert Augu-  
ad Angel. de malef. in verbo, & eius bo-  
na, post num. 10. Bona enim condemna-  
ti deaustantur iuxta d. spōtionem statu-  
ti, & fiscus de suo satis facit vxori, & alijs  
creditoribus, licet Paris. de Put. in facti  
contingentia referat se iudicasse, q. vxor  
debeat habere bona mariti pro eius do-  
te, non autem accipere lotem a fisco, ut  
ipse asserit in tract. synd. in verbo, Publica-  
tio bonorum, nu. 3. cuius contrarium  
apud nos obseruatur.

#### STATVTVM IX. Augens vel minuens pœnam.

Quæro, nunquid statutum duplicans  
pœnam pro maleficijs, habeat locum in  
blasphemia, iniuria verbali, & alijs deli-  
ctis, quæ verbo, aut scripto committantur?  
Dixi supra hoc eodem lib. §. 1. vers.  
Sed quæro.

Statutum duplicans pœnam percu-  
tienti in domo potestatis.

Hoc statutum habet locum non solum  
in percussione in ipsa domo, sed etiã in  
percussione in confinibus ipsius domus,  
Ita tenuit Guido de Suz. in suis quōibus  
statutarijs in fi. & ita communiter ob-  
seruatur, vt dicit Alber. in l. præsentis, in  
fin. C. de his qui ad eccl. conf. quem  
refert Barb. conf. 33. post nu. 5. lib. 4.

Statutum pœnam duplicans in malefi-  
cijs commissis de nocte.

Pone, stat. statutum, q. in delictis com-  
missis de nocte pœna duplicetur, Item  
stat. aliud statutum, quod in delictis com-  
missis in platea pœna duplicetur, Modo  
aliquis deliquit de nocte, & in platea,  
Quæro, nunquid debeat duplicari dupli-  
catio, vel tantam duplicari illa simplex  
pœna, quæ pro illo delicto erat imposita?  
Respon. quod debet tantummodo dupli-  
cari illa simplex pœna, & est commu-  
nis opin. vt dicit Augu. ad Ange. de ma-  
lefic. in verbo, In platea communis, post  
num. 20.

Quæro, quomodo intelligatur nox in  
terminis huius statuti? Respon. Aliqui  
dicunt, quod illud delictum intelligitur  
commisum de nocte, quod commissum  
fuerit ante Solis ortum, & hanc dicit ef-  
se communem opin. Alexand. in l. more,  
nu. 5. ff. de ferijs, Alij vero distinguunt,  
quod Aut statutum expresse determinat  
quando dicatur dies, vel nox, puta ad  
sonum campanæ, vel huiusmodi, & di-  
cunt illud esse seruandum, Aut uero ex-  
presse non determinat, & tenent statum  
esse arbitrio iudicis, qui considerabit an  
esset tanta claritas, ut attribuendum sit  
diei, an tanta obscuritas, vt sit attribu-  
endum nocti, In dubio autem mitiorem  
partem sequendam. Et hæc fuit opin.  
Ioan. Andr. in capitu. si perfoliens de  
homicid. quam tenent communiter cano-  
ni. vt attestatur August. ad Ange. de ma-  
lefic. in verbo, De nocte, post numeru. 4.  
quam ego etiam sequerer in iudicando, si  
casus contingeret, prout etiam illam se-  
cuti fuerunt tres Doctores in regia came-  
ra summaria, vt refert Affl. super prima  
parte consil. Regni, rubr. §. num. 9. Et ita  
etiã am

etiam iudicatum fuisse per rotam Man-  
tuanam attestatur Natta consil. 469.

Stante statuto, q. si, q. sponte confite-  
tur delictum, diminuat pœna, quæro,  
nunquid si quis primo negauit se delictum  
commississe, deinde confessus est, debeat  
gaudere beneficio statuti? Respon. Bar.  
in l. eum qui, num. 4. ff. de iureiur. tenuit,  
q. non, & eius opi. dicit esse communiter  
approbatam Socin. in l. non fatetur, post  
num. 7. ff. de exceptio. quem refert Men-  
chiaca lib. 3. de testa. §. 23. num. 21. licet  
deinde referat Ias. & Fel. attestantes com-  
munem opin. esse contra Bar. Certe opi.  
contra Bar. mitior est, & mihi magis pla-  
cet, & ex Doctorib. allegatis per Ias. in d.  
I. eum qui, nu. 8. apparet eam esse etiã ma-  
gis communem satis enim est, verificari  
conditionem à statuto requisitam, q. sci-  
licet sponte confessus fuerit, quæ non im-  
peditur per negationem primo loco fa-  
ctam, & ideo si casus contingeret, ego cō-  
tra Bar. intrepide iudicarem.

#### STATVTVM X. Puniens insultum.

Statutum puniens faciētem insultum  
ad domum, habet locum in faciēte insultum  
ad porticum domus, & ita communi-  
ter tenetur, & seruatur, vt dicit Alber. in  
secunda parte statutorum, q. 208. Hanc  
etiam opi. communem appellat August.  
ad Ang. de malefic. in verbo, Fecit insultum,  
post nu. 3.

Item quæro, an hoc statutum habeat  
locum, si aliquis fuerit insultatus in do-  
mo, quam habeat communem cum alio?  
Respon. quod sic, modo non esset com-  
munis cum ipso met. insultante, Ita tenet  
Bald. in l. 1. num. 1. C. qui testa. face. poss.  
cuius opi. communem appellat August.  
in loco præallegato, nu. 5. Militat enim  
non minus in domo communi, quam in  
ppria ratio statuti, q. scilicet domus sua  
vnicuique tutum refugium esse debet.

#### STATVTVM XI. Puniens percussiones, vel vulnera.

Si statutum puniat percussentem, vel

vulnerantem, & antiquis plures percus-  
siones, seu vulnera inferat an sit pluribus pe-  
nis puniendus? Dixi infra quæst. 84. ver.  
Scias etiam, & alijs seq.

Et quid si eodem scilicet plura vulnera in-  
ferat cum bid. te, vel alio loco telo bifur-  
cato? Dixi in ea. quæst. 84. vers. Hæc autē  
omnia.

#### STATVTVM XII. Contra homicidas.

Quæro, nunquid valeat statutum im-  
ponens pœnam pecuniariam pro homici-  
dio? Dixi supra hoc eo. lib. §. Homici-  
dium, ver. Sed nunquid.

Statutum, quod pro homicidio quis  
decapitetur, intelligendum est, quando  
homicidium fuit dolo commissum, secus  
autem si culpa tantum interuenit, vt di-  
xi infra q. 84. circa principium.

#### STATVTVM XIII. Contra fures.

Stante statuto, quod pro tertio furto  
quis suspendat, an computanda sint fur-  
ta extra territorium commissa, & an ea,  
pro quibus fur iam fuerat punitus? Dixi  
supra hoc eodem lib. §. Furtum, vers. scilicet.  
Sed pone, & seq.

#### STATVTVM VLTIMVM. De statutibus pœnalibus in genere.

Quæro, an statutum imponens pœnā  
nouam pro aliquo delicto, censetur ab-  
rogasse pœnam iuris communis? Dixi in-  
fra quæst. 85. ver. Debet etiam, & in cadē  
quæstio. per rotam videnda sunt quæ in  
proposito statutorū pœnalium satis dis-  
tincte tractauimus.

#### QVAEST. LXXXIII.

#### SVMMARIVM.

De penis arbitrarijs.

Casus, in quibus pœna iudicis arbitrio com-  
mittitur.

*mittitur, qui sint, ibid. Remissive.*  
*Index, male indicans ex imperitia, tenetur*  
*parti arbitrio iudicis, ver. Index male*  
*le iudicans.*

*Impostores puniuntur arbitrio iudicis, vers.*  
*Si quis imposturam.*

*Partum exponens punitur poena extraordi-*  
*narie, vers. Partum exponens.*

*Mittens precepta uallis Iosaphat, uel huius-*  
*modi, puniuntur extra ordinem, vers.*  
*Puniuntur etiam.*

*Iniuriam alteri facientes contra bonos mores,*  
*puniuntur extra ordinem, ver. Item*  
*puniendi.*

*Vim publicam, seu priuatam committens, pu-*  
*niuntur poena extraordinaria, ver. Vim*  
*publicam.*

*Osculum inferens mulieri per vim, punitur*  
*poena extraordinaria, vers. Osculum*  
*inferens.*

*Compellens aliquem ad testandum, qua poena*  
*punitur, vers. Compellens aliquem.*

*Amouens terminos agrorum, qua poena puni-*  
*tur, ver. Terminos mouens.*

*Index, cuius arbitrio poena est, a iure commissu,*  
*an possit arbitrari poenam mortis, vers.*  
*Sed quare.*

*Et quid si statutum imponat poenam cen-*  
*tum, uel aliam, quae ex parte minorum*  
*arbitrio iudicis, ver. Præterea.*

*Index, habens arbitrium in penis imponendis,*  
*debet illas imponere iuxta qualitates*  
*delictorum, ver. Scias etiam.*

*Poenitentia imposta pro peccatis a sacris ca-*  
*nombus hodie sunt arbitraria confessari-*  
*bis, vers. Aliud est etiam.*



**D**IXI etiam esse nonnulla  
 crimina, in quibus nulla  
 certa poena est a iure impo-  
 sita, sed relicta est impo-  
 nenda arbitrio iudicis, quæ  
 recentior rab. in præd. arbit. folio. 455.  
 & alij sequuntur. Et uideri possunt apud  
 Cælic. in marg. filici, fol. 95. & sequentibus.  
 94. cuius, in quibus a iure irrogatur poena  
 extraordinaria arbitrio iudicis im-  
 ponenda.

Index male iudicans ex imperitia te-  
 netur parti arbitrio iudicis. Et hæc est

communis mens Doctorum, ut dicit Bol.  
 in tit. de officialibus corruptis pecunia,  
 num. 22.

In hac autem materia criminum extra  
 ordinariam habemus duos titulos, alte-  
 rum de crimine stellionatus, Et quæ ple-  
 runque contingit tractari de penis im-  
 ponendis in huiusmodi delictis, existima-  
 ui non incongruum fore, si aliquot exem-  
 pla subijcerem.

Si quis imposturam fecerit, poterit stel-  
 lionatus postulari, inquit tex. in l. 3. ff. de  
 crimin. stellion. Et proximis annis qui-  
 dam impostores, qui torquibus adulteri-  
 nis decipiebant uxoribus, fuerit iustus se-  
 nat<sup>9</sup> fustigati, & eieci a ducatu, 29. Mar-  
 tij 1558. P. N. Sic etiam quidam impostor  
 Venetus Petrus de Nigris, qui mentitus  
 erat sexum, & manus debilitationis, ius-  
 sus fuit fustigari, & ei jci sub poena trire-  
 mium, 28. Nouembr. 1551. P. N. Nec o-  
 mittendum est hoc loco memorabile Ar-  
 restum latu Tholozæ 12. Septem. 1560.  
 contra quendam Arnaldum de Tilla im-  
 postorem, qui finxit se esse Martinum  
 Guerram, qui iam per plures annos ab-  
 erat, Et ita cohabitauit cum eius uxore  
 multis annis, & ex ea liberos suscepit, de  
 inde cum redisset Martin<sup>9</sup> Guerra, & res-  
 summa cum difficultate detecta fuisset, fuit  
 Arnaldus suspensus, & flammis combustus,  
 Et huius Arresti mentionem facit Papo  
 lib. 22. tit. 9. Arresto 20. cuius etiam pro-  
 cessus libellus est apud me Tholozæ im-  
 pressus.

Vim publicam, seu priuatam committens,  
 hodie ex generali consuetudine puni-  
 tur arbitrio iudicis, Et in specie de ui  
 priuata, quæ vlt. & in praxi puniatur poena  
 arbitraria, attestatur Pra. iod. c. 100.  
 num. 9. scias autem quæ lex iulia de ui publi-  
 ca, punit vim inferentem cum amissa  
 lex autem iulia de ui priuata, punit infer-  
 rentem vim sine armis. Faciens igitur in-  
 sultu cum armis, puniuntur l. iul. de ui publi.  
 Et hoc etiam si solus, & non condonato  
 cætu homini insultu fecerit. Et ita cõter  
 tenetur, vt ait Gramat. sup. conti. Reguã  
 fol. 10. num. 5. & 12. vbi etiam dicit, quod  
 obseruat communis vsus iudiciorum.

Cum

Compellens aliquem testari criminali-  
 ter punitur arbitrio iudicis, ita dicit gl.  
 in l. 1. in verbo, Crimen, C. si quis aliquem  
 testari prohib. Tu vero dic, quod aut in  
 tali coactione interuenit uolentia cum  
 armis, Et tunc puniendus est poena l. Iulie  
 de ui publica. Aut facta est uolentia  
 sine armis, & puniendus est poena l. Iulie  
 de ui priuata. Aut non interuenit uolentia,  
 sed solus metus, & tunc punitur arbitrio  
 iudicis. Et ita in hoc articulo dis-  
 tinguunt Doctores, vt attestatur Jacob.  
 de lando Georgio in d. l. 1. nu. 4. Heredi-  
 tas autem per metum alicui relicta fisco.  
 applicatur, ut dixi supra quaest. 79. vers.  
 Si testator.

Osculum inferens mulieri per vim, puni-  
 tur poena extraordinaria, & ita conclu-  
 sum fuit in consilio Neapol. ut refert Af-  
 fli & decil. 276. Serenif. Rex. Aliter tamẽ  
 iudicatum fuit per Triuultium, quod refert  
 eundem Gallo, qui per vim osculatus fue-  
 rat mulierem nuptam, caput amputari,  
 vt refert Bol. in tit. de extraor. crim. post  
 num. 3. Grammat. autem consil. 48. con-  
 sultit, quod quidam, qui osculatus fuerat  
 puellam in uia publica, cum qua præces-  
 serat tractatus matrimonij, erat absolue-  
 dus, & refert, quod ita fuit iudicatum. Mi-  
 hi placet, quod poena in huiusmodi casibus  
 relinquatur iudicis arbitrio, iuxta facti,  
 & personarum qualitatem. nunquam  
 tamen imponerem poenam mortis pro  
 osculo, vel cum vi, vel sine ui illato, nisi  
 plus quam magnæ circumstantiæ factum  
 aggravarent.

Partum exponens puniẽ poena extra  
 ordinaria, vt est tex. cum gl. in verbo, Ani-  
 maduersioni, C. de insan. expol. Senatus  
 tamẽ in facti contingentia quandã Palo-  
 gnãnam puellam nubilem, quæ uel infantiam  
 vitaret, puerum, quæ pepererat, exponi  
 iusserat, absoluit, 16. Decemb. 1547.

Puniuntur etiam extra ordinem illi,  
 qui superflitione nunquam alios terrent,  
 prout faciunt illi, qui mittunt precepta ual-  
 lis Iosaphat, quorum vnus, qui appellaba-  
 tur Carletus, fuit positus ad catenam infa-  
 men, 10. Apr. 1553. Et alius quidam Tho-  
 mas Mantellus, qui transiuerat quod-  
 dam præceptum sub nomine domini no-

stri Iesu Christi, iustus fuit remittiare p  
 cepto, & fustigari, 10. Sept. 1556. P. N.

Item puniendi sunt extra ordinem il-  
 li, qui iniuriam alteri faciunt contra bonos  
 mores, ueluti si quis sine crimine corrupto  
 aliquem perfuderit, vt dicit tex. in d. l. 1.  
 ff. de extraord. crim. prout quidam Paulus  
 Cometet, qui amphoras stercore plenã  
 in quandam mulierem proiecit, & fuit  
 affectus duob. icibus funis, licet haberet  
 remissionem a muliere, & eius viro, 17.  
 Iun. 1556. P. N.

Terminos mouens puniuntur arbitrio iu-  
 dicis, vt est tex. in l. 1. ff. de term. amo. Vt  
 tamen colligi potest ex legib. illius tim-  
 li, vt ra resolutio uideatur esse, quod ille qui  
 sciens esse terminos, eos dolo malo no-  
 uerit eã iurium occupandorum, si est no-  
 bilis relegatur ad tempus, si est uilis, fustigatur,  
 & relegatur per biennium. Ille  
 uero, qui illos mouet eã sine offuscandi,  
 puniuntur poena arbitraria. Qui autẽ illos  
 mouet dolo malo, nõ quidem a iure occu-  
 pandi confinia, neque ea offuscandi, ne-  
 que lites ad sui commodum iusticandi, sed  
 alia ex causa, puta vt lapides ipsos fureẽ  
 vel vt alij s. negocium facerent, punit poena  
 quinquaginta aureorum, & hæc est  
 communis opin. vt attestatur Plotus in  
 repet. l. si quando, nu. 726.

Sed quæro, quando poena est a lege iu-  
 dicis arbitrio remissa, nunquid index ip-  
 se possit imponere poenam mortis? Re-  
 spon. Hæc questio est adeo dubia, ut in-  
 digeat decisione Imperatoris, ut dicit  
 Maranta in suo speculo, fol. 26. post num.  
 53. Nã gl. in §. in summa, in uerbo, Extra  
 ordinaria in lit. de iniur. tenuit, quod possit  
 hoc casu index arbitrari etiam poenam  
 mortis, & illam gl. in hoc communiter ap-  
 probari attestatur Barb. consilio 11. post  
 num. 6. lib. 1. quem refert Dec. in cap. ex  
 literis, post num. 14. de iustit. Polenc.  
 in repe. l. capitalium, §. famosus, num. 29.  
 ff. de penis, & dicit Alciat. consil. 472.  
 in fin. quod illam glo. sequuntur com-  
 muniter Doctores. Hanc etiam opin. di-  
 cit esse communem Maranta in loco præ-  
 allegato, quem refert Viuius in lib. com-  
 munitum opin. in uerbo, Iudicis arbitrio,  
 & secundum opin. illius glo. iudicatum  
 fuisse

fuisse in parlamento Parisiensi attestatur Papo lib. 24. tit. 10. Arresto 2. Contrarij autem sententiam, quod scilicet hoc casu nō possit iudex arbitrari pœnam mortis, multi tenuerunt, adeo quod Decius sibi contrarij in l. qui iurisdicit. post nu. 9. verfic. non oblit. glof. ff. de iurisdicit. omnium iud. dixit, quod illa gl. communiter reprobat. Idem dicit Afflic. decif. 276. post nu. 6. quem refert Pract. Carer. folio. 566. numer. 113. Grammat. consil. 48. post numer. 2. Chaff. super consuetud. Burgund. fol. 43. num. 2. Petrus de Soncino inter consilia criminalia diuersorum, cōsilio. 98. num. 13. libr. 1. Caravita super 41. ritu magni curie, num. 15. in fin. Menchiaca controuerf. lusu frequentium, cap. 39. num. 26. Hanc etiam opin. dicit esse communem Felin. in ca. inquisitionis de accus. prout illum refert Villalpand. de re pet. l. 22. cap. 9. nu. 4. Et hęc opin. reuera est magis tuta, & mior, ideoque mihi semper placuit, & non putarem in iudicō do esse ab ea aliquo modo recedendum. Sed dato etiam, quod esset uera opin. illius gl. illa tamen intelligenda est ut procedat, modo qualitas delicti, aut circumstantiarum sit talis, quod de iure communi, uel consuetudine esset pro eo delicto pœna mortis imponenda, alias, secus, Et ita illam gl. communiter limitari attestatur Afflic. super secunda parte consil. Regni, rubr. co. nu. 22. Hanc etiam esse communem opin. dicit Alex. consilio 121. in fin. libro 7. quem refert Crauetta consilio 224. post nu. 2. aduertendū, Dec. in dicto cap. ex literis, prout illum refert Crauetta consilio 220. nu. 14. Grammat. consil. 39. post num. 8. Don Anton. de Padilla in l. transigere, num. 27. C. de transac.

Præterea si statutū diceret, q̄ pro tali delicto iudex imponat penā centū, uel aliam maiorem uel minorem arbitrio suo hoc casu debet iudex imponere pœnam si mille, & sic pecuniariam, non autem pœnam capitalem, Et ista est sententia omnium, ut dicit August. ad Angel. de malef. in uerbo, Et ibi caput, numero 46.

Scias etiam, quod iudex etiam habens arbitrium debet in pœnis imponēdis ser

uare modum consuetum, Et si pro aliquo paruo delicto, puta leui percussione imponeret pœnam nimis exceſſiuam, puta libr. 200. poterit reus appellare, & superior reducet illam pœnam ad congruum modum, Et ita prædicatur, ut dicit Cagnol. in l. unica. numer. 21. ff. si qui iudicant. obtemp.

Et nota in hoc proposito, quod si quis reperitur condemnatus in contumaciā in pœnam arbitrio declarari arbitrium, nō solet senatus id facere, nisi prius ille se in carceribus constituat, alias enim post declarationem faciendam eludere, presertim si senatus arbitratetur pœnam corporalem, Et ita in facti contingentia conclusum fuit in causa consilij Renti id præsentis, qui pro blasphemia atroci fuerat condemnatus in pœnam arbitrio senatus imponendam. 4. Febr. 1556. P.N.

Aliud est etiam genus pœnarum arbitrariorum, quæ pœnitentiales appellantur, Et sunt illæ, quæ secundum sacros canones imponi debent per confessores in foro pœnitentiali, siue conscientię in hodie tales pœnæ prorsus abierunt in desuetudinem, & sunt remissæ arbitrio sacerdotum, Et ita communiter tenetur, ut dicit Abb. in ca. at si clerici. §. de adulterijs, post nu. 5. de iud. quem refert Bermon. de concub. fol. 28. nu. 3. Idem attestatur Summa Angelica, in uerbo, Confessio, §. 6. in princip. Dec. in d. c. at si clerici. §. de adulterijs, numer. 6.

## QVAEST. LXXXIII.

### SVMMARIVM.

*Puniri corporaliter nemo potest, nisi in delicto dolus interuenierit.*

*Statutum disponens, quod homicida decipiatur, debet intelligi de homicidio doloso, ibid.*

*Plura delicta ad eandem finem tendentia, an debeant pluribus pœnis puniri, versiculo. Scias etiam.*

*Et quid*

*Et quid si eodem tempore commissa fuerint ibid.*

*Et quid ante statuto puniente vulnera, seu percussiones, ibid.*

*Percutens clericum pluribus vicibus eodem impetu, an incurrat plures excommunicationes, ibid.*

*Et quid dicendum, si cum eodem telo plura vulnera uno ictu inferantur, versiculo, Hęc autem.*

*Et quid si delicta sint diuersi generis, uerfi. Alius est casus.*

*Et quid si extent tria Statuta, unum puniens delationem armorum, aliud puniens insultum, & aliud puniens vulnera, an si quis insultum faciat, & vulneret cum armis, sit unica pœna, uel pluribus puniendus, ibid.*

*Vulnerans animo tantum vulnerandi, & deinde abstinens animum occidendi, & occidens, an puniatur de homicidio tantum, an autem etiam de vulneribus, versiculo. Sed pone.*

*Et an propter reiterationem delictorum, uel consuetudinem delinquendi quis possit grauius puniri, uerfi. ed hic incidiēter.*

*Plures delinquentes contra unum, an teneantur omnes infolidum, versiculo. Ultimo quarto.*



**D**ICTVM est de pœnis, nunc de sententijs pœna lib. uidentum est, nā in ipsarum pœnarū impositione multa sunt, q̄ iudicē præ oculis habere oportet, quæ quidem nos hoc loco breuiter attingemus, & in primis quidam scias, quod regulariter in pœnis criminalibus nunquam potest quis puniri corporaliter, nisi dolus interueniat. Ita tenet Barto. in l. 1. §. 1. nume. 1. ff. si quis testamen. liber. & est communis sententia doctorum, ut dicit Cœp. ol. consil. crim. 33. colum. 2. versiculo. quod sic probatur, neque sufficeret lata culpa, nam in criminalibus lata culpa non equi paratur dolo. Et hanc opin. dicit esse communem Ias. in l. in actionibus, numero 23. & 26. ff. de in litem iuran. quem refert Blan. in pract. crim. fol. 56. nume. 137. &

sequen. Nunius de los corregidores, folio 240. colum. 3. in princ. Bermon. loquendo in crimine adulteri, in tract. de concub. fol. 58. nume. 71. Diaz reg. 540. vbi ponit hanc conclusionem pro regula Claud. in l. 1. nume. 33. ff. de leg. Et loquendo de pœna mortis, vel mutilationis membri imponenda, idem attestatur Cagno. in l. con tractus, nume. 10. ff. de reg. iuris, quem refert Villalobos in suo collecta communiti opi. in litera L, nu. 6. Sed certe hoc loquendo cum habet non modosi agatur de imponenda pœna mortis, vel mutilationis membri, uerum etiam si agatur de imponenda quacunque alia pœna corporali, se cundum glof. quæ simpliciter loquitur in dict. lege in actionibus, in uerbo, Non etiam ob culpam, quam Doctores sequuntur, teste Maril. consil. 67. nume. 40. Et ex hac conclusione inferitur, quod si statutū disponat, quod homicida sit decapitandus debet intelligi, dummodo homicidium sit commissum dolo, non autem culpa, Et est communis opi. ut dicit Ias. in d. l. 1. nume. 70. ff. de legib. & in d. l. in actionibus, nu. 26. quem refert Viuius in libro communium opin. fol. 239. verfic. statutum dolo pœnis. Dec. in d. l. in actionibus, nume. 20. quem refert Plotus in repet. l. 1. quardo, nume. 75. Cur. Iun. in l. si. nume. 9. quod quilibet iur. Menchiaca controuerf. illust. cap. 96. nume. 32. Et hoc receptissimum esse attestatur Alcia. in l. magna ne gligentia. ff. de verb. sign. Faciunt quæ dixi supra hoc eod. lib. §. Homicidium, ver. Culpa dicitur. Pro culpa uero punitur de linquens, quando culpa præcessit delictum, & ita dicunt communiter doctorores, ut dicit anan. in cap. de infantib. numero 4. de his qui filios occid. Reperio tamen aliquos tenuisse, quod etiam pro lata culpa possit quis corporaliter puniri, licet non eadem pœna, qua possit puniri, pro dolo, sed alia leuiore, & hanc opin. dicit esse communem Marita in suos d. p. culo, fol. 26. nu. 59. in fin. quem ego etiam quandoque uidi in senatu obferuari, sed regulariter pro culpa nō solet aliquis corporaliter puniri. Quæ autem dicta sunt de pœna corporali, eadem locum habent etiam in pœna infamiam uel uicium natus

tas propter culpam, non efficitur per tale sententiam infamis. Ita tenuit d. glo. in d. l. in a stianibus, in verbo, Non etiam ob culpam, & est communis opi. vt dicit Roma, ibid. numero 16. Fama enim, & vita equiparantur. Faciunt ea que dixi supra hoc eod. lib. §. homicidium, versicul. Idemque & nullo.

Scias etiam, quod regulariter plura delicta simul concurrentia, omnia puniri debent, Ita colligitur ex tex. in l. nunquam plura, ff. de priua, delictis. Hæc tamen conclusio non est ita generaliter intelligenda, sed pro clariori resolutione distinguendi sunt aliqui casus. Primus est, quando quis plura delicta eiusdem generis committit, puta quia plures percussiones, vel plura vulnera inferat alicui, Et tunc si quidem id facit ex interuallo, omnes fatentur, quod pluribus penis puniendus pro numero percussionum illatarum, vel vulnerum, Et ita videtur sensisse gl. in d. l. nunquam plura, in verbo, Occiderit, quæ in hoc communiter approbatur, vt dicit Boer, decif. 82. num. 10. præsertim si propter iteratione delicti interfit peccati offensæ, Et ita de facto feruari attestat Alber. in secunda parte statutorum, q. 24. num. 4. Si vero illa inferat eodem tempore, tunc aliqua est controuersia inter scribentes, nam gloss. præallegata in d. l. nunquam plura, videtur tenere, q. quando non interuenit separatio delictorum, vnica tantum pœna puniri debeant, Sed Bar. in ea. l. nūquā plura, post num. 4. post Dyn. reprehendit illā glossam, & dicit quod si illa gloss. esset vera destrueret totum mundum, & quod esset contra tex. illius legis, Et dicit Soc. cōsil. 63. num. 9. lib. r. quod in hoc communiter Doctores videntur sequi opi. Dyn. & Bar. quod scilicet etiam si percussiones vel vulnera eodem tempore illata sint, debeat pro eorum numero pœna multiplicari, Et illum refert Placa lib. r. delictorum, cap. r. num. 18. refert etiam, atque in frequentiori calculo hanc questionem distimiri attestatur Didacus lib. 2. resolutionum, c. 10. num. 8. Cæterum Iacob, de Arena in l. apud Labeonem. §. conuicti ff. de iniur. dixit in hoc articulo esse distinctionem iuxta verba legis, vel statuti, vt

si quidem statutum imponat simpliciter vulneranti, vel percussioni pœnam centum librarum, eo casu etiam si plura vulnera eodem tempore illata fuerint vnica tantum pœna centum librarum imponenda sit, si vero statutum imponat pro quolibet vulnere pœnam centum librarum, tunc puniendus sit in tot centum libris, quot vulnera intulerit, Et hanc opin. Iac. de Are. dicit esse communem Floria. in l. 4. ff. ad l. Aquil. prout illum refert Placa in loco præallegato, Et ex hac opin. Iac. de Are. inferitur, q. cum ex dispositione capituli si quis suadente, percussiones clericum incidat, in excommunicationem, vt dixi supra q. 77. versu. Percussiones clericu, si quis percussit clericum eodem impetu quatuor, aut quinque vicibus, vnā tamen exco. municationem tantum, non plures incurrit, Et hanc dicit esse communem opin. Didac. in dicto capitul. 10. post numeru 8. versu. quatum si eiusdem Placa in dicto capitul. r. nu. 19. Sed certe hanc distinctione Iacobus Pariter reprobat Bar. in dicta l. nunquam plura, numero 11. tenens, quod indistincte pœna pro numero vulnerum multiplicanda sit, subdens, q. ita obseruat consuetudo, Et ego statim dicam.

Hæc autem omnia locum habent, quando huiusmodi vulnera pluribus ictibus illata fuerint, sed quid si quis vnico ictu plura vulnera inferat, quia cum vidente, vel alio instrumento bifurcato eodem ictu aliquem in diuersis corporis partibus vulnerauit. Respon. q. pro vnico tantum vulnere puniendus est, secundum communem opin. antiquorum, vt dicit Alber. in secunda parte statutorum, q. 38. licet ipse contrarium teneat, quem etiam opin. dicit esse communem, & quotidie in practica obseruari, Viuius in lib. communium opin. fol. 200. versicu. statutum imponens. Ang. autem de malef. in verbo, & dictum Titium, nume. 2. refert pariter in hanc questionem Iacob, de Arcin. distinxisse eo modo, quod supra dictum est & subdit, quod opin. Iacob. communiter tenetur, referens ita attestari Floria. in d. l. 4. ff. ad l. Aquilia. quem tamen in libro meo non reperio hoc dicentē, & affirmat

quod illum vidit in practica semper obseruari, hoc idem attestari Florianu dixit Barb. in A. post. ad Bar. in l. si gemina, sub num. j. in verbo, Ego puto. ff. arbo. furtim cælarum. Bar. autem in d. l. si gemina, nu. j. tenuit, quæ etiam hoc casu debeat indistincte pro pluribus vulneribus puniri. Alexan. in l. quod dicitur. la. j. in ff. de verb. obl. dicit, q. distinguendum est, vt per Bar. in d. l. si gemina, deinde subdit, q. omnes concludunt esse inspicienda verba statuti, an loquatur de percussionibus, aut de vulneribus. Ego certe semper vidi in practica obseruari opin. Bar. vt scilicet siue statutum loquitur per verba, Si percussit, vel vulnerauerit, vel per verba, Quod p. qualibet percussione, vel vulnere, & c. semper puniatur delinquens secundum numeru percussionum, vel vulnerum, & hoc siue illata sint eodem ictu, siue pluribus. Poterit tamen iudex, vbi huiusmodi casibus bitari contingat, informare se a peritis sub interpretatione, quæ talia statuta habuerunt a consuetudine, & secundum illam iudicare, quia minime mutanda sunt, & c.

Alius est casus, quando delicta sunt diuersi generis: & hoc casu si committantur ex interuallo, res nullam habet difficultatem, quin omnia punienda sint, vt habetur in d. l. nunquam plura. si vero facta sunt eodem tempore, & ad eundem finem tendant, puniatur delinquens solummodo pœna maioris delicti. Et potest poni exemplum, si extet in ciuitate tria statuta, vnu puniens delationem armorum in centum, aliud puniens insultum in centum, aliud puniens vulnus in centum, & aliquis insultet alium cum armis, & vulneret, certe non est in omnibus istis penis puniendus, sed solummodo puniri debet in centum pro vulnere, quia pœna insultus, & armorum, confunditur cum pœna vulneris, Ita colligitur ex gl. in l. qui de crimine, in verbo, plurima. C. de accusa quam sequuntur omnes scribentes, ut dicit Marfil. in l. si in rixa, numero 15. ff. de scar. pract. Iod. cap. 77. num. 4. Io. Arno. dialogo 47. per constitutionem. hanc etiam dicit esse communem opin. Iafred. decif. 95. quem refert Viuius in lib. communium

opis. fol. 198. ver. Statutum puniens. Et illa gl. solet allegari, q. minora delicta confunduntur cum maiori, ita quod solum maius delictum puniatur. Et dicit Marfil. in l. vnica, num. 54. C. de raptu virg. q. illam gl. sequuntur Doctores, Et ita seruauit sententia in quodam Io. baptista de Furnarijs, qui proiecerat pilam ferream in suu aduerlarium, & deinde prior ense euaginauerat, quem vnica tantum pœna iussit puniri. 1559.

Sed pone, aliquis aggressus est alium animo tantum illum vulneradi, & vulnerauerit, deinde ex aliquo dicto, vel facto illius superuenit impetus vulneranti, & mutato proposito illi occidit, nunquid erit puniendus de occiso tantum, an autem de vulnerato, & etiam de occiso? Respon. Barto. in d. l. nunquam plura, numerum. 5. dicit q. ex quo fuit duplex impetus, scilicet primo vulnerandi, & deinde occidendi, debet de vtroque teneri. sed certe vniuersalis consuetudo contrarium obseruat, vt dicit Ang. in d. l. nunquam plura, num. 7. quem refert anan. in c. fin. post num. 5. de collat. deteg. Nam ex vnitatem rixæ minus delictum cum maiori confunditur. Et quamuis forte opin. bar. sit de iure verior, nihilominus ab hac opin. quam consuetudo approbatur, nullo modo esset in practica recedendum: nam pœna homicidij, quæ est pœna mortis, & confiscationis bonorum, absorbet omnes alias pœnas corporales, & pecuniarias.

Sed hic incidenter quero, nunquid propter reiterationem delictorum, vel consuetudinem delinquendi, reus possit grauius puniri? Respon. bar. in l. r. nu. 2. C. de superexactor. lib. 10. dicit, quod licet alias crimina non essent capitalia, potest tamen reus propter consuetudinem delinquendi, di puniri pœna mortis, Et secundum hæc opin. aliquando fuisse practicum in sacro cons. Neapol. attestatur Grammatic. cons. crim. 17. num. 16. & voto 17. per totum, vbi refert fuisse ad mortem cõdemnatum, quemdam, qui eodem tempore quinque vxores habebat. Idem etiam practicum fuisse per parlamentum parisiense refert papa lib. 24. tit. 10. Arrasto 9. Sed idem Grammat. decif. 16. num. 7. dicit, q. quid Pract. Iul. Clar. D. quid

quid sit in puncto iuris, hoc in practica non recipitur, vt scilicet propter consuetudinem delinquenti poena ordinaria augetur. Et hæc opinio mitior est, & illam se qui solet lenacius, qui nunquam in delictis non capitalibus propter quamcunque reiterationem solet poenam mortis imponere, sed tantummodo, vel torturam atrocius inferre, vel ad extraordinarie puniendum grauius arbitrari.

Vltimo quero, nunquid plures delinquentes simul contra vnum, teneantur omnes in solidum? Respon. quod sic, vt est tex. in l. si plures. ff. de iniur. & est communis regula, vt attestatur Natta consil. 79. numero 10.

## QVAEST. LXXXV.

## SVMMA RVM.

*Index an debeat imponere delinquenti poenam loci originis, domicilij, vel delicti.*

*Et quid si delinques sit forensis, an possit puniri secundum statutum a loco, in quo deliquit, versic. Secundus est.*

*Et quid si illud delictum non sit a iure communi, prohibitum, ver. Sed quid si delictum.*

*Et an statuta, pro delictis poenas imponant, ligent etiam subditos delinquentes extra territorium, versic. Tertius est casus.*

*Et an poene statutorum pro delictis impositis, tollant poenas pro eisdem delictis a iure communi impositas, versiculo. Debet etiam*

*In poenis alterнатim impositis cuius sit electio, iudicis an rei, ver. Solet etiam.*

*Et quid si statutum disponat, quod quis pro delicto condemnatur in centum libris, quas si non soluerit intra decem dies, amittatur ex manus, an eo casu possit iudex omittere poenam corporalem, Et exequi pecuniarium, ver. Sed hic quero.*

*Et quid e conuerso, si ante statutum quod non comparens ponatur in barno, de quo non*

*eximatur, donec soluerit mille, an si ipsi vellet stare in barno, possit iudex eum cogere ad soluenda mille, versic. Successiuo quero.*

*Vbi agitur de poena imponenda ex aliqua speciali constitutione, debent omnes qualitates verificari, de quibus in ipsa constitutione fit mentio, versic. Vbi agitur.*

*Iudex an possit ex causa minuere poenam ordinariam pro aliquo delicto a iure communi, vel a statuto impositam, versic. Vltimus quero.*

*Et an possit illam commutare, si delinques non est capax illius poena, versicid. Non onnitto.*



ED quoniam plerumque propter diuersitatem fore originis domicilij, vel delicti, & eorum locorum iura, vel statuta diuersas poenas imponere, in faciendis condemnationibus dubitari solet, quæ poena sit pro delictis imponenda, videamus, an iudex debeat imponere poenam loci originis, vel loci delicti, & an poenam iuris communis, vel statuti. Et quia materia est valde intricata, distinguendi sunt nonnulli casus.

Primus est, quando iudex loci delicti procedit contra delinquentem, qui est sibi subditus etiã ratione originis, seu domicilij, Et hic casus modicam habet difficultatem: nemo etiam dubitat, quin sit puniendus secundum leges, & statuta ipsius loci. An autem quando, in eodem loco reperitur vna poena imposita a iure communi, & alia a statuto, debeat iudex imponere poenam statutariam, vel poenam iuris communis, dixi infra, versic. Debet etiam.

Secundus est casus, quando iudex loci delicti procedit contra forensem, qui deliquit in suo territorio, Et hoc casus, si quidem pro eo delicto non reperitur imposita alia poena per statuta locorum, quam ea, quæ est imposita a iure communi, nulla etiam est controuersia, quominus iudex iuri debeat secundum dispositionem iuris communis. Et in hoc pariter nemo dubitat. Punitus est, quando statutum loci de-

ci delicti imponit pro eo delicto aliam poenam, nunquid possit iudex ipseus loci delicti condemnare huiusmodi forensem in poenam statuti: & sic an statuta poenalia super delictis, ligent etiam forenses. In qua quidem questione aliqui simpliciter dicunt, quod iudex loci delicti potest punire delinquentem, etiam si non sit de iurisdictione sua, non solum secundum iura communia, sed etiam secundum statuta sua, & ita tenere communiter Legistas dicit Felin. in cap. a nobis. el primo. numero primo, de senten. excomm. ita etiam communiter generi attestatur Abb. in ca. si. numero vigesimo quarto. de foro competen. Hæc quoque opinionem dicit esse communem Felin. in dicto cap. fin. numero 24. & illam ubique seruari attestatur Albe. in tertia parte statutorum. questio. prima. Bar. autem in l. cunctos populos. nu. 21. C. de summa Trimi, distinguit, quod aut tale delictum erat prohibitum etiã a iure communi, & eo casu potest forensis delinquens puniri etiam penis contentis in statuto. Aut uero non est delictum de iure communi, sed solummodo secundum statuta ipsa ciuitatis vel loci, & tunc non punitur nisi iussisset, sciens, vel in ignorantia supina. Et hanc opinionem Bar. ostendit esse communem laf. in d. l. cunctos populos in prima lectura. numero 30. prout illum refert Voss. in titu. de penis. numero 18. licet i libro mox aliter loquatur, quim iam (ni fallor) in secunda lectura. numero 67. concludit, quod in iudicando melior est opinio contra Bart. Hanc etiam opinionem Bart. dicit esse æquiozem, & magis communem Marfi. in l. fin. numero 81. ff. de iurisdictione omnium iudic. Plus dicit Moder. super consuetu. Paris. §. 30. post numerum 150. quod hæc est communis, & vera conclusio, quod etiam forenses, & alij probabiliter ignorantes poenas a statuto loci vltra ius commune impositas, nihilominus subiiciuntur penis statuti loci, in quo delinquent, ex quo intendit de linquere, & committunt crimen a iure communi prohibitum, & illum refert Did. in repeti. cap. alma mater. fol. 493. col. secunda. de senten. excomm. in sexto. Hanc etiam dixit esse opinionem communiter Docto-

rum Gand. in tit. de penis reorum. nu. 16. Et generaliter, quod delinquens debeat puniri pena imposita a statuto loci, in quo punitur, dicit esse communem conclusionem Marian. in c. postulasti. nu. 16. de foro compe. Hoc tamẽ intelligit, ut procedat in penis secularibus, secus autem in penis spiritali, prout est pena excommunicationis a statuto imposita: illa enim nõ ligat probabiliter ignorantes, etiam in actu a iure communi prohibito, & damnato. Et hanc opinionem dicit esse communem Crott. in repe. c. ut animarum. in fi. principi. de cõstiti. in 6. prout illum refert Bdad. in loco præallegato. & licet in puncto iuris hæc limitatio vix possit sustineri, cum non uideat subesse aliqua probabilis ratio differentie inter poenam excommunicationis & alias poenas nihilominus cum hæc opinio magis faueat animabus, credere nõ esse ab ea in iudicando recedendum.

Sed quid si delictum, de quo agitur, nõ quidem sit prohibitum a iure communi, sed tamen per totam prouinciam, ut plurimum uigeant statuta illud prohibentia, prout est in extrãitione frumentis, quæ communiter per totam Italiam est prohibita per statuta ciuitatum, ut dicit Bartol. in loco præallegato? Respon. Bartol. ibi tenet, quod possit forensis etiam hoc casu puniri pena statuti id prohibentis, nec possit se excusare prætextu ignorantie, & dicit Cor. consil. 64. in fine. lib. tertio. quod in hoc omnes concordant. Hanc etiam dicit esse communem opinionem Legistarum Imola in l. fina. §. licet quis. ff. de publica. Videtur enim eo casu talis forensis delinquens contra huiusmodi statuta esse in supina ignorantia, merito non est excusandus. Ego tamen, quidquid sit de rigore iuris, dicerẽ in prædictis casibus statum esse iudicis arbitrio, qui inspecta facti, & personarum qualitate pro sua religione, decerneret, an forensis prestendus sit pena statuti, uel i totum excusandus, uel saltem poena ex aliqua parte recuperanda. Et ita ego in hoc Ducatu sepius uidi excusari forenses, qui moram non traxerant in dominio a pena imposita contra de feretes archabufus rotatos, & hmoi: & cõsulerẽ (ubi aliquo modo possent ignorãtia

dici probabilis ( ut iudices semper in mi-  
torem partem inclinent. Vide que di-  
xi supra quaestio. 82. statut. 7. vers. Quare  
nunquid.

Tertius est casus, quando iudex origi-  
nis, vel domicilij procedit contra subdi-  
tum suum, qui deliquit extra territorium, an  
s. possit imponere poenam statuti loci origi-  
nis, uel domicilij, & sic an statuta impo-  
nentia poenam pro delictis, ligent subdi-  
tos delinquentes extra territorium, sup-  
ra quo opus esset decisione Casarea, ut dicit  
Angel. in l. fin. ff. de iurisdictio. omniu iu-  
di. prout illum refert Euerard. consil. 45.  
col. 3. vers. Non obstat etiam, licet Ang. i  
libro meo id non dicat. Et in hac quaestio-  
ne Bar. in l. cunctos populos. nume. 47. &  
sequen. tenuit, quod quando statutum ex-  
presse loquitur de delinquentibus extra  
territorium, comprehendat etiam eos, q  
extra territorium delinquant. Et in hoc  
opin. Bart. communiter approbati dicit  
Socin. consil. 383. nu. 4. in fine. lib. 2. Quan-  
do vero statutum simpliciter loquitur, tunc  
dicit Bar. quod iudex originis, uel domi-  
cilij non potest punire subditum delin-  
quentem extra territorium, nisi secundum  
poenam inpositam a iure communi, uel  
secundum statuta loci, in quo deliquit, no  
autem secundum statuta ipsius loci origi-  
nis, uel domicilij, & hanc opinionem di-  
cit esse eodem Alex. consil. 111. post num. 1.  
col. 2. vers. & cum sit lib. 2. quem refert pa-  
rif. consil. 159. nu. 6. lib. 4. & Ruin. consil.  
84. in fi. li. 4. & Afflic. super tertia parte co-  
stituti. Regni. rub. 55. post nu. 19. & Rochus  
de consuet. folio 114. nu. 20. & Boff. in tit.  
de poen. nu. 19. dem attestatur August. ad  
Ang. de malef. in uerbo. Hec que dam in  
quisitio. nu. 84. Ita etiam communiter  
teneri attestatur Fel. in c. a nobis. el primo.  
nu. 6. de senten. excomm. quem refert  
Paris. in d. consil. 159. nu. 7. & seq. Duennas  
reg. 146. & ita pluries uidi apud nos obser-  
uari, quia scilicet ubi poterat haberi no-  
ticia statutorum loci delicti, sepe fuit  
imposita illa poena, licet per constitutio-  
nes huius Ducatus alia poena esset impo-  
sita, & in specie ita conclusum fuit in se-  
nati in ca cuiusdam Thomae Bolognini,  
contra quem procedebatur p uulneribus

animo deliberato illatis cuida in castris  
Senarum. 15. Octobris. 1556. D. P. Et me-  
mini, quod cum Illustr. Alexander Vice  
comes, tunc Senator, & Prator Cremonae  
condemnasset quendam Adam Tinctum  
Cremonensem pro vxoricidio per eum  
commissio super territorio Brixienfi, in  
amputatione capitis, abique bonoru con-  
fiscatione, & fisco reclamante fuisset ei co-  
cessa restitutio in integrum. Senatus in-  
tellecto quod licet statutum Brixie pro  
eo delicto imponeret poenam confiscatio-  
nis bonorum, nihilominus ex consuetudi-  
ne illius curiae non solebat talis poena im-  
poni, & quod prius idem Adam fuerat p  
eodem delicto a pratore Brixie condem-  
natus solummodo in amputatione capi-  
tis, omisa bonorum confiscatione, confir-  
mauit sententiam latam per ipsum Illustr.  
Vicecomitem, & fisco silentium impouit  
19. Decembris. 1548. P. N. Et ideo a predi-  
cta distinctione non recedas in iudicatio-  
ne, quamuis ( ut dixi ) Maria. in d. cap. post-  
lacti. nume. 16. generaliter dicat commu-  
nem conclusionem esse, quod delinquens  
debeat puniri poena inposita a statuto lo-  
ci, in quo punitur.

An autem possit iudex loci domicilij,  
uel originis procedere contra subditum,  
qui deliquit extra territorium, per uiam  
inquisitionis, dixi supra quaest. 39. versic.  
Sed quaero.

Debet etiam iudex aduertere, quis sit  
pro aliquo maleficio sit inposita aliqua  
poena per ius commune, uel aliam legem  
antiquam, postea fuit condita lex noua,  
uel statutum, imponens aliam poenam p  
eodem maleficio: eo casu imponenda est  
poena statuta a lege noua, non autem a le-  
ge antiqua, uel a iure communi. Beneve-  
rium est, quod in hoc articulo uariae fue-  
rent aliquid iurisdictionis Doctorum: na  
aliqui tenuerunt, quod per statutum impo-  
nens poenam nouam, non intelligatur sub-  
lata poena iuris communis, & ita post no-  
nullos antiquos tenuit Bartol. in l. 1. nu-  
mero 1. ff. ui bonorum raptorum. Et hanc  
opinionem communiter teneri attestatur  
Cyn. in l. pui sepulchra. C. de sep. uio. que  
refert Ancaran. in ca generali. l. de reg. iur.  
in sexto. & Caccia lup. in repetit. l. omnes  
populi.

populi, num. 90. ff. de iust. & iu. Idem di-  
cit Bal. in l. non est nouu. ff. de legib. que  
refert August. ad Ang. de malef. in uer-  
bo, Et ibi caput, num. 9. Et hanc opin. te-  
neri per Doctores attestatur Ang. in d. l.  
qui sepulchra, uel in tex. ibi nihil enim,  
Hanc etiam dicit esse communem opin.  
Abbas in c. de causis, num. 14. de offi. de-  
leg. Idem dicit Sal. in d. l. qui sepulchra,  
post num. 7. versic. quaero nunc. C. de se-  
pul. vol. prout illum refert Anan. in c. fi.  
num. 16. de collu. deteg. qui tamen hoc ex-  
plicate non attestatur, imo dicit, quod li-  
cet quo ad natiuitatem sit dubium tamen,  
quo ad executionem omnes tenent, quod  
poena statuti tollat poenam iuris comu-  
nis, Berous in d. c. de causis, post num.  
75. Contrariam autem opinionem, quod  
scilicet per poenam statutariam sit sublata  
poena iuris communis, tenuit Bal. in l. da  
ta opera, num. 19. & seq. C. qui accus. non  
post. subdens, quod factus est iudex, qui  
aliam poenam impoueret quam statuta-  
riam, & dicit Pract. Carer. fol. 519. num.  
14. quod hanc opin. tenent omnes Do-  
ctores, Hanc etiam opin. dicit esse comunem  
Deci in d. c. de causis, num. 14. in fi. prout  
illum refert Alea. consil. 453. post nume.  
5. vers. non obstat igitur, Marfil. in pract.  
crim. §. qui erit, post nu. 6. quem refert  
Vinius in lib. communium opi. in uer-  
bo, Statutum imponens, Dicit etiam  
Blanc. in pract. crim. fol. 72. num. 61. &  
seq. quod haec opin. uidetur magis com-  
muniter recepta, & quod ita comuniter  
practicat, & dicit Alber. in prima parte  
statutorum, quaest. octaua, num. 10. in fin.  
quod totus mundus ita obseruat, licet di-  
cat, quod in hac questione opus esset deci-  
sione imperatoris, quem refert August. ad  
Ang. de malef. in uerbo, Et ibi caput, post  
num. 9. & Marfil. consil. 61. num. 19. refert  
etiam Ant. Gomez. lib. delictorum. ca. 1.  
num. 58. in fi. subdens, quod licet contra-  
ria opinio sit magis comunis, tamen ista  
seruaretur iudicando, & consulendo,  
Hanc etiam opi. communiter seruari at-  
testatur Gaud. in tit. de aliquibus quest.  
num. 4. Idem dicit Pau. de Castro in l. 1.  
§. dixerit aliquis, num. 6. ff. de publica.  
quem refert Grammat. consil. 25. nume.

56. & Roland. consil. 35. numero 48. lib. 2.  
Et dicit Rota Sen. decil. 9. posita post co-  
silia criminalia diuersorum libr. 2. nu. 3.  
quod haec opin. pr. qualuit, & est approba-  
ta per illum, Et ita in hac puincia indi-  
stincte obseruatur. Cum itaque haec opi-  
fit proculdubio magis communis, & a co-  
muni consuetudine approbata, non esset  
ab ea in iudicando recedendum, Et haec  
conclusio multo magis procederet, ubi  
pro aliquo delicto iudex impouisset poe-  
nam statutariam, nam eo casu proculdubio  
non posset postea imponi delinquenti  
poena iuris communis, etiam si esset ma-  
ior quam statutaria. Cum enim utraque  
poena tendat ad uindictam, una per aliam  
tollitur, Et in hoc omnes concludunt, ut  
dicit Baro. in d. l. 1. in ultimis uerbis. ff.  
vi bon. rapt. quem refert Anan. in d. cap.  
fin. num. 16. de collu. deteg.

Solent etiam plerumque in facto dubita-  
ri, nunquid quando a lege uel statuto sunt  
inpositae plures poenae alternatiuae pro  
aliquo delicto, sit eo casu electio iudicis,  
an rei. Et in hoc qdem articulo gl. in c. si  
cut iudei, in gl. fi. de Iudeis, uidetur sim-  
pliciter tenuisse, qd electio sit ipsius iu-  
dicis, Et illam gl. communiter teneri p  
Doctores affirmat Anan. in eo. c. sicut iu-  
dei, post nume. 17. idem uidetur tenuisse  
gl. in ca. crapula, in gl. fin. de uit. & hon-  
clericorum, quam dicit sequi communi-  
ter a Doctoribus Abbas in eo. c. a crapu-  
la, numero 4. Tu uero pro clariori intel-  
ligentia in h. uerbo dicitis Bar. in l. 1. §.  
expilatores, num. 2. ff. de effra. & distin-  
gue tres casus. Primus est, quando uer-  
ba legis, uel statuti, sunt directa ad iudi-  
cem, puta si aliquis commiserit tale male-  
fictum, iudex faciat illi fultigari, uel co-  
demnet in scutis X. Et tunc electio est in  
iudicis, Et dicit Ripa in cap. inter ceteras,  
numero 59. de rescri. quod cum haec  
conclusio transeat communiter Do-  
ctores, Et ratio est, quia lex dirigunt  
uerba ad iudicem, censetur etiam ei dedisse  
arbitrium eligendi. Secundus est casus,  
quando uerba legis uel statuti dirigunt  
ad reum, puta ille, qui fecerit tale male-  
fictum, soluat 10. aureos, uel relaxaret fisco  
tertiam partem bonorum suorum mobi-  
lium. Praet. iul. Clar. D d 3 lium



lium, Et tunc lex quo dirigendo verba ad reum, uideur ei uel dedisse optionem, dicendum est quod arbitrium eligendi spectat ad ipsam reum, & ita tenent communiter Doctores, ut dicit Ripa. in d. ca. inter ceteras, num. 65. quia tenent communiter Doctores. Tertius est casus, quod uerba non sunt directa, neque ad iudicem, neque ad reum, sed sunt impersonalia sicut plura, Et in hoc est difficultas. Bar. in loco praallegato, primo dicit se dubitare, deinde subdit, quod putat in dubio electionem esse ipsius rei. Glof. autem communiter sentiunt, quod electio sit iudicis, ut attestatur Summa Siluestri. in verbo, Pœna, nu. 7. Tu uero dicit, quod An utraque pœna est corporalis, puta quia lex dicat, quod pro tertio furto quis suspendatur, uel de capiteur, Et hoc casu omnes fere concordant, quod electio sit iudicis, non rei, quin imo quod non potest iudex, etiam si velit, relinquere ipsi reo optionem, ut dixi infra q. 99. uel. Item quæro. An utraque pœna est pecuniaria, puta pro furto sit pœna X. aureorum, uel amissionis tertie partis bonorum mobilium, Et hoc casu omnes tenent, quod electio sit rei, ut attestatur Cypolla in l. si fugitiui, nu. 51. C. de ser. fug. qui tamē ponit exemplum, iudicio meo, ualde absurdū, scilicet si lex pro delicto imponat pœnam centum aureorum, uel quinquaginta. Ego certe talem legē, uel statutum nunquam uidi. Aut altera pœna est corporalis, altera pecuniaria, Et hic casus proximis diebus contingit in quodā Lancelotto Ferr. qui executionem quandā prohibuerat, pro quo delicto est a constitutionibus huius ducatus imposita pœna trium mēsuā ecclē, uel 200. aureora, Et post multa Senatus cōsultus in istis casibus esse in arbitrio rei, an uelit soluere pœnā pecuniariam, uel subire corporalem, Et ita referripit prætori Vigleuani. 4. April. 1561. P. N. Quæ tamen omnia intellige ut procedant, nisi aliud ex uerbis ipsius legis, uel statuti colligi possit, puta quia lex diceret secundum qualitatem personarum, uel inspecta facti qualitate, uel huiusmodi: nam hoc casu, cum shibenda sit causa cognitio, dicendum est, quod indistincte electio ad iudicem pertineat.

Sed hic quæro. pone stat statutum, quod uulnerans puniatur in centū libris, quas si non soluerit intra decem dies, amputetur ei manus dextra, Modo cōdemnatus non soluit in termino, nisi quid poterit iudex omittere pœnam corporalem, & facere executionem pro centum libris in bonis rei? Respond. quod sic, Ita tenet Bart. in l. cum duobus, §. in. num. 2. ff. pro socio, cuius opin. Doctores sequuntur, Et de illa doctrina multum exclamatur, ut dicit Aug. ad Aug. de malef. in verbo, Quas si non soluerit, num. 18. & ita in facti contententia consulit Corn. consilio quinto libro tertio.

Succellius quæro, pone stat statutum, quod non comparens ponatur in banno, de quo non estimatur, si uelit soluere con demnationem librarum mille, Modo qui dam uocatus non comparuit, & fuit positus in banno, & condemnatus in mille, nunquid si ipse uult stare in banno, & non soluere con demnationem, poterit eo non obstante fiscus facere executionem in bonis ipsius pro summa librarum mille? Respond. quod non, & ita in practica seruatur, ut dicit Bald. in auth. bona dānatorum, in fin. C. de bon. proscr. licet relinquat cogitandū, an sit uerum de iure. Sed certe ego credo hoc etiam de iure procedere, Mens enim statuti uidetur esse, ut ille principaliter sit positus in banno, & deinde sit in eius facultate soluendo lib. mille ab ipso banno se eximere, unde cum ipse eligat stare in banno, uidetur plene satisfactum dispositioni ipsius statuti.

Vbi agit de imponenda pœna alicuius specialis constitutionis, oportet quod in illo casu uerificetur omnes qualitates in ipsa constitutione expressæ, alias pœna non committit, Et doctrina 10. Andr. in cap. 1. de homicid. in sexto, quam dicit esse sing. & ab omnibus approbatam Tortus inter consilia Anton. de iurico, consilio ultimo, numero primo, in fin. Vide quæ dixi supra hoc eo. li. §. Assiduum, circa princ.

Vltius quæro, nunquid iudex possit ex causa minuere pœnam ordinariam in positam a iure pro aliquo delicto? Respond.

ponit. quod sic, siue agatur de pœna imposita per ius commune, in quo fore omnes consentiunt, & ita esse cōmunem opinionem attestatur Dec. in c. de causis. num. 18. de offic. delega. quem refert Publi. super consuetud. Aluern. fol. 163. num. 9. & Viuius in lib. communium opinionum. in verbo, iudex ubique, siue etiam agatur de pœna imposita a statuto, quo casu, licet aliqui tenuerint contrarium, magis tamen communis opinio est, quod possit iudex etiam pœnas statutarias ex cā minuere, ut attestatur Areti. in ca. qualiter & quando. el. secundo. num. 24. de accusatio. quem refert Didacus libro secundo resolutionum. cap. 9. num. 8. & Placa libro primo delictorum. cap. 33. numero 5. Dec. in d. 30. ca. de causis. num. 19. quem refert Menchiaca controversia illustrū. cap. 14. numero quarto. Blan. in practica crimina. fol. 73. num. 71. & sequen. Tiraque. de pœnis. in præfatione. numero 22. quem refert Taeg. in pract. crimin. ca. 13. numero 17. Sed hæc quidem conclusio intelligenda est, ut procedat in maioribus magistratibus. illi enim possunt pœnas statutarias minuere ex causa, siue talis cā sit coherentis delicto, siue sit causa extrinseca, sed minores magistratus bene possunt minuere pœnam ex causa coherentis delicto, sed si uolunt pœnam alterare ex causa extrinseca, debent principem consulere, ita uidetur colligi ex decisione Bald. in authen. hodie iurat. C. de iud. Et hæc limitationē dicit esse cōmuniter receptam Blanc. in loco praallegato. post numerum 90. Hanc etiam dicit esse communem opinionem Dec. in d. c. de causis. in loco supra per me allegato. post numerum 10. & hoc, nisi consuetudo provincie aliter se habeat, prout in Fræcia, ubi ex cōsuetudine illius regni oēs pœne criminales sūt in arbitrio iudicantis, ut attestatur pract. Millei, fol. 128. num. 47. & fol. 147. num. 30. nam eo casu talis consuetudo sequenda est. Scias etiam, quod hæc conclusio intelligenda est, ut procedat ante sententiā, prout loquitur Gl. in l. quid ergo. §. pœna grauior. in verbo, Onerasset. circa princ. ff. de infam. quam dicit esse communiter

receptum Didac. prac. q. 35. circa sic. si secus autem post sententiam. Caveant tamen iudices, ne id sine iusta causa, & à iure approbata faciant, ne aliquid eis deterius cōtingat: nam iudex, qui in causis criminibus lib. minore pœnam imponit, quam de iure imponere debebat, est infamis. l. feruos. C. ad legem Iuliam de vi publica. s. tereaque debet puniri eadem pœna, quæ erat puniendus reus, ut colligitur ex tex. in l. 3. in fine. C. ne sanctū batil. reiteretur. & refert Andr. de Iler. q. Rex Carolus primus fecit quandam iudicem furca suspēdū, ex eo quod quandam reum erat condennandus in amputatione capitis, condēna uit tantum in amputatione manus, quæ refert Paris Rut. de synd. fol. 358. post numer. 3. & Affli. super secunda parte constitutionum Regni, rub. 3. nu. 22. & Chaf. super consuet. Burgund. fol. 45. num. 29. & Pract. Carer. fol. 51. num. 10. Prætereaque debet iudex, qui minuit pœnā à iure, uel statuto impositā, exprimere causam in sententia, propter quam mouet ad illam minuendam, prout se frequenter uidisse de facto fieri attestatur Iaco. de Beluis. in pract. crim. fol. 46. in rub. de fuga reo. num. 62. Puto tamen sufficere, quod iudex dicat ex illius causis animā suam mouentibus id facere, absq; eo, quod in specie causam ipsam exprimat, quam sententiam communem esse dicit Menchiaca cōtrouer. illust. c. 14. nu. 5. R. x. quibus autē causis possit iudex pœnam a lege impositam minuere, dixi supra q. 60. Itē scias, quod quando pœna ordinaria ex aliqua cā minui debet, non potest de iure imponi pœna corporalis, sed hoc de cōsuetudine non seruatur, nam plerumque lenius minuentur pœnam ordinariam transmittit delinquentes ad terribes ad tempus, & quæque etiam in perpetuum, prout etiam seruat cons. Neap. ut per Gramma. decil. 8. & alibi plurius, in locis, & ita practica ri attestatur Nunnus de los corregidores, folio 105. col. 4. in prin.

Non omittere etiam circa hæc pœnarum impositionem, quod quando delinqueus non est capax pœnæ, quæ à iure imponitur pro delicto, tunc potest iudex illam pœnam in aliam commutare.

Et ideo, si ex forma statuti, propter falsum testimonium sit alicui amputanda manus dextra, & ille non habeat manum dextram vel habeat illam aridam, debet officio iudicis illa poena in aliam commutari, & ita dicunt Doctores, vt attestat Bald. in l. note rint. nu. 5. C. vt intra cer. temp. Ana. in c. r. nu. 2. de calum. Vide in hoc proposito quae dixi supra q. 69. ver. Sed quid si reus. & ita vidi quandoque per senatum iustum fuisse fustigari quemdam Laurentium Blancum pro delatione armorum prohibitorum, eo quia cum esset gibbosus, non potuit affici poena edicti, quae erat trium ictuum funis, & alias sepius vidi mutari ex hac causa ictus funis in fustigationem, vel alligationem ad catenam infamem, vel exilium, iuxta qualitatem facti, & personarum. Vitium quoque est senatus, quod poena ictuum funis publice, non sit irroganda mulieribus: & ideo ius sit admitti ad compositionem quasdam meretrices, quae ludum prohibitum luserant. 2. Januarii. 1551. P. N. Et quandoque etiam vidi mutari poenam trimum in exilium, vt in Joanne Angelo de Portu. 9. Martii. 1558. A. C. Bene verum est, quod in hoc Ducatu non liceret iudici inferiori hoc facere, nisi consulto senatu, & propter hoc fuit grauer reprehensus quidam praetor, qui fecit alligari catenas infami quemdam Antonium Rauarium condemnatum in poenam duorum ictuum funis, sub praetextu, quod esset herniosus. 19. Augusti. 1559. P. N.

QV AEST. LXXXVI.

SVM MARIVM.

*Unus pro alio puniri non debet, Dominus non tenetur pro delicto famulorum suorum, versic. Hinc inferitur.*  
*Pater non tenetur pro filio, neque etiam in legitima, versic. Secundo inferitur.*  
*Quiaquid facit filius occasione patris, vel famulus occasione domini, & eo sciente praesumitur factum de eius voluntate, versic. Hinc inferitur.*

*Statutum, quod unus pro alio puniatur, & valeat, versic. Sed haec quidem.*

*Et an valeat statutum, quod dominus tenetur pro familia, versic. Et ex hac.*

*Et an quod filij, vel nepotes amittant bona propter aliquod delictum parentis, versic. Inferitur etiam.*

*Et an quod pater tenetur solvere condemnationem pro filio usque ad legitimam, versic. Valebit igitur.*

*Et quid si stante hoc statuto filius fuerit in contumaciam condemnatus, versic. Sed quare.*

*Et an valeat statutum, quod nulla tenetur pro delictis commissis in suo territorio, versic. Ex hac etiam. Remissive.*



**E**ST etiam iudex animadvertere, ne aliquem puniat pro delicto alterius: nam regulariter unus pro alio puniri non debet.

Hinc queritur, quod dominus non tenetur pro delictis famulorum suorum, secundum Bartolum in l. ne quid. numero primo. ff. de incend. rui. naufragio. Et est communis opinio, vt dicit Curt. Iun. in l. 1. post numerum 13. C. de ser. fug. No. n. debet culpa seruorum, vel quomodocumque subditorum esse nocua dominis suis, & est communis opin. ut dicit Curt. Iun. in dicta l. prima. numero 13. Hoc tamen intellige ut procedat, nisi dominus teneat in domo viros notorie scelestos: nam eo casu vtique tenetur pro eorum delictis, & ita sentit tota iuris schola, vt dicit Placa libro primo delictorum. c. 14. nu. 1. in fine & nume. 3. dicit, quod haec est recepta omnium sententia, & ideo quando dominus molestatur pro delicto commissio a famulis suis, bonum est, quod probet ipsos fuisse reputatos communi opinione pro hominibus bonae uocis, conditionis, & famiae: nam hoc ipsum ualde excusaret. Scias etiam, quod quidquid facit famulus occasione domini, eoque sciente censetur fecisse de eius voluntate, & est communis opinio, vt dicit Curt. Sen. conf. 41. nu. 10. secundum quam uidetur consuluisse in facti contingenti Graminat. consil. cri. 8. Ceterum de his delictis, quae famu-

famulus facit dominio inficio, vel prohi re no valente, dominus no tenetur, & est comunis opinio, ut dicit Cagnol. in l. cul pa caret. post nu. 13. ff. de reg. iur.

Secundo inferitur, quod neque etiam pater tenetur pro filio, & ideo si filius fuerit condemnatus pro aliquo delicto, non tenebitur pater solvere huiusmodi condemnationem, neque etiam ex legitima debita ipsi filio post mortem patris, ita tenuit Gulin. l. si qua poena. ff. de his, qui sunt sui vel alieni iuris. quem sequuntur communiter Doctores, vt dicit Laur. Pala. de statut. excu. fam. in 1. parte principali. post nu. 5. Ita etiam communiter tenentur ante statum Iano. in c. Raynucius. nu. 42. de testa. Haec etiam opinionem dicit esse communem Viuius, qui alios refert in lib. communium opinionum. fo. 208. versic. statutum disponens. in prima limitatione. Quinino pro delicto filii non potest fieri executio in peculio aduentitio ipsius filii, neque et in eius proprietate, licet sit tota filii, ita tenuit Bar. in l. si finita. §. si de ue sigalib. nu. 12. & seq. ff. de dam. infe. que sequuntur communiter Doctores, ut attestat Maranta in suo Spec. f. 81. nu. 35. Vide quae dixi supra quaest. 78. versic. Sed quid in aduentitiis. Scias tamen, quod quid facit filius occasione patris, & eo sciente, praesumitur factum de eius voluntate & est communis opin. ut dicit Curt. Sen. in d. conf. 41. nu. 7. vbi in facti contingenti consuluit, patrem teneri poena extraordinaria de homicidio commissio per filium eo presente, & non prohibente. Vide quae dixi infra quaestione proxima, versic. Dicitur est.

Et haec quidem omnia de plano procedunt, secundum dispositionem iuris communis, sed quare, nunquid valeat statutum, quod unus pro alio tenetur? Respondeo quod ualeat statutum ex causa, quod unus puniatur pro alio, modo non corporaliter, & est comunis opinio, vt dicit Anan. in c. 2. de delictis. puerorum. Felin. in c. cognoscentes. nu. 2. de constit. Berous in d. cap. cognoscentes. nu. 18. Didac. lib. secundum resolutionum. c. 8. nume. 7. & dicit Alber. in prima parte statutorum. quaest. 47. numero 8. quod quidquid sit de iure

communis, talia statuta sunt, & seruatur, & tolerabilia sunt, maxime ubi solimodo imponuntur poenae pecuniariae. Quinimo potest etiam poena infamiae aliquis pro alterius culpa puniri, vt est exemplum in l. qui quis. C. ad leg. Jul. maiesta. & est comunis opinio, vt attestatur Dida. in d. c. 8. post nu. 7. Quod certe durissimum est: nam apud bonos viros honoris, & uita equiparantur. Potest tamen tolerari in crimine lesae maiestatis propter eius inmanitatem, iuxta ea, quae dixi supra hac eo. lib. §. lesae maiestatis.

Et ex hac conclusione inferitur, quod ualeat statutum, disponens quod dominus tenetur pro familia delinquentem, & ita comuniter tenetur, ut dicit Albe. in prima parte statutorum, q. 50. Intellige quo ad poenam pecuniariam, non autem quo ad corporalem, ut statim dixi.

Inferitur etiam, quod potest lex humana, propter publicam utilitatem, & ex causa, statuere, quod propter parentum culpam filii, uel nepotes poena amissionis honorum, uel alia simili afficiantur, & est comunis opinio, ut ait Dida. in d. c. 8. post num. 1. versic. quarta poterit.

Volebit igitur proculdubio statutum, disponens, quod pater tenetur solvere condemnationem pro filio usque ad legitimam, & est comunis opinio, ut attestat Alexand. in l. lex Cornelia. nu. 8. ff. de iur. obli. Gomez in §. actiones. nu. 24. Inst. de actio. Didac. in loco praallegato, Marfi. singul. 362. statutum uolens. & singul. 481. comunis opinio, quae refert Viuius in lib. communium opinionum. fo. 208. uer. statutum disponens.

Sed quare, nunquid hoc statutum habebit locum contra partem, etiam si filius super ipso delicto seu imputatione se non defenderit, sed fuerit in contumaciam condemnatus, uirtute alterius statuti, dispositionis, quod continua habeatur pro confesso, & conuictio? Respondeo, quod non, sed tantummodo tenetur, quando filius est per ueras probationes conuictus. Ita dicit Bar.

Bar. in d.l. cum filiusfamilias. nu. 4. cum quo transeunt communiter Doctores, ut dicit Iaf. in ea. l. cum filiusfam. nu. 18. Nā ubique; ex statuto pater obligatur pro delicto filij, vel filius ex delicto patris, ita demū vnus pro alio tenet, si vere constat de delicto, secundum Bar. ibi, qui in hoc communiter approbatur, vt ait Soc. consil. 57. post nu. 10. lib. 3. Hoc tamen intellige, ut procedat, quando verba statuti ita sunt concepta, vt appareat statuentes voluisse patrē ex ipso delicto filij teneri, puta quia dicat, q̄ ubique; filius aliquod delictum commiserit, pater teneat ad solvendum, &c. nam eo casu vti que opus est, vt de ipso delicto vere appareat: sed ubi statutum non delictū, sed cō demnationem tantummodo respiceret, puta q̄ diceret, q̄ pater teneret solvere quamcunque condemnationē factam cōtra filium, eo casu secuta condemnatione siue contra filium presentē, siue in eius contumaciam, potest pater cogi ad illam solvendam. Ita distinguit Bar. in d. l. et si filiusfamilias. nu. 3. & hanc distinctionē dicit esse communem Fel. in c. cum Bertoldus. nu. 2. de re iudi. quem refert Boss. in tit. de carcer. fideiuss. relax. num. 58. Ceterum si filius cōpareat, & ex eius confessione, vel alijs probationibus constat de maleficio, tunc vtiq; pater tenebitur virtute huius statuti, etiam si in eo iudicio citatus non fuerit, & est communis opinio, vt dicit Alex. in d. l. cum filiusfamilias. in prin. nu. 6. in fi. quē refert Iaf. ibi, post nu. 14. vers. prima conclusio.

Ex hac etiam cōclusionē inferitur, vale re statutum, quod villa teneatur pro maleficio commisso in eius territorio, dā quo dixi supra q. 82. statuto primo.

## QVAEST. LXXXVII.

## SVMMARIVM.

Sciens delictum committendum, & non reserans, an sit puniendus.

Et quid in crimine laesae maiestatis, versio.

Punctus est.

Et an quis puniri debeat ex eo, quod potius

prohibere delictū, & non prohibuit, ut dictum est.

Et quid de iure canonico, ibid.

Et quid in foro conscientiae, ibid.

Et quid si talis sciens delictum commiserit, ver. Hec autem.

Ratificans delictum commissum, an sit puniendus, versio. Quare nunquid.

Et qua requirantur ad hoc, ut ex ratificatione quis puniri possit, ibid.



**P**RAECIPUE vero dēt iudex advertere insententia condemnationis ferenda, non modo quis sit titulus delicti commissi, sed et quae sit illa qualitas, de qua delinquentes impunitissime contingit, q̄ in eodem crimine multi interueniunt, qui tā oēs diuersis poenis sunt puniendi. Pōt aut quis imputari, aut q̄ delictū ipsum proprijs manibus commiserit, aut q̄ sciens, ac pariceps fuerit, aut q̄ de delicto faciendō traclauerit, aut consilium teni mandatum dederit, aut auxilium praestiterit, aut maleficio astiterit, aut illud postea ratum habuerit. Aliter etiam puniuntur delinquentes qui maleficio tantummodo attentant, aliter maleficio iam consummato, de quibus omnibus, quia super eis quotidie in practica disputari contingit, breuiter ut decemus. Et in primis quæro, nunquid ex sola scientia delicti, committendi quis puniatur? Respond. quod regulariter sola scientia non est punibilis, & in hoc non est difficultas, praesertim in eo, qui nō habet facultatem prohibendi, & ita tenent Doctores ubique, vt attestatur Caraita super quarto ritu magna curia, nume. 2. Communis enim est Doctōrum sententia, quod non tenetur quis obuiere delicto etiam clamando, vel reuelando, vt dixi infra vers. dictum est.

Punctus est etiam in crimine laesae maiestatis, nam Bar. in l. vtrum. ff. de parricid. tenuit, quod sciens tractatum productionis contra principem, vel contra patriam, & illum nō reuelans, debet puniri pena mortis, & ita tenere communem consensu Doctores attestatur Placa lib. delictorum, capitu. 22. numero 17. Hanc etiam opin. communem appellat Menchiacca controuerf. illud. cap. 16. post nu. 1. Et hanc opin. in pract. obseruari affirmat Ang. de malef. in verbo, Et huius traditō la tua patria, num. 10. & in § publice, circa fi. vers. Et singulariter, instit. de pub. iudi. quem refert Marf. sing. 164. nemo debet, & Capic. decis. 130. num. 65. & decis. 155. nume. 18. & Socin. lun. consilio 107. numero 43. libro tertio, & Caraita super dicto ritu quarto, post numer. 4. & Taeg. in pract. crimin. cap. quinto, nu. 9. Idem dicit Fel. in cap. 1. post nume. 4. de offi. delegat. quem refert Corra in verbo, Scientia sola. Et secundum hanc opin. se iudicasse in facti cōtingētia refert Aug. ad Ange. de malef. in loco pra allegato, & fecisse decapitari quendam potentem dominum, qui suo principi tractatū contra eum committendum non reuelauit. Ita etiam seruatum fuisse Mediolani attestatur Bossius in tit. de cri. laesae maiest. numero 6. & seq. Multi tamen tenuerunt contra Bart. scilicet quod imo sciens talen tractatum, & non reuelans, non sit puniendus pena mortis, & hanc opi. dicit esse magis communem Cagnola in d. l. culpa caret, numero 21. Alciat. in l. laedere. ff. de verb. sig. & in l. bona fides, numero 20. ff. de pos. & in l. 4. §. Caro, num. 30. ff. de ver. oblig. quem refert Gigas de crim. laesae maiestatis, fol. 180. nu. 10. Roland. consilio 88. numero 10. libro 2. Quinimo Carer. in practi. crim. fol. 253. numero 20. dicit, q̄ ceteri omnes sequuntur opin. contra Bar. Et exclamat Bal. in quodam consil. quod anima Rart. propter illud dictum cruciat in inferno, & deplorat memoriam domini Do. nati de Barbadoris, qui propter solam scientiam fuit decapitatus, & illum refert Igneus in l. fi deicommisum, num. 75. & post num. 47. ff. ad Sylle. & Placa lib. 1. delictorum. c. 28. numero 30. & Restaurus de Imperatore q. 118. numero 6. & Roland. consilio 68. numero 35. libro 2. Breuiter licet opin. Bareo. prima facie videatur ex vna parte multum rigorosa, tamen ex alia habet in se magnam aequitatem. Quomodo enim poterit princeps de subditis suis cōsilde-

re, nisi pro certo teneat, quod cum sciuerint aliquem contra eius vitam, aut statū moliri, id statim ipsi sint notificaturi? Certe nemo negabit, quod si famuli sciuerint aliquos decreuisse de nocte ingredi domum, & dominum suum trucidare, idque ei non notificarent, dicerentur rei eius mortis, arg. text. in l. prima §. occisorum. ibi, quid ergo si dominus. ff. ad Sylle. Cur ergo non idem dicendum est etiam in subdito verius principem, tanto magis cum in hoc etiam veletur publica vtilitas: nam ex vita, & salute principis, & eius status quiete dependet salus & quies populorum ei subditorum. Teneo ergo cum Bartol. in duobus casibus praedictis, scilicet in tractatu, qui fiat contra principem, vel contra eius statum: in alijs autem casibus, etiam si sint comprehensi in capite Laesae Maiestatis, non putarem esse puniendum pena mortis subditum non reuelantem, sed alia pena extra ordinem arbitrio ipsius principis. Consulo etiam principibus, vt in huiusmodi casibus, potius humanitate, quam ferocitate vtantur, & ex quacunque iusta, vel probabili causa illos excuset a pena mortis.

Dictum est, quod ex sola scientia delicti quis non punitur, Quæro nunc, an ille, qui potuit prohibere, ne delictum committeretur, & non prohibuit, sit puniendus? Respond. quod de iure ciuili nemo tenetur obuiare delicto, nec maleficio-rem indicare, Et est communis opinio, vt dicit Gratius consilio primo, post nu. 47. libro primo. Carer. in pract. crimin. folio 152. numero 19. & folio 379. numero 63. prout illum refert Placa libro primo delictorum, capitu. 28. numero 29. Bolenc. in repet. l. capitalium. §. famosus numero 92. ff. de poenis. Didacus super regula peccatum, folio 109. in fin. tract. Todoc. cap. 80. numer. 6. Berous in capitu. primo, numero 48. de offic. delegat. Nouell. in tract. ad defensionem, folio 105. numero 99. & sequent. Et ideo dicimus, quod nō tenetur quis alium insultatum defendere, neque prohibere quem offensa tur, etiam q̄ licite id facere possit, ita dicit gl. in d. l. culpa caret, gl. prima. ff. de regul.

reg. iuris, quam dicit passim esse ab omnibus receptam Placa lib. 1. delictorum, c. 22. post num. 17. Hanc etiam dicit esse communem opinio Claud. in repet. l. vt vim, nume. 168. ff. de iustit. & iure. Bertrand. consil. 297. nume. 8. libr. 8. Et quod quis non teneatur obuiare delicto, neque alium, etiam si possit, defendere, etiam clamando vel releuando, dicit esse comunē opi. Dec. in d. culpa caret, nume. 5. & seq. Cagnol. in ea. l. culpa caret. nume. 10. De iure autem canonico, gl. in d. sa. l. culpa caret, tenuit, quod quis teneatur obuiare delicto, & hanc dicit esse communem sententiam canonistarum Placa in d. ca. 18. post num. 31. Sed certe Dec. in cap. 1. num. 8. de offic. deleg. dicit, quod in contrarium est communis opinio. modernorum, quem refert Berous in d. cap. 1. post num. 75. & Pract. Conradi, fol. 333. num. 1. Et hanc opinio. quod etiam de iure canonico nemo teneatur obuiare delicto, dicit tenere communiter Doctores laicos ip. d. l. vt vim, num. 31. quem refert Apostil. ad Dec. in d. l. culpa caret, sub nume. 12. & Viuius in lib. communium opi. in verbo, Defendere offensam. Dicit tamen Cagnol. in loco pr. allegato, quod quando aliquis commode, & sine suo periculo potest prohibere, & non prohibet, tenetur, & quod hęc conclusio videtur per Doctores communiter isto casu approbata, secundum quam in facti contingencia consultit, Curt. Sen. consil. 41. contra partem presentem homicidio patre pro filium, qui potuit prohibere, & non prohibuit, de quo mentionem feci supra quæst. proxima, versic. Secundo inferitur. Quod tamen ego non credo verum, in quo Doctores expresse dicunt eorum contrarium: propterea non puto recedē esse a comuni opinio. quod scilicet nunquā quis puniatur, ex eo quod delictum non prohibuerit, etiam si prohibere potuerit excepto tamen casu l. se. Maiestatis, de quo supra dictum est versic. Punctus est. Caterum in Gallia seruatur, q. si in conspectu multorum, qui rixitate prohibere potuerunt, ne se offenderent, homicidium commissum fuerit, teneant omnes obtinere a principe literas, quas vocat inno-

centia, alias præsumuntur esse in culpa, Et hoc ita ordinatū esse in communi totius Gallie praxi attestatur Igneus in l. 1. §. serui appellatione, nu. 136. ff. ad syl. le. quæ practica mihi nō displicet. & vbi viget, seruanda est. Sed præsupposita vera contraria opinio. quod scilicet quis teneatur prohibere, & defendere, & c. nunquid si quis nō fecerit, tenebitur in foro conscientie ad emendationem damni? Respon. quod non, & hęc est communis theologorum resolutio, vt dicit Io. Medina de restit. quæ est. 9. quem refert, & idem attestatur Didacus in d. regula peccati, fol. 111. in prin.

Hęc autem omnia, quæ de scientia, & de eo, qui prohibere potuit, neque prohibuit, dicta sunt, intellige vt procedant, quando sciens delictum committendum illi non consensit: sed quid si ille consentiat? Respond. Aut est tantummodo simplex consensus, & non puniatur, Aut vero quis consentit delicto per viā auctoritatis, & defensionis, & tunc plus puniri debet, quam ipse delinquens, Ita dicit gl. in clem. prima, in verbo, Defensionis de penis, & est communis conclusio, vt ait Bo. léc. in repet. l. capitalium, §. famofos, nu. 114. ff. de penis. Et potest poni exemplum in prelatō, qui dissimulet aliquem concionatorem in sua diocesi falsa dogmata prædicantem, Item in domino ciuitatis aut ville, qui non persequatur latrones spoliantes & occidentēs eos, q. transiunt per suum territorium. Quod tamen intellige vt procedat in similib. grauitoribus delictis: ceterum in alijs minoribus criminibus non maiori, sed tantum pari pena puniatur, & ita intelligit communiter omnes, ut dicit Pract. Conradi, fol. 332. nu. 8. Illud autem, quod dici solet, q. agentes, & contententes sunt pari pena puniendi, intelligendum est, qn consensus, & auxilium præstiterunt ex proposito ad committendum maleficium, & ita dicunt omnes, vt attestatur Mantua consil. 251. nu. 24. lib. 1.

Quæro, nunquid ex eo solo, quod quis delictum iam commissum ratificauerit, debeat puniri? Respond. Aliqui dicunt simpliciter, quod sic, Et hanc opinio.

attesta-

attestatur esse comunem Bald. in l. obseruare. §. proficisci. nume. 6. ff. de off. pro. consil. licet ipse validis rationibus videat, in contrariam sententiam inclinare, & illum refert August. ad Angel. de malefic. in verbo, Et Sempronium, num. 36. Tu tie ro distinguendo dic, quod quædam sunt delicta, quæ solent committi principaliter pp. libidinem ipsius delinquentis, vt est adulterium, stuprum, & huiusmodi. Et in talibus delictis non habet locum ratificatio: & in specie in adulterio, quod non possit ratum haberi, tenuit gl. in l. 1. §. de ieciss. in verbo, Mandato. ff. de iur. & vi ar. mata. Et ita communis consensus receptū esse ait Placa lib. 1. delictorum. ca. 18. post nume. 1. Quædam autē sunt delicta, quæ principaliter committi solent ad offensam, & iniuriam alterius. ut est homicidium, & talia delicta possunt rata haberi per aliu. Et hęc sententia est frequentius a Doctore recepta, vt dicit Placa in l. eo pr. allegato. num. 2. in fi. Sed certe si appareret adulterium commissum fuisse non propter libidinem adulterantis, sed pp. iniuriam mariti ad alterius instantiā, vtique dici posset gestum nomine illius, & consequenter posset ratum haberi. Scias autem, quod ad hoc, ut ratificatio delicti obiget ad penam, duo requiruntur, Primum, quod delictum fuerit commissum nomine meo, Secundum, quod ego sciens illud commissum fuisse meo nomine illud tanquā meo nomine factum ratificē ita dicit gl. in d. §. de ieciss. in verbo, Ratū habuero. & est communis sententia vt attestatur Aret. consil. 163. post numer. 3. versic. circa primum. Et quod requirat delictum fuisse nomine meo commissum, tenuit glo. in clem. 1. in princip. in verbo, Rata de pen. quam sequuntur communiter Doctores, ut dicit collegium Florē. inter consilia Curtij Senioris, consil. 21. post num. 6. Bene uerum est, quod in dubio, ex eo, quod quis ratum habet aliquē delictum, censetur illud ratum habere, ut nomine suo gestum, & ita dicit Doctores vt ait Salic. in l. non ideo minus. post nu. 31. C. de accus. & sic opus est, q. ratum habens probet, quod non fuerit gestum nomine suo, quod nota.

## QVAES. LXX XVIII.

## SUMMARIUM.

Consilium dans alicui vt delinquat, quæ pena sit puniendus.

Exhortans aliquem ad delinquendum, quæ pena puniri debeat, nisi sculo. Hoc autem.



VAERO, nunquid ille, qui consilium dedit alicui, ut delinqueret, deat puniri eadē pena, quæ ipse principalis delinquentis? Resp. Aut ille, cui consilium dedit, non erat alias delictū ipm commissurus, & tunc consilens pari pena cum delinquentē puniit, Aut uero ille nihilominus erat patraturus delictū, & eo casu consilens nō est pari pena cum delinquentē puniendus, sed mitiori, & hęc est communis opinio, ut dicunt scribentes in cap. primo, de offic. deleg. & in specie Imola, in numero nono. & Felin. in numero octauo. & Dec. num. 9. prout illum refert Hyppolyt. Riminal. inter consilia criminalia diuersorum, consil. 105. nu. 43. libro primo, Berber. in viatorio iuris, in rubrica de homicid. col. 6. versic. superest uidere. Felin. in c. sicut dignum, num. 7. de homicid. Dec. in l. consilij, num. quarto. ff. de regulis iuris quem refert practi. Conradi, fo. 332. post num. 1. Cagnol. in d. l. consilij, numer. 6. Carer. in practica crimin. fol. 343. numero 163. Berous in dicto capital. l. 1. nu. 85. vbi dicit, quod hęc est communis opinio Legistarum, & Canonistarum. Didac. in repet. clem. si furiosus. fol. 297. col. 2. in fi. & in repet. c. peccatum. fo. 291. Bolenc. in repet. l. capitalium. §. famofos, nu. 94. & seq. ff. de penis. Duennas reg. 149. Placa li. 1. delictori ca. 17. nu. 1. & 7. in fi. Boer. decisio 262. post nu. 2. Boss. in tit. de manda. ad homicid. nu. 59. Taeg. in pract. crim. c. 11. nu. 7.

Hoc autem, quod dictum est in consilente, locum habet etiam in exhortante: nam exhortans aliquem ut committat delictum, tenetur & ipse, si ille alias non fuisset.

fuiſſet commiſſurus: ſi uero fuiſſet alias commiſſurus, non tenetur. Et ita tenent communiter Doctores, ut dicit Alber. in Lob hæc uerba. in ſ. ff. de his, qui noc. in ſa. Senatus tamen follet huiusmodi exhortatores, ſeu perſuaſores delictorum prius torquere ſuper mandato, & ubi neget mādātum dediſſe, illos punire extra ordinē. Et ita ſeruatim fuit in quadam Ambroſiana Monia, quæ perſuaſerat adu-tero, ut uirum ſuum interficeret, nam pri⁹ torta ſuper mandato, cum nihil factū fuiſſet, iuſſa fuit fuſſigari. 30. Ianuarij. 1548. P. N.

**QVAEST. LXXXIX.**

**SUMMARIVM.**

- Mandans fieri delictum, an puniatur eadem poena, quæ principalis delinquentis.*
- S. tatusum puniens committentem delictum, an habeat locum in eo, qui mandauit illud committi. uerſ. Sed quæro.*
- Mandans an debeat puniri in loco dati mandati, uel in loco patrij delicti. uerſ. ſcūl. Quæro in quo. Remiſſiue.*
- Mandans committi homicidium, tenetur de homicidio propter mandatum, nõ autem ex mandato. uerſ. Scias tamen.*
- Mandans uulnerari ſi ſequatur mors, an teneatur de homicidio. uerſi. Pone aliquis.*
- Si dominus dicat famulo, Vade, & non ueneris, donec ſentio nouum de tali, &c. an preſumatur mandatum ſi famulus illud occiderit. uerſ. Sed hic incidenter. dominus poſt acceptam miſeriam loquatur alicui ad auerem, & ille poſtea inuianſem interfecerit, an preſumatur mandatum. uerſi. Sed quid ſi dominus.*



**S**uſſeſſe quæro, nõquid mandans fieri delictum debeat puniri eadem poena, quæ punitur ille, qui maleficiũ proprijis manibus committit? Reſpō. In hoc artic. magna

fuit aliqñ controuerſia inter ſcribentes: nõ aliq dixerunt, q̄ aut mandatiarius erat alias facturus delictum, & eo caſu mandans non tenetur, aut uero non erat alias facturus, & tenetur. Sed certe hæc diſtinctio communiter reprobatur, ut dicit laſon in l. 1. poſt numerum 22. C. de ſeruſ fugiti. nam quando mandatum cadit in delictum, non eſt adhibenda diſtinctio, an mandatiarius eſſet facturus uel non, ut dicit gloſſa approbata in l. j. §. perſuaſere, in gl. magna. ff. de ſeruo corrupt. & eſt eõ munis regula, ut ait Gomez in §. p̄nales. poſt numerum 10. Inſtitut. de actio. Et ideo Barto. in l. non ſolum §. ſi mandatum. nume. 19. de iniur. tenuit indiſtincte, quod mandans puniatur eadẽ poena, qua puniendus eſt mandatiarius ipſe, qui delictum commiſit, & illa doctrina Bartoli eſt communiter approbata, ut dicit Curt. ſum. confi. 237. numer. 5. Cocta in uerbo, Mandans homicidium. Hanc etiam opinionem dicit eſſe communem Gandin. de maleficijs. in tit. de tranſactio. & in tit. de p̄nis. prout illum reſert præc. Carer. fol. 331. poſt num. 123. uerſi. ſequitur etiam, & quinto. laſon. in l. ſi quis mihi bona. §. ſed quid ſi mandauit. numero 16. ff. de acquir. hered. & in diſta l. 1. num. 22. C. de ſer. fug. quem reſert præc. Carerij, fol. 310. nume. 75. & Didacus in reple. clem. ſi ſuſriofus. fol. 291. uer. h. r. c. uerò diſtinctio. & præc. Conradi, fol. 326. numer. 11. Et hæc opinio tenenda eſt tãquam uerior, & magis communis, quam etiam uidi ſeruari in quodam Auguſtino Marentio, q̄ mandauerat filio ſuo, ut uxorem ſuam interſiceret, prout ille interfecit, & fuit patri mandanti caput amputatum. 3. Aprilis. 1558. P. N.

Sed quæro, nõquid ſtatutum puniens facientem delictum, habeat locum etiam in mandante fieri illud delictum? Reſpon. Aut ſtatutum loquitur in perſonã, puta ſi quis occiderit, ſi quis uulnerauerit, &c. & non comprehendit mandantem. Aut uero loquitur in rem, ſcilicet in ipſum maleficiũ, puta pro homicidio ſi poena mortis, & hoc caſu utique comprehendit mandantem. Et hæc eſt doctrina Bartoli. in l. ſed, & ſi uinijs. §. ſeruus. nume. 2.

name. 2. & ſeq. ff. de iniur. & in l. aut qui aliter. §. fin. num. 3. ff. quod ui aut clam. quam dicit eſſe communiter approbatã Dec. in l. ſi quis id quod, nume. 38. & ſeq. ff. de iuriſd. omnium iud. Curt. ſum. in l. 2. §. ſi procurator, num. 4. ff. quod quiſq; iur. Hanc etiam opin. dicit eſſe communem Alex. in l. 1. in principio, num. 23. ff. de uerb. oblig. quem reſert Aug. ad Ang. de malefic. in uerbo, ſempronium, poſt num. 33. & Bologn. confi. 34. col. 4. uerſic. quod autem conſtitutio, & Boſſ. in tit. de p̄nis, nu. 14. laſ. in d. l. ſi quis id quod, num. 36. in fin. & in l. ſi is qui pro empto re, num. 36. ff. de uſuca. Præc. Carer. fol. 302. num. 59. Placa lib. 1. delictorum. ca. 1. num. 8. & cap. 15. num. 22. Villalpand. in repet. l. 22. C. 66. num. 6. Taeg. in præc. crim. cap. 10. numero 10. Mandans enim non dicitur proprie facere, ſed interpretatiue, ſecundum Bar. in locis præallegatis, cum quo eſt communis opi. fere animũ ſcribentium, ut dicit Vin. Placot. inter conſilia Alexan. confi. 65. num. 11. lib. 4. Bene uerum eſt, quod ex antiquis multi tenuerũt cõtrarium, ſcilicet quod etiam ſi ſtatutũ loquitur in perſonã, puta quicunq; fecerit homicidium, &c. comprehendat nihilominus ipſum mandantem, Et hæc opin. eſt magis communem dicit Gand. in tit. de tranſactio. in ſi ubi etiã ſubdit, quod ita communiter obſeruat quom reſert Albe. in tertia parte ſtatutorum, quæ ſt. 44. num. 15. Ita etiam ſeruare iudices, & aſſeſſores at teſtatur Præc. Carer. fol. 305. numer. 62. Vide quæ dixi ſupra quæſt. 58. uerſiculo, Vnum autem uolo. Et certe ſi ſtatuta receperunt talem interpretationem à conſuetudine, minime ſunt mutãda, &c. Sed circumſcripta conſuetudine, opin. Barto. proculdubio eſt magis communis, ut ex prædictis apparet, Et ideo non eſſet ab ea in iudicando, aut conſulendo recedendum.

Scias autem, quod mandans homicidium committi, tenet de homicidio, ppter mādātum, non autem ex mandato, Ita dicit Bart. in d. l. non ſolum, §. ſi mandato, poſt num. 9. & eſt communis opin. ut dicit Mariã. in c. propoſuiſti, poſt nu.

22. uerſic. Nono quæro. de foro compet. Boſſ. in tit. de foro compet. num. 109. Veritas autẽ huius conſclusionis poteſt eſſe maxima, quia cũ tenetur de homicidio propter mandatum, ſufficit quod in inqueſtione uel accusatione ponatur locus, & tempus ſecuti homicidij, abſque eo quod ponatur locus, & tempus dati mandati. item poteſt puniri in loco homicidij, ut inſtra ſtatim dixi. in hoc autem p̄ poſito uidentur eſſe elegens conſil. Naræ q. 422. ubi cõſuluit, quod licet ignoretur nomen mādātarij, poteſt procedi cõtra mandantem, quod nota.

Quæro, in quo loco mandans debeat puniri, an in loco mandati, an autẽ in loco commiſſi delicti. Dixi in d. q. 38. uerſic. Quæro etiam.

Pone aliq mandauit Titio, ut uulneraret Scium, & Titius illũ occidit, nõquid mandans erit puniendus poena homicidij? Reſpond. Aliqui dicunt, quod non, Et hæc opin. dicit eſſe communem Dec. confi. 482. num. 16. & confi. 622. circa fin. ſecundum quam reſert etiam conſuluiſſe Ant. de Roſellis, Fran. de Capibus liſta, & Ang. de Caſtro iter conſilia criminalia Cepollæ conſil. 35. 36. 37. 38. Sed certe hæc opin. mihi nunquam placuit: nam (ut dici ſolet) uulnera nõ dantur ad meſuram: propterea ego dicere, quod ſi fuit mandatũ ad percutiendum alapa uel baculo, tunc ſi mandatiarius occidat, non tenetur mādans de homicidio, q̄a facile poterat ille percute, & non occidere, Et ideo puniendus eſt mandans tantummodo poena extraordinaria. Et hæc eſt communem opi. at teſtatur Placa lib. 1. delictorum c. 15. num. 1. ſecundum quam conſuluit Grinnat. confi. cri. 20. idem etiam dicerem, ſi fuit mandatum ad ſtriſandum, prout in caſu in quo conſuluit Dec. in confi. 622. Apparet enim: quod inſit fieri actum, ex quo de ſui natura non ſolet ſequi mors; maxime cũ ſtriſatio fiat in facie ceſſum, quo quidem modo nunquam ſolet qui ad mortem uulnerari. idemque ſi mādaret famulo, ut daret alicui vnũ gnoceũ, ut in caſu, laſon. confi. 188. lib. ſecundo. Sed ſi mandatum fuit ad uulnerandum,

tunc

tunc ego dico, quod si ille occidat, ipse re-  
metur de homicidio, quia nulla fere est  
pars corporis præter faciem, in qua vul-  
nera nõ possint esse lethalia, vt experien-  
tia quotidie docet, & hanc opin. dicit esse  
communem Bos. in tit. de mandato ad ho-  
micid. nu. 10. secundum quam consuluit  
Cæpolla. consil. crim. 34.

Sed hic incidenter quarto, pone qd do-  
minus, qui ab aliquo iniuriam accepit, di-  
cat famulo, Vade, & nõ reuertaris domũ,  
donec sentio nouum derali, nunquid si fa-  
mulus postea illum occiderit, erit ex eo  
præsumendum mandatum occidendi ab  
ipso domino præcessisse? Respond. qd sic,  
Ita tenet Barto. in l. si quis mihi bona. §.  
sed si mandauit, alias incipit pater Seio,  
num. 2. ff. de acqui. her. qui in hoc ab om-  
nibus indifferenter approbatur: ut dicit  
Ias. in d. §. sed si mandauit, nu. 12. & seq.  
& in l. 1. nu. 28. & seq. C. de serui. fugiti, &  
Marcus decil. 42. 3. num. 1. & mars. consil.  
132. in primis verbis, hanc etiam dicit ef-  
fe communem opinionem bossius in titu.  
de mādato ad homicid. numero. 50. & re-  
fert ibi Bart. qd iste casus contigit floren-  
tia, & qd dominus fuit decapitatus, Et il-  
lud dictum Barto. refert Rui. consil. 6. nu. j.  
lib. 5. ubi tamen consuluit in facti contin-  
gentia pro parte, qui dixerat filiis suis,  
Taci, taci, non state à far cianze, ma an-  
date, & ammazzatene due, ò tre di loro,  
& c. refert Chas. consil. 58. nu. 8. vbi tamen  
dicit, qd illa decis. est nimis rigorosa. Hæc  
etiam opin. dicit esse communem Augu.  
ad Ang. de male. in verbo, & Semproniu,  
num. 42. quem refert Pract. Contrad. foli.  
326. in decima ampliatione, Alex. consil.  
28. num. 5. lib. 4. quem refert Placa lib. 1.  
delictorum, cap. 14. num. 5. qui etiam eo.  
lib. cap. 15. num. 3. affirmat hanc senten-  
tiam frequentiori calculo receptam esse,  
Pract. Carer. fol. 295. num. 37. & sequent.  
quem refert Didac. in repe. clem. si furio-  
sus, fol. 287. post num. 3. de hom. Duennas  
regula 307. Et hoc locum habet, siue iniu-  
ria facta fuerit principali ter ipsi domino  
siue facta fuerit ipsi famulo, Et hæc est cõ-  
munis opin. vt dicit Carer. in loco præal-  
legato, nume. 41. Quod tamen intellige  
secundum ea, quæ dixi infra statim, versis.

Sed quid si dominus.

Sed quid si dominus post acceptam ini-  
uriam ab aliquo, loquatur ad autem fa-  
mulo, vel consanguineo suo, & paulo post  
ralis famulus, vel consanguineus illum in-  
terfecerit, ni quid tenebitur dominus de  
homicidio, tanquam si mandatum præ-  
cessisset? Respond. qd secundum aliquos te-  
netur, ex quo propter breuitatem tempo-  
ris præsumitur ad id mandatum dedisse,  
Et ita allegatur tenuisse Bart. in l. si ven-  
tri. §. fin. nu. 1. ff. de priuil. credit. cuius o-  
pin. dicit esse communem Placa in d. cap.  
14. post nu. 5. vers. his sane præmissis. Sed  
certe ego ex eo solum non punirem domi-  
num pœna homicidij, nisi alia concurre-  
rent, puta quod dominus solitus esset ta-  
lia facere, & qd iniuria esset talis, pro qua  
verisimiliter debuisset mandare illum oc-  
cidi, & in dubio crederentur tunc esse tor-  
quere dominum, & etiam punire pœna  
extraordinaria, quam pœna mortis,

## QVAESTIO XC.

### S V M M A R I V M.

- Auxiliator an sit puniendus eadem pœna qua  
principalis delinquens,  
& quid si delictum sit animo deliberato  
patratum, versis. Aut vero.  
& an prestans auxilium post maleficium,  
dicatur proprie auxiliator ibidem.  
& an in inquisitione expresse sit facienda  
mentio de auxilio, ad hoc ut contra auxi-  
liantes sequi possit condemnatio, versis.  
In hac autem.  
& quando sint plures ad nobis, an sufficiat  
dicere, quod alter alteri auxilium prest-  
terit, versis. Item aduerte.  
& an requiratur quod in specie dicatur,  
auxilium prestiterit assistendo, versis.  
Aduerte etiam.  
& an priusquam procedi possit de auxilio,  
necessè sit quod constet de principali, ver-  
scias etiam.  
& an si delinquens alias fuisse delictum  
commisurus, debeat auxiliator mitius  
puniri.*

puniri versis. Item scias.

*Assistens maleficio an dicatur prestare auxi-  
lium, versis. Quæro nunquid.  
Receptor quia pœna puniatur, versis. Quæro  
etiam.*



V A E R O nunquid præ-  
stans auxilium delinque-  
ti, puniatur eadem pœ-  
na? Hæc est ardua quæ-  
stio, in qua Doctores va-  
rie locuti sunt, Bar. em  
in l. is q opem, numero 5. ff. de furtis, vi-  
detur tenere, qd indistincte auxiliator ead-  
em pœna puniatur, qua principalis delin-  
quens, Et hanc opin. dicit esse commu-  
nem Corn. consil. 8. in litera A, libro 3.  
quem refert Dec. in c. 1. num. 12. de offic.  
dele. relatus per Crauetam cõs. 220. post  
num. 12. versis. sed arguitur, Socin. consil.  
188. post num. 7. versis. si diceremus,  
lib. nono, quem refert Pract. Conradi, foli-  
o. 330. num. 4. Bo ogni. consil. 5. col. fin.  
versis. Secundo de hoc, Et hoc etiam si  
malum maleficion non appoluerit, prout  
esse communem opin. attestatur Dec. in  
loco præallegato. Alij vero dicunt, quod  
Aut auxiliator dedit immediatam cau-  
sam delicto, & puniatur eadem pœna, Aut  
vero non fuit immediata causa delicti, &  
puniendus est mitiori pœna extraordina-  
ria. Et hanc opin. dicit esse communem le-  
gitimarum, & canõ. Socin. in d. consil. 188.  
lib. 2. prout illum refert Didac. in repe-  
clem. si furiosus, fol. 291. nume. 2. & Placa  
lib. 1. delictorum c. 16. nume. 2. in fin. Ita  
etiam tenere communiter Doctores atte-  
statat Pract. Carer. fol. 272. numero 69.  
Quinimõ etiam si propter aliquam quali-  
tatem ueniret principali delinquenti im-  
ponenda maior pœna quam auxilianti,  
adhuc esset auxiliator eadem pena punie-  
tus, dummodo tempore commissi delicti  
sciuisset illam qualitatem aggravantẽ de-  
lictum, Et hanc dicit esse cõem opi. Prac.  
Conradi, fol. 330 nume. 6. Et hæc quidem  
opin. æquior videtur: nam proculdubio  
minor est culpa auxiliantis, quam prin-  
cipalis, & consequenter mitius etiam ui-  
detur puniendus. Et dicit Salic. in l. uni-  
ca, post numer. 24. C. de rapto uirg. quod

hanc rationem ponderarunt theologi, &  
canonista, & quod opin. Bart. contraria,  
quam iudices imitantur, animam occidit  
Ego tamen pro clariori resolutione hu-  
ius articuli, præsuppono, quod tripliciter  
potest præstari auxilium delinquenti. Pri-  
mo, ante delictum. Secundo, in ipso delicto.  
Tertio, post delictum consummatum:  
deinde sic distinguo, Aut delictum com-  
missum esse præuio tractatu, uel delibera-  
tione, accedente consensu, uel saltem scie-  
tia ipsius auxiliatoris, & tunc indistincte  
sequor opin. Bart. quod sit eadem pœna,  
qua principalis puniendus, Et hoc quo-  
cũque tempore auxilium præstiterit, siue  
ante delictum, siue in delicto, siue post,  
nam licet corpore ipsi delicto non inter-  
uenierit, animo tamen cõsetur interuenisse,  
præsertim si illud auxilium erat vsque  
à principio destinatum, puta quia scien-  
ter promississet uolentium interficere,  
accommodare equos, super quibus, pa-  
trato delicto, posset fugam arripere, &  
huiusmodi. Et ad hoc propositum allega-  
tur dictum Bart. ad quod omnes non ad-  
uertuntur, in l. in furti. §. ope, paulo aute  
si. ff. de furtis, ubi dicit quod ipse data au-  
xilij ad euadendum, dicitur auxilium ad  
maleficium committendum.

Aut vero non præcessit aliquis tracta-  
tus, uel deliberatio, & tunc placet opinio  
contraria, quod si quidem auxiliator præ-  
stet causam delicto, puniatur eadem pœ-  
na, Et in hoc membro omnes Doctores  
ita concludunt nemine discrepante, ut di-  
cit Gratus consil. 52. num. 3. lib. 2. Si uero  
non præstet causam, tunc puniatur mi-  
tiori pœna, quam ipse principalis delin-  
quens, præsertim si præstet auxilium post  
commisum delictum: nam reuera pro-  
prie loquendo præstans auxilium post cõ-  
missum delictum, non dicitur uere au-  
xilior, ut dicit Bart. in l. tertia. §. si quis  
quam. ff. ad Sylle. & est cõmunis opinio,  
vt attestatur August. ad Ang. de malefic.  
in verbo, Et Andream, numer. 5. Et ideo  
regulariter nõ est puniendus ea pœna,  
qua principalis, sed mitiori. Et hæc esse  
frequentiori calculo receptam senten-  
tiam dicit Placa lib. 1. delict. cap. 16. nu.  
15. Aut est dubium, nunquid præcesserit  
Pract. Jul. Clar. E c tracta.

tractatus, siue deliberatio, saltem respectu auxiliatoris: & tunc auxiliator est in primis torquendus super ipsa deliberatione aut tractatu, aut scientia delicti. Et ita in facti contingencia consuluit Mantua *cons.* 57. lib. 1. Et ubi nihil fateat, debet adhuc pro ipso auxilio puniri pena extraordinaria. Maxima enim est suspicio contra eum, qui praestitit auxilium delinquenti, etiam post commissum delictum, quod fuerit participes, & conscius ipsius delicti committendi. Et ita seruauit Senatus in causa cuiusdam Patriste Mantuani, qui erat imputatus de assistentia ad vulnera illata animo deliberato: fuit enim bis tortus super scientia, & cum perstitisset in negatiua, fuit absolutus ultimo Februarij, 1543. Et ideo miratus sum, quod quidam Hier. Lampugnans, q. comitatus fuerat post delictum quosdam, qui homicidium animo deliberato commiserant, non fuerit tortus, sed simpliciter iustus puniri pena pecuniaria arbitrio praetoris Cremonae, 9. Iulij. 1543. Sed forte apparebat ex processu, quod ipse ignorabat tractatu, & de liberationem homicidii committendi. Sed hoc intellige ut procedat, nisi qualitas facti, & personarum aliud suaderet, puta si nulla alia esset suspicio contra eum neq; amicitiae, neq; amicitiae uel huiusmodi, & auxilium fuisset valde remotum ab ipso actu maleficij, prout contigit in eo qui commodauerat balistam alteri, cum qua ille deinde alium interfecit: de quo per Boer. *decif.* 167. nu. 2. ubi refert qd fuit liberatus, & sine impensa relaxatus. Sed certe ille notarius me iudice non euasisset sine tortura, cum (ut in themate illius decisionis praesupponitur) ipse in suo examine negasset illam commodasse, neq; suam esse: ex quo mendacio utique poterat iuste torqueri iuxta ea quae dixi supra q. 2. r. uers. Mendacium.

In hac autem materia auxilij scire debet, quod in accusacione, uel inquisitione debet expresse fieri mentio de auxilio, alias non possit super eo sequi condemnatio, etiam si de auxilio praestito constaret: quae tamen opinio mihi non placet: nam etiam in criminalibus licet ista qualitas auxilij, aut alia non sit expressa in li-

bello, sufficit quod iuris praesumptione ex narratis in ipso libello colligatur, prout communitur concluditur, teste Socin. *conf.* 188. in ultimis uerbis, lib. 2. Vide in hoc proposito ea quae dixi supra q. 66. uers. siculo, sed quid si pro parte.

Item aduertit, quod quando sunt duo tantum, solet dici in inquisitione, Alter alteri auxilium, & fauorem praestitit, &c. Sed quando sunt tres, uel plures, tunc debet dici, Vnus alij, uel aliis auxilium praestitit, &c. alias inquisitio non procederet: nam uerbum, alter alteri secundum rectum sermonem, non conuenit nisi duobus, ita dicit Bald. in l. ancillae, numer. 3. C. de fur. subdeus, quod ita fuit in facti contingencia iudicatum, & bene, Et ita in practica seruari attestatur Ang. de malef. in uerbo, Dico maleficio semper assistit, numero. 7.

Aduertit etiam, quia si duo simul uulnerari aliquem, uel aliud maleficio fecerunt, ad hoc ut possint puniri, non solum requiruntur principales, sed etiam ut auxiliatores, non sufficit quod in accusacione, uel inquisitione dicatur, quod alter alteri auxilium, uel fauorem praestitit, (nam illa uerba intelligerentur, quod auxilium praestitit uulnerando, uel percutiendo, & sic loquendo possit de uulnero puniri, non autem de auxilio) sed requiritur, quod expresse dicatur, quod alter alteri auxilium praestitit assistendo, ut alius delictum facilius committeret, ita dicit Bart. in l. qui seruo. §. fin. numero secundo. ff. de furtis, cuius opinio in practica obseruatur, ut attestatur August. ad Ang. de malef. in uerbo, Dico maleficio temp. assistit, post num. 4.

Scias etiam, quod quando proceditur contra aliquem, tanquam quod praestiterit auxilium delicto, debet primo in processu constare principalem deliquisse aliter quam ex ipsius contumacia, talis enim contumacia non nocet ei, qui est de auxilio imputatus, ita dicit Barto. in l. is qui rem. §. si tu Titium, nume. 2. ff. de fur. quem sequuntur communitur Doctores ut dicit Alexan. *conf.* 99. post nu. 4. uers. Preterea sic, lib. 1. Et idem Alex. in Apof. ad Barto. in loco praerelegato, dicit, quod omnes

omnes eum sequantur, & quod ita tenetur, & practicatur. Sed certe in hac provincia hoc non practicatur, neque tenetur, nam secuta condemnatione contra principalem contumacem, & quandoque etiam ea non secuta, semper proceditur contra auxiliatores, nulla facta distinctione, an aliter quam per contumaciam constet principalem delictum ipsum commississe, & est iudicio meo optima practica.

Item scias, quod licet in materia auxilij non distingatur, an delinquens alias fuisset facturus, uel non, nihilominus ubi delinquens alius facturus fuisset, & auxiliator illi simplicem fauorem praestitit, est mitius puniendus. Ita dixit Ioan. And. in cap. scilicis, de penis, in sexto. propter quam decisio dicit Ang. ad Ang. de malef. in uerbo, Et Sempronium. nume. 44. q. euasit unum a furca, qui dederat auxilium cuidam furi, &c.

Quero, nunquid ille, qui assistit armatus uulneranti, uel occidenti, dicatur ei prestare auxilium? Respond. quod si non est a longe, sed iuxta homicidam, uel cum eo, utique dicitur prestare auxilium, & hoc fuit dictum Innocen. in cap. continetia. de clerico percussore, quod sequuntur communitur vbique Legistae, & Canonistae, ut dicit Alexan. *conf.* 138. nu. 4. lib. 6. Et licet aliqui dicant, quod assistens maleficio non debeat puniri, nisi appareat, quod id fecerit ex proposito, prout etiam in facti contingencia consuluit Ioan. de Amicis *conf.* 53. & Riminal. *conf.* 13. nihilominus, ubi ex assistentia delinquens potuit reddi audacior, plerumque uidi per senatum puniri assistentes, saltem aliqua pena extraordinaria, prout etiam reperio in facti contingencia seruasse *conf.* Neapol. teste Grammat. *voto* 27. Et quandoque etiam uidi illos torqueri, & interrogari, an scienter, & tractate maleficio assisterint, ut seruatum fuit Io. Ambrosio Caymo. 28. Iunij. 1554. E. P. Sitamen appareat, quod aliquis assistisset animo rixantes inter se diuidendi, & separandi, non esset aliquo modo puniendus. Et potest poni exemplum in eo, qui accurrat cum badili ad diuidendam rixam, in qua deinde fe-

cutum est homicidium, pro quo consuluit Mantua *conf.* 281. lib. 1.

Item quero, nunquid praestans auxilium delinquenti post maleficio commissum, dicatur proprie auxiliator, & puniatur de auxilio? Dixi supra uersiculo, Aut uero.

Quero etiam, qua pena puniatur receptor? Respond. in furtibus, seu furtis receptatis, dicimus, quod receptatores tenentur eadem pena, qua ipsi fures, & uidetur tex. in l. eos. C. de fur. & dicit Bald. in ead. l. eos. quod uidit, quod una mulier fuit suspensa, quae prestabat furtibus domum, & in ea recepit res furatas, & illum refert August. ad Angel. de maleficijs, in uerbo, Et uestem coelestem. post numerum 21. & in uerbo, Dico maleficio semper assistit. post nu. 23. Pro defensione tamen eius, qui imputatus sit receptasse res furatas, uideri possunt ea, quae in facti contingencia scripsit Bald. *conf.* 410. lib. 2. & *conf.* 48. libro 3. & *conf.* 382. numero 8. & sequen. libro quinto. Riminal. *conf.* 80. Roland. *consilio* 45. in primo dubio. libro primo.

## QVAESTIO XCI.

## SUMMARIUM.

Cogitatio an sit aliquo casu punibilis.

Tractatus de delicto committendo an sit puniendus, uersiculo. Sed pone. Remissio.



VAERO, nunquid ex sola cogitatione aliquis puniatur? Respond. regulariter, quod non, ut est tex. in l. cogitacionis. ff. de penis. & communis opinio, ut dicit Bolenc. in repetitio. l. capitalium. §. famulos. numero 79. & sequentib. ff. de penis. & haec quidem conclusio de iure ciuili nullam habet difficultatem, nam ex sola cogitatione quis non punitur, neque etiam in criminalibus, nisi ad aliquem actum exterioriorem processum fuerit, ut uoluit glo. in l. quisquis. in uerbo, Eadem enim. C. ad

leg. Iul. maiest. quoniam omnes scribentes se quoniam uncur, ut dicit Foller. in prac. cri. fol. 396. nu. 70. De iure tamē canonico secus est: nam in aliquib. casibus etiam ex sola cogitatione quis punitur. Et potest poni exemplum in heresi: nam cū illud delictum sola mētis cogitatione perficiatur, solent inquisitores punire etiam hereticum in mente, ut dicit Bal. in l. si quis non dicam rapere: post nu. 1. ver. venio ad oppositiones. C. de episc. & cle.

Sed pone, quod quis nō steterit in meris terminis cogitationis, sed ulterius etiā processerit ad tractatum cū aliquo de ipso maleficio committendo, nunquid poterit de tali tractatu puniri? Vide quę dixi supra q. 38. ver. uidi aliquando.

## QVAEST. XCII.

## SUMMARIUM.

*Afflicti conatus, uel attentatum, an puniri debeat. perinde ac si secutus esset effectus.*

*Quid in atrocissimis, uel scilicet, Scias tamen.*

*Quid si non fuerit decessum ad altum proximum, uer. Scias etiam.*



VAERO, nunquid conatus, siue attentatum ad delictum committendū, debeat puniri, etiam si non sit secutus effectus? et est communis opinio, ut dicit Ioann. de lignano consil. 20. numero 15. inter consilia criminalia diuersorum, libro primo. tamen de generali consuetudine nō punitur affectus, neque conatus, siue attentatum, nisi lequatur effectus. prout de hac generali consuetudine attestatur Specul. in titu. de accusatore. §. 1. numero 7. in fin. quem refert Alexand. consil. 15. post numerum 2. lib. 1. & consil. 140. num. 2. libro 2. & Corlett. in repertorio Abb. in uerbo, Affectus. & Iason in l. 1. §. fin. in l. ff. quod quisque iuris. & Boer.

decisio. 316. num. 3. & Car. in prac. crim. fol. 196. num. 8. & Bertrand. consil. 169. num. 1. lib. 3. in prima parte. & consil. 31. num. 3. eo uolo. & consil. 10. nu. 8. & 9. lib. 6. & consil. 228. num. 6. lib. 7. De hac etiam generali consuetudine Italię attestat Gand. de maleficijs. in tit. de rebus non portand. circa finem. Bal. consil. 361. in fine. lib. 1. & consil. 443. nu. 3. lib. 3. & Lis. qui cū telo. C. ad leg. Cor. de fidei. quem refert Bolenc. in repe. l. capitali. §. famulos. num. 75. ff. de pœnis. Ange. in d. l. r. §. si. num. 3. & consil. 14. numero 3. ubi dicit, quod ista cōsuetudo est approbata per totum mundum, quę refert Maranta in suo Spec. fol. 26. num. 54. Fulg. consil. 149. post numerum 4. ver. superest de tertio. Catald. de syndi. qu. est. 198. ubi subdit, quod cum hæc sit generalis consuetudo, non indiget pbatōne, August. ad Angelū de maleficijs, in uerbo, & ex interuallo. post numerū 16. in uerbo, una alia percussione. post numerum 5. in uerbo, Sempronium. numero 4. quem refert Grammat. decisio. secunda. num. 8. refert ita fuisse iudicatum in causa ueneni, Petrus de Socino inter consilia criminalia diuersorum, consil. 98. num. 10. lib. 1. Marfil. consilio 51. num. 14. Boer. decisio. 316. num. 3. Riminal. consil. 281. in fine. Igneus in l. & si certus. §. si vnus. num. 63. ff. ad Sylle. Gomez. in §. item si quis. post numerum 29. in sti. de actio. Afflicti. super prima parte constitutionum Regni, rub. 41. in principio. numer. 6. & super prima parte, rub. 11. num. 2. ubi loquitur etiam in atrocissimis, Didaci in repetitio. clem. si furiosus. fol. 28. r. nu. 11. de homicid. Foller. in prac. cri. canon. fol. 235. num. 4. Grammatic. uoto decimo nono. numero 4. & uoto 20. numer. 9. & consilio crim. 25. num. 5. & super consil. Regni, fol. 14. nu. 6. Maranta cōsentur. prima. numero quinto. Michellus pati. ocino 10. numero primo. ubi loquit in assassinio. Villalpand. in repe. l. 22. cap. 9. numero 9. Et licet aliqui ex prædictis uideantur loqui de statutis, per q. sublate si iust leges punientes conatum, est tamen absolutum, quod etiam absque statutis ita est generali consuetudine totius mundi intractati, ut in

in specie attestatur Ang. in loco præallegato, & Iosephus Fontanellus inter consilia criminalia diuersorum, consil. 97. num. 9. & seq. lib. secundo, & Maranta inter eadem consilia criminalia diuersorum, consil. 98. circa principium, eo uolens scido, & 6. lib. multi ex prædictis. Et de consuetudine Francię attestatur Pract. Millei, fol. 59. num. 35. & fol. 111. nu. 25. Idem in specie loquendo de pœna legis Cornelię de sicar. attestatur Bart. in plurib. locis, quos refert Igneus in l. 1. §. si dominus, num. 6. ff. ad Sylle. & in d. §. si vnus, post num. 63. Pract. Tado. cap. 67. numero 19. & dixi supra hoc eo lib. §. Homicidium, uer. sic. Punitur etiam, & uer. Ultimo que rō. Idem loquendo de pœna l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cler. attestatur Mantua consil. 31. num. 2. lib. secundo, ubi consuluit, quod quidam, qui appo fuerat tealas de nocte ad domū mulieris, ut eam violaret, non debeat puniri pœna mortis, sed alia mitiori, prout etiam iudicatum fuisse per consil. Neapol. refert Afflicti. de sti. 276. in quo tamen proposito uidentur ea, quę dixi supra quæstio. 881. uer. sic. Ascendens cum scalis. Adde, quod hanc eandem opin. quod scilicet non puniatur conatus, nisi secutus sit effectus, dicit esse communem Barba. consil. 33. lib. secundo, prout illum refert Apollin. ad Dec. in l. non uult hæres, sub num. 4. ff. de regu. iuris. Grammat. voto octauo, num. 15. Et secundum hanc opi. pluries uidi in senatu iudicari, & i specie d. pudicitia attestata Petrus Vicarietus, qui puellæ nubilil' lectum ascenderat, & pectus tetigerat, neque ultra progressus fuerat, habita remissione fuit absolutus. 3. Iulij 1547. P. N.

Scias tamen, quod (secundum aliquos) hæc conclusio, quod conatus non puniatur nisi secuto effectu, locum non habet in delictis atrocissimis: nā si illis puniatur affectus, etiam quod effectus non sequatur, ita dicit gloss. in d. l. prima. §. hæc autem uerba, in uerbo, Putamus, ff. quod quisque iur. & hæc dicit esse communem opin. Felin. in c. primo. post num. 9. uer. si limita secundo, de offic. deleg. Didaci. in d. clem. si furiosus, fol. 276. num. 6. & idem

secundum eos in crimine legē Maiestatis ac oppugnato patris, & simonij, & in uolente aliquem ueneno perimere, puniatur conatus, licet non sequatur effectus, & hanc esse communem opin. dicit Boer. de seditionis in septimo præsupposito, num. 42. Idem attestatur Igneus in l. prima. §. occisorum. num. 41. ff. ad Sylle. se pluries uidisse obseruari in latronibus grassatoribus, & in uenefico, & in l. si sequens. §. cum ex parte, num. 10. eod. tit. refert fuisse capitali supplicio affectum quandam nobilem, qui sepius conspirauerat in necem agnati sui proximi liberis carentis, pluriesque attestauerat illum interimi facere ueneno, & sagitta, licet illum occidere non potuisset, & quidam forensi, qui de mandato alterius inultum fecerat in quandam Papiensem: animo eum occidendi, confessus delictum fuit laqueo suspendis, nullo facto processu, neque datis defensionibus. 25. Aprilis. 1547. & in pluribus casib. puniatur fuisse conatum: non secuto effectu, refert Papo lib. 23. titu. 10. per totum. Sed certe uidetur, quod secundum alios de generali consuetudine etiā in atrocissimis minus puniatur, qui actum non perficit, licet deueniret ad actum proximum, & ita attestatur Afflicti. super tertia parte consil. rubrica 24. in principio, post num. 15. Bertrand. consil. 228. numero 6. lib. septimo. Quinimo hanc opin. dicit esse communem Marfil. consil. 105. numero 1. loquens in assassinio: Idem in assassinio attestatur Taeg. in prac. cri. c. 10. num. 7. & generaliter loquendo in atrocibus, in ea prac. crim. c. 7. num. 2. Grammat. uoto octauo, col. fin. prout illum refert Didaci. in d. clem. si furiosus, fo. 276. uer. uerum circa. Igo autem dico sic, aut lex, uel statutum in huiusmodi atrocissimis expresse punit solum conatum, & seruata est, aut non punit expresse conatum, & standum est generali consuetudini, ut conatus non puniatur, nisi sequatur effectus. Et hæc opin. iudicio meo tutior est: nihilominus quia pluries uidi in his casibus diuersimode iudicari, quandoque puniendo conatum in atrocissimis pœna ordinaria, & quandoque pœna extraordinaria, crederem in practica potest iudicari Pract. Iul. Clar. Ee 3 adhg-



adherere cui opinioni maluerit, inspecta facti, & personarum qualitate: consulo tamen, vt semper in mitiorem partem inclinet. In his vero quae atrocissima non sunt, nullo modo debet iudex pro solo conatu poenae mortis imponere, nisi id expresse (vt dixi) statuto vel lege caueatur, & eo etiam casu, non nisi deuentum fuerit ad adum proximum, & immediatum ipsi maleficio. Regulariter autem non debet iudex conatum impunitum relinquere, sed semper aliquam poenam extra ordinem infligere. Et nota, quod in illis casibus, in quibus ille, qui deuenit ad actum proximum, non potest puniri poena ordinaria: debet tamen acrius puniri pro motu iudicis quam ille, qui deuenit ad actum reorum. Et ita tenet consuetudo, vt dicit Bal. in l. data opera, num. 77. C. qui accus. non poss.

Scias etiam, quod in omnem casum dispositio d. l. si quis non dicam rapere, & similia, quae expresse puniunt solum conatum, etiam non secuto effectu, semper intelligenda est vt procedat, quando deuentum est ad actum proximum maleficio, & est communis opin. vt dicit Grammat. conf. 36. num. 19.

## QVAEST. XCIII.

## SUMMARIUM.

*De forma sententiarum criminalium.*

*Et an pronunciarı debeant ab ipso iudice, ibidem.*

*Et an in sententijs criminalibus iudex teneatur exprimere causam, versiculo. Fuit aliquando.*

*Et an valeat sententia, Cōdemno Titium in centum, quae si non soluerit, amputetur ei manus, versiculo. Quæro nunquid.*

*Et quid si iudex condemnet reum in maiori summa, quam statutum disponat, an sententia sit nulla, versiculo. Quæro si iudex.*

*Et quid si iudex apposuerit clausulam, Saluo & reseruato, &c. versic. Sed pone.*



**D**ICTVM est de poenis quæ fecerunt delictorum qualitates imponi debent, nunc de forma ipsius sententiæ, præferendæ aliqua breuiter subiiciamus, & in primis scire debes, quod licet de iure stricta ferri debeat, & pronunciarı ore ipsius iudicis, vt dixi infra libro proximo, Nichilominus de consuetudine, Italiam notarius legit sententiam, & iudex deinde dicit; Ita absoluo, vel ita condemno. Et ita obseruatur, teste Vitali. de maleficio. in rub. de poenis condemnatorum, numero 26.

Fuit aliquando dubitatum, nunquid in sententijs criminalibus iudex teneatur exprimere causam? in quo quidem articulo magna est inter Doctores altercatio; sed quidquid sit de iure: Alber. in l. prope randum §. illo, num. 34. & seq. C. de iudi. dicit, quod continue seruatur de facto, quod inseratur causa, quia iudices maleficio- rum ponunt in sententijs suis, Quoniam talis accusatus fuit à tali maleficio, & nobis constat per testes vel per eius confessionem, quod illud maleficio commissit, ideo illum condemnamus, &c. Vel ego uerso, Quia repertus fuit innocens, illum absoluius. Et illud dictum Alber. refert Aug. ad Ang. de maleficio. in verbo, & quia nobis, num. 4. subdens, quod si ista sunt in obseruantia, non recedamus ab ipsa. Apud nos certe non seruatur talis practica, nisi quando rei in contumaciam condemnatur, vt dixi supra quæst. 44. versiculo, Videmus: sed quando sunt presentes, non dicitur nisi vilo processu Cōdemnatus, vel Absoluius, & sententia ualer, & tenet. Vide in hoc proposito ea, quæ dixi supra quæst. 85. vers. Vltimus quæro.

Quæro, nunquid valeat sententia hoc modo concepta, cōdemno Titium in centum, quæ si non soluerit amputetur ei manus? Respon. quod de iure hæc quæstio non caret difficultate, tamen consuetudo obtinuit, quod tales sententiæ ualeat, & ita practicamus, vt attestatur Bal. in l. cum iudex, in fi. C. de sent. quæ refert August. ad Ang. de malef. in verbo, Quas si non soluerit cum quarto plurim. 4. Idemque

Idemque; si dicat: Condemno te in centum, quæ si non solueris intra decem dies, cōdemno te, vt soluas in quadruplum, & ita de consuetudine obseruari attestatur Specul. in secunda parte. in titulo de sentent. §. species autem. nume. 5. vbi dicit, quod quia sic concessum est heri, ideo sic obseruandum est, & illum refert August. in loco præallegato. Vbi tamen non viget ret statutum vel consuetudo id disponens, non crederem talem sententiam ualere, neque ego ita iudicarem.

Quæro, si iudex condemnauit aliquem in maiori summa, quam statutum disponat, nunquid illa sententia sit nulla? Respon. quod quantum ad summam, in qua iudex ex esse dispositionem statuti, omnes fatentur, quod est nulla, vt dicit Io. de Canemortuo consil. 33. nome. 2. inter consilia criminalia diuersorum libro primo. Quinimo multi tenuerunt, quod etiam in totum vitietur, & hanc opinionem communiter probari attestat idem Io. de Canemortuo in loco præallegato, & iudex, qui male iudicauit, tenebitur uersus reum publici ad interese, prout quandoque in facto videri obseruari.

Sed pone, quod iudex non sit ualde expertus, præsertim in poenis statutarijs, nūquid poterit pronunciarı hoc modo, Cōdemno Titium ex tali causa in centum, saluo, & reseruato, quod si condemnatio esset in plus, vel minus, quam esse deberet ex forma statutorum, illam ex nunc reduco ad debitam quantitatem? Respon. quod sic. Ita tenet Bald. in l. certa. in vltimis uerbis. C. quando prouoca. non est ne cesse. ubi etiam subdit, quod ita de facto seruatur, quem refert Alexan. in l. iudex postea quam. post num. 26. ff. de re iudic. & Marfil. in rubr. de probatio. nuanc. 429. & August. ad Angel. de malef. in uerbo, Saluo, & reseruato. post num. 4. subdens, quod si ita obseruat ordo iudiciorum, factus esset iudex, qui recederet ab ista obseruantia. Sed certe apud nos hæc practica non seruatur, quinimo iudex, qui ita iudicaret reputaretur factus, prout etiam illam in practica non seruari attestatur Amad. de synd. nume. 162. Bene uidi ab aliquib. apponi in sine condemnationis

clausulam, & in oibus, & per omnia iuxta formam statutorum superinde disponentium, quæ forte idem operaretur. Bar. autem in d. l. iudex postea quam. num. 5. dicit, quod ista clausula apponitur in sententia aut uerbum, Condemnatus, est magna importancia, ex quo iudex ostendit animum suum, quod non intendit imponere maiorem uel minorem poenam, quam imponi debeat, secus autem (secundum eum) si illam apponat post uerbum Condemnatus. Et dicit Amad. de synd. nu. 235. quod ita concludunt communiter Doctores. Sed certe (cum reuerentia rati Doct.) ista consideratio est nimis subtilis, merito (vt dixi) recessit ab aula.

## QVAESTIO XCIII.

## SUMMARIUM.

*De appellatione in causis criminalibus, quibus casibus permittitur non sit.*

*Et quid si delictum sit notorium, & in sculo, solet etiam.*

*Statutum disponens, quod in causis criminalibus non liceat appellare, ualeat, uersiculo. Cæterum.*

*Appellatio unius in criminalibus an proffit alteri, uers. Quæro nunquid.*

*Clericus an possit pro condemnato appellare, uers. Sed an clericus.*

*Pendente appellatione à sententia bonni, an possit baunitus impune offendi, uersiculo. Præterea quæro. Remissio.*

*Si condemnatus in poenam capitis, & honoris confiscationem pendente appellatione decesserit, an extinguatur honoraria confiscatio, uers. Sed pone.*

*Et quid si decesserit pendente tempore ad appellandum, uersic. Sed quid si condemnatus.*

*Iudex prima causæ an sit citandus in causæ appellationis, uers. Quæro nunc.*

*Pendente causæ nullitatis sententia superferendum est ab eius executione, uersiculo. Scias autem.*

*Et an in causæ inuisi modi nullitatis possit interuenire procurator, uersic. Quæro an in causæ. Remissio.*

De literis admittentibus condemnatis in cōtra-  
maciam ad novas defensiones, versiculo.  
Est etiam.



**D**ICTVM est de sententiis,  
quero nunc; nunquid in  
causis criminalibus licitū  
fit appellare? Respond.  
Aut reus est plene de ipso  
delicto convictus, & etiam illud est sponte  
confessus, & hoc casu non potest appel-  
lare. l. 2. C. quomodo appellationes non reci-  
pantur. Et quantum sit in illis quinque  
criminalibus exceptis, videlicet homici-  
dij, nefecij, adulterij, maleficij, & vis  
publicæ, de quibus in d. l. 2. omnes conte-  
nunt, quod in illis non fit deferendum  
appellationi, ubi a iudice rei illorum tri-  
minum, argumentis convicti sint, & testi-  
bus superati, & propria voce confessi. Et  
hanc dicit esse communem omnium Do-  
ctorum sententiam Igneus in l. & si cer-  
tus. in principio. nn. 19. ff. ad Sylle. Sed  
certe tenendum est, quod non solum in illis  
quinque, sed generaliter etiam in omni-  
bus aliis conclusio locum habeat, & ita  
hanc esse communem opinionem attesta-  
tur Imol. in l. si. §. iustus. nume. 8. ff. de ap-  
pella. Butr. in tractatu de notorio. articu-  
lo quarto. nu. 56. quem refert Duennas re-  
gula 156. in fin. Dec. in c. cum speciali. §.  
porro. num. 4. de appella. quem refert Di-  
dacus pra. & quest. 23. nu. 5. Si ergo talis  
reus convictus, & sponte confessus appel-  
lat, reiicienda est appellatio, neque debet  
ab executione supersederi, & ita de con-  
suetudine servatur, ut dicit Bar. in l. qui  
ultimo. in finalib. verbis. ff. de penis. p.  
ut illum refert Affic. super secunda par-  
te consi. Regni. rub. 10. nu. 56. licet Bar.  
ibi loquatur de exceptis decem dieb.  
de quibus ego dixi infra q. 96. circa prin-  
cipium. Aut est confessus tantum, & non  
convictus, & tunc si non renouavit suam  
confessionem, non auditur appellans, sed  
potest iuste tradi morti, secundum gl. in  
c. Romana. §. in autem. in verbo, Vel de  
quo. de appellatio. in sexto. quam sequit  
communis practica auctoritatum, ut di-  
cit Bal. in l. prima. post num. 10. versu. in-  
terdum autem. C. ne ex delicto defuncto

rum, & quem refert August. ad Angel.  
de maleficiis. in verbo, Præfente Caio.  
post nu. 21. & Aposti. ad decisio. Tholosa.  
176. Hanc est opinionem dicit esse com-  
munem Didacus in d. quest. 23. fol. 167.  
col. 3. ver. secunda conclusio. Dicit etiam  
prac. Careri j. fol. 17. nu. 17. & fol. 132. post  
nume. 46. & fol. 67. post nume. 181. & fol.  
136. nu. 175. quod hodie ex consuetudine  
iudices observant, quod ex sola confessio-  
ne spontanea, uel etiam extorta, & perse-  
uerata exequuntur sententias capitales  
non admittit appellatiōe, licet secundum  
eum male faciant, & contra ius canon-  
icum, & civile. Et licet aliqui dixerint, quod  
hoc locum habet solummodo de iure ca-  
nonico, ut scilicet confessus tantum non  
possit appellare: tamen magis commu-  
nis opinio est, quod in hoc non sit differ-  
rentia inter ius canonicum, & civile, sed  
quod utroque iure ille, qui est solummodo  
confessus, & non convictus, non audia-  
tur appellans, nisi adducat in appellatio-  
ne causam probabilem contra suam con-  
fessionem, & ita esse communem opinio-  
nem attestatur Boss. in tit. de appellatio.  
post num. 27. Bal. autem in l. 2. nume. 11.  
C. quorum appel. non recip. tenet quod ad  
hoc ut possit reiici appellatio, requiratur  
utrumque, scilicet quod sit confessus, & con-  
victus, & hanc dicit esse veram, & com-  
munem opinionem Anton Gomez c. 13. deli-  
ctorum. nume. 31. etiam si agatur de cau-  
sa criminis legē ministeris, alias (secundum  
Bul.) tenet appellatio. Et potest iudex  
a quo, ei, si velit, deferre: sed si putat ei non  
esse deferendum, potest exequi sententiam  
suam, & subdit, quod ita servatur de con-  
suetudine, quem refert Xarez in suo vo-  
luntate, repetitionum. fol. 505. num. 5. in  
fine. Et ita reperio etiam conclusum fuisse  
per curiam Tholosa in dicta decis. 176. quod  
da quod appellatio ualeat, potest iudex  
a quo, prius quam sit ei inhibicum per  
iudicem ad quem, sententiam exequi. Di-  
cit etiam Ang. de malef. in uerbo, Præ-  
fente Caio, & appellante. nume. 18. quod  
quādo reus est sponte confessus, & con-  
victus, uel delictum est notorium, potest  
iudex sententiam exequi, appellatiōe  
interposita non obstat, & quod si aliter  
facit

facit, peccat, & quod ipse de facto ita Nur-  
sae oblate uauit.

Solet etiam dici, quod quādo delictum est  
notorium non admittitur appellatio, & quod  
criminalis manifestus non audiat appel-  
lans, dicit communiter teneri Anan. in  
cap. quam perniciosum. post nu. 1. de usu.  
Puto tamen in hoc esse distinguendum,  
iuxta ea quae dixi supra questio. 9. versu.  
Quero nunquid.

Caterum in hoc Ducatu haec omnia  
sunt superflua, cum per constitutiones  
sublata sit in causis criminalibus omnis  
appellatio, & dictio nullitatis, prout etiam  
in consilio Flandriæ observari attestatur  
pra. l. lodoici. c. 149. nume. 2. etiam si reus  
non sit proprio ore crimen confessus, &  
talis constitutio, seu statutum ualeat, & est  
obseruanda. Licet enim aliqui tenuerint,  
quod non ualeat, ex quo appellatio est spe-  
cies defensionis, quae est de iure natura-  
li, & consequenter a lege seu statuto tol-  
li posse non debet: (quam opinionem di-  
cit esse magis communem Nicell. in con-  
cord. gl. c. 6. col. ante. pe. & pen.) nihilomi-  
nus usu, & consuetudine receptum est ta-  
lia statuta ualere, & ita communiter serua-  
ri attestat Alber. in quarta parte statuto-  
rum. q. 53. nu. 4. quem refert Aug. ad An-  
gel. de malef. in loco per allegato, post nu.  
25. licet re vera Alber. ibi loquat in sta-  
tuto disponēte, quod bannitus non audia-  
tur etiam ad sui defensionem, sed ab hac  
consuetudine nullo modo est in practica  
recedendum.

Quero, nunquid in criminalibus, appel-  
lacio unius proiit alteri? Respond. quod  
sic, & ideo si plures coplices sint condem-  
nati, & vnus appellet, eius appellatio alijs  
prodest, & est communis opinio, ut dicit  
August. ad Ang. de malef. in uerbo, Præ-  
fente Caio nu. 33.

Regulariter autem in criminalibus po-  
test quilibet de populo pro reo condem-  
nato appellationem interponere, ut est  
text. in l. non tantum. ff. de appell.

Sed an etiam clericus poterit, per huius-  
modi condemnato appellare? Respond. Aliqui  
dicunt, quod non, & dicit spe. de aduoc. §. primo. nume. 8. quod tutius est,  
quod clericus a talibus causis absteat.

Contrarium tenuit gloss. in l. additōs. in  
verbo, Quibus. C. de episcopali audien-  
tiam Doctores sequuntur, ut dicit Augu-  
stin. ad Ange. de maleficijs. in uerbo, Præ-  
fente dicto Caio. nu. 5. & haec opinio ue-  
rior est: cum enim appellatio ueniat ad  
defensionem rei, merito posse debet cleri-  
cus illam interponere.

Præterea quero, nunquid pendente  
appellatiōe a sententia banni, possit ban-  
nitus impune offendere? Dixi supra hoc eo-  
dem lib. §. homicidium, versu. Succes-  
sue quero.

Sed pone, quod Titius fuit condemna-  
tus in amputatione capitis, & confiscatio-  
ne bonorum, appellatur, & pendente ap-  
pellatiōe decedit, certum est, quod res-  
cui poenæ corporalis crimen habetur pro  
extincto, ut dixi supra questio. 53. versu.  
Quero nunc. Quero, an etiam sit extin-  
cta confiscatio bonorum? Respond. Aut  
sententia est concepta per distinctionem, Cui,  
puta condemnatus Titium ad mortem  
cum confiscatione bonorum, & eo casu  
cui publicatio bonorum sit accessoria ad  
poenam corporalem, extinguitur morte,  
sicut, & ipsa cōdignatio corporalis. Aut  
vero sententia est concepta per copulati-  
uam, puta condemnatus Titium in am-  
putatione capitis, & in confiscatione bo-  
norum: & hoc casu etiam si reus moria-  
tur pendente appellatiōe non extinguitur  
confiscatio bonorum. Ita distinguit  
Barto. in l. tertia. in fine. C. si pendens  
appella. mors interuenierit. & hanc dicit  
esse communem sententiam Augusti. ad  
Angel. de maleficijs. in uerbo, Qui de mi-  
nus iudex. nu. 49. & in uerbo, Et c. ius bo-  
na. nume. 3. Vide quae dixi in d. q. 51. versu.  
Scias etiam.

Sed quid si condemnatus decedat non  
quidem interposita appellatiōe, sed pen-  
dente tempore ad appellandum, nunquid  
erit locus bonorum confiscationi? Respon.  
In hoc articulo uariæ sunt opiniones  
Doctorem, tu uideret potes distinctionem  
traditam per Ange. de malef. in uerbo,  
Præfente Caio, & appellante nume. 35.  
quam dicit ipse esse ex parte omnium, &  
quia nimis longa est, eam hic non descri-  
bo. Quid autem dicendum sit si reus  
post

post cōdemnationem admittis sic rit ad  
noas defensionē, & pendente hoc secun-  
do processu decesserit, dixi supra questio.  
44. versu. Dixi quod.

Quero nunc, an in causa appellationis  
citandus sit iudex, qui primam sententiā  
protulit? Respond. Alii dicunt, q̄ est  
citandus aut iudex, aut syndicus fisci, cui⁹  
interest. Et dicit Ang. de malef. in verbo,  
Præsente Caio, & appellante. nu. 27. quod  
ita videtur prædicari. Alij uero dicunt,  
quod quando iudex, qui primam sententiā  
protulit, processit ex officio, sem-  
per est citandus in causa appellationis, &  
hanc opinionem dicit esse communē Ca-  
rauita super ritu 260. magnæ curiæ. post  
nume. 4. Iudens tamen, quod in Regno  
Neapol. nullo casu citatur primus iudex,  
sed eius loco procurator fiscalis illius curi-  
æ. Apud nos autem, ex quo non datur  
appellatio, non seruatur hæc practica, nec  
alicubi uidi nunquam citari iudicem, nisi  
ageretur etiam de condemnando iplo iu-  
dice propter fordes, uel iniustitiam. Be-  
ne citandus est fiscus, cuius interest, in cau-  
sa appellationis, prout et citatur in cau-  
sa principali, iuxta ea q̄ dixi supra q. 31.  
ver. Vltimus quero.

Potest etiam dici de nullitate senten-  
tiæ criminalis: Causas uero nullitatis, q̄  
deduci possunt contra sententiā, potes  
per te uidere in discursu materiæ, & præ-  
sertim supra q. 50. & seq̄.

Scias autem, quod pendente nullitate  
sententiæ criminalis, non fit eius execu-  
tio, quæ contineat pœnam irretractabi-  
lem, etiam si cognitio nullitatis requi-  
reret actiorem indaginem, & est com-  
munis opinio, ut attestatur Iason in l. ter-  
tia §. si seruus non mero noño. ff. de acqui-  
ren. posses. prout illum refert Bossius in  
titu. de nullitate, aduer. senten. nume. quar-  
to. Videtur enim, quod pendente causa  
huiusmodi nullitatis non calumniose, bā  
num sit suspensum, prout tenuit Alexand.  
in dicta l. tertia §. si seruus. num. septimo.  
cuius opinio dicit esse cōnūnem Atfii  
super secunda parte constit. Regni, rubr.  
prima. numero 15. & consequenter non  
potest interea bannitus impune occidi, &  
ita communiter concludit, ut dicit Boss

in loco præallegato. num. 5. Vide quæ dixi  
supra hoc eod. lib. §. homicidium. versu.  
Successive quero.

Quero, an in causa nullitatis sententiæ  
criminalis possit interuenire procurator?  
Dixi supra questione 32. versu. Quero,  
an in causa.

Est etiam alius modus ueniendi contra  
sententiā criminalem, scilicet quando  
condemnatus in contumaciā admittit-  
tur ad nouas defensionē. Talis autem  
admissio non fit nisi per principem, & hoc  
ex stylo, & consuetudine inuolita, ut dicit  
præc. Iodoci. folio. 83. numero 3. & in hoc  
Ducatu non fit per principem, uel per fe-  
natum, qui representat personam princi-  
pis, & cui princeps commisit omnia ad iu-  
stitiam pertinentia, & ita declarauit fe-  
natus obseruari debere, & grauer pre-  
hendit commissarium Pontremuli, qui ad  
nouas defensionē admittit sua auctori-  
tate quandam bannitum pro facricidio,  
ultimo Octobris. 1550. P.N. Et de hac ma-  
teria literarum admittentium ad nouas  
defensionē nos habemus decretum in no-  
uis constitutionibus, in titu. de accusatio-  
nibus. in fine. per quod datum est senatu  
arbitrium illas concedendi, uel denegandi,  
iuxta facti, & personarum qualitates.  
Regulariter autem fenatus illa cōcedit,  
nisi indicia sint adeo uigentia, ut reus ve-  
ri similiter se tueri non possit, nisi produ-  
cendo falsos testes, prout seruatum fuit  
in causa Alexandri Buccæ. 20. Septēbris.  
1558. P.N. & Nicolai Coduri, quinto. u-  
lii. 1558. Et scias, quod extrat senatus con-  
sultum cōditum de anno 1548. 26. Octo-  
bris. P.N. quod admitti ad nouas defen-  
siones pro causa, quæ constitutionem p-  
sonalem requirat, teneantur constituere  
termino decem dierum a die concessio-  
nis admissiois, alias remissio habetur  
pro non facta. Et ideo ex stylo fenatus  
semper apponitur in ipsis literis termi-  
nus decem dierum eas impetrantibus  
ad eas presentandum, & personaliter se  
constituendum, quem terminum ego nū  
quā uidi prorogari, nisi semel cuiusda  
Perrino Bertono, qui propter abductionem  
cuiusdā quantitatis calci fuerat capitali-  
ter condemnatus, & hoc me interdicen-

te

te uia cum nonnullis alijs senatoribus,  
quibus placebat ordinem obseruantiā:  
sed cōtrarium placuit maiori parti. Hæc  
autem admissioem, ut scilicet reus etiā  
postquam propter contumaciā fuit bann-  
itus, tanquam confessus, & conuictus, sit  
hominis audiendus, si uelit innocen-  
tiam suam demonstrare, dicit esse de iure  
faciendam Grammat. super prag. Regni,  
fol. 168. nume. 18. & ibi refert per consil.  
Neapol. in facti contingentiā ita fuisse de-  
cisum, & admissum quendam medicū cō-  
demnatum in amputatione manus, & ita  
in facti cōtingentiā consuluit etiam Nat-  
ta consil. 444. Vide quæ dixi infra questio.  
96. versu. Quero nunquid. In hoc autem  
Ducatu per nouas constitutiones in titu.  
præallegato, talis admissio remissa est ar-  
bitrio fenatus, qui intellectus indicijs quā-  
doque illam concedit, & quandoq; etiā  
negat. Regulariter autem istæ literæ non  
conceduntur nisi petentibus: dicit tamen  
Boss. in tit. de literis principis, &c. nume.  
4. quod præfens Marlianus eas quadoque  
concedebat etiam non petentibus & ego  
etiā semel uidi, q̄ cum fuissent cōcessæ  
literæ ad nouas defensionē cuidam Io. Calmo  
Cerdoni capitaliter condemnato ad furcas  
pro robaria, qui fuerat deinde  
captus per prætorem Varisii, & eius agen-  
tes non curarent eas (ut dicitur) leuare,  
& presentare, fenatus iussit eas transmi-  
ti ex officio ad ipsum prætorem, cui man-  
dauit, ut eas exequeretur, etiam illo non  
petente. 4. Sept. 1557. P.N.

An autem admittis ad nouas defensio-  
nes, statim facta admissione recuperet bo-  
na confiscata, & an ipsi incumbat onus  
probandi innocentiam suam, dixi supra  
questio. 44. versu. Dixi quod, & seq̄.

QVAEST. XCV.

S Y M M A R I U M.

Quæ sit forma exequendi sententiæ crimina-  
les pecuniarias.  
Et an condemnato detur dilatio ad soluen-  
dum: prout fit in causis similib. ibid.

Et quid si reus non habeat modum soluendi.  
ab luere debeat in corpus, uer. Sed quid  
si reus.

Et quid si non in fraudem legis deliquerit,  
uer. Et scias.

Et an id seruandum sit etiam contra officia  
les in coram syndicatu. ibid.

Et quid si pars, cui uenit applicanda pars  
pana pecuniaria, nolit consentire, & quod  
fiat commutatio in corporalem, uer. Sed  
quero.

Et quid agendum si condemnatus offerat  
cedere bonis, uer. Sed pone.

Et quid si in solutione deficiat in uno num-  
mo, uer. Quero quid si iste.

Et quid si reus sit solutus, multo tamen sub-  
ire panā corporalem uer. Quæ etiam  
iudex an possit multum propter pauperiam  
rem remittere, uer. Et scias.

Quando pars uenia applicatur parti banno  
sa, & pars fisco antota, fisco solui debeat,  
uer. Solet etiam.

**Q**VAERO. quæ sit forma  
exequendi sententiæ crimi-  
nales? Respond. quod si  
quidem condemnatio est  
pecuniaria, & reus in car-  
ceribus detentus, solet re-  
tineri, donec soluerit ipsam condemna-  
tionem, nec relaxatur, etiam si offerat rō-  
nam cautionem. Et aduerte, quia licet in  
ciuilibus cōdemnatis in pecunia habeat  
terminum quatuor mensium ad soluendū,  
& ut dixi infra libro proximo, aliud  
tamen est in criminalibus: nam ille, qui  
est pro crimine condemnatus ad soluendū  
panam pecuniariam, non habet huius-  
modi terminum quadrimestris ad solu-  
endum, Et hæc est communis opi. ut ait  
Taf. in l. debitoribus, numero 16. & seq̄. ff.  
de re iudi. quem refert Boss. in titulo de  
senten. num. 111. sed compellitur ad solu-  
endum statim, uel intra modicum tēpus ar-  
bitrio iudicis. Quandoque etiam si dubi-  
tetur, an reus habeat modum soluendi:  
uel timeat, ne bona eius mobilia oc-  
culte alio transferantur, solet si fisco in-  
stante, fieri apprehensio bonorum condi-  
nati. Si uero reus, condemnatus in parti-

pecu-

pecuniaria, & extra carceres: tunc si quidem in principio pcellus ficitur fideiusso- rem de se consignando, vocatur fideiusfor qui eum consignet, & vbi sit consignatus, non dimittitur donec soluerit, vt supra dixi. Si vero praestitit fideiusso- rem de iudicato soluendo, vocatur fideiusfor vt soluat, & contra eum, si non soluit, conce- ditur executio, & scias, quod contra fide- iusso- rem de iudicato soluendo potest exe- cutio fieri sine nouo processu. Ita tenet bar- to. in l. 1. r. nume. 2. ff. iudic. solui. & ita concludunt communiter Doctores, vt ait Cagnola in l. nemo aliena, in fi. ff. de reg. iuris. Vide quae dixi supra quae est. 26. verli. Vbi vero, & seq. Sin autem reus non sit in carceris, neque sub fideiusso- re, tunc secura condemnatione statim conceditur con- tra eius personam, & contra eius bona exe- cutio realis, & personalis, &c. & ita hodie seruatur, vt dicit Caranita super 134. ritu magne curiae, numero 1. licet forte (secundum eum) deberet obseruari ordo traditus in l. a diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudica.

Sed quid si reus non habeat modum soluendi? Respon. quod hoc casu seruanda est regula, quod qui non habet in aere, luat in corpore. l. si a se. de in ius vocan- do, ut ita solet communiter dici, vt ait be- ronis in c. cognoscetes, num. 42. de con- fite. & poterit iudex, qui iudicet reum non esse soluendo, commutare poenam pecu- niariam in corporalem, & ita quotidie obseruatur. Bene verum est, quod hec com- mutatio in hoc ducatu non fit per tenatu, & ideo fuit grauer reprehensus quidam praetor, qui fecit subitari inconfu- lto tenatu quendam Antonium Rauar- rum, qui non habebat modum soluendi poenam pecuniariam, in quam fuerat prob- laphamia condemnatus. 29. Augusti. 1579. P. N.

Et scias, quod licet aliqui dixerint, quod hec regula locum non habet, nisi in eo, qui deliquit in fraudem legis, scias se- non posse soluere poenam pecuniariam: communiter tamen Doctores tenent con- trarium. C. quod iudicet in locu habeat, siue deliquerit ea cogitatione, siue non, vt attestatur salic. in l. si. post num. 4. C. de se

pul. viol. & nota, quod haec conclusio de rigore iuris seruanda esset etiam contra officiales, qui condemnantur in syndica- tu, vt scilicet si non possint soluere poenam pecuniariam, in qua fuissent eodemati, puniretur poena corporali: nihilominus de consuetudine hoc non seruatur contra ipsos, sed solummodo tenentur in carceri- bus, donec soluerint, vt dicit Bal. in c. §. iudices, num. 2. de pace iur. fir. vbi etiam Apost. attestatur, quod ita obseruat pra- ctica, & illum refert Paris Pur. de syn. fol. 300. nume. 12. & Amad. de synd. nu. 160. & Apostil. ad bar. in l. si iudex, in verbo, si iudex. ff. de varijs, & extraordi. cognit. & Jacob. de sancto Georgio in l. si filius, si- nime. 5. ff. de iud. & in l. mancipia, nume. 9. C. de seruis fugitijs. vt plurimum tamen officiales, tam in principio officij, quam tempore syndicatus praestant idoneos fide- iussores, qui deinde compelluntur ad sol- uendas condemnationes contra eos secus, & sic ista questio raro contingit in practica.

Sed quaero, quid si pars, cui in totum vel pro parte venit applicanda poena pecuniaria, nolit consentire, quod iste con- demnatus, qui re vera non est soluendo possit luere in corpus? Respon. quod hoc casu non debet iudex aliquid decernere, sed permittere, quod condemnatus stet in carceribus. Et haec est communis opin. vt dicit boer. decil. 349. post nume. 8. col. 3. verfic. secundo si is.

Sed pone, quod iste, qui est condemna- tus ex delicto in poenam pecuniariam, of- ferat cedere bonis, nunquid erit audien- dus? Respon. quod non, sed opus est quod luat in corpore, & ita tenent communiter Doctores, vt dicit Alberic. in secunda parte statutorum, qualifto. 196. Item qua- ro, an in poenis, hanc etiam dicit esse com- munitem opin. Cepolla consil. crim. 9. ver- si. & ex praedictis apparet, quem refert Di- dac. lib. 2. resolut. c. 1. num. 8. Deci. in l. si quis id quod, nume. 22. ff. de iurif. omniu iud. licet secus sit in debitor ex contra- ctu, vt dixi infra libr. septimo. §. obliga- tio. Regulariter enim in obligationibus descendentibus ex maleficio, non potest quis vti beneficio cessionis honorum, Et

Et ita tenent communiter Doctores, ut at- testatur Alb. in rub. C. qui bon. ced. poss. post nu. 14. verli. vltimo quaeritur.

Quaero, quid si iste reus in soluenda poe- na in unio nummo cotumaciter deficiat, nunquid adhuc opus erit, vt luat in cor- pore? Rñ. q. sic, ita tenet Bald. in d. l. fin. in vltimis verbis. C. de sepulchro viola. & est communis opinio, ut dicit Gomez. in §. penales. nu. 18. Inst. de a. sio. subdes- plicet haec opinio sit dura, tamen ga co- munitis, non est ab ea in iudicatio receden- dum, & illum refert Boer. in dicta deci- sio. 349. post nume. 8. verfic. quinimo si ta- lis, & Viuius in lib. communium opinio- num. in verbo, cedere uolens.

Quaero etiam, quid si reus sit soluendo malit tamen subire poenam corporalem quam pecuniariam, nunquid erit audien- dus? Respon. quod non, sed cogendus est soluere poenam pecuniariam, & est com- munitis opinio, ut dicit Dec. in d. l. si quis id, quod. nu. 22. & seq.

Haec autem omnia locu habent in con- demnatione pecuniaria per sententiam diffinitiuam prolatam: sed si esset multa sifico debita, eo casu non esset necesse pro- pter paupertatem rei illam commutare in poenam corporalem, sed posset iudex illam diminueri, & etiam remittere, & hec est communis opinio, ut attestatur Men- chiacia controuerf. illustr. c. 24. nu. 15. Et ita sepe numero per tenatu fieri vidi, & etiam magistratus solet sumpris informa- tionibus de paupertate, mulctas admit- tere ad compositionem, quae non sit mi- nor quarta parte totius multa.

Solet etiam quandoque in hoc proposi- to dubitari, quando pars poena app. ica- sifico, & pars delatori, vel notificanti, vel alteri priuato, an debeat tota solui sifico, an autem cuique sua pars? Tu dic, q. tota debet solui sifico, & postea ille, qui debet habere partem, debet ire ad sificu, & sua partem petere, ita dicit Bar. in l. si qs de- latorem. §. tenatus. nu. 2. ff. de iure sifici. & ita de consuetudine obseruatur, prout etiam se multoties praestitisse attestatur Ange. de malefic. in verbo, Dandis, & sol- uendis. nu. 1. & ita sepius conclusum fuit in magistratu.

## QVAEST. XCVI.

## SUMMARIUM.

*Sententia capitalis an statim executioni mit- tenda sit contra condemnatum, an au- tem expectanda sint decem dies dati ad appellandum.*

*Et quid si reus sit crimen confessus, verfic. Et haec quidem.*

*Bannitus et condemnatus in contumacia si ue- niat in sortia officialis, an statim sit con- tra eum facienda executio condenatio- nis, verficulo. Quaero nunquid.*

*Et an eo case debeat iudex prius inquire- re de veritate criminis, verficulo. Sed nunquid.*

*Et quid si bannitus uelit contra bannu ali- quam exceptionem proponere, verficulo. Sed pone.*

*Et an possit iudex exequi sententiam con- tra bannitum, qui per vim ductus fue- rit in eius territorium, verficulo. Sed quid si bannitus.*

*Index secularis, ad quem remittitur delinques condemnatus a iudice ecclesiastico, an debeat statim exequi, uel super ipso cri- mine de nouo cognoscere, verfic. Qua- ro etiam.*

*Et quid si conuerso, verfic. Quid autem. Remissio.*

*Index iunior territorij an possit exequi suam criminalem latam per iudice alterius territorij, verfic. Item quaero.*

*Mortuo condemnato ante executionem, quid facere debet iudex, verficulo. Sed hic quaero. Remissio.*

*Condemnatus ad mortem an possit resari verficulo. Sed hic incidenter. Remis- sio.*



**N**UNC de executione sen- tentiarum corporaliu ui- deamus, Et in primis quaero, nunquid lata sifica capi- tiali contra aliquem deat statim eius executio fieri, an aut sit differenda, donec lapsi sint decem dies, qd est eps a iure cōi cōcessum ad interponenda appella- tionem,

tionem, vt dixi infra libro proximo? R. si. q. est differenda executio, donec lapsum sit tempus ad appellandum, ita tenet Bar. in l. qui ultimo. in fine. ff. de pœnis. & ita communiter tenetur, vt dicit Paris Put. de synd. fol. 183. post num. 11. vers. Et licet glo. Hanc etiam dicit esse communē opinionem Felin. in cap. quarenti. nu. 3. de offic. deleg. quem refert Didac. practi. q. 23. post. num. 4. vers. Sexto est omnino. & Boss. in tit. de appella. nu. 4. Card. Alex. in cap. sicut. col. 1. ver. Si vero. 2. q. 1. Sed certe quidquid sit de iure, contrarium seruatur de consuetudine, nā ista capitales immediatē mittuntur executioni, non expectatis dictis decem diebus, vt attestatur ipsemet Bar. in loco præallegato, quē refert Ang. de malefic. in verbo, Et ibi caput. num. 25. & Marian. in repet. cap. qualiter, & quando. nu. 267. de accusario. & Caraita super ritu 259. magna curia num. 3. & Diaz regula 110. Ab. in d. c. qui genti. num. 4. Guli. de Benedic. in sc̄ta parte, cap. Raynucius, fol. 190. nu. 267. Paris Put. in loco præallegato. Foller, in pra. crim. fol. 350. nu. 5. Et in specie in patria Delphini. ita seruari affirmat Guido Papæ decis. 74. in fine.

Et hæc quidem consuetudo maxime locum haberet in eo, qui est confessus delictum, de quo etiam aliter liquebat: nam hoc casu forte non erraret iudex, q. sententiam capitalem exequeretur intra tempus datum ad appellandum, ut dicit Bal. in l. obseruare. §. p̄ficisci. post nu. 9. vers. Duodecimo queritur. de offic. p̄cosul. ubi etia subdit, q. ita seruatur consuetudo, quem refert August. ad Angel. de malefic. in verbo, Et ibi caput. nu. 26. & Amad. de synd. post num. 242. ver. Sic etia. & Paris Put. de synd. fol. 163. nu. 16. Ego uero dice rem, q. in casibus, in quibus iudex tenetur deferre appellationi in causis criminalibus, temp. debet differri executio, ubi uero non posset appellari, uel iudex non teneretur appellationi deferre, crederem iudicem non male facere, etiam si non expectato lapsu temporis ad appellandum sententiam suam exequeretur, sed in omnem casum non puto recedendum à consuetudine prouinciar.

Quæro, nunquid si bannitus, & condemnatus in contumaciam, ueniat in fortiam officialis, qui eum condemnauit, debeat statim sententia contra eū lata executioni mandari? Respond. Aliqui dicunt, q. sic Et hoc traditur forma, quam iudex seruare debet, ut scilicet faciat bannitū recognoscere bannum, & fieri se eē eum, qui in ipso banno est nominatus, deinde sententiam exequatur, ita dicit Bar. in l. Diuus. num. 5. ff. de custodia. reorum. subdēs se ita sepius practicasse, & in l. inter stipulantes. §. 1. nu. 13. ff. de verb. oblig. ubi dicit, q. boni assessores ita seruauit, quem refert Salic. in l. quicūque. post nu. 2. C. de requir. reis. & Igneus i. l. lege Cornelia. nu. 61. ff. ad Sylle. Hanc etiam dicit esse communem practicam Ang. in d. l. inter stipulantes. §. 1. nu. 4. prout illū refert præ. Carerii, fol. 43. nume. 64. Ioan. Arnō. commentario 42. & epito. 87. ponā casum: Et dicit Grammat. siue Bartholomæus Vinciguerra super constitut. Regni, fol. 54. nume. 8. quod ita in practica ab antiquo introductum exitit. Et adde quod si neget se esse illum, de quo in banno p̄terit iudex illū torquere, vt cōstetatur se esse personam detripram in banno, & hæc est cōmunis practica, ut dicit Marfil. singul. 72. per totam fere, quē refert Roland. consil. 60. nume. 27. lib. 2. Dicit etiam Nellus de bannitis, in tertia parte primi temporis, q. vltim. quod rectores solent ex communitate obseruantia facere etiam vt bannitus constiteatur se delictum illud commisisse: quam tamen practicam dicit eē plenam periculo, Bossius in tit. banniti quid ammittant. nu. 18. licet dicat, quod senatus aliquando illam obseruat. Multi tamen tenent contrariū quod scilicet deberent de iure non obfiste banno audiri, quinimo dicit Alb. in l. in eos. circa principium. ff. de cust. reorū, q. deberent quasi re integra audiri, licet de quadam praua consuetudine ciuitatum statim executioni mandent, & dicit Taf. in d. l. inter stipulantes. §. 1. in fin. q. hæc practica communiter reprobat, & quod in hoc Barto. communiter damnatur. Sed quidquid sit de iure. ego semper vidi practicam Bart. ab omnibus obseruari.

uari

uari, & ideo putarem minime mutādam esse, &c. Vide in hoc proposito quæ dixi supra quæst. 94. vers. Est etiam.

Sed nunquid debet iudex, priusquam talem sententiam exequatur, inquirere veritatem criminis? Respond. quod non, quia cum ex dispositione statutorum ille habitus sit pro confessio & conuictio, supinus esset iudex, si eum admitteret ad nouum processum faciendum, aut ipse vltimius inquireret, Et ideo absque vlla alia inquisitione criminis debet fieri executio banni, & sententiæ, Et hæc est communis opi. vt attestatur Anto. Gomez super l. 76. Tauri, nume. 13. Et ita etiam communiter seruatur, vt dicit Imola in l. is qui reus, circa princ. ff. de publi. iudi. In aliquibus tamen locis contrarium seruatur, quia scilicet prius discutitur causa banni, siue condemnationis, Et ita seruatum semper fuisse in parlamento Rothomagensi attestatur Igneus in l. 3. §. si maritus, nume. 15. ff. ad Sylle. Reperio etiam quod Boss. in ritu. de confessis per torturam, nu. 23. & in titu. de requirendis reis, post nu. 1. dicit, quod Senatus vtitur alia practica, quia scilicet quando tales banniti veniunt ad manus iustitiæ, si ex qualitate indiciorum res non sit clara, non damnantur, sed torquentur. Sed certe ego nunquam hoc vidi seruari, nec audiri seruatum fuisse: nam nisi talis condemnatus petat ab ipso Senatu se admitti ad nouas defensiones, semper sententiā contra eum lata executioni mittitur. Bene verum est q. licet post admissionem nihil probet, quod releuet: si tamen indicia contra eū existentia fuissent valde debilia, non fit executio sententiæ, sed vel torquetur, vel commutatur poena, & mitigatur. Et credendum est etiam Bossium ita intellexisse, vt colligitur ex ijs, quæ ipsemet dicit in titulo de literis Principis, &c. circa fin.

Sed pone, quod bannitus velit opponere aliquam exceptionem contra bannum, nunquid erit audiendus? Respond. quod de iure talis bannitus captus, licet ex forma statuti habeatur pro confessio, & conuictio, potest nihilominus per viam exceptionis impedire executionem, modo

exceptio sit talis, quæ si fuisset opposita à principio ante bannum, non fuisset compellus iudicium suscipere. Ita dicit Bart. in l. non videtur. la. 1. in ff. de iudi. & est communis cōclusio, vt dicit Rolan. in d. consil. 60. nume. 30. lib. 2. Sed apud nos de consuetudine, & ex ordinibus huius Ducatus, nunquam auditur bannitus ad aliquod opponendum, nisi sit à principe, vel Senatu ad nouas defensiones admittis, vt dixi supra q. 94. vers. Est etiam alius.

Sed quid si bannitus existens extraterritorium iudicis bannientis, per vim ductus fuerit in eius territorium, nunquid sententia poterit contra eum mitti executioni? Respond. quod non, fed debet prius libertati relaxari, Ita dicit Bald. in auth. item nulla communitas, circa f. C. de episc. & cleri. & est approbata P. 60. rum sententia, vt attestatur Roland. consil. 60. num. 9. lib. 2. Quod quidem ego intellego, vt procedat, quando ita per vim capitur, & ducitur à priuatis, sed si fuisset extra territorium iudicis condemnationis capus à iudice alterius territorij, & remissus ad iudicem bannientem, credo q. posset contra eū exequi sententia. Licet criminis iudices diuersorum territoriorum, præsertim sub diuersis Principibus existentium, hodie ex consuetudine non teneantur delinquentes, & bannitos inter se remittere, vt dixi supra quæst. 38. vers. Sed certe, nihil tamen prohibet quominus talis remissio fieri possit. Et ideo non considerant banniti super consil. Rolandi supra allegato, quia ego vidi plures bannitos ita captos, & remissos, ductos contra eorum voluntatem in territorium iudicis bannientis decapitari, & suspendi. Quinimod recordor, quod superioribus annis quidam sicarij banniti ab hoc ducatu, qui traditi fuerunt non à iudice, sed à carcerario loci Viarole agri Brixienfis prætori Cremonæ, iussu fuerunt illico suspendi. 30. Ian. 1556. Et licet superinde fuerit exclamatum per Venetos, quibus res alter, quam se habebat, significata fuerat: tamen re intellecta, acquiescunt.

Quæro etiā, si iudex ecclesiasticus aliquem condemnauit, deinde illum remittit

curiæ

curia seculari puniendum, nūquid debet iudex secularis, cui facta est remissio, sententiam ipsam statim exequi, an autem super ipso crimine de nouo cognoscere? Respon. quod regulariter non tenetur stare processui facto coram iudice ecclesiastico, sed debet ipse de nouo cognoscere. Et hæc est communis opin. vt dicit Felin. in c. at si clerici, in principio, num. 14. de iudic. quem refert Afflic. super prima parte constituc. Regni, Rubr. 27. nu. 32. & Curt. Iun. in l. magistratibus, nu. 4. ff. de iurisd. omnium iudic. Scias tamen, qd hæc conclusio intelligenda est, vt procedat in illis criminibus, in quibus si reus fuisset laicus, potuisset iudex secularis cognoscere. fecus autem vbi cuncti crimen, de quo agitur, est mere ecclesiasticum, & sic tale, de quo iudex laicus nullo modo cognoscere pot. Et ideo si inquisitor, aut alius iudex ecclesiasticus condemnet aliquem tanquam hereticum, deinde illum tradat iudici seculari puniendum, nō poterit iudex secularis de illa condemnatione cognoscere, cum crimen hæresis sit mere ecclesiasticum, vt dixi supra hoc eo. libr. 6. Hæresis, veris, hoc crimen, sed debet ipsius inquisitoris sententiam exequi, Et hæc est communis opin. vt dicit Cagnola in l. cum quedam puella, in principio, post num. 33. ff. de iurisd. omnium iud. Et licet Bart. in d. l. magistratibus, nu. 4. tenuerit contrarium, & hoc idem quasi omnes legitæ teneant pro communi, vt dicit Imola in c. primo, nu. 16. de offic. ordi. quem refert Præsi. Carer. fol. 597. nu. 63. & hanc dicat esse communem opin. legistarum Menchia in prima parte de testa. §. 6. post num. 16. versic. denique, & illam esse vti receptam attestatur Practic. Iodoci c. 61. nu. 54. Nihilominus communis opin. præsertim canonistarum videtur esse contra Bart. & hanc communem appellat Berous in c. at si clerici, numero 79. & seq. de iudic. Boss. in titu. de hæret. nume. 35. Simancas de hæret. c. 36. nume. 3. Refert tamen Ignæus in l. prima. §. cum dominus, nume. 4. ff. ad sylle. quod contrarium obseruari vidit per senatum Mediolani tempore suo, & quod fuerunt absolutæ quedam mulierculæ condemnatæ

de hæresi ab episcopo Parmensi, & inquisitore, quas compertum fuit semper de fide recte sensisse, & refert idem etiam in Gallia contigit. Hodie tamen regnante catholico Rege Philippo, semper vidi feruari, vt lata sententia de hæresi contra aliquem per iudices suos ecclesiasticos, statim qd remittitur iudici seculari, abique alia cognitione traditur flammis comburendus. Et ita iussit senatus exequi in causa cuiusdam Vincentij Gambe, 2. Iulij. 1554. A. C. & alias sepe, quod & in Hispania vti receptum esse attestatur Simancas. d. c. 36. nu. 3. Adde, qd neque etiam potest hoc casu iudex secularis pœnam pro hæresis crimine impostam commutare, Et est communis opin. vt dicit Boss. in tit. de hæreticis, num. 37. Et ita semper vidi feruari. Si vero esset crimen seculare vel mixtum, super quo potuisset iudex secularis cognoscere, non tenetur ipse in iudex secularis prestare auxilium episcopo, nisi fiat sibi fides de processu, Et hæc est communis opin. vt dicit Alcia. in d. c. 1. num. 119. de offic. ordina.

Quid autem dicendum sit e conuerso si iudex laicus remittat clericum ad iudicem ecclesiasticum, an teneatur iudex ipse ecclesiasticus stare processui facto coram iudice seculari remittente, dixi supra questio. 35. versic. Vltimo quæro.

Item quæro, nunquid iudex vnius territorij possit exequi sententiam criminalem latam per iudicem alterius territorij? Respond. Aliqui dicunt, quod non, nisi ad literas illius iudicis, qui sententiam protulit, Et hæc est communis opin. vt dicit Paul. de Castro in d. l. cum quedam puella, numero 5. ff. de iurisdic. omnium iudic. quem refert Sapia ibi, post numerum 28. Vide quæ dixi supra questio. 54. versic. Sed hoc intelligit vt procedat, quando territoria sunt sub diuersis principibus, secus autem si sint subdita eidem principi: nam eo casu vtiq; potest illam exequi non modo ad requisitionem iudicis, qui sententiam protulit, sed etiam à se ipso, si videat quod executionem mereatur. Et est communis opinio, vt ait Boss. in titu. de foro compet. numero 86. quæ mihi etiam placet, intelligendo tamen

men, quod sint etiam sub eodem præfide prouincia, non enim potest officialis in hoc Ducatu exequi sententiam latam per officiales in Regno Neapolis, licet ambo sint sub eodem principe, quia in omnibus per omnia habentur tanquam regna, & domina separata.

Sed hic quæro, pone qd reus, qui est de crimine confessus vel conuictus, vel etiã condemnatus, ante executionem moriatur vel naturali fato, vel quia sibi ipsi manus intulerit. quid debet iudex hoc casu facere Dixi supra q. 51. versic. Sed hic incidenter.

Sed hic incidenter quæro, nunquid condemnatus ad mortem possit testari? Dixi supra lib. 3. §. testamentum, q. 21.

## QVAEST. CXVII.

## SUMMARIUM.

*Ex quibus causis executio sententiam capitalium sit differenda.*

*Quid si comparcat aliquis, qui dicat condemnatum esse sibi obligatum ad aliquam rationem reddendam, ibid.*

*Quid si reus condemnatus alium de aliquo crimine accusauerit, versic. Est etiam.*

*Quid si reus esset decapitandus ex mandato principis, quod iudicis vi deretur in ipsum, ver. Item est.*

*Quid si reus nolit peccata sua confiteri, ver. Sed pone.*

*Quid si muliere pregnante, ver. Differatur etiam.*

*Quid si executio incidat in diu'seriatum, ver. Quæro etiam.*

*Regulariter non esse differendam executionem sententiarum capitalium, ver. Regulariter autem.*

**V**IDRAMVS nunc, an sint aliqui casus, in quibus debeat ex aliqua causa sententiæ capitalis executio differri, & in primis reperio C. yn. in l. 1. in 2. notab. C. de bono. procrip. tenuisse, quod si post

condemnationem capitalem contra aliquem seculam compareat aliquis tertius & dicat reum condemnatum sibi esse obligatum ad reddendam rationem alicuius mercaturæ, vel negotiationis, vel administrationis, vel huiusmodi, eo casu differri debet executio, donec reddita esset ratio, quod etiam affirmat Capola cautela quinta. Sed certe hæc cautela parum prodesset, nam quidquid sit de iure contrariam seruat de consuetudine, quia scilicet non expedata huiusmodi redditione rationis, sententiæ capitales executioni mittuntur, Et ita feruari attestant scribentes in d. l. prima & in specie Ange. & In. ola, prout illos refert Ange. de malefic. in verbo, Et ibi caput, numero 31. & Paris. Put. de fyud. fol. 356. caput. 2. nume. 1. & Pract. Carer. fol. 552. nume. 82. Idem faceret Cepolla in dicta cautela quinta, & Caraita super licet magna curia 259. post nume. 5. licet dicat, quod ideo non feruatur de consuetudine, quia non petitur, Iason. in l. feruus, in principio, nume. 3. ff. de legat. 1. Ego vero dicerem non esse denegandam breuem dilationem, puta bidui, vel tridui, vbi appareret illam non peti in fraudem differenda, aut vitandæ executionis, nec subesset timor quod condemnatus posset è carceribus euadere, aut alterius scandali, modo ille tertius non potuisset prius petere talem rationem sibi reddi, atque ex eo quod non redderetur paci, posset aliquod præiudicium irreparabile, nemo. n. ex aliena culpa damnum pati debet.

Est etiam differenda executio sententiæ capitalis, quando reus, contra quem lata est sententia, alium de aliquo crimine accusauit, donec iudicium accusatoris ab eo ceptæ perficiatur, Et ita tenet communiter omnes, vt dicit Imola in l. 1. is qui reus, numero 14. ff. de pub. iu. Ang. in eadem l. 1. is qui reus. nume. 17. in fin. sed hoc credo quod difficile esset obtinere in practica, præsertim si esset suspicio, quod in fraudem fuisset instituta talis accusatio.

Item est differenda executio, quando officialis, cui a principe iussum est vt faceret aliquem decapitari, aut suspendi

Pract. Iul. Clar. F. vi.

videret illud mandatum principis esse iniustum, nam deberet illius executionem differre, & principi rescribere, Et igitur committeretur, ut dicit Carer. in pract. crim. fol. 32. nu. 110. de quo vide que dixi supra q. 60. vers. solet dubitari.

Sed pone, quod, reus decapitandus, aut facies suspendendus, aut aliter morti tradendus voluit ponere, nec peccata sua confiteri, nunquid propter ea erit differenda executio ipsius sententię capitalis? Respon. Aliqui dicunt, quod omnino debet superferri pro salute eius anime, donec pœniteat, & peccata sua confiteatur, quod quidem omni studio iudex curare tenetur, vt est text. in l. archigeros. C. de episcopo. aud. Et dicit Chaff. super consue. Burgund. fol. 56. nu. 125. q. in hoc nemo facit dubium, licet subdat, quod contrarium vidit obseruari. Ego putarem bonum esse superferre ab executione per aliquod spacium temporis, vbi non esset periculum in mora, cum salus vnus anime, pro qua Christus mortuus est, videatur ceteris omnibus rebus anteposenda, Ita tamen, vt propter talem dilationem non differretur in alium diem executio, & interea iudex adhibitis etiã viris religiosis, & Deum timentibus, debet illum hortari ad pœnitentiam. Ceterum non audeam consilium re iudicibus inferioribus, vt vltra illud tempus, incassato principe, executionem differrent. Multa enim possent interea contingere, & rei publice damnosa, & iudicibus ipsis periculosa, vt aliquando in facto experientia docuit. Scias etiam, quod licet princeps, aut senatus iudici rescribat, vt aliquem reum incontinenti, aut nulla in terreda mora morti tradat: debet tamen semper iudex illi concedere competens spacium temporis, si sua peccata velit sacerdoti confiteri: & si id denegaret malefoceret, & Deum, & proximum grauiter offenderet.

Differretur etiam, ne sumatur supplicium de muliere pregnantē, vt est text. in l. pregnantis. ff. de pœnis, & ita iussit seruari senatus in quadam Vr̄ina Malecta capitaliter condemnata, quam mandauit custodiri, donec pareret. 27. Iul. 1548. P. N.

Et hoc locum habet non solum in pœ-

na vltimi supplicij, sed etiam in quacunque alia pena corporali, Et ideo quędam Maria Agniota, quę fuerat condemnata in fustigatione, cum reperta esset grauidā fuit iussu senatus in pace dimissa, 6. Aprilis 1554. P. N.

Quero etiam, an si incidat aliqui dies feriatas, sit faciendā executio corporalis? Respon. q. de iure communi non est faciendā aliqua executio, neque etiam in diebus feriatas in utilitatem hominum, vt videt text. in l. si feriatas. ff. de ferijs, & in l. custodia. ff. de pub. iud. Consuetudo tamē aliter obtinuit, nam diebus feriatas in utilitatem hominum indistincte fiunt executiones criminalium sententiarum, etiam capitalium, Et in hoc nemo dubitat. Diebus autem feriatas in honorem Dei, vel sanctorum, & q. pro festis seruatur, quia scilicet cessatur ab operibus manualibus in toto populo, ego nunquam vidi executiō sententiam aliquam criminalem, in qua imponatur pena sanguinis: & certe licet non esset peccatum, est tamen horrendum, & miserabile spectaculum, & a quo propter Dei reuerentiam est omnino abstinendum, prout etiam dicunt omnes doctores in cap. 1. de ferijs, teste Augu. ad Ang. de maleficijs in verbo, Inchoata facta post num. 12. leuis tamen castigatio quandoque permittitur etiam in die feriato, hęc refert Pract. Millet, folio 34. num. 30. q. ita vidit Practicari Tholose per quendam Regis locum tenentem, qui in die pascatis latronem, qui crumenam abscideret, casum virgis in exilium misit. Quandoque etiam in enormissimis delictis tolet fieri etiam in diebus feriatas capitalis executio, iuxta text. in l. penult. C. de ferijs, Et ita seruari de facto atressatur Marcus deci. 409. nume. 2. A pud nos tamen semper executionem in alium diem non feriatum differri, vt ita seruatur indices Deum timentes, Vide que dixi supra q. 50. vers. Pariter etiam, & q. 64. vers. Quaro an tortura.

Regulariter autem non debent iudices differre executionem sententię capitalis, sit dicit Ang. in l. cum reus, in si. C. de pœnis, quod vidit quosdam astitores gratificantes in differendo executionem

nem pene, vt criminosi gratiam habere possint, sed male faciunt, quia amicus Dei est, q. interfecit inimicos Dei. Vide que dixi supra q. 59. ver. Scias etiam.

## QVAEST. XCVIII. SYMMARIUM.

Ex quibus causis possit executio sententię capitalis imponi.

Et quid si condemnatus confugiat ad ecclesiam, ibid. Remissio.

Et quid si dum ad supplicium ducitur, transeat per ecclesiam, vt camiterium, ibid. Remissio.

Et quid si amplectatur sacerdotem portantem sacrum eucharistiam vers. Sed pone.

Et quid si suspenderit sanctissimum sacramentum, vers. Sed quaro.

Et quid si dicat, se prius, quam delinqueret, seisse votum ingrediendi religionē vers. Sed quid si condemnatus.

Et quid si dum ducitur ad supplicium, obnum habeat cardinalē, ver. Vltimus quaro.

Et quid si meretrix petat illum in maritū vers. Quaro etiam.

Et quid si post condemnationem effectus sit furiosus, vers. Præterea quaro. Remissio.

Et quid si post sententiam lata apparet decessus condemnati innocenti, vers. Sed nunquid.

Et quid si actu ipso executionis frangatur laqueus, vel huiusmodi, ver. Vltimo quaro.



CESSIVE videamus an sint et alij casus, in quibus possit ex aliqua causa capitalis executio impediri, & in primis quaro, nunquid si condemnatus forte dā ducit ad supplicium, confugiat ad ecclesiam deat in pace dimitti? Rōd. sic, ut dixi §. q. 30.

uer. Scias autem, vbi etiã dixi, qd si condemnatus dum ad supplicium ducitur transeat per ecclesiam vel camiterium. Multi tamen sunt casus, in quibus ecclesiarum immunitas non prodest delinquenti, & ideo multo minus debet prodesse iā condemnato, vt in d. q. 30. per totum.

Sed pone, q. condemnatus ad mortem fugiat e manibus satellitum, & amplectatur sacerdotem portantem sacratissimam eucharistiam, nunquid erit liberatus? Rōd. Gl. in c. quatuor, in gl. vnica 13. q. 2. dicit, q. non, sed contrarium tenent communiter Doct. vt dicit Gomez. in §. pœnales. post nu. 50. inst. de act. quem refert Virius in lib. communium opin. in verbo, Condemnatus ad mortē, & ideo tenendus est, q. sit liberandus, perinde ac si ad ecclesiam confugisset. Vide que dixi supra q. 30. ver. Vltimo quaro.

Sed quero, tu scis, q. ecclesia punit reos a morte condemnatos post confessionis sacramentum sumere sacra eucharistiam, vt dixi infra quęst. proxima vers. Sed quero, nunquid poterit condemnatus, sumpto sanctissimo sacramento, dicere se esse liberatum? Respon. q. non & ita pluries iudicatum fuisse refert Iguerus in l. prima, in paine. nume. 6. ff. ad sylle. Hoc enim modo ecclesia, que est cultrix iustitię, fieret anctrix iniustitię, quod nullo modo est dicendū, Bene (vt ibi dixi) est differendum supplicium in aliam digni sequentem.

Sed quid si condēnatus dicat, q. ante quam delictū committeret, facit votum ingrediendi religionem? Respon. Aliqui tenent, q. non modo est superferendum ab executione sed etiam quod non attendat sententię contra eum lata, est remittendus ad iudicem ecclesiasticum, & quod sup hoc, an scilicet eo tempore tale votum emisisset, standum est eius iuramento, & hoc ab omnibus recepti esse dicit Placa lib. primo delictorum, 35. num. 6. Hanc etiam dicit esse communē opi. Virius in lib. communium opin. fol. 22. in verbo, Ordo ecclesiasticus, vbi etiam refert Girard. sing. 57. arrestari, q. ita seruatur in practica, qui tamen in libro meo hoc non dicit, Certe apud nos hac cautela

parum prodesset, nam praesupposito etiam voto, non credo, quod ante impressionem characteris clericalis, vel susceptionem habitus, dici possit a iurisdictione seculari exceptum. Et si hoc admitteret, omnes fere, qui non essent coniugati, possent facile per poenam mortis euadere, quod esset absurdissimum. Et ideo recte dixit Chass. super consuet. Burg. fol. 51. post num. 69. quod non credit, quod istud obseruaretur in practica, quem refert Didac. prac. q. 32. post num. 4. ver. Caterum quidam.

Vterius quaero, quid si condemnatus dum ad supplicium ducitur, obuium habeat cardinale, qui piteum suum, sine gaeterum purpureum in capite ipsius condonari possit faciat, nunquid erit liberandus? Respon. Bal. in l. addictos, in fi. C. de appell. dicit, quod cardinales ex consuetudine habent hoc priuilegium, vel si obuium facti sint condemnato, possunt eum a morte liberare. Idem attestatur lo. sanson. super consuet. Turonen. in titu. des crimes, art. 7. in fi. Gomez. Arias super l. 2. Tauri, num. 85. Et dicit Placa libro 1. delictorum, ca. 34. numero 1. in fi. quod tota fere vniuersitate iuris schola in hoc consentit. Hanc etiam dicit esse communem opinionem. Gomez. in §. poenales, numero 50. iustit. de actio. Ita etiam in practica obseruari attestatur Pau. de Castro, & aliquos refert Tiraquel. de penis, causa 55. & Chassen. super consuet. Burgun. folio 53. numero 101. licet dicat se non credere, quod apud istud obseruetur quem refert Remig. de immuni. eccle. fol. 83. in 19. limitat. Ita etiam esse de consuetudine dicit Paris. Put. de syndic. fol. 356. numero 2. & Dueñas reg. 81. Ego nunquam vidi hoc in practica contingere: si tamen casus contingeret, esse in sententia, ut possit poena mortis mitigari, & reus ad treremes transmitti, & hoc in reuerentiam amplissimi ordinis cardinalium, qui equiparantur regibus, ut dixi supra libro 2. §. Cardinalis, & in quibus refert tota fere vniuersitas Christianae reipublicae. Et hoc, nisi crimen, pro quo ille fuit condemnatus esset ex atrocissimis, ut etiam videntur sentire doctores praedicti allegari.

Quaero etiam, quid si dum condemnatus ducitur ad supplicium, cõpareat meretrix, quae perat illum sibi dari in matrimonium, nunquid debet condemnatus liberari, & illi meretrici cõiugio copulari? Respon. Aliqui dicunt, quod sic, & ita practici in Hispania attestatur Paris. Put. de synd. fol. 355. nume. 2. in fin. quem refert Ant. Gomez. c. 13. delictorum. post num. 37. vers. quintus casus, & Didacus super quarto decretal. fol. 48. nu. 17. & Viuius in lib. communium opin. in verbo, Condemnatus ad mortem, ver. tertio etiam Pract. Carer. fol. 53. nume. 85. Placa libro 1. delictorum. cap. 34. numero 6. Ita etiam obseruari de generali consuetudine totius franciae attestatur Chassan. super consuet. Burgun. folio 53. num. 97. quem refert Public. super consuet. Aluer. fol. 26. vers. 12. casus, ubi tamen subdit, quod hoc Papia obtinere non potuit, refert etiam Mantua in l. transigere, post numero 65. C. de transactio. & dicit Chass. quod ratio potest esse, quia maius supplicium est illi condemnato accipere uxorem, quam mori. Tu dic, quod forte potuit esse ratio, ut hoc pacto anima illius meretricis reduceretur a statu perditionis ad vitam salutis, transseundo a meretricatu ad matrimonium. Sed certe haec practica in hoc ducatur non obseruatur. Et dicit etiam Tiraq. de penis causa 56. in fi. se nescire, an olim id in Gallia fuerit obseruatum, bene certo scire, quod tempore non obseruatur. Semel tamen vidi se illud in facti contingentia obseruari per parlamentum Parisiense attestatur Pape lib. 24. tit. 10. A resto 14.

Praeterea quaero, nunquid si post condemnationem reus efficiatur furiosus, debeat nihilominus sententia contra eum lata exequi? Dixi supra quest. 50. ver. Sed quaero.

Sed nunquid si post sententiam latam appareat de innocentia rei, debet, eo non attento, exequi sententia contra eum lata? Respon. quod non, Ita dicit Innoc. in c. significatiuis, in fi. de purgatio. uul. quem sequuntur communititer Doctores ut dicit Marfil. in pract. crimin. §. oportune, numero 7. & in §. ultimo, num. 13. Gram-

Grammat. consil. crim. 16. num. 23. Et potest etiam exemplum, puta si ille, qui dicitur occisus ab ipso condemnato, appareat viuus, vel inuisitatus. Vide quae dixi supra, q. 52. circa prin. Scias tamen, quod non debet iudex hoc casu ream absolueret, nam neque potest id facere, cum lata sententia iam sit facta suo officio suo, sed debet super sedere, & principi referre. l. 1. §. si quis vltro. ff. de quest. Et ita norant communititer Doctores, ut dicit Ant. Gomez. c. 8. de licitorum, post num. 4.

Virum quaero, quid si in ipse actu executionis contingat, quod vel securis non possit caput amputare condemnato, vel laqueus rumpatur, ita ut non potuerit remanere suspensus, nunquid erit reus liberandus tanquam innocens? Respon. De iure credo, quod hoc parum prodesset, nam omnino est exequenda condemnatio iuxta formam sententiae, in qua communititer solent addi illa verba, Furcis suspensus, ita quod moriatur, secundum practicam quam semper obseruant antecessores, teste Iac. de Beluis. in pract. cri. in tit. de sent. crim. post nu. 8. & Pulg. in l. praesenti. C. de his qui ad stat. consin. que refert Pract. Care. fol. 521. num. 17. Et ita se vidisse in practica obseruari attestat Pape lib. 24. tit. 17. A resto 14. Nihilominus quando huiusmodi casus de facto contingunt, videntur plerumque non modo vulgus ignorare, sed etiam viros doctos subsistere, praetertim quando reus prius quam ei inferatur supplicium, protestatur se esse innocentem, & dicit Ioa. 4. rno. folio loquio 7. Laqueus contritus, quomodo hic casus ex facto contigisset, ipse respondit, quod ille erat liberandus. Dicit etiam Boss. in tit. de fauoribus defensionis, nu. 1. quod tunc iste casus contingit in quodam condemnato in amputatione capitis, cui securis caput amputare non potuit, Et dicit se certo credere, quod esset euasurus. Dicit quoque Chal. super consuet. Burg. fol. 55. post num. 124. vers. Addo, & alium, quod iudicium contingit esse, & quod ille condemnatus, aliquo modo probato miraculo, fuit per eandem relaxatus. Reperio etiam, quod Cremonae quidam Marchetus Capriolus laqueus suspensus, & pluries a carnificis pedibus calcatus, cu-

spirasse credere, cecidit fracto laqueo, & a seipso surrexit incoluimus. Et Senatus iussit, ut per dies aliquot super sedere ratur, intra quos posset, & pacem, & gratiam impetrare, & ita (ni fallor) habita gratia a Principe fuit dimissus 10. Maij 1546. P. N.

## QVAEST. XCIX.

## SVMMARIVM.

Qua sit forma exequendi sententias corporales.

Et quid si reus nolit peccata sua consistere, vers. Sed quid si reus. Remissive.

Et an capitaliter condemnatis dandum sit sanctissimum eucharistiae sacramentum, vers. Sed quaero.

Iudex an possit cogere aliquem, ut carnificis officium exerceat, vers. Sed pone.

Expensis iustitiae ad quem pertineant, vers. Quae hic.

In quo loco fieri debeat executio iustitiae, ver. Item quaero.

Condemnatus ad quem an sint iussu comburendi, vers. Vnum tamen.

Animal irrationale, quod aliquando maleficium commisit, an sit per carnificem morti tradendum, vers. Quaero etiam.

Quando aliquis reperitur condemnatus pleribus poenis corporalibus, quomodo sit facienda executio, vers. Vltimo quaero.



QVAERO, quae sit forma exequendi sententias corporales? Respon. quod ex mandato iudicis reus consignatur collatorum, & per ministros iustitiae illam exequi faciat, & ita terminat. Si tamen condemnatio est capitalis, laudabilis est consuetudo, quod talis sententia intrinsece condemnatus per virum religiosum, qui aconodatus verbis reo mortem denunciat, illum, mortatur ad patientiam, & post sententiam peccatorum suorum, & sacramenta ecclesiae Praed. Iul. Clar. F. 3. lit.



inspicienda, & ubi supplicium in alium diem differatur, mittunt etiam alij viri religiosi, qui eum confortentur, prout etiam seruari attestatur Parisiensi Put. de syn. fol. 208. in verbo, Condemnatio, c. 2. num. 1. Marci. in pra. crim. §. quoniam, post num. 51. Et dicit Pra. Iodoci capit. 150. num. 3. q. in hac laudabili consuetudine omnes ferè conueniunt, quam ipse valde eleganter exornat. Et quia haec variè in diuersis locis seruatur, attendenda est consuetudo vniuersalisque prouincia.

Sed quid si reus nolit penitere, nec peccata sua confiteri? Dixi supra quaest. 97. ver. Sed pone.

Sed quaro, nunquid capitaliter condempnatis dandum sit sanctissima Eucharistia sacramentum? Respond. Ecclesia quidem permittit illud eis communicari, vt est textus in cap. quæstus, 13. q. 2. & ita tenent communiter Doctores, vt attestatur Anton. Gomez. c. 14. delictorum, post num. 6. ver. Item adde, q. potest. Et dicit Pra. Iodo. in d. c. 150. num. 4. q. hunc laudabilem morem sequuntur hodie plerique Romani Imperij ciuitates, alijq; p. j. Aetioq; magistratus. Sed in plerisque regionibus hoc non seruatur, & in specie in hoc Ducatu, neque etiam in Gallia, vt attestatur Igneus in l. 1. in princip. nu. 6. ff. ad Sylle. neque in Hispania, vt ait Gomez in loco pra. allegato. Sciendum est tamen, quod ubi eis daretur, eo casu propter sanctissimi sacramenti reuerentiam, non deberent illo die, quo communicant, ultimo supplicio affici. Extrema autem vinctio non debet dari capitaliter condempnatis. Ita dicunt doctores, vt attestatur Gomez Arias super secunda lege Tauri, num. 76. & ita in practica obseruatur.

Sed pone, q. in ciuitate nullus sit carni-fex siue miniter iusticie, qui sententiam capitalem exequatur, nunquid poterit iudex propter publicam vtilitatem cogere aliquem hominem liberum, vt sit carni-fex, siue executor, etiam quod ipse in nihilo deliquerit? Respond. q. sic, si est vilis persona. ita tenet Barr. in l. fin. §. Titius, nu. 11. de pignorat. action. quem sequuntur 3. m. et dicit Gaspar Valas. in rep. l. in p. m. post num. 17. ff. de iurisd. omn.

iud. & refert Paris Put. de syndic. fol. 324. numero 5. quod ita vidit obseruatum in nonis, quod scilicet fuit capus quidam peregrinus, licet videretur persona honesta, vt decapitaretur quendam nobilem, quod (secundum eum) fuit malefactum. nam ad hoc officium non debent compelli nisi personæ viles, puta serui, & similes. Dicit autem ibi Paris, quod a quando officiales capiunt aliquem seruum, vel mendicantem proficienda iustitia, debent ei soluere mercedem quinque aureorum, vt videtur text. in l. Dimis. ff. de bon. dam.

Quero hic, ad quem pertineat expensa executionis iusticie, puta furcarum, carnicis, &c.? Respond. q. pertineat ad situm. Et ita decim fuit per capell. Tholof. dec. 41. quod intelligi vt procedat, nisi ad hoc consuetudo in contrarium, puta quia communitas loci esset in possessione furcas suis impensis erigendi, ut est in multis locis, nam eo casu non esset ab ipsa consuetudine recedendum.

Item quaro, in quo loco fieri debeat executio iusticie? Respond. quod l. debet fieri in loco consueto, & ita regulariter obseruatur, præterquam in famosis latronibus. illi enim suspendendi sunt in loco ubi grassati sunt, ut dicit text. in l. capitul. §. famulos. ff. de pœnis. Et hoc, vt sunt solatio sanguineis occisorum, & alijs terrori. Aliqui tamen, etiam in non famosis, faciunt erigi furcas in loco, in quo furtum est commissum, quod se vidisse se pissime obseruari attestat Marian. in rep. c. qualiter, & quado. nu. 260. de acc. & dicit Bal. in l. r. C. de Nili agge, nõ rum-pēdis, in primis verbis, q. ita fit in multis locis, prout etiam dicit Ange. de malefic. in verbo, Vsq. ad locum, se fecisse obseruari Perusij, quod tamen mihi non placet, neque etiam placet Augu. ibi in Ap. sil. nisi esset enormissimum delictum, neque ego id apud nos vidi vquam obseruari, nisi in grassatori bus viarum, put fuit quidam Antonius Lambertus, qui in domo campestris robar. am commiserat, iustus enim fuit duci ad locum delicti, & ibi suspendi 9. Nouemb. 1555. P. N. & alij multi. Bene dicit Boss. in titu. de execu.

fen.

fen. in quod ita sepe fieri vidit, maxime tempore regis Gallorum, se. eo tempore ego nondum eram natus.

Vnum tamen in hoc proposito notabis, q. quamuis lege, aut statuto cæneat, aliquem propter aliquod delictum esse flammis comburendum, prout in criminibus hereticis, sodomis, & falsi & alijs, de quibus dixi supra q. 68. vsus tamè obtrinit, vt prius triangularem quam comburatur, & ita apud Christianos seruari attestatur Didacus lib. 2. resolut. c. 10. nu. 9. in fin. Et hoc obseruari etiam in re lapsis vere penitentibus, attestatur si mancas de heret. c. 55. num. 13. Et hoc ad evitandum periculum, ne propter lentum, & atrox genus mortis condempnatus forte in desperationem inducatur. Et si casus cõtingeret, ita omnino seruabis, quidquid dixerit Coriet. l. ius singular. in verbo, Pœna, vno tantum casu excepto, scilicet quã do damnatus propter heresim nollet penitere, neque ad catholice fidei redire: nam eo casu vitæque esset viuis exurendus, put etiam in Hispania seruari affirmat Didac. in loco pra. allegato, post num. 10. vers. tandem in Hispania. Cum enim nulla sit spes salutis, parum est de eius desperatione curandum.

Quero etiam, si animal irrationale aliquo delictum commiserit, (si tamè præsupposita carètia rationis potest delictum appellari) puta quia hominem interfecerit, vel huiusmodi, nunquid debet iudex illud animal punire pena mortis? Resp. De iure dicendum est, quod nõ, vni imperium nõ exercetur in bestias, Et hoc est communis opi. vt dicit Sapia in l. Imperium, num. 6. ff. de iurisd. omn. iud. Sed de consuetudine in multis locis seruatur contrarium, Et in specie Guido Pape decis. 238. si animal, attestatur se vidisse in Burgundia quendam Porcum suspensum in patibulo, eo q. puerum occidisset. Ceterum hæc consuetudo mihi nunquam placuit, neque ego illam seruari, nisi in vno casu, quado scilicet homo se cum bestia carnaliter commiscuisset: tunc enim propter detestationem criminis, & ad terrorem aliorum, si homo esset, propterea suspendendus, uel cobu-

rendus, pariter facerem ipsum animal irrationale cum ipso homine suspendi, aut comburi, prout etiam hoc casu ita cautus fuisse reperitur in lege diuina, & patris etiam obseruatum, vt dixi supra hoc eo. lib. §. Fornicatio, vers. Cum animal. Et ideo nõ debuit iudicio meo Ant. Caius. in apost. ad Are. in §. item lex Iulia. post num. 2. inst. de publ. iudi. querere quendam præpositum, q. cum quidam alienigena cognouisset equam, & aufugisset, fecit ablandi caput equæ, & i loco ammitti affigi, dicens, quod erat ei indulgenti cum esset vir illiteratus, & habuisset consiliũ ab imperitis quos ipse peritos exstimabat: licet reuera ubi non esset etiam de homine supplicium simul sumendum, ego forte illud non facerem. In alijs autem omnibus casibus non recederẽ a communi philosophorum opinione.

Non est etiam hoc loco præmittenda consuetudo, quæ vitet in nonnullis regionibus, procedendi contra locustas, mures, limaces, & huiusmodi animalia fructibus terræ damnus inferentia, suspensa in fa. si contingentia consilium respondit Chast. cons. 1. valere huiusmodi processum, & anathematizationem contra ea prolatam, afferens nonnulla exempla, præsertim nu. 124. & seq. quæ tamè apud nos nunquam vidi in practica obseruari.

Vltimo quaro, si aliquis reperiat condempnatus pluribus penis, quomodo erit facienda executio? Respond. si sunt pecuniariae, omnes sunt exequenda. Et hoc non habet dubium, nisi una abforberet aliam, puta quia post condemnationem pecuniaria superueniret confiscatio bonorum, nam eo casu, statim secuta confiscatione confusa sunt omnes condempnationes, & multæ pecuniariae pcedentes, siue iniustæ sint ex eodem delicto, siue ex diuersis. Et ideo si reus haberet gratiam à principe p delicto, pro quo fuisset condempnatus in penã mortis, & confiscationis bonorum, non posset retineri in a. it approbationis gratie, propter condemnationem pecuniariam prius cõtã cum secuta. Et hoc pluries decim fuit per senatum. Si vero sunt penæ corporales, tunc, aut sunt iter se copati biles, puta

fen.

quia ex vna sententia fuit condemnatus in amputatione membri, & ex alia in pena mortis: tunc omnes sunt exequendi, ita tamen vt incipiat a minori, scilicet ab amputatione membri, & deinde inferatur victimum supplicium, nō autem econuerso, vt videtur colligi ex gl. q̄ reputat singularis in l. omnes, in glo. ff. C. de delator. lib. 10. Aut vero sunt incompatibiles inter se, puta quia omnes sunt capitales, & nemo potest nisi semel mori. Et tunc est in arbitrio iudicis, exequi quā p̄nā velit, & ita feruat communis consuetudo, vt attestatur Ang. in l. nūquam plura. nu. 2. ff. de priua. delictis, & in l. r. §. ff. ff. nil noua. app. pend. quem refert Anan. in cap. sima. nu. 10. de colluf. deteg. Cum enim omnes ille p̄næ sint debite fisco, seu iustitiae ad publicam vindictā, potest iudex eligere quā vult, neq; possit hoc casu iudex dare electionem reo, vt haberetur in l. aut damnum. §. perinde, ubi gl. in verbo. permittens. ff. de p̄enis, quā gl. pro singulari commendat. Rom. sing. 131. Quæro an iudex. Vide quæ dixi supra q. 85. ver. videtur etiam. Et ideo si quis sit condā: p̄natus p̄ homicidium in amputatione capitis, & p̄ furto ad furcās, non debet fieri executio, vt prius suspendat, deinde amputet caput, sed iudex eligit quam p̄nam vult exequi, & illa sola inferatur. ut tamē essent plures condemnationes contra aliquē in vna & eadem sententia proiecā, tunc sunt ordine suo exequen. 17. pro ita videmus plerunq; reos forcipibus candentibus lauari, deinde manū amputari. & postea decapitari, & succelline etiā in frusta scindī, licet tales p̄næ nō fiat nisi in atrocissimis delictis imponendæ: minus enim, quā fieri potest lauiendū est in humana corpora, salua tamen semper iustitia.

QVAEST. C.  
SUMMARIUM.

Cadavera damnatorum an possint deponi, et  
sepeliri.  
Et an possint dari medicis ad anatomiam fa-

ciendam, vers. Quæro nunquid.  
Et an si reus mortuus sit ante executionem  
debeat nihilominus eius cadaver suspen-  
di, ver. Item quæro Remissib.  
Et quid faciendum sit de vestibus damna-  
torum, ver. Quæro etiam,



ULTIMO quō, facta executione capitali, quod faciendū sit de cadaveribus damnatorū? Resp. De iure ciuili habent titulu. ff. de cadaverib. punitorū, in quo hēs q̄ non licet ea sepelire, nisi habita licentia a principe, s̄ferim si sunt damnati ob crimen læsæ Maiestæ. de iure autē canonico possunt corpora damnatorū sepeliri, ut est rex. in c. quæsitū. 53. q. 2. Et dicit Chass. super consue. Burg. fol. 94. post num. 5. Ita in Italia obseruat, in Gallia vero seruatur ius ciuile, sed (vt ipse faretur) melius faciunt Itali, quam Galli. Hoc tamē intellige, vt fiat habita prius licentia a iudice, alius enim non solent deponi, neq; tradi sepulture. Et ita declarat communiter Doctores, vt dicit Anton. Gomez, cap. 14. de delictorum, num. 8. prout etiam seruatur in sacratissimo corpore saluatoris nostri, qui de licentia Pilati s̄s̄dis fuit a cruce depositus, & traditus sepulture, Ioan. 24. Bene verum est, q̄ quique condemnati propter immanitatem criminis, puta læsæ Maiestæ. & etiam aggressores publicarum viarum solent, postquam suspensi sunt, relinqui in loco patibuli, vt ceteris sint exemplo, & terrori, quod etiā teste Igneo in l. r. §. si sibi manus, post num. 49. ff. ad syllā. plerunq; Gallia obseruat, vt scilicet insignium latronum cadavera membratim diuisa, in locis, vbi frequentius grassati sunt, pede se permitantur.

Quæro, nūquid cadaver puniti possit dari medicis ad faciendam anatomiam? Respon. Bart. in l. fin. ff. de cada. pitt. posuit hanc questionem, & eam non decidit, sed relinquit cogitandū. Ego non reperio hoc in iure decisum, sed de consuetudine passim obseruatur, quod dantur

huius

huiusmodi corpora medicis, habita tamen prius licentia a principe, vel senatu, Et ita praticari attestatur Betac. in verbo, Cadavera, nu. 5. Et refert Anton. Gomez. cap. 14. de delictorum, in fin. quod de anno 1550. Carolus Quintus Imperator perquisiuit votum vniuersitatis Salmaticensis, an hoc liceret facere: & vniuersitas respondit, quod sic.

Item quæro, an si reus moriatur ante executionem, debeat eius cadaver suspendi? Dixi supra q. 51. versic. Sed hic incidenter.

Quæro etiam, quid faciendum sit de vestibus damnatorum? Respon. Bar. in l. diuus. ff. de bon. damnat. dicit, quod debet eorum precium conuerti in expensas

necessarias officij, puta in petitiendo malefactoris, & huiusmodi. Ego puto in hoc seruandam esse consuetudinē provinciarū: & quid obseruetur in Francia, habes apud Boer. decisio. 349. post num. 5. Apud nos autem seruatur, quod vestes viles, quibus indutus est condemnatus, tempore, quo afficitur ultimo supplicio, prater eas, cum quibus est honeste sepeliendus, sunt carnificis, precise vero distribuantur inter milites, siue sagellites, pro ut etiam inter ipsos distributa fuerint fides Saluatoris nostri tempore sacratissime sue passionis, cuius merito nos ad celestia gaudia perducat, illique sit laus, & gloria in sempiterna seculorum secula; Amen, Amen.

F I N I S.

A V G V S T A E  
TAVRINORVM

Apud Hæredes Nicolai

Beuilaquæ,

M. D. LXXVIII.